c *In ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem &c. Caſſiodorus.* Verbo patris, quæ inde gloria. Gloriam de iudicio, quia in deitate iudicabit. Decorem, in maieſtate, quæ tunc apparebit.

d *Gloriam & magnum decorem &c. Caſſiodorus.* Glorioſos, vt Petrus, cuius umbra infirmi ſanabantur, & decores ſuper eum præter quem non eſt aliud fundamentum. Ideo ſuper eum, quoniam dabis.

e *In gaudio cum uultu tuo. Quoniam rex ſperat in Domino, & in miſericordia &c. Caſſiodorus.* ideſt de hoc quòd ſui gaudebunt cum tua præſentia, quando eris omnia in omnibus.

f *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in tempore. Caſſiodorus.* De pęnis inimicorum, ut ſuprà de laudibus Chriſti.

g *Fructum eorum de terra perdes, & ſemen eorum.* Non erit eius fructus beatitudinis in terra viuentium.

a *Quoniam*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Deſiderium cordis eius tribuiſti ei. *de ſui corporis glorificatione, & credentium vocatione, quę multùm deſiderauit, & rationabiliter.*

b Et voluntate labiorum &c. *id eſt orationibus ſuis, voluntatem interiorem exprimentibus labijs.*

B

c Non fraudaſti eum. *quia fuit exauditus in omnibus orationibus ſuis, quę procedebant ex voluntate deliberatiua, quæ ſemper erat conformis voluntati diuinę, quę ſemper impletur.*

d Quoniam præueniſti eum &c. *Iſta prępentio fuit à tempore Abrahę, cui dictum fuit à Domino. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terrę, quod ſemen eſt Chriſtus. Et in ſancta Eliſabet dicente virgini Marię. Et benedictus fructus ventris tui. Aliter exponitur: Prępeniſti eum in benedictionibus, ideſt in donis Spirituſſancti, & chariſmatibus, quibus anima Chriſti fuit repleta ab inſtanti creationis, & ſic præuenta.*

e Poſuiſti in capite &c. *dando ei dignitatem regiam ſuper omnem creaturam: & hoc autoritatiuè à principio vnionis cum deitate, executiuè autem in ſua reſurrectione. propter quod tunc dixit Apoſtolus, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.*

g Vitam petiit à te. *ſcilicet glorioſam quantum ad corpus: quam obtinuit in ſua reſurrectione, ideo ſubditur:*

h Et tribuiſti ei. *Et quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur, ſecundum quod dicit Apoſtolus ad Rom. vj. b. Ideo ſubditur:*

i Longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. *i. ęternaliter.*

k Magna eſt gloria. *Ideſt in Chriſto. cuius magna fuit gloria in ſua aſcenſione.*

l Gloriam & magnum decorem &c. *quod impletũ fuit quando Chriſtus in humanitate aſcendens poſitus eſt ad dexteram patris, vt habetur Marci vltimo.*

m Quoniam dabis. *Omnes enim benedictiones eccleſię fiunt in nomine Chriſti, ſicut prędictum fuit Abrahę, vt habetur ſuprà.*

n Lætificabis. *quia quantò humanitas Chriſti cæteris creaturis intellectualibus propinquior & coniunctior eſt deitati, tantò clarius videt eã, & ea fruitur delectabilius.*

o Quoniam

a ¶ Caſs. Vt res magna eſt. b ¶ Quia. ¶ Aug. Comedere Paſcha, & cum vellet ponere animam & ſumere, & mundum redimere.

hementer. Deſiderium cordis

a ¶ Auguſt. Caſs. verbum quoque eius impletum eſt fugando dæmones, ſanando infirmos, prædicatio quoque eius recepta eſt.

eius † tribuiſti ei, & † voluntate la-

a ¶ Quicquid dixit factum eſt.

biorum eius nõ fraudaſti eum. *

a ¶ Vnde hoc ei. ¶ Auguſt. præuento immunitate, peccatum non nocuit. b ¶ Caſs. cum alij in amaritudinibus Adæ præueniantur.

Quoniam præueniſti eum in be-

a ¶ Quia totum ex gratia. b ¶ In principio ſermonis ambierunt eum lapides pretioſi, ſcilicet apoſtoli à quibus exordium prædicationis fieret.

nedictionibus † dulcedinis, po-

a ¶ Id eſt facies eum regem ad ſimilitudinem triumphantis.

ſuiſti in capite eius coronam † de

a ¶ Et. ¶ Reſurrectionem. b ¶ Sibi & ſuis.

lapide pretioſo. Vitam petijt à te,

a ¶ Aug. longa tempora huius ſeculi, quæ haberet eccleſia, & deinde æternitatem.

& † tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum, & in ſeculum ſe-

a ¶ Et. Pręterea dabis ei nomen quod eſt ſuper omne nomen. b ¶ In hoc quod reſuſcitaſti.

culi. Magna eſt gloria eius † in ſa-

a ¶ Adhuc addes ei cum ad dexteram collocabis.

lutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum.

a ¶ In ſemine tuo bene. om. gen. Gal. 4 b.

Quoniam dabis eum in † bene-

a ¶ Erit in benedictione in fine. b ¶ Hæc erit benedictio.

dictionem in ſeculum ſeculi: læti-

a ¶ Secundum hominem quem leuabit ad te.

ficabis eum in gaudio cum † vul-

a ¶ Præſentia. b ¶ Merito hoc eis. c ¶ Homo Chriſtus d ¶ Vt humilis corde.

tu tuo. Quoniam rex ſperat in Domino, & in miſericordia altiſ-

a ¶ Nihil turbabit humilitatem, & obedientiam vſq; ad mortem cru. b ¶ Quia talis. ¶ Vt credant. ¶ O rex: Vel, pater.

ſimi non commouebitur. Inue-

a ¶ Aug. Poteſtas cum ad iudicium veneris. ¶ Id eſt filius tuus. b ¶ Et ſi cui non inuenitur. ¶ Caſs. qui eam in humilitate non cognouerunt.

niatur manus tua omnibus ini-

a ¶ Claritas qua regnas. ¶ Ipſe filius. b ¶ Puniendos. ¶ In die iudicij.

micis tuis, dextera tua inueniat

a ¶ Quia nunc ipſi non inuenerunt eam. b ¶ Et ſic erit quia.

omnes qui te oderunt. Pones

a ¶ Aug. ardentes intus conſcientia impietatis ſuæ. b ¶ Manifeſtationis tuæ.

eos, vt clibanum ignis in tem-

a ¶ Præterea. b ¶ In iudicio futuro.

pore † vultus tui: Dominus in ira

a ¶ Aug. conturbati vindicta Dei, poſt accuſationem conſcientiæ deuorabuntur æterno igni. ¶ Mox.

ſua † conturbabit eos, & deuora-

a ¶ Infernalis. b ¶ Quia terrenus eſt de terra perdetur.

bit eos ignis. Fructum eorum

a ¶ Viuentium. b ¶ Aug. opera vel quos ſeduxerunt non deputabis inter heredes.

de terra perdes, & ſemen eorum,

o Quoniam rex ſpe. &c. *Licet enim in Chriſto non fuerit ſpes, quæ eſt virtus theologica, tamen fuit in eo ſpes, quę eſt certa expectatio futurę glorię: quam ante paſſionem non habuit quantum ad corpus, ſed eam ſperauit.* C

p Et in miſe. *quia humanitas Chriſti à verbo miſericorditer aſſumpta nunquam fuit ab ea ſeparata, nec ſeparabitur: quia etiam in triduo mortis, corpus exiſtens in ſepulchro fuit vnitum verbo, & anima, quæ erat in limbo.*

q Inueniatur. *Deſcripta magnificentia regni Chriſti in eius exaltatione, hic conſequenter deſcribitur eiuſdem magnificentia in aduerſariorum depreſſione, cùm dicitur: Inueniatur manus tua &c. Circa quod ſciendum, quòd vtraque dicitur manus Dei, ideſt operatiua virtus, quę aliquando accipitur in bono, & tunc manus eius dextera reſpicit bona æterna, & ſiniſtra eius bona temporalia, ſecundum quod dicitur in Prouer. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitię & gloria. Aliquando autem reſpicit malum pœnę, quod à Deo infligitur iuſtè, & ſecundum hoc dicitur: Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Et tunc per ſiniſtram intelligitur minor punitio: & per dexteram quę fortius percutit grauior. Et ſecundum hoc dicitur, Inueniatur manus tua. puniens peccata.*

† platione ... et quod ne tijt à te. * Sela ſuprà pſal. 3.

*Prou. 3. b*

*Heb. 10 f*

*Actuum 5. c* † ... b ... ſizij

r Omnibus inimicis tuis. *quantum ad pœnam communem.*

s Dextera tua. *grauius puniens ex ſpeciali cauſa.*

t Inueniat omnes qui te *Sicut enim diligere Deum eſt actus pręcipuus, ita odire eum eſt actus peſſimus, eò quòd odium Dei directè opponitur charitati.*

† ſalute tua ... ſaltem, quam feciſti ei

u Pones eos vt clibanum ignis. *inuoluendo eos igne gehennę.*

x In tempore vultus &c. *iudicij tui, quandò pones faciem tuam ad eos condemnandum.*

y Dominus in ira ſua. *i. in vindicta ſua.*

z Conturbabit eos, *proferens contra eos ſententiam.*

† benedictiones

a Et deuorabit eos ignis. *ſcilicet gehennę, non conſumendo, ſed æternaliter affligendo.* D

b Fructum eorum &c. *i. bona temporalia totaliter ab eis auferes, quibus fruebantur.*

† ideſt cũ oſtenderis ei faciem tuam.

c Et ſemen eorum à fi. &c. *id eſt imitatores.*

¶ a A filiis

## MORALITER.

* a *Deſiderium cordis eius tribuiſti &cęt.* ſcilicet gratiam in re, & gloriam in ſpe.

b *Et volun. la. &c.* i. effectu ofonũ ſuarum. quia factę ſunt piè, & perſeueráter & ꝓ ſe.

d *Quoniã &c.* i. i charismatibus Spũsſcti.

e *Poſuiſti in capite eius.* i. in ſuperiori parte animæ, quæ eſt rationalis.

f *Coro. de lapi. pret.* ideſt perfectionẽ virtutum, quæ ſignãtur noĩe lapidũ pretioſorũ, propter ſtabilitatem, & ualorem earum.

g *Vitam petijt à te.* ſ. gratiæ, & gloriæ.

h *Et tribuiſti ei.* primam in re, & ſecundam in ſpe, quæ eſt æterna, ideo ſubditur:

i *Longit. dierum &c. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo.* i. in Chro. cui rex iſte gloriã attribuit de omni bono ſuo, iõ ſubditur:

l *Gloriam & magnum decorem impo. ſup eũ.* in præmio futuro.

m *Quo, da. &c.* quia benedicentes alicui dicent: Benedicat tibi Deus ſicut tali regi.

n *Lætifica. etc.* i. in aperta viſione faciei tuę.

o *Quoniam rex ſpe. in Do.* non in mundo.

p *Et in mi.* ſed p eã magis ĩ bono firmabit.

q *Inueniatur &c.* Hic ponitur inimicorũ eius depreſſio cum dicit Dño: Inuenia. &c: ideſt potentia tua ad puniendum.

r *Omnib. etc.* i. inimicis dicti regis, qui ſunt etiam inimici Dei: & idem repetitur ſub aliis verbis, cùm dicitur:

s *Dextera tua &c.* Licet enim dextera Dei frequentius inueniatur ad premiationem, vel ſubleuationem, tamen aliquando ponitur ad punitionem. Firmauit dexteram ſuam, quaſi hoſtis.

*Thren. 2. b*

u *Pones eos vt clibanum ignis &c.* tempore iudicii. dicens eis: Ite maledicti in ignem æternum.

b *Fructum eorum de terra perdes.* ideſt prolem imitatricem malitię ſuæ de terra viuentium excludes.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Quoniam pones.Caſ.* Dicta de futura, de præſenti eorum pęna ſubiungit: Quoniam pones. *Aug.* Vel, quia hoc faciũt Iudæi, pones eos dorſum.i. depelles eos à te, quia hi te pellunt. In reliquijs, i. in his quos tibi relinquis de gentibus aſſumendos, parabis vultum, qui deberet eorũ eſſe. Vel, dorſum ſunt Iudæi qui terrena, non cęleſtia contẽplantur. Vultum.i. malam intentionem eorum paras ad paſſionem, vt cum putarent occidere, ſalus fieret.

b *Exaltare.Caſſio.* Concluſio.

## NIC. DE LYRA.

¶ a *A filijs hominũ.id eſt à ſocietate ſanctorum. Poſſet etiam litera ab illo loco. Tunc ſ[illegible] exponi de punitione Iudęorũ pro morte Chriſti, propter quam ciuitatem Ieruſalem, & templum inuaſerunt Romani, & populum partim occiderunt, et partim captiuum per mundum diſperſerunt. Et quantum ad hoc ſubditur. Quoniam declin. in te mala. ſcilicet pęnæ, Chriſtum occidẽtes, & affligentes. Cogitauerunt conſi. quę non potue. ſtabili. Dicit enim Iohan. q; habuerunt conſilium interficiendi Chriſtum, ne occaſione eius venirent Romani & tollerent locum & gentem. Et hoc conſilium non fuit ſtabilitũ, ſed magis accidit contrariũ, quia pp mortem Chriſti Romani deſtruxerunt locum et gentem, vt dictũ eſt. Quoniam pones eos dorſum.i. terga uertentes coram aduerſarijs. Et reli. tuis. hoc eſt perſequentibus paucis: Pręparabis vultum eorum. omni confuſioni, quæ magis apparet in vultu quàm in cęteris partib. corporis. Proſequendo verò expoſitionem de finali punitione, vt ſuprà dictum eſt, reſumenda eſt ab illo loco.*

b Quoniam declinauerunt. *ponitur cauſa finalis punitionis, quæ eſt pœnitentia finalis, quæ notatur cùm dicitur: Quoniam declinauerunt à te. id eſt contra te.*

c Mala. *id eſt peccata, quæ ſunt contra Deum. Et bene dicitur: Declinauerunt, quia ſicut declinatio in grãmatica eſt de caſu in caſum, ſic declinatio à iuſtitia eſt, ruẽdo de peccato in peccatum. Quia ſicut dicit Greg. peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit, & tandẽ ad profundũ contemptus, & obſtinationis deducit, ſcdm quod dr in Prou. Impius cùm in profundum peccatorũ venerit, cõtẽnit.*

à filijs hominum. Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt † conſilia quæ non potuerunt † ſtabilire. Quoniam pones eos dorſum, † in reliquijs tuis præparabis vultum eorum. Exaltare Domine in † virtute tua, cantabimus & pſallemus † virtutes tuas.

a ¶Hic pęna ideo, quia mala quæ ſib. imminere te regnante putabant, in te occidendo[illegible] retorſerunt. b ¶Dicentes, dæmonium habes. c ¶Quæ in eis ſunt.

a ¶Expedit, vt vnus moriatur homo pro populo. & ne mundus poſt eum abiret. b ¶Quia omnia perierunt. ¶Neſcientes quid dicerent.

a ¶Aug. ordinabis eos in his, à quibus poſtpoſitis auerteris.

a ¶In his quę relinquis, ideſt cupiditatibus regni terreni preparabis tibi ad paſſionem, impudentiam eorum.

a ¶Sed. ¶In gloria reſurge.

a Aug. Quem humilem non nouerunt. b ¶Quam infirmitatem portaſſe[illegible] c ¶Corde & opere celebrabimus, & nota faciemus mirabilia tua.

d Cogita.&c. *qa repẽtinè tollunt de felicitate tẽporali, in qua cogitabant permanere.*

e Qm po.&c. *à facie tua eos deijciendo in infernum, ſecundum quod dicitur in Matt. Diſcedite à me maledicti &c.*

f In reli. tu. *i. in dæmonibus, q ſũt à te totaliter relicti tanquam irreuerſibiles ad bonum.*

g Pręp. vul. eo. *mittendo eos ad ſocietatem eorum. vnde Matt. dicit: Diſcedite à me &c. & ſubditur, qui præparatus eſt diabolo et angelis eius. In fine concludit pſalmus dĩ.*

h Exaltare Domine &c. *quod maximè apparebit in finali iudicio.*

i Cantabimus, *quia electi in patria cõtinuè cantabunt laudes diuinas, ſcdm illud pſ. Beati qui habitant in domo tua Dñe, in ſecula ſecu. laudabũt te. Moraliter põt exponi pſ. iſte de quolibet iuſto regnũ ſuum bene regente, quantum ad vires interiores, & ſenſus & actus exteriores cũ Dei adiutorio. propter qd coronabitur finaliter in cœlo, & eius inimici. ſcilicet dæmones puniuntur in inferno.*

## MORALITER.

✻ b *Quoniam declinauerunt in te mala.* id eſt contra te. nam omne culpæ malum eſt contra Deum.

d *Cogitauerunt conſi. quę non po. ſta.* quia Deus voluit impedire.

e *Quoniam po. eos dor.* te ab ipſis auertendo, ſicut à te ſe auerterunt malè viuendo.

f *In reliquijs tuis.* Id eſt cum dæmonibus relictis eos ſociabis.

h *Exalt. Do.* peracto iudicio reuertendo cum electis ad cœleſtia.

i *Cantabimus & pſallemus virtutes tu. &c.* ſicut ſcribitur pſal. in templo eius, ideſt in cœlo omnes dicent gloriam.

## GLOS. ORDIN.

a *Pſalmus David. Caſ.* Cum pſal. iſte ſufficeret ad teſtimoniũ paſſionis, ne qua ſit alicui excuſatio, ſequuntur, & alij quatuor de eadem re apertè ſcripti xxxiiij. liiij. lxviij. & cviij. Vel pro ſuſceptione, ad ſimilitudinẽ ſolis, qui paulatim aſſumitur, donec vbique clareſcat, ſic Chriſtus. Hic ergo oratur aſſumptio, pro qua pmittit paſſio expreſsè, quaſi ſit hiſtoria, non prophetia. Per id quod ſequitur ideſt per aſſumptionem, notatur qd præcedit. i. paſſio, & meritò, quia ipſa paſſio ſalus eſt mundi. *Augu.* Pro cerua (vt alij habẽt) eſt humana Chriſti natura, quæ lutum & peccatorum ſpinas tranſilijt, & mane in gloriam reſurrectionis, quaſi in altum eſt aſſumpta.

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. XXI.

† In finem † pro ſuſceptione matutina Pſal. David XXI.

¶Vel pro cerua.

a ¶Id eſt Chriſti ſub perſona veteris hominis. nam vetus homo noſter confixus eſt cruci cum illo.

DEUS ✻ Deus meus

Deus Deus. Præmittitur conqueſtio de derelictione, necnõ & orõ, ſicut in omnib⁹ pſalmis de paſſione. *Aug. Caſſio.* Deus Deus: geminat ex affectu. vel Deus omnium per creationis potẽtiã, meus propriè p cultũ. *Aug.* Qñ hoc ĩ cruce dixerat, pſal. iſtum de ſe ſcriptum indicauit.

## NICO. DE LYRA. PSAL. XXI.

Deus Deus. *Antiqui Hebræi hunc pſalmum expoſuerunt de tribulatione contra Iudęos per Aman excitata, in qua aduerſarij eorum ad certam diem ſe præparabant ad occidendum eos, & ſpoliandum, tractantes inter ſe de modo occidendi, & affligendi per confixionem manuum & pedum in ligno, ſicut Aman præparauerat Mardochæo, vt hr̃ in Eſther. et veſtes, & ſpolia eorum inter ſe diuidebant per verba. Et litera huius pſ. ſatis poſſet ad hanc ſuiam applicari. Dixerũt igitur q; cum dicitur in tit. huius pſal. qui talis eſt in Heb. Ad vincendum pro cerua matutina pſal. David. Cerua matutina dicitur Eſther regina, quæ de liberatione populi ſui valde fuit peruigil et ſolicita. Rab. Sa. dicit, q; ceruam matutinam hic intelligitur congregatio populi Iſrael, quę cerua vocatur, vt dicitur Prouerb. Cerua chariſſima et gratiſſimus hinnulus: quæ fuit valde afflicta p Nabuchodonoſor ipſam ſpoliantem, & partim occidentem, & partim captiuantẽ: ſed per orationes ſanctorum huius congregationis in orationibus vigilantiũ fuit liberata tpe Cyri. Et quãuis poſſit ad hoc litera applicari, tñ iſtę expoſitiones, & conſimiles non poſſunt eſſe verę ſi dicantur literales. Primò quia Chriſtus in Matth. protulit principium huius pſal. tanquam dictũ de perſona propria, dicens in cruce: Ely Ely lamazabathani, quod eſt interpretatũ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me. ſic enim iſte pſal. incipit in Hebr. & in tranſlatione Hiero. iuxta Hebr. Quòd autem in tranſlatione cõi interponitur: Reſpice in me. non eſt in Hebr. nec in tranſlatione Hiero. dicta: ſed fuit additũ à LXX, interpretibus. Et patet ſic ſecundum ſententiam Saluatoris principiũ huius pſal. & per conſequens totus pſal. ad literam de Chriſto eſt intelligendus. Item in Matt. dicitur, q; illud quod infrà ſcribitur in hoc pſal. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea &c. impletum fuit in Chriſto. Et idẽ dicitur in Iohan. Item Paulus Apoſt. qui ſciuit legem per exercitium ſtudij. & poſtea plenius per inſtructionẽ Spiritusſancti allegat huius literam pſal. de Chriſto dictam. dicens, de credentibus in Chriſto. Non cõfunditur eos fratres vocare. ſ. Chriſtus di. in pſal. Annuntiabo nomẽ tuũ fratrib. meis in medio eccleſię laudabo te. Propter quod meritò quidam nõie Theodorus, qui expoſuit hunc pſal. ad literã de David poſito in pſecutione Saulis, à qua tñ diuinitus fuit liberatus, pp hęc, & quędam alia fuit condẽnatus in ſynodo Toletana. Igitur ſequẽdo Chriſti Matt. Iob. & Pau. ſñiam, & determinationem eccleſię, iſte pſal. exponendus eſt ad literã de Chriſti paſſione: à qua fuit diuinitus liberatus in ſua glorioſa reſurrectione. Secundum hoc igitur in tit. huius pſ. ſuprà poſito, per ceruam matutinam intelligitur humanitas Chriſti. quia ſicut cerua de nocte latitat in cubili ſuo, à quo in mane proſilit apparens in manifeſto, ſic humanitas Chriſti tpe noctis. i. in triduo ſuę mortis latuit quaſi in cubili, corpus in ſepulchro, & aĩa in ſanctorum limbo: ſed in mane tertia die reſurgens apparuit Marię Magdalenę, & poſtea diſcipulis in manifeſto. Nec mirandum ſi humanitas Chriſti metaphoricè dicitur cerua, quia tali modo loquendi frequenter vtitur ſcriptura, ſicut in Gen. dicitur: Neptalim ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis.*

a Deus Deus meus. *Pſal. iſte diuiditur in duas partes: quia primò deſcribitur paſſio Chriſti ex carnis infirmitate. ſecundò eius reſurrectio ex deitatis virtute, ibi: Tu autem Do. Prima in tres: quia tractat Chriſtum paſſum. Primò circa paſſionem Chriſti deſcribitur eius derelictio à patre. ſecundò eius deriſio à Iudæorum gente, ibi: Ego autem ſum vermis. Tertiò eius afflictio in paſſione, ibi: Quoniam tu es. Circa primũ David prauidens in ſpiritu Chriſti paſſionem in perſona eius dicit: Deus Deus meus, id eſt ò tu pater Deus meus ratione humanitatis à te createę.*

a Reſpice in me. *poſitum in afflictione. tamen hoc non eſt in Hebręo, vt prędictum eſt.*

b Quare dereliquiſti me. *in manibus Iudęorum me perſequẽtium traditum eorum voluntati.*

c Longè à ſalute mea. *ſcilicet corporali: quia non fuit pręſeruatus à morte.*

d Verba delictorum meorum. *delicta populi ſua dicit. Tum propter membrorum & capitis affinitatem. Tum quia fecit ea ſua quodammodo ſuſtinendo pro eis pœnam. In Hebræo autem, & in tranſlatione Hier. iuxta Hebraicum habetur ſic: Verba rugitus mei, vel clamoris mei, quia Chriſtus clamauit in cruce voce magna dicens: Ely ely &c.*

e Deus meus clamabo per diem, *quia circa horam nonam diei clamauit in cruce: Ely Ely, vt dicitur in Matt.*

g Et nocte, *præcedente ſimiliter clamauit ad patrem pro ſua liberatione, dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte.*

f Et non exaudies, *quia non fuit exauditus in iſta oratione, non enim procedebat ex volũtate deliberatiua, ſed ex ratione afflictionem & motum ſenſitiuę partis proponente ad oſtendendam in Chriſto veritatẽ humanę naturę, de cuius integritate eſt pars ſenſitiua.*

h. Et non ad inſipientiam mihi. *ſupple hoc cõtingit, quòd non ſim exauditus, imò in hoc apparuit maxima eius ſapientia: & quantum ad diuinitatem, & quantum ad humanitatem, quia iſte modus liberationis humanę naturę fuit cõuenientiſſimus: vt ſic homo pœnam ſolueret qui debebat, & Deus redimeret qui poterat.*

i Tu autem in ſancto habitas. *ideſt omnia ſanctè facis et ordinatè, licet aliquando aliter ignorantibus videatur.*

K In te ſpera. *de ſeruitute Aegypti, & captiuitate Babylonis, quę liberationes fuerunt quędã figurę huius liberationis per mortem meã factę.*

## MORALITER.

✻ a *Deus Deus &c.* Pſal. iſte ſecundum ſenſum literalẽ eſt de Chriſti paſſione. Moraliter aũt poſſet exponi de cuiuslibet boni Chriſtiani pſecutione magis tñ propriè de perſecutione eccleſiæ, quę eſt myſticũ corpus Chriſti. Fuit aũt eccleſia tpe tyrannorum, & magis erit tpe Antichriſti in tanta perſecutione, q; videbitur à Deo derelinqui. & ſic in eius perſona dicitur: Deus Deus meus. Et multiplicatur ly Deus, ad oſtendendum maiorem eius anguſtiam.

✻ *Quare*



a *Reſpice in me. Caſ.* Non eſt in Hebræo, ſed à ſeptuaginta interpretibus additum.

b *Quare me dereli. Augu.* Mirum hoc cùm & Deus eſſet cum eo: ſed pro nobis, qui in eo corpus eius.

c *Longè à ſalute mea. Aug.* id eſt mei veteris hominis, quia longè à peccatoribus ſalus: & hæc ſunt verba non iuſtitiæ, ſed delictorũ. Vel, longè à ſalute ſunt verba delictorum meorum: quæ ſic ſunt tollenda.

d *Clamabo. Aug.* de nobis, corpore ſuo dicit, vt cum fortè dixit: Trãſeat à me calix iſte, ideſt putatur timuiſſe mori: ſed pro ſuis infirmis qui timent mori, hæc dixit. ſic & hæc vox membrorum eſt: cla. & non exaud.

e *Per diem, & non exaudies, & nocte & non ad inſ. Ca.* quia nullæ ĩ eo tenebræ, & tamen non auditur ad ſalutem corporalem.

f *In ſancto habitas. Augu.* Et ita mirum, quia patres liberaſti, ego autem ſum vermis. *Aug.* ſanctificatis à te, quos facis intelligere, q; ad ſalutem ſanctos non audis, vt Paulũ, & ad damnationem malos audis, vt dæmonibus concedens porcos, vel tentare Iob. *Caſſio.* Tu habitas in ſancto, quia Deus erat in Chriſto, mundum ſibi reconciliãs.

g *Laus Iſrael. Auguſt.* ideſt videntis te, non eius qui ſe voluit abſcondere à conſpectu tuo.

h *In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt. Caſſ.* Magnus decor, dum iterat ſperauerunt.

i *Ego au. &c. Aug.* Hucuſque Chriſtus in perſona veteris hominis, hic iã propriè in ſua perſona loquitur. *Auguſt.* Ego aũt. Iam propriè Chriſtus ſine ſemine natus ſum, vt eſſem vltra homines in homine in quo factus ſum opprobrium, vt vel ſic ſuperbia hominis humilem imitetur.

K *Vermis & non homo, oppro. Caſſiodo.* Ita viliter conculcatus, & quaſi non eſſem homo: vel cùm ſim vermis, id eſt de virgine natus, & non homo, ideſt peccator: vel non tantùm homo, ſed & Deus ſum opprobrium. Vermis ſine coitu natus: mortalis humilis & vilis, ſilentio repens.

l *Sperauit in Domino &c. Caſſiod.* Dicentes: Spera in Domino & cęt. Ironia Iudæorum, ecce quaſi hiſtorialis narratio non

reſpice in me, quare me dereliquiſti: † longè à ſalute mea verba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem, & nõ exaudies, & nocte, & non † ad inſipientiam mihi. Tu autem † in ſancto habitas, laus Iſrael. In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt, & † liberaſti eos. Ad te clamauerunt, & † ſalui facti ſunt: In te ſperauerunt, & non ſunt confuſi. Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & † abiectio plebis. Omnes † videntes me † deriſerunt me, locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. † Sperauit in Domino, † eripiat eum: ſaluum faciat eum, quoniam † vult eum. Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre † ſpes mea

a ¶Lamma Azab.

a ¶Ecce ideo. b ¶Corporali. ¶Quia ſunt cauſa quare patior.

a ¶Poſtulatio. b ¶Augu. noſtra delicta ſua fecit, vt ſuam iuſtitiam faceret noſtram. ¶Caſs. quaſi, membrorum meorum delicta, poſtulantia mortem meam.

a ¶Ita ſunt longe quod. b ¶In proſperis, vt non abeant.

a ¶In tribulatione, vt habeat. b ¶Quia verbis delictorum clamabo.

c ¶De vtroque, ſed ad ſapientiam: Non audit Deus ad voluntatem, ſed ad ſalutem. ¶Scilicet vt ſapiam quid clamandum ſit, non verbis delictorum ſed vitæ.

a ¶Et ideo non audis verba delictorum.

¶Quare non audis, & me, vel nos.

a ¶Qui minores quam ego. ¶Iuſti. b ¶Secundum carnem. c ¶Quaſi, ex ſpe, eſt liberatio.

a ¶Aug. vt de Ægypto, de camino pueros, & huiuſmodi. ¶Et. b ¶Non verbis delictorum.

a ¶Statim: non in futuro. b ¶De pręmio. Quia non in ſe ſibi ſpes.

a ¶Qui maior. b ¶Aug. verbis quia mortalis de carne ſine concupiſcentia natus, & non tantum homo, quia Deus. ¶Quia eſt & homo vermis vt Adam. ſed ille vermis, & non homo, quia verbum in principio apud Deũ.

a ¶In ſputis & colaphis. ¶Ecce quanta patitur, cum liberati patres.

a ¶Dum ab eo Barrabam elegerunt.

a ¶Huiuſmodi. b ¶Sicut abiectum.

a ¶Non tantum in corde. b ¶Irridentes velut minantes, non in iudicio agentes. c ¶Vt ait.

a ¶De manibus noſtris, vel ſi non eripit, reſuſcitet.

¶Vt ait.

a ¶Augu. Ideo hoc dicunt, quia homo factus. In verbum quod eſt Deus, in principio apud Deum talia non dicerent.

a ¶Ab vberibus: ſpes, & Deus meus, qui ante ſecula: pater meus.

n Ego autem ſum ver. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Chriſti deriſio, cùm dicitur in perſona eius: Ego autem ſum vermis. Ideſt vilis & abominabilis in conſpectu Iudęorũ: vnde expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt tanquam contemptibilem, vt habetur in Matth.*

o Et non homo. *ideſt non vtens ratione, ſed magis dæmonis agitatione. vnde dicebant ei: Dæmonium habes.*

p Opprobrium hominum. *ideſt maiorum ſcilicet ſacerdotum, Phariſæorum.*

q Et abiectio plebis. *ſcilicet populi communis. licet enim populus primò eum honorauerit, poſtea tamẽ deceptus à ſacerdotibus eum contempſit. Prætereuntes autem blaſphemabant, ideo ſubditur,*

r Omnes uidentes deriſerunt me. *ſcilicet tam maiores quàm minores, vt dictum eſt.*

s Locuti ſunt labijs. *me vituperando, et blaſphemando.*

t Et mouerunt caput &c. *me ſicut falſum prophetam notando. Quid autem dicerent ſacerdotes eum blaſphemantes ſubditur,*

u Sperauit in Domino, eripiat eum, ſaluum faciat eum. *vnde ſcribitur in Matth. Principes ſacerdotum illudentes cùm ſenioribus, & ſcribis dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere: ſubditur: Confidit in Deum, liberet eum nunc ſi vult.*

x Quoniã tu es qui extraxiſti me de uentre. *Hic conſequenter deſcribitur paſſionis afflictio, in qua verus homo recurrit ad diuinum auxilium, di. Quoniam tu es qui extraxiſti me de ven. & c. id eſt ſuper naturam naſci me feciſti de virgine.*

y Spes mea &c. *quia ſicut ſuprà dictum eſt in Chriſto erat ſpes, inquantum in eo erat certa expectatio futuræ glorię quò ad corpus.*

¶ a La ce

## NIC. DE LYRA.

## MORALITER.

✻ a. *Quare me dereliquiſti.* non ſecundùm rem, ſed ſecundum apparentiam.

c *Longè à ſalute mea verba delictorũ meorum.* Hoc dicitur propter malos Chriſtianos, qui in eccleſia ſunt miſti cùm bonis vſque ad finem mundi, & propter hoc ex eorum malitia aliquando retardatur ſalus bonorum à temporalibus pęnis, quia tamen hoc ad exercitium patientiæ proficit bonis, ſubditur:

e *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte & non.* q.d. licet clamor meus diurnus & nocturnus non exaudiatur, tamen hoc non eſt.

h *Ad inſipientiam mihi.* id eſt ad malum, ſed ad patientiæ bonum, ideo ſubditur,

i *Tu autem in ſancto habitas laus &c.* ideſt in teipſo, qui es ſanctusſanctorum. propter quod omnia ſanctè diſponis: Et bene differs exauditionem meæ petitionis.

k *In te ſperaue. pat. no. &c.* ſcilicet martyres, & apoſtoli.

l *Et liberaſti eos &c.* de miſeria huius mundi.

m *In te ſperaue. & nõ ſunt confuſi.* ſed magis honorati in hoc quòd digni habiti ſunt pro nomine tuo cõtumeliam pati. propter quod ſubditur eccleſiæ deluſio ab infidelibus, cùm dicitur,

n *Ego au. ſum ver. & non homo.* id eſt reputata ſum res vilis, & non honorabilis.

p *Opprobrium hominum,* ſcilicet infidelium.

q *Et abiectio plebis.* Martyrum enim corpora frequenter proijciebantur canibus & auibus ad deuorandum, ideo ſubditur,

r *Omnes viden. me. &c.* reputantes me ſacrilegia feciſſe.

t *Et mouerunt caput.* notantes me de criminis magnitudine.

u *Sperauit in Do. eri. eum, ſal.* hoc deriſoriè dicebant carnifices, & alij infideles de martyribus Chriſti.

x *Quoniam tu es &c.* Hic allegatur exauditionis cauſa, cum dicitur, Quoniam tu es qui ext. me. de Iudæorum & paganorum errore.

y *Spes mea &c.* de conſecutione gloriæ.



✻ *Ab vberibus*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ratio, non ꝓphetia, ne qua ſit excuſatio, ne qua ambiguitas.
a *Ab vberibus.* non ex quo lactari cœpi, quia & antè: ſed ab vberibus ſynagogæ extraxiſti, ne carnalem conſuetudinem ſugerem, cuius vterus me non pertulit, ſed iactauit. Nec fecit eius venter, vt ſicut paruulus eſſem tui oblitus, ſed fuiſti Deus meus. De ven. *Augu.* Ipſi ita, ſed tu.

*quàm alij liquores, qa de alijs liquoribus effuſis remanet ſapor et odor. per hoc intelligitur, quòd Iudęi ita intendebant eum annihilare, vt de eo nulla memoria remaneret.* G
*l* Et diſperſa ſunt omnia oſſa mea. *id eſt diſcipuli, qui debebant eſſe alijs robuſtiores, tamen imminente paſsione eum relinquentes fugerunt diſperſi. propter quod prędixit eis Chriſtus. Venit hora, vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis. Vel aliter et magis iuxta literam: Sicut aqua. i. deſtitutus vigore in parte ſenſitiua propter paſsionis horrorem imminentis. Et diſperſa &c. id eſt à iuncturis diſſoluta. Tali modo dicitur in Dan. Dñe in viſione tua diſſolutę ſunt compages meę, & nihil remanſit in me virium.*

In expoſ. pſ. 21. ſo. 8. Vbi ſupra. b *De ventre. Aug.* Nõ ſolùm matris quæ lex naſcendi eſt omnibus, ſed de tenebris ſynagogæ in quibus infidelis eſt, nondum in luce Chriſti natus, qui in obſeruationibus illis carnalibus ſabbathi, & circunciſionis confidit.
c *Ne diſceſſeris à me.* qui iam cœpiſti. Tu ext. non vir, ne dubitetur virginis partus, virtute Dei factum eſt. Spes mea ab vbe. vera humanitas, & magna perfectio: ab vberibus. n. facit, quòd vix maturus. In te proie. ſum. non in peccata hominis. Alij in Adam proijciuntur, ex quo rei. De ventre matris meæ Deus meus.
Luc. 1. d *Caſ.* Nec conceptio ſine Deo, nec in peccato, vt hõ, Vnde Angelus: Spiritusſanctus ſuperueniet in te.
d *Circundederunt. Caſ.* Deſcribitur paſſio quã terminat oratio, ad conuincendos Iudæos, refert futura quaſi prætetita.
e *Aperuerunt. Caſ.* Vt feræ volentes deglutire, os ſuum non ad ſapientiam reſeratum.
Vbi ſupra. f *Sicut le. Aug.* Vt leo rapiens, circũdederunt: vt rugiens os aperuerũt.
g *Sicut aqua.* Quando funditũ aqua, abluit, rigat, & lapſum pedibus facit: ita effuſo Chriſto ablutæ ſũt ſordes, rigatæ mentes, vbi etiam lapſi ſunt perſecutores: & præ timore diſperſi ſunt diſcipuli: vnde, relicto eo fugerunt.
Matt. 26. f F *Caſ.* Sicut aqua ſacramentum ablutio peccatorum, & hoc, quia apoſtoli per mundum diſperſi ſunt, qui ipſi effuſi dicuntur, vt aqua alluens, & rigans: & ꝑ quos ſecretum ſcripturæ elicuit, virtus igne paſſionis indutuit, & ſolidata eſt.

† vel liquefcit in medio viſcerũ meorũ. † Exaruit

a ¶Vt tu mihi ſolus eſſe ſpes. b ¶Iam homo infirmus.
a ab vberibus matris meæ, in te proie- a
a ¶Non de te nam de te pater meus, de matre Deus meus.
b ctus ſum ex vtero. De ventre matris b
c meæ Deus meus es tu, ne † diſceſſeris c
a ¶In corpore, vel ſecundum tempus.
à me. Quoniã tribulatio prôxima eſt, d
a ¶Quoniã. b ¶Alius. c ¶Aug. cõſilijs, & gladijs, & fuſtibus.
d et non eſt qui adiuuet. Circundede- e f
a ¶Populus luxurians ſine iugo Dei. b ¶Principes ſuperbi. c ¶De pinguedine ferociores. ¶Ad ſimilitudinem.
runt me vituli multi, tauri † pingues g
e obſederũt me. Aperuerũt ſuper me os h
a ¶In comprehenſione. b ¶Crucifice eum clamantes. c ¶Circundede. obſede. & occiderunt tam vibret. ¶Quaſi.
f g ſuũ, ſicut leo rapiens & rugiens. Sicut i k
a ¶Miſſi ad prædicandum. b ¶ Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Matth. 10. b.
aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt om- l
a ¶Caſ. firmi mei. b ¶Aug. ſcriptura id eſt ſapientia eius, & voluntas. ¶Hiero. Quæ erat in ſcripturis clauſa, crucifixo Domino liquefacta eſt, vt cera, vt omnes infirmi intelligerẽt. ¶Augu. vnde & pro eo velum ſciſſum eſt.
nia oſſa mea. Factum eſt cor meum m
h i tanquam cera † liqueſcẽs, in medio ven
a ¶Aug nomen meum quod ante paſſionem contemnebatur, poſt firmius honoratur.
k tris mei. † Aruit tanquam teſta † virtus n
a ¶Prædicatores mei. b ¶ Aug. vt de interioribus meis caperent ſapientiam.
l mea, & lingua mea adhæſit faucibus o
a ¶Aug. in impios. quos proijcit ventus à facie terræ morti deſtinatos. b ¶In cognitionem per apoſtolorum prędicationem. ¶Vel te.
meis, & in puluerem mortis deduxi- p
a ¶Effuſus ſum.
ſti me. Quoniã circũdederunt me ca- q
a ¶Aug. non pro veritate, ſed pro conſuetudine latrantes, & mordentes. b ¶Vel conſilium. c ¶ Id eſt Gentilium. ¶Mala cogitantium Iudæorum. d ¶In paſſione, in quo ciuitas ſpiritalis Ieruſalem obſidetur.
nes multi, conciliũ malignantiũ † ob- r

m Factum. *Sicut. n. cera à calore ignis reſoluitur, ſic cor humanum inquantũ eſt ſenſitiuę partis organum horrore terribilis imminentis paſsionis: & hoc fuit in Chriſto, non tñ fuit in eo aliquid deordinatum. Ad cuius pleniorem intellectum ſciẽdum, quòd ratio deliberatiua aliter mitigat, ſeu minuit dolorẽ interiorem animę, & aliter dolorẽ exteriorem ſenſibilẽ in carne: quia primum dolorem mitigat, inquantũ ibi ponit modum virtutis, ita ꝙ non tranſgreditur limites rectę rationis: & hoc maximè fuit in Chriſto. Secundum aũt dolorem non mitigat, ſeu diminuit rectè, quia nõ obedit parti intellectiuę: diminuit tamen indirectè, quia obedit per quandam redundantiã virtutis animę ad corpus: & hoc non fuit in Chriſto, quia ſicut dicit Damaſcenus, ordinatione diuina factũ eſt, vt quęlibet pars faceret id quod erat ſibi proprium: vt ſic dolor ſenſibilis in Chriſto eſſet maximus, & maximè meritorius, inquantum à ratione deliberatiua erat maximè acceptus propter ſalutem humani generis: & ad exprimendum magnitudinem huius doloris ſenſibilis, dicta ſunt iſta de Chriſto: Effuſus ſum ſicut aqua.*
n Aruit tanquam teſta virtus mea. *quia humor exiſtens in corpore Chriſti fuit, quaſi exhauſtus per ſudorem ſanguineum. & per extractionem ſanguinis in flagellatione, coronatione, manuum & pedum confixione, & lateris apertione: in cuius ſignũ poſt ſanguinem exiuit aqua, ad oſtendendum ꝙ corpus remanſit quaſi exangue poſt ſanguinem areſactum. Et omnia oſſa mea conturbata ſunt, quia deficiente ſanguine, deficit virtus oſſium.* H
*o* Et lingua mea adhæſit faucibus me. *prę defectu humoris.*
*p* Et in pul. mor. dedu. me. *i. ad mortem, per quam corpora rediguntur in puluerem: tamen corpus Chriſti ad hoc fuit pręſeruatum per ſuę reſurrectionis accelerationem, vt dictum fuit ſuprà.*
*q* Qm̃ cir. &c. *Iudęi ſe hñtes ad me nõ ſicut hoĩes, ſed ſicut canes rabidi.*
*r* Concilium malignan. *ſecundum quod dicitur in Matt. Mane autẽ facto conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent: & vinctum adduxerunt, & tradiderunt Pontio Pilato pręſidi.*

¶ *a* Foderunt

h *Tanquam cera. Caſſio.* Bene legis myſteria cõparat ceræ, quæ tunc lucem reddit cum calore diſſoluitur. vel ideo diſcipuli fugerunt, quia doctrina qua eos firmaueram admota paſsione quaſi igne euanuit, & infirmis excidit, & quia virtus mea aruit. i. viluit, prius probata miraculis. Aruit, quia lingua nõ reſpondit eis crucifigentibus verbum: & quia in puluerem pro opinione Iudæorum. In puluerem mor. in quem rediguntur mortui. & hoc, quoniam circundederunt.
Vbi ſupra. i *In medio ventris mei. Aug.* Venter infirmos in eccleſia, vel memoriam eccleſiæ ſignificat.
K *Aruit tanquam teſta virtus mea. Caſſio.* Non vt fœnum, ſed vt teſta quę igne fit firmior.
Vbi ſupra. l *Lingua mea. Aug.* Seruauerunt præcepta mea apud ſe hi per quos locuturus eram: & per eos in cognationem eorum, qui erant puluis mortis, deductus ſum.

☞ a *Foderunt*

## NICO. DE LYRA.

¶ *a* In te proiectus ſum ex vtero. *id eſt tibi in ſuppoſito verbi vnitus à conceptionis principio.*
*b* De ventre &c. *id eſt Deum meum te cognoui, quia anima Chriſti ab inſtanti conceptionis fuit repleta virtutibus, & ſcientijs.*
*c* Ne diſceſſeris à me. *ſubtrahẽdo auxilium tuum. cuius cauſa ſubdiĩ,*
*d* Quoniam tribula. prox. eſt. *i. acerbitas maxima meę paſſionis.*
*e* Et non eſt qui adiu. *eripiendo de manibus Iudęorum: ſicut ſuprà dictum eſt, hęc petitio, & conſimiles erant rationis, non pro ſe, ſed veritatem naturę paſſibilis oſtendentis.*
*f* Circundederunt me vituli multi. *id eſt Iudęi, qui propter inſolentiam & carnis petulantiam vocantur vituli.*
*g* Tauri pingues obſederunt me. *quia Iudęi erant auari, & diuitijs impinguati.*
*h* Aperuerunt ſup. me os. *deſiderantes me deuorare.*
*i* Sicut leo rapiens & rugiens. *ex crudelitatis magnitudine.*
*K* Sicut aqua effuſus ſum. *Aqua enim perfectius effunditur de vaſe, quàm alij*

## MORALITER.

✱ a *Ab vbe. ma. meę.* i. ex quo alimentum cepi lacte ſanctæ matris eccleſiæ.
c *Deus meus es tu.* i. extunc te confeſſus ſum corde, ore & corpore: hęc ſunt eccleſiæ verba pp bonos exiſtentes in ea. ideo ſubditur,
c *Ne diſceſſeris à me.* ne deficiam in tribulatione. propter quod ſubditur:
d *Quoniam tribu. pro. eſt.* ab infidelibus.
e *Et non eſt qui adi.* Auxilium enim humanum ſine te reputãdum eſt nullum.
f *Circundederunt me vituli multi.* id eſt petulantes luxuria.
g *Tauri pin. ob.* i. diuites huius ſeculi, & potentia cornuti.
h *Aperuerunt ſu. &c.* ad me diffamandum, & deuorandum.
K *Sicut aqua &c.* hæc dicit eccleſia pro infirmis catholicis fugientibus, vel ſe abſcõdentibus timore perſecutionis. ideo ſubditur,
m *Factum eſt cor meum &c.* ex feruore tribulationis.
n *Aruit tanquam teſta virtus mea.* hoc dicitur pro deficientibus in tormentis. & ſic conſentiebant idololatriæ, & moriebantur morte culpę.
q *Circundederunt me canes mul.* hoc dicitur de vulgaribus infidelibus.
r *Concilium malignantium obſedit me.* hoc dicitur de iudicibus & maioribus.

✱ *Foderunt*



☞ a *Foderunt. Aug.* Euangelica narratio. Et ſi hæc ad literã, innuit foſſio manuũ, ꝙ operibus eius nõ crediderunt: pedum, ꝙ apoſtolos lacerauerunt. *Caſ.* Foderunt. Terra foſſa fructũ facit, ſic fructum vitæ dedit Chriſtus vulneratus. A
b *Dinumerauerunt omnia oſſa mea. Caſ.* Propriè deſcribitur pœna crucis. Sic oſſa dinumerauerunt, id eſt apoſtolos, ne in maiorem numerũ creſcerent, quærebant extinguere.
c *Inſpexerunt me. Caſ.* Cum diligẽtia & delectatione, cùm à re crudeli ſoleant oculi auerti. Ecce quàm obſtinati, nõ caſu aliquid factum, nec tot miraculis cor mollitum.
d *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt. Auguſt.* Sacramenta ipſius potuerũt diuidi per hæreſes, ſed non tunica deſuper id eſt à deo data, hęc eſt charitas: quam nemo poteſt diuidere. *Caſ.* Sed fortè & dono dei quibuſdam venit. qui verò hãc habet ſecurus eſt: nemo cum à catholica eccleſia mouet, & ſi extrà incipit illã habere intromittitur, vt ramus oliuæ à columba delatus ad arcã. *Auguſt.* Vel per animam vnicam caput & corpus quod vnũ diuerſitates reſpuit.
e *Vnicornũ &c. Aug.* Iudæi, terrena tñ petentes: vel, de cultu dei ſingulariter ſe iactantes, vel ſingulariter ſuperbientes: occiſo etiã filio poſt ſeruos.
f *Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio eccleſiæ &c.* Augu. Hactenus oſtẽdit quę paſſus, & quid orauit: ecce iam quare paſſus, qui niſi vellet non pateretur. *Caſſio.* Ecce paſsionis fruct⁹, ne audita paſsione turbentur corda fidelium.
g *Qui timetis Dominum laudate eum: vniuerſum ſemen Iacob glorificate eum. Caſsio.* Timor humanus nõ laudem, ſed vituperium parit.
h *Timeat eum omne ſemen Iſrael: quoniam non ſpreuit &c.* Quos dixerit ſemen Iacob, aperit ſubdens. B

☞ a *Pauperis*

a ¶Gentiles. ¶Clauis.
a ſedit me. Foderunt manus meas a
a ¶Aug. non poterat melius deſcribi extenſio corporis in ligno.
b & pedes meos: † dinumerauerũt b
a ¶Aug. non mutati. ¶Iudæi. b ¶Sed non intellexerunt.
omnia oſſa mea. Ipſi verò cõſide c
a ¶Aug. tantum videtunt vſque ad carnem oculi corporis: & non vſque ad verbum cordis oculi. b ¶Caſs. Myſti. ſic qui non tendunt ad vnitatem ſcripturas corrumpentes.
c d rauerũt, & inſpexerunt me: † diui d
a ¶Caſ. catholica eccleſia non diſcerpitur ſed dono Dei cuique prouenit: non humano arbitrio.
ſerũt ſibi veſtimẽta mea, & ſuper e
¶Iſti ita.
veſtem meam miſerunt ſortẽ. Tu f
a ¶Aug. vſq; in communem omnium reſurrectionem. ¶Quia poſt triduum ſtatim reſurrexit.
aũt Dñe ne † elongaueris † auxi-
a ¶Ne quid mihi noceant.
lium tuum à me: ad defenſionẽ
a ¶Et. ¶Ne elongaueris. ſed. ¶Aliàs aſpice. b ¶Aug. à morte, & à lingua diſſenſionis.
meam conſpice. Erue à † framea g
a ¶Aug. de poteſtate Iudæorum canino more latrantium ſine diſcretione.
Deus animam meã: & de manu h
a ¶Augu. Eccleſiam, vel. vnica eſt anima Chriſti ſola à peccatis immunis.
canis vnicam meam. † Salua me i
a ¶Augu. diaboli. ¶Qui circuit quærens quem deuoret. vel: regni ſecularis b ¶Aug. ſublimitatibus: vel ſuperbia. c ¶Augu. ſuperborum, ſingulariter ſe erigentium & conſortes non ferentium.
e ex ore leonis: & à cornibus † uni- k
cornium † humilitatem meam.
a ¶Quo fr. ẽtu. ¶Saluatus. b ¶Auguſt qui inuicem diligant vt à me dilecti ſunt. ¶Apoſtoli.
f Narrabo nomen tuum fratribus l
a ¶Nõ in parte: ſed. b ¶Pro quo paſſ⁹. c ¶Et per eos:
meis: in medio † eccleſię † lauda- m
a ¶O pater. b ¶Et ò vos. ¶ Caſs. ſed quæ eſt ea vbicunque timetur Deus, & laudatur. ibi eccleſia eſt, Semen Iacob. ſemen Iſrael eſt eccleſia.
g bo tẽ. Qui timetis Dñm laudate n o
a ¶Non voſipſos. b ¶De omni gente. c ¶ Cui maior ſeruiet.
eũ: vniuerſum ſemẽ Iacob † glori p q
h ficate eũ. † Timeat eũ oẽ ſemen Iſ r
a ¶Aug. Omne. ad viſionem Dei reparati. ¶Caſs. alienus neſcit timere. b ¶ Glorificare. c ¶Ex toto. d ¶Etiam. e ¶Licet altus humilem.
ræl: quoniã non ſpreuit neq; de- s

*à corpore: tamen non fuit ſic ſeparata in Chriſto, ſed propria voluntate, ſecundum quod dixerat: Ego pono animam meam, & nemo tollit eam à me: ſed ego pono eam à meipſo: id eſt pro voluntate mea. Quod etiam fuit oſtenſum per magnitudinem clamoris in morte, quę non potuit eſſe naturaliter in homine ſic propinquo morti. propter quod Centurio viden, quòd ſic clamans expiraſſet, ait: Verè hic homo filius Dei erat.* C Iohan. 10. d Marc. 15. d
*h* Et de manu canis vnicam meam. *id eſt de poteſtate inferni, qui deuorat auidè ſicut canis.*
*i* Salua me ex ore leonis. *Id eſt Iudaici populi, quem vocat leonem propter crudelitatem.*
K Et à cornibus vnicornium humilitatem meam. *id eſt à prȩſumptione, & ſuperbia militum, qui me putabant cuſtodire intra ſepulchrum.*
*l* Narrabo nomen tuum fratribus meis. *id eſt Apoſtolis alijſq; diſcipulis quibus manifeſtauit ſuam reſurrectionem factam virtute Dei patris, ſecundum quod exprimit Apoſtolus, vt dictum eſt ſuprà.* † 16 q. 7. c. ſicut Domini. Coloſ. 2. c
*m* In medio eccleſiæ laudabo &c. *id eſt in medio congregationis fidelium, in qua poſt reſurrectionem annuntiauit virtutem Dei patris ad laudem, & gloriam ſui nominis. Vel aliter: In medio Eccleſiæ laudabo te, id eſt faciam te laudari per apoſtolos, aliosq; credentes, qui in die pentecoſtes recepta gratia Spiritusſancti loquebantur varijs linguis magnalia Dei.* † te fortitudo mea ad auxilium meum feſtina † gladio
*n* Qui timetis Dominum. *Hic conſequenter ex tanto beneficio incitat alios ad laudandum Deum di. Qui timetis Dominum. timore filiali.* Act. 2. h Quid ſi glo ria † Saluũ me fac
*o* Laudate eum. *corde & ore.*
*p* Vniuerſum ſemen Iacob. *i. vniuerſi imitatores fidei & operum.* † vnicorniorum
*q* Glorificate eum. *coram omnibus abſque timore & verecundia honorantes eum, quia gloria eſt honor exhibitus alicui coram multitudine in teſtimonium ſuę virtutis, vt dicit commentator ſuper primo Ethicorum.* D † cantabo
*r* Timeat eum omne ſemen Iſrael. *non carnaliter, ſed ſpiritualiter, ſecundum quod diſtinguit Apoſtolus, Iſrael ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum.* Rom. 2.
*s* Quoniam non ſpreuit &c. paup. *id eſt Chriſti: quia in paupertate fuit natus, conuerſatus & mortuus: quia à Iudęis nudus, crucifixus: & in alieno ſepulchro ſepultus.* † magnificate eum.

¶ *a* Nec auer-

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Foderunt manus &c. *clauis in cruce perforando. Et licet hoc fecerint milites prȩſidis qui erant Gentiles, hoc tamen factum fuit ad importunam precem Iudæorum.*
*b* Dinumerauerunt omnia oſſa mea. *id eſt dinumerare potuerunt. Ad cuius intellectum ſciendũ, quòd quando aliquis affigebatur cruci: prius accipiebatur menſura corporis ſui à manu in manum ſecundum latitudinem, & à ſpatulis vſque ad pedes ſecundum longitudinem, vt in ligno crucis fierent foramina per quæ claui facilius poſſent tranſire: & ſic factum fuit de Chriſto. Quando autem vna manus fuit perforata, & affixa: humores cucurrerunt ad locum illum, quia naturaliter currunt ad locum læſum: & ſic nerui fuerunt retracti ad illam partem: & ideo ad hoc quòd alia manus reduceretur ad locum foraminis in ligno facti, oportuit eam violenter trahi cum chordis. Et idem intelligendum eſt de pedibus: propter læſionem factam in partibus ſuperioribus: propter quod ex tali violenta corporis extenſione apparebant oſſium iuncturę: quia Chriſtus nudus fuit cruci fixus: & ſic poterant oſſa eius dinumerari.*
*c* Ipſi verò &c. *ęſtimantes me purum hominem: eò quòd videbant me talia paſſum.*
Ioan. 19. d *d* Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. *ſecundum quod dicitur in Iohan. Acceperunt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes vnicuique militi partem vnam.*
*e* Et ſuper veſtem meam &c. *id eſt ſuper tunicam eius inconſutilem, vt dicitur ibidem. Et quia non erat conuenienter diuiſibilis, miſerunt ſortem quis haberet eam totam.*
*f* Tu autem Do. &c. *Hic conſequenter deſcribitur Chriſti reſurrectio ex deitatis virtute, quam Chriſtus homo primò poſtulat, dicens: Tu autem Do. quod factum eſt per accelerationem ſuę reſurrectionis, quę facta eſt tertia die.*
*g* Erue à framea &c. *id eſt à morte violenta, quę gladio ſolet inferri: quod factum eſt per hoc quod licet plagę ſibi inflictę, & tormenta, de ſua natura deducerent hominem purum vſque ad ſeparationem animę à cor-*

## MORALITER.

✱ a *Foderunt manus meas & pedes meos.* quia multi martyres fuerunt crucifixi.
b *Dinumerauerunt omnia oſſa mea etc.* nam multi fuerunt in aculeis ſic extenſi, quòd oſſa eorum poterant numerari.
c *Ipſi verò conſiderauerunt & inſpe. &c.* quia non ſolùm occiderũt martyrum corpora, ſed etiam rapuerunt eorum veſtes & alia bona temporalia.
f *Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me.* ſed aſſiſte dãdo virtutem patientiæ.
g *Erue à framea.* ſcilicet dæmonis.
h *Animam meam: & de manu canis.* Id eſt tyranni obſtinati.
i *Vnicam meam.* Eccleſiam quæ eſt vnica.
i *Salua me ex ore leonis.* id eſt peruerſi iudicis iniquam ſententiam proferentis.
K *Et à cornibus vnicornium &c.* id eſt impetu carnificum.
l *Narrabo nomen tuum fratri.* Hic ponitur gratiarum actio pro liberatione fidelium, cum dicitur: Narrabo no. tuum fratr. Sic beatus Petrus narrauit fidelibus modum ſuæ liberationis & ſecuta eſt dei laudatio. ideo ſubditur.
m *In medio eccleſiæ laudabo te. Qui timetis Dominum &c. Timeat eum omne ſemen Iſrael.* id eſt vniuerſitas Chriſtianorum, qui ſunt ſemen Chriſti, cui conuenit nomen Iſrael. qđ interpretatur videns Deum. anima nanq; Chriſti vidit diuinam eſſentiam ab inſtãti ſuæ creationis. Act. 12. a
s *Quoniam non ſpreuit deprecationem pauperis.* id eſt eccleſiæ, ſed eam exaudiuit Conſtantini tempore, qui publicauit edictum ſub graui pœna, vt nulli Chriſtiano fieret iniuria.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Pauperis. Aug.* non eius qui verbis delictorum clamat de vana vita, ſed non tumentis de pompis ſeculi.

b *Apud te. Aug.* Apud Deum laudem ponit, qui docet in homine non præſumi.

c *Laudabunt. Aug.* Pauperes Deum, diuites ſe. ideo pauperes: quia Deum laudant, vt eum quærant, & ipſe eſt diuitiæ pauperum.

d *Corda eorum, Augu.* Quia ille cibus eſt cordis.

e *Manducauerunt, & adorauerũt. Augu.* Non prohibeat diſpenſator manducare, ſed exactorem moneat timere.

f *In conſpectu eius cadent. Caſſio.* Eccleſia vtroſque recipit, ſed ipſe videt, & diſcernit.

g *Annuntiabitur Domino generatio. ven. Caſſiodo.* Ab angelis qui preces hominũ Deo offerunt, non pro inſtructione, ſed pro miniſterio. *Caſ.* Nota pſalmos de paſſione in magna ſpe chriſtianorum terminari, vt ſciatur ex paſſione ſalus eſſe.

*Ex prima expoſ. in pſ. 21. a. 8. Ex ſecunda expoſ. Vbi ſuprà.* † precem *Ex prima expoſit. Vbi ſuprà.* † à te (vel, de te) † cõfitebor tibi † à te (vel de te) † Commemorabunt

a ¶Aug. Cui ſe nuſque non de ſe præſumentis. b ¶Aug. Vt ab illo qui dicebat ſupra: clamabo, nec exaudies.

a ſpexit † deprecationem pauperis. Nec auertit faciem ſuam à me: & cùm clamarem ad eũ,

a ¶Vt quid exaudiuit? b ¶Eſt. ¶Id eſt laudabo te. c ¶Id eſt in toto orbe non modo in Africa: vt Donatiſtę aiunt.

b exaudiuit me. † Apud te laus mea in † eccleſia magna, † vota mea reddam † in conſpectu timentium † eum. Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum: viuent corda † eorum in ſeculum ſeculi. † Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ. Et adorabunt in conſpectu † eius vniuerſæ familiæ gentium. Quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium. † Manducauerũt & † adorauerunt omnes † pingues terræ: in conſpectu eius † cadent omnes qui deſcendunt in terram. Et † anima mea illi viuet, & ſemen meũ ſeruiet ipſi. † Annuntiabitur Domino generatio † ventura, & annuntiabunt cœli iuſtitiã eius, populo qui naſcetur † quẽ fecit Dominus.

a ¶Quomodo erit laus. ¶Aug. Sacrificium quod Chriſtus obtulit Deo, quod norunt fideles, & edent. b ¶Corporis, & ſanguinis. c ¶Vt intelligant verum eſſe corpus, & per illud ſe ſaluari.

a ¶Hæc vota. b ¶Aug. Contemptores ſeculi & humiles.

a ¶Aug. Diuites non ſaturabuntur, quia non eſuriunt: ſaturantur vero qui imitantur patiendo, & laudando eructant.

a ¶Et ſi moriuntur corpora. ¶In hoc diuites.

a ¶Et poſt: Dominum per iſtos laudatores. ¶Qui pauperes, & quomodo laudabunt? b ¶Quia Deus eis exciderat.

a ¶Eccleſia de toto orbe. ¶Sunt pauperes.

a ¶Aug. In conſcientiis ſuis, non in conſpectu hominum. ¶Caſ. Vel, quia eum Dominum conſpiciunt: vel, in fide orabunt, quia conſpectus Dei non eſt, niſi per fidem. b ¶De omnibus finibus, de oĩbus familijs.

a ¶Debet coli. ¶Aug. Non hominum ſuperborum. b ¶Olim abiuratum à Iudæis di. non habemus reg. niſi Cæſ. &c. Ioh. 19. c.

a ¶Non modo Iudæorum. b ¶Aug. Etiam diuites terræ: nec ſicut pauperes ſaturati ſunt vſque ad imitationem, ſed tantum adorauerunt. ¶Corpus humilitatis Chriſti. c ¶Specietenus adorant Deum, ſed humanitatem fraternam non exhibent.

a ¶Sed. ¶Soles videt quomodo cadant, qui deſerentes cęleſtia, in terra eligunt beati fieri.

a Caſ. ¶Quæ in contemptu ſeculi hominibus mori videtur. ¶Pingues cadent. b ¶Non ſibi. c ¶Auguſt. Opera: vel per me credentes, ne quis dubitet de ſucceſſionibus.

a ¶Sed. ¶Per annuntiationem conuertetur. b ¶In honorem Domini. c ¶Aug. Noui teſtamenti, quę ex aqua & ſpiritu generabitur.

a ¶Euangeliſtæ. b ¶Filium Dei. vel mandata eius.

a ¶Quis ille populus? ¶Quomodo naſcetur? b ¶Ex fide Domino. ¶Secundo per regenerationem.

## NIC. DE LYR.

† tuo

¶ a Nec auertit faciem ſu. *quia Chriſtus in omni oratione ſua procedente ex voluntate deliberatiua fuit exauditus, vt dictũ eſt ſuprà pſ. xx.*

b Apud te laus m. *verbũ eſt Chriſti ad patrem directũ: quia Chriſtus in nomine patris laudatur in eccleſia per orbem terrarum diffuſa.*

† Nutriti ſunt

c Vota mea. *ideſt corpus meum, & ſanguinem meum voluntariè à me oblata in cruce.*

† diuites?

d Reddam. *conuertendo ſubſtantiam panis & vini in corpus meum, & ſanguinem in ſacramento eucharistię. Ipſe, eſt enim ſacerdos ſummus, qui hanc conſecrationem efficit virtute diuinitatis. Sacerdos autem eccleſiaſticus eſt miniſter proferens verba conſecrationis in nomine eius.*

† inclinabunt ſe F

† qui aĩam ſuã non uiuificauit (.i. q morti expoſuit aĩam) & de Chr̃o intellige, vel, quorũ nemo poſsit aĩæ ſuę ſeruare, vel prorogare vitam

e In conſpe. timentium eum. *Id eſt fidelium, coram quibus in eccleſia conficitur hoc ſacramentum.*

f Edent paupe. *id eſt verè humiles.*

g Et ſaturabuntur. *quia proficit eis hoc ſacramentum.*

h Et laudabunt Dominum. *quia cum diuinis laudibus, & gratiarum actionibus debet accipi hoc ſacramentum.*

i Viuent corda. *quia viuificat ſpiritualiter, & æternaliter, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum &c.* (Iohan. 6.)

k Reminiſcentur & conuertentur. *verbum eſt ipſius Dauid preuidentis conuerſionem omnium gentium ad fidem Chriſti ante finem mundi: ideo ſubditur,*

m Et adorauerunt. *adoratione latrię.*

n Vniuerſæ familiæ genti. &c. *ſicut ſuprà dictum eſt. Omnes populi, tribus & linguę ſeruient ei.* (Dan. 7. b)

o Quoniam do. eſt re. *generaliter.*

p Et ipſe dominabitur. *ſcilicet Chriſtus, qui idem eſt cum patre deitatis ratione.*

q Manducauerunt & adorauerunt omnes. *id eſt repleti diuitiis, & honoribus, cuiuſmodi ſunt principes Chriſtiani, qui deuotè manducant corpus Chriſti. Et bene dicitur: Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues ter. quia nullus debet corpus Chriſti ſumere, niſi adoret.*

r In conſpe. eius cadent omnes. *ex latrię reuerentia. Quod patet ex eo quod dicitur in Hebręo, & in translatione Hie. iuxta Hebręum: Et curuabiunt genu: quod eſt propriè latrię ſignum, prout diffuſius declaraui in Eſther. Omnes qui &c. ideſt omnes mortales homines.* (Tomo 7. Lyr. in 3. Eſth.)

s Et anima mea &c. *quia Dauid habuit fidem Chriſti venturi.*

t Et ſemen &c. *id eſt imitatores meę fidei. In Hebręo autem habetur: Et animam ſuam non viuificauit, cui concordat tranſlatio Hieron. iuxta Heb. quę ſic habet: Et anima eius non viuet, & eſt finis verſus precedentis: & ſecundum hoc redditur cauſa eius, quod ſuprà dictum eſt: Et adorabunt &c. Ex hoc enim, quòd Chriſtus humiliter & charitatiuè expoſuit ſe morti pro humano genere, meruit talem honorem, ſecundũ quod dicit ad Phil. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur &c. Et ſemen, i. fideles, qui ſunt ſemen Chriſti.* (Tomo. Philip. 2. a)

G

u Annuntiabitur Domino. *id eſt generatio populi Chriſtiani, qui regenerantur in Chriſto aqua, & Spirituſancto: quę tempore Dauid adhuc erat ventura, & per orbem diuulganda.*

x Et annuntia. cœli iu. eius. *ideſt apoſtoli aliją, diſcipuli Chriſti, qui nominati ſunt cęli, ſuprà.*

y Iuſtitiam eius. *i. Chriſti: & non iuſtitiam ex operibus legis, ex quib. non iuſtificabatur ad plenum homo, vt habetur ad Rom.*

z Populo qui na. *i. populo Chriſtiano, ex aqua & Spirituſancto naſcituro.*

a Quem fe. Do. *ſpeciali & nouo genere factionis. de qua dicitur: Nos fecit, vt eſsemus iuſti in conſpectu eius. ubi dicit glo. Prima factio fuit de nihilo. ſecunda de ſanguine proprio, & ideo magis eſt attendenda, & conſideranda quàm prima.* Moraliter *autem poteſt exponi pſal. iſte de quolibet fideli, qui eſt membrum Chriſti, qui in afflictione mentis, uel corporis poſitus petit à Deo liberari: à quibus cũ Dei adiutorio reſurgit ſaltem ſpiritualiter, & non corporaliter: quia Deus permittit aliquando fideles ſuos in afflictionibus corporalibus mori, vt per meritum patientię perueniant ad maius pręmium cęleſtis glorię.*

## MORALITER.

✠ b *Apud te laus mea in ecc. ma.* ideſt per orbem diffuſa. tũc enim fabricatæ fuerunt eccleſiæ per orbem de eius licentia.

H

e *Edent pau.* ſcilicet Euchariſtiæ ſacramentum, quod tunc per orbem fuit fidelibus adminiſtratũ.

g *Et lau. Domi.* de tanto bñficio.

i *Viuent cor. eorum.* vita gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.

K *Reminiſcentur.* Hic ponitur Gẽtilium magna conuerſio, imperatoris exemplo. ideo dicitur:

l *Et conuertentur &c. quoniam Domi. &c.* ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti.

q *Manducauerunt.* quia nullus corpus Chriſti manducare debet, niſi prius adoret.

r *In conſpectu &c.* ipſum adorando latria.

s *Et anima mea.* ideſt ad eius obſequium.

t *Et ſemen &c.* ideſt eccleſiæ filii. de quo ſemine ſubditur,

u *Annun. Do. gene. vent.* per angelos pręſentantes coram Domino eorum bona. Tob. Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos. ſequitur: Ego obtuli orationem tuam Domino &c.

x *Et annuntiabunt cę. &c.* ideſt prædicatores, qui cęli dicuntur. vnde *Grego.* Ornamenta cęlorum ſunt virtutes prædicantium. ipſi verò debent annuntiare populo Chriſtiano, qualiter debeat iuſtè viuere & ſeruire Deo.

*In pſalmo xxj. Deus Deus meus: vbi dicitur in poſtil. Antiqui Hebręi hunc pſalmum expoſuerunt de tribulatione.*

## ADDITIO I.

¶ Circa expoſitionem huius pſ. duo vñt principaliter addẽda. Primum. ſ. circa expoſitionem tit. Secundum circa ea ad quę poſſet litera huius pſalmi rectè applicari. Circa primũ ſpãliter cum in ti. dr̃ ſm Hebraicam veritatem. Pro cerua matutina. Attendendum eſt, ꝙ in illis verbis præter illa, quæ à doctoribus cõiter declarãtur, põt notabiliter intelligi tp̃s proprium, ad quod referenda ſunt ea, quæ in hoc pſãl. continentur. Qđ quidẽ tp̃s incipit à tpe quo paſsio Chriſti imminebat, & terminatur in tp̃s quo ſua reſurrectio fuit manifeſtata. Ad cuius declarationem ſciendũ, ꝙ dies artificialiter, prout cõiter accipitur, eſt latio ſolis ſuper terram: ſicut & nox, latio eiuſdem ſubtus terram. Vnde inter quemlibet diẽ & noctẽ immediatè præcedentem eſt quoddã tp̃s, qđ dr̃ crepuſculũ matutinum, qđ incipit ab initio ſplendoris, qui apparet in aere ante ortũ ſolis, & terminat̃ in ipſo ſolis ortu: qđ quidem tp̃s. ſ. hmõi crepuſculum põt dici cerua matutina



A matutina, eo ꝙ nũciat ortũ ſolis propinquum, quod eſt quid deſiderabile, & iucundum, Eccl. Suauis eſt lux. Ceruus aũt in ſcripturis velox nuntius pulchritudinis eſt, iuxta illud Gen. in poſtil. allegatum. Cum aũt tp̃s vet. teſt. nox dicitur ſicut & tempus noui, dies appellatur. iuxta illud, Nox præceſſit, dies aũt appropinquauit. conſequens eſt, vt inter diẽ no. teſt. & noctem veteris præcedentis aliqđ tp̃s intercipiatur, quod ſe hẽat vt crepuſculum inter prædictã noctem, & diẽ: quod idẽ crepuſculum in hac ſimilitudine propriè incipit à tpe quo paſſio Chr̃i imminebat: in quo ſplendor redemptionis incipiebat oriri. Licet. n. de tpe paſſionis dr̃ in Abac. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius: ibidem. tñ de eadem dr̃. Splẽdor eius, vt lux erit. Terminatur aũt hoc crepuſculum in manifeſtatione reſurrectionis Chr̃i, in qua propriè ortus eſt ſol iuſtitiæ, & dies euangelica manifeſtè claruit: vnde in manifeſtatione reſurrectionis legitur. Et valde mane veniunt ad monumentũ orto iam ſole &c. Pſal. igitur iſte qui tractare incipit à tpe paſſionis, & terminat̃ in manifeſtatione reſurrectionis, propriè cõprehendit crepuſculũ interceptum inter noctẽ teſtamenti veteris, & diem noui. quod tp̃s, cerua matutina appellari debet rõne prædicta. Circa ſm verò de his. ſ. ad quę lr̃a huius pſ. applicari poſſet, attendendũ eſt, ꝙ dicere prout poſtill. dicit, ꝙ lr̃a huius pſal. ſatis poſſet applicari ad tribulationẽ contra Iudæos per Amã excitatam, vt in li. Eſther, vel ad tribulationẽ eorũ p Nabuchodonoſor, vt Ra. Sa. dicit, & hmõi, non ſolũ eſt à mente ſanctorũ, & doctorũ penitus alienũ, ſed ẽt veritati lr̃ę manifeſtè inconſonum. Primũ patet ex allegatione Apoſtoli ad Heb. de illo verſu: Narrabo nomẽ tuum fratribus meis. qđ allegatur in poſtilla. non. n. Apoſtolus concluderet, contra Hebræos ſi ſnĩa huius pſal. ad lr̃am applicabilis eſſet ad aliquã hiſtoriã præterquã ad materiam paſſionis, & reſurrectionis: imò Apoſto. penitus inutiliter allegaſſet. Euacuarent. n. Hebręi ſuã allegationẽ, aſſerendo hunc pſal. non de Chr̃o, ſed de alijs poſſe intelligi ad literã, prout poſtillator fatet̃, licet minus rectè. Vñ non ſolũ condẽnandus eſt, exponens hunc pſal. de Dauid ad lr̃am, vel populo Iſraelitico, & hmõi pręterquã de Chriſto. prout in ſynodo Toletana per poſtil. allegata: ſed ẽt aſſerẽs ꝙ lr̃a huius pſ. talibus eſt ſatis applicabilis, eſt à mẽte ſanctorũ alienus: imò expreſsè vr̃ cõtra autoritatẽ Chriſti in cruce clamãtis: Ely ely lammazabathani: in quo manifeſtè oſtendit hæc verba de ipſo debere intelligi, & p conſequens illa, quæ in pſ. ſequuntur. Vñ & gloſ. ordinaria in hoc loco ſic dicit, Iſte pſal. ſufficeret in teſtimoniũ dñicæ paſſionis, ne qua ſit alicui excuſatio, ne qua ſit ambiguitas. Hæc in gloſ. & ſic patet primum. Secũdũ patet. Nam tota lr̃a pſal. planè loquitur quaſi de vna pſona ſingulari in maxima afflictione exiſtenti, quę quidẽ perſona

B loquitur, vt per ſe diſtincta non ſolũ à perſequẽtibus, ſed ẽt à fratribus & cõplicibus. vnde pſona illa tribulatiſſima expreſsè dicebat: Narrabo no. tuum fra. meis. Similiter &: In medio eccleſiæ laudabo te. tanquã ab ipſis fratribus, & ab illa congregatione pro tunc diſtincta. Ex quo patet, ꝙ litera pſal. non põt intelligi de congregatione fidelium in perſecutione Aman, & Nabuchodonoſor, & ſimilium: in quib. perſecutionibus fideliũ congregatio cõiter affligebat̃. Quæ attendentes quidam Hebręorum expoſitores, de Dauid in perſecutione Saulis poſito, & ab illa diuinitus liberato, hunc pſal. expoſuerunt, vt poſſet intelligi quaſi in perſona ſingulari, & non de collectione, ſeu populi multitudine, ne eſſet manifeſtè contra totam formam pſal. vt dictum eſt. Sed nec hoc ſtare põt: obſtant. n. plures verſus, qui hoc nullo modo patiuntur: ſicut cum dicitur: Foderũt manus meas, & pedes meos &c. quod nunquam de Dauid legitur, nec etiam ꝙ fuiſſet in perſecutione Saulis qualitercũq; vulneratus, nec oſſa ſua dinumerata. Similiter neq; veſtimenta ſua per aduerſarios diuiſa, nec ſuper veſtẽ ſuam ſingularem aduerſarij ſortem miſiſsẽt, vt eſt manifeſtum in ſua hiſtoria, Nec etiam dici poſſet, ꝙ hoc eſſet de mente aduerſariorũ, licet illud nõ potuiſſent effectualiter adimplere. nam cùm Dauid in ſua perſecutione pauperrimè viueret, & mendicatiuè, nulla ratio patitur, ꝙ Saul, & ſui concupiſcerent veſtimenta ipſius Dauid habere: & multò minus ſuper eam ſortes mittere, cùm viri ſimiliter eſſent viliſſimi pretij. Milites autem qui hoc fecerunt circa veſtimenta Chriſti moti fuerunt ex illa ratione, prout dixi in hoc paſſu in additione ſuper Ioh. quę quidem ratio in Dauid non habet locum, vt patet eandem rationem ibidẽ conſideranti. Similiter ſunt & alij verſus circa finem pſal. qui ſecundum Hebraicam veritatem proprijſſimè intelligendi ſunt de Chriſto, & de nullo alio, vt infrà patebit &c.

*In eodem pſalmo xxj. vbi dicitur in poſtilla: Vt ſic dolor ſenſibilis in Chriſto eſſet maximus.*

## ADDITIO II.

¶ Non ſolum dolor ſenſibilis in Chr̃o, qui cauſatur ex corporali nociuo, fuit maximus inter dolores pręſentis vitę: ſed ẽt dolor interior, qui cauſatur ex apprehenſione alicuius nociui, qui triſtitia dicitur: Fuit ẽt maximus inter ſimiles dolores, vt S. Tho. ſufficienter declarat in Sum. Nec eſt dicendũ, ꝙ dolor interior in Chr̃o fuerit mitigatus per rõnem deliberatiuã inquãtũ ponit ibi modũ, ſeu mediũ virtutis, prout videtur poſtil. ſentire. Nam ſm dictamen rectæ rationis Chriſtus habuit dolorẽ pro oĩbus peccatis humani gñis pro quibus ſatisfaciebat, & quaſi ſibi attribuebat. d. verba delictorũ meorum. Similiter habuit dolorem naturaliter iuxta dictamen rectæ rationis pro amiſſione vitę corporalis, quæ amiſſio tñ eſt magis dolenda rõnabiliter, quantò viuens, qui eã amittit eſt magis virtuoſus, ſm Philoſoph. in li. Ethi. Ex quibus conſiderationibus dolor Chriſti interior ẽt cum moderamine rõnis conſideratus, manifeſtè fuit maximus. Ad nullum. n. purum viatorem pertinuit dolere, ſeu triſtari pro oĩbus peccatis humani generis per modũ ſatisfactionis. Similiter, nec aliquis purus viator aĩam tam virtuoſam dimiſit: & ſic patet ꝙ dolor interior Chriſti ſm rõnem moderatus fuit maximus in ſuo genere. Vnde Chriſtus de dolore corporali non legitur cõqueri, licet fuerit maximus in ſuo genere. De dolore tñ interiori, qui eſt triſtitia, legitur dixiſſe: Triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortem. Vnde ad exprimẽdam magnitudinem huius doloris interioris, qui in corde principaliter conſiſtit, dr̃: Factum eſt cor meum tãquam cera liqueſcens &c. Ex vehementia. n. triſtitiæ, quę maximè contrariatur robori cordis, cor dr̃ liquefieri, & quaſi diſſolui. Similiter quod dicit̃. Aruit tãquã teſta virtus mea: referendũ eſt ad dolorẽ interiorẽ. ſ. ad triſtitiã, quæ eſt valde exiccatiua. vnde Pro. Spũs triſtis exiccat oſſa. Alia aũt, cũ dicit: Diſperſa ſunt oĩa oſſa mea, ſimiliter &: Foderunt manus meas & pedes meos, & huiuſmodi, referenda ſunt ad expreſſionem acerbitatis doloris ſenſibilis, & exterioris. (C; Matt. 26. d; Prou. 17. d)

*In eo. pſal. vbi dicitur: Foderunt manus meas, & pedes meos.*

## ADDITIO III.

¶ Hebræi tantum timuerunt concludi ex iſto paſſu. ſ. cum dr̃: Foderũt manus meas, & pedes meos. qđ nulli alteri de cõtẽtis ĩ ſacra ſcriptura, niſi Chr̃o in cruce manibus & pedibus pforato applicari poſſet, ꝙ eorũ puerſitas lr̃am antiquã corrupit. vñ vbi dr̃, Foderunt, finxerunt ibi aliã dictionẽ quaſi ſimilis prolationis, ſic ꝙ vbi lr̃a hẽbat כרו charu: quod ſignãt idẽ quod foderunt poſuerunt כארי chaari: quod ſignãt idẽ quaſi leo. quorũ nequitiã ſẽſus lr̃ę teſtat̃, cũ manifeſtè appareat incõſonus, & defectuoſus. Eſt. n. ſenſus pdictæ literæ ſic corruptæ talis: Conſilium malignantium obſedit me, quaſi leo manus meas, & pedes meos. nulla enim conuenientia rationabilis videtur ad hoc, vt leo obſideat ſpecialiter manus & pedes. (*Nota Hebræorũ peruerſitatem in corrumpendo textu ſacro.*)

*In eo. pſal. xxj. vbi dicitur in poſtil. Erue à framea Deus aĩam meã.*

## ADDITIO IIII.

¶ Cauſa ex qua mors Chriſti de directo ſubſecuta eſt, fuerunt perſecutores & occiſores ipſius, qui ſufficiẽtem cauſam mortis ei intulerunt cũ intentione occidendi ipſum, & effectu ſubſequente. Sed Chriſtus fuit cauſa ſuæ mortis indirectè, ſ. quia non impediuit, cùm impedire potuiſſet, vel aduerſarios reprimendo, ſic vt non uellent, aut non poſſent eũ occidere, vel conſeruando naturã carnis ſuę, ne à quocunq; læſiuo opprimeretur, quod impedimentum aĩa Chriſti inquantum vnita verbo Dei poterat facere ſecundum Aug. in 4. de Trinitate. ſed quia hoc nõ fecit, dicitur animã ſuam poſuiſſe, prout ſanctus Tho. latius in tertia par. q. 47. art. 1. in cor. q. declarat. (D)

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtil. Edent pauperes, & ſaturabuntur.*

## ADDITIO V.

¶ Notanda videtur differentia inter hoc, ꝙ dicit: Edẽt pauperes & ſaturabuntur &c. Et quod infrà ſequit̃, Manducauerunt & adorauerunt oẽs pingues terrę. Nã licet vtrobiq; loquit̃ de manducatione corporis Chriſti, vt cõiter tenetur, tñ pauperes ſpũ qui ſunt verè humiles, & imitatores Chriſti dicentis: Diſcedite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. cũ edunt hoc ſacr̃m, ſaturantur: quia in mẽte reficiuntur. ſimiliter & laudãt Deũ per hoc ſacrificium laudis, ſimiliter & viuent corda eorum in ſeculũ ſeculi, iuxta illud Ioh. Qui manducat hunc panẽ, viuet in æternũ. Sed pingues terræ. ſ. qui terrenis sũt impinguati, licet manducẽt ſacr̃aliter, ſimiliter & adorent corporaliter, nou tñ ſaturant̃, quia mentaliter non reficiuntur, nec viuent p hoc in ſeculum, ſed potius in conſpectu eius cadent, & deſcendunt in terram. Nã qui indignè manducat, iudiciũ ſibi manducat. vnde noranter dicit̃ In conſpectu eius, quia ſolus Deus videt qũo cadũt, & diſcernit, qui ſumunt ad vitam, et qui ad mortem. Hęc expoſitio iſtorum verſuum accipitur à glo. ordinaria, et videtur magis conſona rei et literę quàm expoſitio poſtillatoris. (Ioh. 6. f; 1. Cor. 11. f)

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtil. Et anima mea illi viuet.*

## ADDITIO VI.

¶ Sciẽdũ, ꝙ ab illo loco, vbi dr̃ in tranſlatione nr̃a: Et aĩa mea illi uiuet etc. uſq; ad finẽ pſ. Hebra. ueritas ſic hẽt: Et aĩam ſuã nõ uiuificabit: et eſt finis pcedentis uerſus, put poſtil. dicit: Et ſequitur in alio verſu; Semẽ ſeruiens ipſi, annuntiabitur Dño in gñatione. Et ſequit̃ in alio verſu: uiuent et annuntiabunt iuſtitiã eius populo, qui naſcetur quem fecit Dñs. Ad quorũ uerſuum planũ intellectũ cõſiderandum eſt, ꝙ cũ Pſalmiſta in hoc pſal. declaraſſet Chriſti anguſtias et opprobria, et tormẽta, et hmõi paſſiones: ſimiliter, et cũ hoc oſtẽdiſſet inſtantiã orõnis Xp̃i pro ſua liberatione. vt cũ dicit: Ne diſceſſeris à me: ſalua me ex ore leonis, et hmõi. Et cõſequẽter exp̃ſſiſſet ipſum fuiſſe exauditũ, cũ dicit: Nec auertit faciẽ ſuã à me, et cũ clamarẽ ad eũ, exaudiuit me. Cõſequẽter ẽt declaraſſet ſublimationem et vl̃itatẽ regni eius dicẽdo: Conuertentur ad Dñm uniuerſæ familiæ gentium, qm̃ Dñi eſt regnũ etc. manducauerũt et adorauerunt. Ex iſtis ſimul



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E iſtis ſimul conſideratis quoddã ambiguũ poſſet oriri, ſpãliter apud antiquos, qui hoc hẽban tñ ex prophetico vaticinio. Qd quidem ambiguũ ſeu dubiũ poſſet eſſe ta'e.ſ. qualiter Chrs ex tanta afflictione fuiſſet liberatus, & deueniſſet ad tm̃ dñium & honorẽ, vtrum.ſ. per oppreſſionẽ inimicorũ, ſuperando eos corporaliter per ſe, vel p alios, put contigerat ipſi Dauid, qui fuerat Chrĩ figura, vel alio modo. Ad qd declarandũ dicit: Et aĩam ſuã nõ viuificauit. hoc eſt dicere, ꝙ victoria ſua fuit per mortẽ propriã. In qb. verbis denotat mortẽ Chrĩ eſſe voluntariã: non tñ ab ipſo de directo cauſatã, vt dictum eſt, dicẽdo enim: Aĩam ſuã non viuificauit, ſubintelligitur, cum hoc facere poſſet: & ſic fuit volũtaria: quia tñ non dixit: Aĩam ſuã mortificauit: vř innuere, ꝙ non fuit cã ſuæ mortis de directo, ſed per indirectũ.ſ. non remouendo cauſas mortificãtes. Cõſequenter reſtabat declarandũ, quõ poſt mortẽ Chrĩ qui ſine ſucceſſione, ſeu poſteritate carnali diſceſſerat, fides ſua fuiſſet p orbẽ diuulgata: Ad qd declarandũ ſubiunxit: Semẽ ſeruiens ipſi annunciabit dño in gñatione. hoc eſt dicere, ꝙ licet Chrs nõ habuerit ſemen carnale quod ei ſuccederet in fide, ſicut Abrahã, habuit tñ ſemen ſpũale, ſ. apoſtolos & diſcipulos ſeruientes ipſi, qui reputant apud Deũ, in gñatione.ſ. ſpiritualii: qui quidẽ apoſtoli, & alij diſcipuli annuntiaturi erant iuſtitiã Chrĩ populo fideli, qui naſciturus erat ſm ſpũm: qui quidẽ populus à Dño à quo fides & charitas infundunt, factus eſt, & hoc eſt qđ dicit: Viuẽt.ſ. apoſtoli & hmõi, & annuntiabunt iuſtitiã eius populo, qui naſcet, quẽ fecit Dñs. Et ſic patet manifeſtè, ꝙ materia huius pſ. incipit à tpe quo paſſio Chriſti imminebat, & terminatur in tẽpus in quo ſua reſurrectio incipiebat manifeſtè diuulgari: quod tempus congruè ceru̅a matutina nuncupatur ratione prius dicta.

*In eo. pſal. xxj. vbi dicitur in poſtil. Moraliter autem poſſet exponi pſalmus iſte &c.*

ADDITIO VII.

¶ Difficile eſſet, imò & verius impoſſibile, iſtum pſ. veracem exponere de quolibet fideli in afflictione mẽtis, ſeu corporis poſito &c. prout poſtil. dicit. Verſus enim huius pſalmi pro maiori parte ſic dicuntur de Chriſto propriè, quòd de nullo alio verificantur. vnde rectè tenendum eſt cum gloſ. præallegata, quòd pſalmus iſte eſt propriè teſtimonium propheticum dominicæ paſſionis.

REPLICA.

IN pſal. Deus Deus me. re. in me. &c. Burgen. oſtendit ſe præſenio delirare. nã imponit poſtil. expoſitionẽ, quam tamẽ ex intentione reprobat, & de Chriſto expoſitionẽ proſequtur cõtra Iudæos per totũ, In qua expoſitione notat poſtil. ꝙ rõ deliberatiua aut mitigat dolorẽ interiorẽ aĩæ, aut dolorem exteriorẽ in F ſenſu, & in carne. Primo mõ mitigat directè, ponendo ibi modum virtutis: quæ mitigatio habuit locũ in Chriſto, ſecundo mõ non mitigat, niſi indirectè per modũ redundantiæ virtutis in carne. & hæc in Chriſto non fuit, ſed ſuſpẽdebatur à diuinitate. Fuit igitur dolor ille maximus. Huic igitur mõ dicendi Burgen. valde moleſtus audacter ſine diſtinctione cõtradicit, volens ꝙ ẽt Chriſti dolor fuerit maximus cũ moderamine deliberatiuæ, & rectæ rõnis cõſideratus, nõ perpendens quãtis diſtinctionibus vtatur doctor ſubtilis, tam pertinẽtibus ad diſtinctionẽ portionum quàm affectionum. Cum. n. cõſtet Chriſti paſſionẽ præuiſam à Deo, vt probatur ĩ vltimo tractatu primi lib. ſñiarum: cõſtat ẽt ſic p̃uiſam ex ſũma charitate exhibitã, quia maiorẽ charitatẽ nemo hẽt, quàm vt aĩam ſuã ponat quis pro amicis ſuis: quæ ſunt mitigatiua, prout ad rõnem pertinet deliberatiuã. Quoad præuiſionẽ dicit B. Greg. Iacula minus feriunt, q̃ præuidenẽ. Vnde mala tolerabilius ſuſcipiunẽ præuiſa. De charitatiua exhibitione dicit B. Bernar. Sæua & immania, delectabilia facit amor. Charitas. n. nomen difficultatis erubeſcit, ſupple accedẽte plena deliberatione. Vnde & ſi affectione cõmodi aĩa Chriſti triſtabatur rõne coniunctionis ad appetitũ ſenſitiuũ, affectione tñ iuſti, talis triſtitia mitigata fuit rõne deliberatiua cõiuncta fini p̃uiſo, & ex ſumma charitate exhibito. Nec valet qđ Burg. adducit, ꝙ iõ dolor ille ẽt ratione deliberatiua moderatus debuit eſſe maximus, quia pro oĩbus peccatis ſatisfactorius, nã ſi præuiſum fuiſſet, minimus dolor, imò nullus ſuffeciſſet. Sicut. n. ſolo verbo Dei cuncta ſunt creata, ita ſolo ipſius nutu poterant ſufficienter recreari collapſa. Vnde ſancti doc. & magiſter ſent. licet de dolore aĩæ Chrĩ modeſtius loquuntur quã Burg. non audent in ea concedere dolorẽ paſſionis, ſed ſolùm propaſſionis. Vnde ẽt gloſſantur dicta B. Hil. contra Bur. intentionẽ extremè loquẽtis de Chrĩ paſſione ad inſtar teli aerem pforantis &c. Id ẽt quod Bur. ſcdò adducit, non plus probat, niſi ꝙ dolor animæ Chriſti, ut coniunctæ appetitui ſenſitiuæ ex affectione cõmodi fuit maximus, qui ſecundum quod ex ratione deliberatiua, coniuncta fini & innixa affectioni iuſti fuit mitigatus. Primò mõ reſpexit volita. ſecundo modo acceptata. Et eſt quodã mõ ſimile de proiiciente merces tpe periculorum. Vnde penſando in hac materia deciſionẽ doctoris ſubtilis apparet Burg. temerè locutum, & ad pauca reſpicientem, & delirando ſe in contradictoriis inuoluentem. Dicit nanque in fine huius corruptionis, ꝙ Chriſtus non legitur conqueſtus de dolore corporali: & ſtatim poſt concludit, ꝙ ea quæ dicit hic cõquerendo: diſperſa ſunt omnia oſſa mea, & ſimiliter: foderunt manus meas & pedes meos: ad dolorẽ corporalẽ debeãt referri, quę eſt manifeſta contradictio. Vlterius quoque delirando circa illũ paſſũ: Manducauerunt & adorauerunt oẽs pingues terræ, cadent oẽs qui deſcendunt in terrã. dimittit Hebraicã veritatem, & innititur cõtra morem ſuũ nr̃æ translationi: & exponit ly cadent, in mala ſignificatione, cũ tamen B. Hiero. ex Hebraica trãslatione exponat in bono: ponens pro ly cadent, curuabũt genu, quod eſt ſignũ latriæ adorationis requiſitæ ad dignã ſacræ euchariſtiæ cõionem. Et cum poſtil. cum B. Hiero. exponat ſecũdum allegatam per eum Hebraicã veritatem. Burg. tamen eum quemadmodũ cõſueuit: nequaquã reprehendit. Et cùm dicit poſtil. hũc pſal. moraliter poſſe exponi de quolibet fideli in tribulatione poſito etc. Burg. dicit hoc fore impoſſibile ex ſophiſtica rõne: quia vt inquit ſic propriè dicũtur in hoc pſal. contenta de Chriſto, ꝙ de nullo alio poſſunt verificari: Si vult dicere propriè, verum eſt, ſed nõ contra poſtill. qui non dicit propriè, ſed moraliter, et tranſſumptiuè. Cùm enim Chriſtus tribulatus dixit ad literam propriè: Foderunt manus meas et pedes meos. quare ſic fidelis non poteſt dicere tranſſumptiuè, manus ſuas, id eſt opera ſua fodi, id eſt calumniari: et ſic de aliis. vnde patet Burgen. hic et alibi, uel inuidum, uel delirum, quia ſine ratione lyræ inconſonum.

Scotus in 3. ſent. diſ. 15.

GLOS. ORDIN.

a *Pſalmus Dauid. Caſ.* Propheta reditum populi de Babylone prædixit.

GLOSSA ORDIN.

PSAL. XXII.

DOminus regit me. Pſalm⁹ de miſericordia, enumerãs decẽ gr̃as, vt oẽs ſperent in miſericordia Dei. *Aug.* Eccleſia loquitur Chriſto. Paſcit me. *Aug.* Chriſtus eſt paſtor meus, perducens in loco paſcuę, ideſt intelligentia diuini ſermonis, incipientis ad fidem: ideſt incipientes inſtruentis.

a *In loco*

a Pſalmus Dauid. XXII.

¶ In quo tutus. ¶ Alias paſcit.

b †Ominus †regit me,

a Dñs regit me. *Dñt aliqui, ꝙ Dauid fecit hũc pſ. pręuidens in ſpiritu captiuitatis Babylonicę reditum. in cuius perſona dicit: Dñs regit me: qa rediȷt in terrã Iſrael diuina gubernatione. Et nihil mihi deerit, quia ĩ uia defectum notabilẽ non habuit. In loco paſcuę ibi me collocauit. i. in terrã Iſrael, quę eſt fertilis. Sed iſtud bene conſonat ei qđ dr̃ Nehemię v. vbi dr̃ ꝙ populus qui redierat de captiuitate, erat in tanta paupertate, ꝙ aliqui diſponebant vendere filios ſuos & filias in ſeruitutẽ, et alij poſſeſſiones ſuas, ut poſſent hr̃e alimenta ad uiuendum. pp quod Ra. Sa. aliter exponit, ſ. de pſona ipſius Dauid, qui timore Saulis cum viris ſuis ad regẽ Moab fugit. Sed quia cũ Dauid fuerũt hoĩes fugitiui & debitis obligati, & per conſequens ad idololatriã, & alia mala proni. Gad propheta de mãdato Dñi dixit ipſi Dauid, ꝙ non maneret ibi, ſed iret in terrã Iuda, qđ & fecit. vñ & ibi ſubdit: Et profectus eſt Dauid, & venit in ſaltũ Areth, cõfidens de prouiſione diuina. Et dicit hic Ra. Sa. ꝙ diuina virtute factus eſt ille locus abundãs fructibus, & aĩalibus, & irriguis fontibus, vt Dauid & viri eius poſſent ſuſtentari ibi, & non haberent occaſionẽ idololatrandi remanẽtes in terra Moab, quę erat idololatrię dedita. poteſt etiam dici abſque tali miraculo, ꝙ ille ſaltus erat fertilis, &*

NICO. DE LYRA. PSAL. XXII.

DOminus regit me. *Huic pſal. premittitur talis titulus in Hebręo: Pſalmus Dauid, et in tranſlatione Hiero. iuxta Hebraicum: Canticum Dauid, & idem eſt: quia cantus & pſal. idem ſignant. Et patet ex poſitio ex ſupradictis, niſi quòd hic dicit Ra. Sa. ꝙ aliquando Spiritusſanctus prius tangebat mentem Dauid, & poſtea canebat pſalmum. & tunc in titulo talis pſal. preponitur canticum nomini ipſius Dauid. Aliquando aũt ecõtrario Dauid incipiebat canere in inſtrũ ad excitandũ deuotionẽ ſuam, ſicut legitur de Eliſeo. Cumq́ caneret Pſaltes, factus eſt in eum ſpiritus Domini &c. Et poſt Dauid ſentiebat tactũ Spiritusſancti. Et in titulo pſal. ſic facti preponitur, uel premittitur nomen Dauid cantico.*

MORALITER.

✱ a *Dominus regit me &c.* Sicut pſalmus decimus eſt de cõfidẽtia Dauid ad terram Iſrael redeuntis, & confidentis, ꝙ ibidem ab eius aduerſarijs diuinitus protegeretur, ſic pſal. iſte loquitur de cõfidentia eius, ꝙ ibidem in deſertis paſceretur. ideo dixit: Dominus regit me, & nihil mihi deerit &c. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet tranſeunte ad religionis deſertum, & potiſsimè mendicantiũ, confidente, quòd ibi ſibi diuinitus ſufficienter prouidebitur de neceſſariis vitæ, & ſic dicit, Dominus regit me, uocando ad ſe.

✱ *Et ni-*



A a *In loco Paſcuæ. Caſſiod.* Prima gratia, locus paſcuæ, id eſt ſermo diuinus, qui ſaginat meditantes.

b *Super aquam. Caſ.* Secunda gratia, aqua refectionis.

c *Animam meam. Caſ.* Tertia gratia, qua poſt baptiſmum anima contracta fit ſine ruga. Sed quibuſdam, ordo harum gratiarum conuerſus videtur, legentes literam: Collocauit in loco paſcuę, ſed prius educauit ſuper aquã refectionis, ſed prius aĩam meã conuer.

d *Deduxit. Caſ.* Quarta, quòd ſuper charitatis præcepta duxit.

e *Super ſemi. Aug.* Arctiora mandata, & perfectiora conſilia, quibus quaſi ſemitis pauci iuſti ambulant, ſicut ſemitę arctiores ſunt quã vię.

f *Nam & ſi. Caſ.* Quinta, quod in vmbra mortis non timet mala.

g *Mecum es. Aug.* In corde per fidem, vt poſt vmbram mortis ego tecum ſim.

h *Virga tua. Caſ.* Sexta, correctio. *Caſſiod.* vel virga, diſtrictio, quæ conuertit vitia. Baculus, gubernatio, quæ ſuſtinet fideles.

i *Paraſti in conſpectu. Caſ.* Septima, menſa domini, beata conuiuatio, ſaturitas fidei, eſca cœleſtis. de qua Apoſtolus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit.

K *In conſpectu meo menſam. Caſ.* Etſi non impiorum. De hac dicitur: Sediſti ad menſam diuitis, id eſt Chriſti: ſcito & te ſimilia debere præparare, id eſt pati ſicut ipſe.

l *Impinguaſti.* Octaua, vnctio capitis ſcilicet Chriſti, quod nulla ariditate peccati exaruit: vnde cætera lętantur membra: quia à capite deſcẽdit vnguentũ in barbã barbam Aaron, & in oram veſtimenti eius.

m *Et calix meus. Caſ.* Nona, calix, Chriſti ſanguis, qui ſic inebriat vt ſobrios reddat.

n *Meus. Caſ.* Quia accipio. Vel, tuus, quia das. Menſa & calix, caro & ſanguis quamquàm vnum ſint ſacramentum, ſub diuerſis tamen ſpeciebus: quia vtrũque ſumitur, diuiſim hic ponuntur.

o *Et miſericordia. Caſ.* Decima, miſericordia ſubſequens ad cuſtodiam, quæ præcedit ad gr̃am conferẽdã.

p *Et vt inhabi. Hiero.* Hoc omnibus ſuperioribus iungitur. Q. collocaſti, educaſti, deduxiſti &c. & hoc ideo, vt inhabitem.

a ¶ Caſs. Quia ſpiritualem ſubſtantiam credit ſibi a Deo eſſe conferendam. b ¶ In futuro. c ¶ Diuina lectione. ¶ Vbi certus de ſatietate.

a & nihil mihi deerit, †in loco paſcuæ, b

a ¶ Nutriendum. b ¶ Non ego. c ¶ Quaſi prius inſtruxit me ad fidem, & poſt educauit me. d ¶ Caſs. baptiſmi. quo reficiuntur qui vires amiſerant, & anima ariditate peccatorum ſterilis fœcundatur.

b ibi me collocauit. Super aquam † re- c d

a ¶ Paulatim vt pueros. b ¶ Auerſam in Adam.

c fectionis educauit me, animam me- e f

a ¶ Sed prius educauit animam &c. Et poſt. ¶ Vt poſt ſit ſancta & iuſta. b ¶ Inde. ¶ Sicut paſtor ouem. ¶ Perſeuerare fecit in præceptis charitatis: vel, ad hoc ſcientiæ perduxit, vt eius præcepta doceam. c ¶ Quibus pauci ambulant.

d e am † conuertit. Deduxit me ſuper ſe- g

a ¶ Suæ. b ¶ Aug. Non meritum meum, & ſi hic videatur quod in alijs.

mitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum. h

a ¶ Deduxit. quia ſi etiam. b ¶ Vt conuerſer inter ignaros Dei.

f Nam & ſi † ambulauero † in medio i

a ¶ Aug. vitæ huius quæ eſt vmbra mortis. ¶ Caſs. vel hæretici ſunt vmbra mortis, quia figuram exitij portant.

umbræ mortis, non timebo mala, k

a ¶ Non timebo: nam. ¶ Aug. diſciplina quæ eſt ad oues, baculus ad grandiores filios, qui ab animali vita creſcunt ad ſpiritualem.

g quoniam tu mecum es. Virga tua & l m

a ¶ Aug. erudiendo non afflixerunt.

†baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. n

a ¶ Per quid conſolata ſunt. ¶ ¶ Aug. vt iam non lacte alar paruulus, ſed ſolidiore cibo firmatus ſum contra eos. c ¶ Aug Communionem corporis Chriſti.

i k Paraſti in conſpectu† meo menſam, o

a ¶ Aug. Quia & bona indigne ſumpta, obſunt malis.

l † aduerſus eos qui tribulant me. Im- p q

a ¶ Lætificaſti ſpirituali lætitia mentem. b ¶ Spirituali gratia. c ¶ Mentem. d ¶ Aug. Dans obliuionem variarum delectationum.

m pinguaſti in oleo caput meum, & ca- r s

¶ Vel tuus. a ¶ Dat enim claritatem æternæ vitæ.

n lix meus† inebrians † quàm præcla- t

¶ Poſt omnia.

o rus eſt. Et miſericordia tua ſubſeque- v

a ¶ Caſs. quandiu hic viuo. b ¶ Non tuæ.

tur me, omnibus diebus vitæ meæ.

a ¶ Subſequetur me: non autem hic tantum: ſed vt etiam inhabitem. ¶ Et ad præcedentia ſeruanda, & vt inhabitem. b ¶ Non manufacta.

p Et † ut inhabitem in domo domini, x

¶ Æternaliter.

in longitudine dierum. y

c Ibi me collocauit. *Quia in ſaltu Areth erat locus ſufficiens ad viuendum, vt prędictum eſt. ex quo patet ſententia eius quod ſubditur:* C

d Super aquam refectionis. *Quia prius timore Saulis volebam manere in terra Gentilium, modò volo contrarium.*

g Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitię. *id eſt reduxit me in locum ſuæ culturæ, quę eſt iuſtitia perfecta.*

h Propter nomen ſuum. *id eſt ne ego vel viri mei aliquid ageremus contra honorẽ nominis ſui, vt prędictum eſt.*

i Nam & ſi ambulauero in medio &c. *id eſt in periculo mortis ex perſecutione Saulis intra regnum ſuum.*

K Non timebo mala. *ab eo excogitata.*

l Quoniam tu mecum es. *tanquàm defenſor fortis. Et in hoc dirigit Dauid verbum ſuum ad ipſum Deum.*

m Virga tua & baculus tuus. *id eſt defenſiones tuę, & quę deſignantur nominibus baculi & virgæ.*

o Paraſti in conſpectu meo menſam. *i. victum ſufficientem.*

p Aduerſus eos. *ſ. Saul & eius cõplices.*

q Impinguaſti in oleo. *q. d. non ſolũ prouidiſti mihi de cibo, ſed etiam de conuenienti condimẽto, quod nomine olei deſignatur.*

s Et ca. me. *i. non ſolùm mihi prouidiſti de cibo, ſed etiam de potu conuenienti.*

u Et miſe. tu. ſubſe. me. *prouidendo mihi ſufficienter ſuccedenti tempore.*

x Et vt inha. in do. domi. *id eſt terra, vbi viget cultus Dei.*

y In lon. dierum. Moraliter. *Poteſt exponi pſal. iſte de homine deuoto fugiente à ſeculo tanquam à loco periculoſo, & intrante locum religionis, maximè mendicantis, confidens de diuina prouiſione & defenſione ab aduerſarijs, non ſolùm corporis, ſed etiam mentis.*

† in locis herbidis (vel virentibus & amœnis) † ſecùm fluentem (vel placidam ducet) | per vallis | tuo | Moraliter.

D

MORALITER.

✱ a *Et nihil mihi deerit.* De neceſſarijs vitæ. Primùm quærite regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

d *Super aquam refectionis.* id eſt ſapientiæ ſalutaris.

e *Educauit me.* non ſolùm corporaliter, ſed etiam ſpiritualiter.

f *Animam meam conuertit.* Ad ſe de ſeculi vanitate.

g *Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitię.* Per obſeruantiam conſiliorum, quæ ſunt quædam ſemitæ breues reſpectu viæ communis mandatorum.

i *Nam etſi ambulauero in vmbra mortis.* id eſt grauium tentationũ.

K *Non timebo mala.* Actus & conſenſus.

l *Quoniam tu mecum es.* tanquam defenſor fortis. ideo ſubditur:

m *Virga tua & baculus tuus.* id eſt paſſionis tuæ virtus, quæ eſt virga dęmonem percutiens, & baculus me ſuſtentans.

n *Ipſa me conſolata ſunt.* In aduerſis & tentationibus. iõ ſubditur:

o *Paraſti in conſpectu meo menſam.* i. refectiuam conſolationem.

p *Aduerſus eos qui tribulant me.* id eſt aduerſus dęmones tentationibus ſuis, & malos homines iniurijs me tribulantes.

q *Impinguaſti in oleo.* Tuæ miſericordiæ.

r *Caput meum.* id eſt mentem meam, quæ eſt caput hominis.

s *Et calix meus inebrians.* id eſt ſacramentum altaris inebrians feruore dilectionis. Inebriamini chariſsimi.

t *Quam præclarus eſt.* Effectiuè, quia ducit ad claritatem patriæ.

u *Et miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus vitæ meæ.* Per augmentum gratiæ.

x *Et vt inhabitem in domo domini.* ſcilicet cœleſti ſine fine.

† verum tñ bonum tua. Matth. 6. d † De cõſe. diſt. 2. c. in calice. | Cant. 5. a

NICO. DE LYRA.

*¶ lis & abundans victualibus, & quod fuerit ille ſaltus de quo dicitur. Omneq́ terrę vulgus venit in ſaltum, in quo erat mel ſuper faciem agri, ſcilicet fluens de arboribus, in quibus apes mellificabant in magna abundantia. Et de eadem materia eſt pſal. x. ſuprapoſitus. Differt tamen in hoc, quòd ille eſt gratiarum actio de protectione contra inuaſiones Saulis. iſte verò de prouiſione Dei in victualibus. Secundum igitur hunc ſenſum dicit Dauid: Dominus regit me &c. hoc dicebat de viris ſuis timentibus redire in terram Iuda prę inopia, eò quòd erant debitis obligati, & eſt ſenſus: Dominus regit me, per prophetam ſuum in terram Iuda me reuocando.*

a Et nihil mihi deerit. *Ex quo enim me in terram ſuo cultui deditam reuocauit, teneo firmiter, quòd de victu conuenienti mihi & ſocietati meę prouidebit.*

b In loco paſcuæ. *i. bonæ ſufficientię vel bene ſufficiẽtis ad viuendum.*

c Ibi

*In pſal. xxij. Dominus regit me.*

ADDITIO.

Fabulatio Ra. Sa. in hoc loco nullum habet fundamentum in ſacra ſcriptura, imò contrarium huius quod aſſerit, habetur in pſalmo. lxij. qui pſal. factus fuit in deſerto Iudeæ cũ ibi eſſet fugitiuus, prout in illius titulo continetur. & ibidem expreſsè dicitur, quòd Dauid erat in terra deſerta, inuia, & inaquoſa: vnde apparet falſitas fictionis Ra. Sa. dicentis, quòd ille locus abundabat fructibus & fluminibus & huiuſmodi. Quæ quidem fictio malitiosè fabricata eſt ad euacuandum verum ſenſum huius pſal. in quo regimen eccleſiæ ſub Chriſto paſtore denotatur: innuendo excellentiam huius regiminis reſpectu antiqui. Ad cuius declarationem ſciendum, quòd cum Pſalmiſta in fine præcedentis pſal. dixiſſet ſententionaliter, ꝙ populus erat naſciturus quem fecit dñs, noua. ſ. factione per regenerationem. In præſenti igitur pſal. hanc materiam proſequitur, declarando effectum ſeu fructum huius nouæ factionis ſeu regenerationis. Licet enim continuatio materiæ non ſit neceſſaria in omnibus pſalmis ſecundum Hierony. in prologo, non eſt tamen inconueniens, vt aliqui duo pſalmi continui inuicem in materia continuentur: imò ſecundum glo. in prologo Pſalterij talis continuatio

*In prologo pſalterij ex Hebraico à ſe tranſlati.*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E nuntio.i.duorum pſal.adinuicem ſępe contingit: qui quidem effe-ctus ſeu fructus principalis huius nouæ factionis eſt illum nouum populum dirigere ſeu deducere ad vitam æternam. quod notatur cùm dicitur in fine pſal. Vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum. Vnde populus ille nouus Deo regratiando narrat, quò ad vitam æternam deducitur per Chriſtum paſtorem excellentiori modo, quàm populus antiquus deducebatur. Et primò hoc oſtendit in generali, dicens: Dominus regit me & nihil mihi deerit. hoc eſt dicere, ſum ſub regimine talis paſtoris, quod rationabile eſt, vt nihil mihi deficiat, cuius oppoſitum in antiquo populo legitur. Nihil enim ad perfectum deduxit lex. Secundò deſcendit ad particularia declarando initium huius regiminis, dicens: In loco paſcuæ, ibi me collocauit. pro loco paſcuæ intelligendæ ſunt diuinæ ſcripturæ, in quibus fideles paſcantur, prout fuerat præmiſſum. Et paſcet vos ſcientia & doctrina, quod impletũ fuit per Chriſtũ: vnde Luc. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas: cuius oppoſitum de antiquo populo legitur. Liga teſtimonium, ſigna legẽ. Conſequẽter tertiò dicit, Super aquã refectionis educauit me &c. quia poſtquam fidelis inſtruitur de fide in loco paſcuæ, conſequenter deducitur ſuper aquam refectionis, ſcilicet baptiſmi, in quo reficiuntur qui vires per peccatum amiſerant, & ſic anima conuertitur ad ſtatum iuſtitiæ: quæ quidem aqua in antiquo populo non legitur niſi ſecũdum promiſſionem, vt ibi. Effundam ſuper vos aquas mundas, & mundabimini. Conſequenter quartò dicit: Deducit me ſuper ſemitas iuſtitiæ &c. vnde poſt baptiſmum requiritur ambulare ſuper ſemitas iuſtitiæ, ſcilicet præceptorum Dei, quia ſecundum Auguſt. in via domini non progredi, regredi eſt. Præcepta autem Dei in Euangelio contenta ſemita iuſtitiæ debent dici, eò quòd arctiora quàm præcepta legis: cum non ſolum manum ſed etiam animum prohibent, iuxta illud Matth. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm Scribarum & Phariſæorum &c. Conſequenter quintò dicit: Et ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, ſcilicet in vmbra huius ſeculi, quod caligine peccatorum obſcuratur, & ad mortem ducit. Non timebo mala, quoniam tu mecum es, ſcilicet per diſciplinam, quæ notatur per virgam, iuxta illum Prouer. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum. Et per dulcem gubernationem ſeu ſuſtentationem, quæ ſignificatur per baculum, iuxta illud Tobiæ. Baculus ſenectutis noſtræ. In quibus, ſ. virga & baculo ſacramentum pœnitentiæ intelligi poteſt, quod eſt proprium remediũ contra vmbram mortis, quod quidem ſacramentum pœnitentiæ per quod fit remiſſio peccatorum propriè animam peccatricem conſolatur. vnde Eſa. cũ dixiſſet: Cõſolamini cõſolamini populi mei &c. Infra ſubiungit: Loquimini ad cor Ieruſalem. quæ quidem conſolatio in antiquis non fuit, vnde Iere. Elongauit à me conſolatorẽ &c. Conſequenter ſextò dicit: Paraſti in conſpectu meo menſam, ſcilicet cõmunionem corporis Chriſti. Aduerſus eos qui tribulant me, quia indignè ſumentibus obeſt. Qui enim manducat indignè, iudicium ſibi manducat. Quo quidem ſacramento debitè ſumpto caput, ſcilicet mens ſumentis oleo lętitiæ. ſ. gratiæ ſpirituali impinguatur. vnde ſequitur: Impinguaſti in oleo caput meum. ſecundum illud. Oleum de capite tuo non deficiat. quæ quidem menſa in antiquis non habuit locum niſi figuratiuè. Exo. in xxv. vbi legitur de menſa poſita in tabernaculo, ſuper quam erant panes propoſitionis. Et ſequitur ſeptimò: Et calix meus inebrians quàm præclarus eſt. i. calix ſanguinis Chriſti, qui ſic inebriat rectè ſumentem, quod dat obliuionem terrenarum cogitationum, & ſic quàm præclarus eſt. Diſtinguit tamen menſam & calicem, non quia diuerſa ſacramenta, ſed quia ſub diuerſis ſpeciebus ſumpta: & inter ea interponit: Impinguaſti in oleo caput meum: quia impinguatio mentis debitè ſumentium oleo ſpiritualis lætitiæ communis effectus eſt vtriuſque. Conſequenter octauò dicit: Miſericordia tua ſubſequetur me, quia ad huiuſmodi gratiarum præcedentium reſeruationem requiritur miſericordia ſubſequens ad cuſtodiam, ſicut in Collecta dicitur: Gratia tua domine ſemper nos præueniat, & ſequatur: quę quidem gratia ſubſequens non fuit in antiquo populo: cuius teſtamentũ fuit quodammodo factum irritum. Iere. Feriam cum domo Iſrael & domo Iuda pactum nouum, non ſicut pactum quod pepigi cum patribus eorum, quod irritum feci. Conſequenter nonò dicit: Vt inhabitem in domo domini in longitudinem dierum, ſcilicet in domo domini non manufacta, ſicut in antiquis ſed in illa in qua ęternaliter viuitur. Vnde dicit concludendo omnium prædictorum finem: Vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum. Hæc expoſitio pro maiori parte accipitur ex glo. ordinaria, & poteſt dici ſenſus proprius literalis huius pſal. qui eſt propheticus & vaticinatiuus de futuro, ſicut & præcedens &c.

## REPLICA.

IN pſalmo: Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Burg. laborat circa ſenſum eius myſticum, literalem omnino diſſimulando, motus ex debili ratione faciliter ſolubili, imò reducibili contra ſe. Cum enim poſtil. exponit eum de Dauid reuocato per prophetam Gad de terra Moab, vt rediret in terram Iuda, & veniſſet in ſaltum Areth, vbi confidentia diuini præſidij dixit: Dominus regit me &c. Huic expoſitioni Burg. ſe opponit, motus ex litera pſal. huius: quia vt inquit Dauid, in hoc ſtatu non erat in loco paſcuæ in quo nihil ei deeſſet, cum ſaltus Areth deſcribatur deſertus inuius et inaquoſus, ut patet per expoſitionem ſuper pſalm. Deus Deus meus ad te de luce &c. Ad hæc dico dupliciter; Primò, quod veriſimile eſt vallem Areth ſecundũ aliquam eius partem fuiſſe ſterilem, vt deſcribitur pſal. ſuprà alle. et ſecundũ aliquam eius partem fuiſſe delicioſam. Huius veriſimilitudinis ratio eſt, quia cum Abiathar nuntiaret Dauid exiſtenti in eodem ſaltu Areth interſectionem patris ſui domus et ciuitatis ſuæ per Saul. dixit ei Dauid: Mane mecum ne timeas etc. Sed non eſt veriſimile, quod Dauid ſic afflictum ad maiorem ſui afflictionem voluit ad tam horridum locum inuitare prout deſcribitur. Eſt igitur veriſimile partẽ eius fuiſſe delicioſam. Et fortaſſe pars illa vallis erat locus, de quo dicitur. Omne vulgus venit in ſaltum, in quo erat mel ſuper faciem terræ. ſ. fluens de arboribus. Dico ſecundò, quod etſi totus locus fuerit inuius, inaquoſus etc. tamen Dauid vocat eum hoc loco paſcuæ etc. propter diuinarum illuminationum ibi receptarum conſolationes. et hoc videtur Dauid innuere in pſal. ſuprà allega. in quo poſt allegatas miſerias corporales ſubiungit pro delicijs ſpiritualibus dicens ſic: In ſancto apparui tibi etc. et ſecundum illud dictum argumentum Burg. poteſt reduci contra ſuam expoſitionem. Nam eccleſia primitiua non fuit collocata in loco paſcuæ, quo nihil ſibi deerat conſolationis corporalis: quia Apoſtolus. conſolationes temporales primitiuæ eccleſiæ deſcribens, ait: Circumierunt in melotis in pellibus caprinis egentes anguſtiati etc. prout etiam Burg. inf. pſal. Voce mea, exponit. Et quę neceſſitudo in primitiua eccleſia fuerit. Apoſtolus per totum deſcribit, et vita ſanctorum docet. In ſenſu igitur literali de abundantia corporalium ſicut iſte pſalmus nõ poteſt verificari de Dauid, ſic nec de eccleſia. Sicut igitur Burg. applicat ad eccleſiam ſpiritualem abundantiam, quod verum eſt per allegoriam: ita poteſt eadem abundantia applicari ad Dauid in dicta fuga ad literã. Burg. etiam in ſua applicatione dicit præcepta Euangelica ſemitam dici: quia arctiora quàm præcepta legis. cum non ſolum manum ſed etiam animum cohibeant. de quo vide ſuprà prima correctione. Gen. 3. magis proprè præcepta nouæ legis dicerentur ſemitæ ratione compendij quàm arctationis, cùm ratione formæ plus quàm veteris legis videantur extenſa etiam vſque ad hoſtes, ideo dicitur in Matt. quòd debeant abundare, id eſt plus extendi quàm præcepta veteris legis. Vide ibi quomodo Burg. malè alle. ad ſuum propoſitum.

## GLO. ORDIN.

a *Pſal. Da. Aug.* In prima ſabbathi mundus conditus. in eadem homo reſtauratus per reſurrectionem Chriſti. *Caſſiod.* vnde monet victorem cum triumpho ſuſcipere.

*pſal. deſcribit generale dominium Dei ſuper omnem creaturam, & principium pſal. ſatis conſonat, cum dicitur: Domini eſt ter. &c. licet finis pſal. videatur ad aliud in ſpeciali tendere, cum dicitur: Attol. por. principes ve. &c. propter quod Ra. Sa. aliter exponit di. quod conſtructo templo per Salomonem cum arca portaretur à ſacerdotibus ut poneretur in templo intra ſancta ſanctorum porta clauſerũt ſe, nec fuerũt apertę donec ſacerdotes canerent pſal. Memento domine Dauid. Et cũ venerunt ad locum illum pſal. Propter* ¶ *Dauid*

## GLOSSA ORDIN. PSAL. XXIII.

DOmi. eſt ter. Primò dicit totum orbem eſſe Dei, vt ſicut nullus ab eius Imperio, ita nec à fide eius ſit alienus. Vel ad literam mundus, & eius omnes incolę ſunt domini, quia ſtatuit ne obruatur mari vel fluminibus: Sed quis in monte eius niſi innocens.

a *Et ſuper*

a Pſalmus Dauid in prima ſabbathi. XXIII.

a ¶ De clarificatione domini, quæ prima ſabbathi facta eſt.

¶ Caſſ. Eccleſia fructifera non parua, & oia quibus plena, ſed de toto orbe, & de omnibus quæ in eo ſubdit.

†DOmini eſt terra & ple-

## NIC. DE LYRA PSAL. XXIII.

DOmi. *Huic pſal. præponitur talis titu. in Hebreo & in tranſlatione Hiero. iuxta Hebr. Canticum Dauid. Et patet expoſitio ex dictis præce. pſal. Dicunt autem aliqui quod Dauid in hoc pſal. de-*

## MORALITER.

*Domini eſt ter.* Pſalmus iſte literaliter exponitur de miraculoſa introductione arcæ teſtamenti intra templum per Salomonem conſtructum, quod præuidens Dauid in ſpiritu fecit hunc pſal. Allegoricè verò arca teſtimonij dicitur beata Virgo. propter quod pſal. iſte ſic exponi poteſt de Virginis huius aſſumptione. in quo primò ponitur Chriſti principatus. ſecundò aſcendendi ad cęleſtia modus, ibi: Quis aſcendet in montem domini. Tertiò Virginis aſcenſus, ibi, Tollite portas. Circa primum dicitur: Do. eſt ter. & ple. eius. id eſt habitantes in ea: & ſic de ipſis facere poteſt pro voluntate ſua.

✱ b *Quia*



a *Et ſuper flumina. Aug.* Vt flumina in mare, ita cupidi labuntur in ſeculum, & hos etiã ſuperat eccleſia, quæ victis cupiditatibus ad immortalitatem paratur.

b *Quis aſcen.* Determinat quibus virtutibus præditi ſunt in eccleſia.

c *Quis ſtabit. Hiero.* Multi enim aſcendunt qui non permanent.

d *Innocens.* Ad proximum, manu & corde. & qui ſibi innocens. *Hier.* Hic eſt qui nõ accepit in vanum animã, & qui innocens in verbis, & hoc eſt: nec iurauit in dolo. hic talis aſcendit: quod quidem eſt ei à domino. hic accipiet benedictionem. & hi non pauci ſed generatio, & non niſi quærant Deum, non pro fauore Deum, ſed ita quòd faciem, id eſt præſentiam & cognitionem deſiderent.

e *Qui non acce. Aug. Hiero.* id eſt qui nõ deputauit animam rebus nõ permanentibus, ſed eam ſentiens immortalem ęterna deſiderabit, & ideo non iurauit in dolo. *Aug.* Sicut ſimplicia & non fallẽtia ſunt ęterna, ita ſe præbuit proximo: nil promittit vnde decipiat. Nedum peius faceret permittit iuramenta ſimplicia, & doloſa prohibet.

f *In va. Hiero.* Id eſt: Qui nullis eam fecibus peccaminum poſt baptiſmũ maculauit.

g *Attol.* Diapſalmus, Chriſtiana religione declarata, ſuperſtitioſos à prauitate auocat, vt patefactis cordibus Chriſtum admittant. Attol. Auguſt. O principes tenebrarum quicunque primatum in hominibus quæritis, auferte, ne vel impediãt aditus quos ſtatuiſtis cupiditatis & timoris. *Aug.* Angeli præeuntes, ad infernum dicũt: Auferte, poteſtatem veſtram. Et in aſcẽſione portæ æternales quę hactenus eratis clauſæ, hæc Dauid, perſona Angelorum ſibi aſſumpta. *Caſſi.* Attollite, auferte portas mortis, quæ à principe diabolo poſitæ ſunt.

a *Et eleua-*

a ¶ Aug. Dum clarificatus dominus in fidem annuntiatur omnium gentium, & totus orbis ſit eccleſia eius.

nitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo. Quia ipſe ſuper maria fundauit eum, & ſuper flumina † præparauit eum. Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? † Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & † miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentium faciem † Dei Iacob. ✱ † Attollite portas principes ve-

*colendus, ſic eſt de Deo Iſrael, cuius cultui deputatum, ergo &c. Huius rationis ponitur tantùm minor cùm dicitur, Domini eſt terra & plenitudo. per plenitudinem intelliguntur animalia & terrę naſcentia.*

a Orbis terrarum. *Per hoc tollitur error Manichei, qui dixit iſta inferiora corruptibilia non eſſe à Deo bono, ſed à malo: quia poſuit duo principia, vnum boni, & alterum mali.*

b Quia ipſe ſuper maria fundauit eum, & ſuper flumina præparauit eum. *Non eſt per hoc intelligendum, quòd maria ſint ſimpliciter inferius terra: cum terra ſit infimum elementum & grauiſſimum, ſed ſolum ſecundum aliquas partes terræ, ſcilicet ripas maris, quæ ſupereminent aquæ, & per talem modum loquendi dicimus, quòd Normania eſt ſupra mare oceanum, & terra Ianuenſis ſuper mare mediterraneum, & ſimiliter de fluminibus, quòd Pariſius eſt ſuper Sequanam, & Aurelia ſuper Ligerim, & ſic de alijs. Ad hoc enim ſunt terræ ſituatæ ſuper maria & flumina, vt deſeruiant vtilitati hominum in nauigationibus & piſcationibus & alijs vtilitatibus.*

c Quis aſcen. *Hic conſequenter declarat colendi modum per modum queſtionis di. Quis aſcendet? q. d. ex quo ita eſt excellenter colendus, quis erit ad iſtum cultum dignus. & ideo dicit, Quis aſcen. in mon. dom. id eſt in montem Moria, in quo fuit fundatum templum & domino dedicatum.*

d Aut quis ſta. *Stabiliter ibi miniſtrando pro vitæ ſuæ merito, & reſpondet propheta di.*

e Inno. ma. *id eſt operibus, quæ per manus deſignantur, eò quòd manus eſt organum organorum.*

f Et mun. cor. *Quia non ſufficit munditia exterior niſi etiam ſit interior.*

g Qui non acce. in va. *Applicando eam totaliter bonis terrenis, quę ſunt vana, ſecundum quod dicitur in Eccle. Vanitas vanitatum &c. ſed magis applicat eam bonis ſpiritualibus & æternis, cùm ipſa ſit creatura ſpiritualis & immortalis.*

h Nec iurauit in dolo proximo ſuo. *Ipſum fallaciter decipiendo, ſed magis cum eo veritatem cuſtodiendo.*

i Hic acci. be. à do. *id eſt multiplicationem in bonis temporalibus & ſpiritualibus.*

K Et miſe. *Quia ſi ex fragilitate humana aliquando peccauerit, pœnitens miſericordiam à Deo obtinebit.*

l Hæc eſt ge. *Quia à talibus bene quæritur & inuenitur.*

n Attol. por. principes veſtras. *Hic conſequenter deſcribitur arcæ ingreſſus, qui factus fuit miraculosè tempore Salomonis, vt prædictum eſt. ideo dicitur: Attol. por. id eſt ſeparate vnam ab altera.*

o Princi. *id eſt ò vos Angelicæ virtutes ad loci ſancti cuſtodiam deputatæ. propter quod Iacob vidit ſcalam, cuius ſummitas tangebat cęlum, & per terram ſcilicet in monte Moria, vbi fuit templum fundatum poſtea, & vidit Angelos deſcendentes ad reuerentiam loci & cuſtodiam, ſicut dictum fuit ibidem. Similiter Ioſephus dicit, quod ante templi deſtructionem per Titum & Veſpaſianum præceſſerunt multa ſigna deſtructionis templi: inter quæ ponitur illud ſcilicet in feſto Pentecoſtes, cùm ſacerdotes de nocte intrarent templum ad agendum res diuinas, primò ſenſerunt quendam ſtrepitum & motum, & poſtea ſubitò audierunt vocem dicentem: Migremus hinc: quę fuit vox Angelorum deſerentium locum propter malitiam inhabitantium. Clauſio verò portarum templi contra ſacerdotes portantes arcam domini, & earum apertio, fuerunt factę miniſterio Angelico, propter quod dicitur: Attollite portas principes veſtras, id eſt aperite eas. In Hebręo & in tranſlatione Hierony. iuxta Hebręum habetur: Leuate portę capita veſtra, id eſt ſeparate partes veſtras ſuperiores virtute diuina: & per conſequens partes inferiores: & in idem redit, quia Angeli ſunt executores mandati diuini.*

¶ a Et eleuamini

## NICOL. DE LYRA.

¶ *Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui, id eſt Salomonis in regno tuo inuncti, ſicut plenius dixi ſupra. Et tunc portæ fuerũt apertæ, & arca fuit introducta in locum ſuum. Dauid igitur hæc præuidens in ſpirituſancto, fecit hunc pſalmum, & pſal. cxxxj. Nec obſtat, quòd iſti duo pſal. in hoc libro ſunt ita diſtanter ab inuicem ſituati: quia ſicut dicit Hieron. in prologo huius libri, pſalmi fuerunt ſcripti in hoc libro non ſecundum ordinem quo erant facti, ſed ſecundum ordinem quo fuerunt reperti. Contigit autem in aliquibus, quod illi qui erant primò facti, fuerunt vltimò vel de vltimis reperti, ſicut patet de pſalm. Benedictus dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium: quem ſecundum Hiero. fecit Dauid de victoria habita contra Goliam Philiſthęum. Et ſic fuit primus vel ſaltem de primis, factis à Dauid. Et econtra tertius pſal. quem fecit Dauid fugiendo à facie filij ſui Abſalom, fuit de vltimo factis ſcilicet circa finem vitæ Dauid, & ſic dicendum de iſtis duobus pſalm. licet fuerint de propinquo facti, tamen fuerunt diſtanter reperti, & ſic in hoc volumine ſcripti. Igitur ſecundum ſenſum iſtum pſalm. iſte diuiditur in duas partes: quia primò deſcribitur circa templum Salomonis debitus cultus. ſecundò arcæ ingreſſus, ibi: Attollite por. Circa primum Dauid primò probat Dei cultum, ſecundò per modum quæſtionis declarat colendi modum, ibi: Quis aſcendet. Circa primum facit talem rationem. Ille qui eſt Deus omniũ per creationem, & dominus per generalem gubernationem, eſt ſummè colendus*

## MORALITER.

✱ b *Quia ipſe ſuper maria fundauit eum.* Aliquas enim partes terræ eminentiores fecit aquis, vt appareret arida propter homines & animalia.

c *Quis aſcendet.* Hic ponitur modus aſcendendi ad cęleſtia, cùm dicitur: Quis aſcendet in montem domini. id eſt in cęlum empyreum, vbi ſpecialiter refulget gloria Dei, & rñdetur cùm dicitur:

e *Innocens manibus.* id eſt operibus.

f *Et mundo cor.* Sine hypocriſis fictione.

g *Qui non accepit in vano ani. ſuam.* ipſam vanitatibus exponendo.

h *Nec iurauit in dolo.* Proximum decipiendo.

i *Hic accipiet benedict.* i. bonorum ſpiritualium multiplicationem. *Et miſericordiam.* i. peccatorum remiſſionem.

l *Hęc eſt generatio quęrentium eum.* Et inuenientium in præſenti per gratiam & in futuro per gloriam, ideo ſubditur:

m *Quęrentium faciem Dei Iacob.* Per apertam Dei viſionem.

n *Attollite portas principes veſtras.* Hic deſcribitur virginis aſcenſus ad cœleſtia, & quoniam in ipſa fuerunt excellenter quæ ad hũc aſcenſum ſuum diſponunt. ideo dicitur poſtea: Attollite portas principes veſtras, id eſt poteſtates Angelicæ ad receptionem huius virginis vos præparate.

✱ *Et ele-*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

F a *Et eleuami.* Contra portas mortis.
b *Portæ æternales.* Oīs gratia quæ veniente Chriſto data eſt.
c *Quis eſt.* Interrogat propheta ad conuincendam Iudęorū perfidiam, & vt amplius eum commendando alios inuitet?
In expo.pſal. 23.in.8. d *Dominus fortis.* Per virtutes deſcribitur quaſi proprio nomine. Fortis. *Aug.* & ſi cum gladijs cepiſtis:
Vbi ſupra. e *Potens.* & ſi Pilato tradidiſtis.
f *Potens in prælio.* Ne in pugna vos ſuperaſſe putetis. Virtutes. Hiero. Aug. Miniſtræ præcedentes Chriſtum in aſcenſione ad alias cęleſtes clamant, vt viam domino venienti aperiant: quæ nouo myſterio carne induti, ſtupefactæ quærunt quis eſt?
g *Attol. por. prin. ve. Caſſiod.* Congeminatio, vt amplius determinet quis ſit rex glorię, & non per ſingula, vt prius, dicendo fortis & potens: ſed breuiter totum reſpondet. dominus virtutum, id eſt gratiarum: qui omnibus omnia dat bona, vel cœleſtium virtutum, id eſt Angelorum.
† tollitæ
h *Virtu. Hiero.* In Hebræo צְבָאוֹת zebaoth ſiue ſabaoth, quod interpretatur exercituum vel militiarum vel virtutum.

a ¶Exaltamini in cordibus hominum. b ¶Aug. aditus æternæ vitæ, renunciationis a ſeculo, & conuerſionis ad Deum.

ſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis

a ¶Id eſt Chriſtus. ¶In quo ſine ſuperbia gloriemur. b ¶Aug. pauet admirans mortalis natura, & quærit: Quis eſt.

a ¶In rebus. Aug. quem infirmū & oppreſſum putaſtis.

eſt iſte rex gloriæ? dominus fortis

a ¶Auguſt. vbi contra mortem pugnauit. b ¶Contra diabolum.

& potens dominus potēs in † prę-

a ¶Aug. hinc iam itur in cœlum: exclamat iterum propheta: tollite etiam celeſtes principes portas quas habetis in animis hominum, qui adorant militiam cęli.

lio. † Attollite portas principes

a ¶Aug. portæ æ ernę, iuſtitiæ & charitatis & caſtitatis, per quas anima vnum verum Deum diligat.

veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.

a ¶Auguſt. vt ad dexteram Dei patris interpellet pro nobis. ¶Ad mentem.

a ¶Aug. & princeps huius aeris miratur & quærit quis eſt. b ¶Aug. etiam ſupra te glorificato corpore pergit, ille tentatus ſupra omnes Angelos tendit: ille ab Angelo præuaricatore tentatus.

Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus † virtutū ipſe eſt rex gloriæ. ✻

a ¶Aug. cæleſtium vel terreſtrium.

f Attollite portas. *Exponatur ſicut prius, quia repetitio eſt eiuſdem ad* G *maiorem confirmationem vſque ibi:*
g Dominus virtutum. *id eſt Angelicarum poteſtatum. per hoc oſtenditur, quòd non ſolum præeſt creaturis inferioribus, ſed etiam ſuperioribus.*
i Ipſe eſt rex gloriæ. *id eſt ſuper omnia glorioſus & benedictus in ſecula ſeculorum. Qui autem vult tenere primam expoſitionem, videlicet quòd in hoc pſal. deſcribatur ſolùm generale dominium Dei, ſatis patet expoſitio ex prędictis vſque ad locum illum: Attollite portas &c. vbi loquitur de Deo more humano: quia homini excedentis magnitudinis requiritur altior introitus, & per hoc inſinuat propheta quòd altitudo Dei excedit omnem menſuram creatam. Cætera poſſunt de facili huic ſententię applicari.*

† bella

## NICO. DE LYRA.

¶ a Et eleua. *id eſt ſeparamini ad magnificentiam Dei.*
† exercituum.
b Por. æter. *Quia dominus promiſerat ponere nomen ſuum in templo illo in ſempiternum, id eſt abſque temporis determinatione, dum tamen ibi fideliter ei ſeruiretur, ſecundum illud. Sanctificaui domum hanc*
3.Reg.9.a *quam ędificaſti, vt ponerem nomen meum ibi in ſempiternum &c.*
c Et intro. rex glo. *id eſt arca teſtamenti, ſuper quam erat ſedes Dei in*
Exo. 25. *propitiatorio, ſicut melius fuit expoſitum in Exo.*
d Quis eſt iſte rex glo. *Admiratiuè dicit, quia excellentia glorię eius & honoris omni eſt creaturę admirabilis. propter quod reſpondetur:*
F e Do. for. & po. *Cōtra oēs ptātes terrenas, q̄ nihil ſunt in conſpectu eius.*
f Attollit

## MORALITER.

✻ a *Et eleua. por. ęter.* Per eleuationem portarum intelligitur metaphoricè. Virginis intrantis magnitudo meritorum.
c *Et intro. rex glo.* Obſequium pręſtans matri ſuæ. Hiero. in ſermone de aſſumptione Nec immeritò creditur, quòd ſaluator omnium per ſe totus feſtiuus occurrit, eamq; ſecum in throno gloriæ collocauit.
d *Quis eſt iſte rex glo.* Verbum eſt Angelorum de tanta aſſumptione admirantium, vnde in perſona ipſorum dicitur. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? Et rñdetur,
e *Dominus for. & po.* Ideo potens eſt honorare matrem ſuam pro voluntate ſua.
f *Attol. por.* Repetitio eſt ſententiæ ſupradictæ ad maiorem aſſer- H tionem: ideo exponatur vt ſupra. & ſimiliter quod ſubditur:
g *Quis eſt iſte rex glo.* Et reſpondetur:
h *Do. vir.* id eſt Angelorum, ideo potens eſt eam eleuare ſuper omnes ordines eorum.

*In pſal. xxiij. Domini eſt ter. vbi dicitur in poſ. propter quod Ra. Sa. exponit.*

## ADDITIO I.

Iſta fabulatio Ra. Sa. de clauſura portarum quando fuit portata arca in templo Salomonis & earum apertione miraculoſa, non video qua autoritate credatur, præſertim cum hoc miraculum tam notabile veriſimiliter ſcriptura non prætermiſiſſet: ſed potius ex-
3.Reg.8. preſſiſſet ſicut expreſſit, q cum exiſſent ſacerdotes de ſanctuario, nebula impleuit domum dñi, intantum q non poterant ſacerdotes miniſtrare: quæ quidem nebula erat ſignum diuinæ præſentiæ. Frequenter enim legitur dominus apparuiſſe Moyſi in nube. Similiter
2.Para.7.a legitur, q cùm compleſſet Salomon preces, ignis deſcendit de cęlo, & maieſtas dñi impleuit domum. Sed de clauſura vel de apertione portarum vtrobiq; nihil legitur. Præterea hæc narratio eſt expreſsè contra literam dicentem, q dñs rex gloriæ & dñs fortis & potens &c. erat ingreſſurus per illas portas: quæ denominationes nullo modo pertinēt ad arcā teſtamenti, licet ſuper eam eſſet ſedes Dei in ꝓpitiatorio, prout poſtillator dicit. Sedes. n. Dei nō eſt Deus, & maximè quia cū dixit: Dñs virtutum dñs fortis, ponitur vtrobiq; nomen dñi tetragrammaton, quod non eſt communicabile creaturæ. Vnde melius vr̄ dicendum, q in hoc pſal. principaliter tractatur de ingreſſu Chriſti, qui verus Deus eſt & homo in templū & in ciuitatem ſanctam Ieruſalem in die Ramiſpalmarum: qui quidem ingreſſus prophetizatus fuit in Zach. Ecce rex tuus venit tibi &c. in
Zach.9.a quo ingreſſu Chriſtus fuit nominatus rex Iſrael cū gloria in excel-
Matt. 21.b ſis. Vnde & eccleſia iſtos verſus. Attol. po. &c. conſueuit ſolenniter cātare in illa dominica, qñ ſolennizatur memoria huius ingreſſus. Circa quod pſal. præuidens in ſpiritu introitum Chriſti in ſua ciuitate & templo publicè ſub ti. regali & dominio. primò præponit generale dñium Dei in toto orbe, dicens: Dñi eſt terra. ex quo ſecundò quaſi monendo homines ad reuerentiam tanti domini, infert q ille qui ad cultum eius adhæret, debet eſſe virtutibus tam interius quàm exterius ornatus. vnde dicit: Quis aſcendet in montem domini &c. exponatur totum ſicut in poſtilla vſq; ibi excluſiuè: Hæc eſt generatio quærentiū dñm, quærentium faciem Dei Iacob. Vbi tertiò prænuntiat q generatio illa quæ debebat exire obuiam Chriſto, vt eum deuotè & reuerenter reciperet, ſicut fuerunt turbæ pro tunc occurrentes Chriſto, & ſigna deuotionis & humilitatis erga eū oſtendentes, erat gñatio bona & laudabilis: quia quærebant Deū & faciem Dei Iacob, id eſt præſentiā Dei incarnati de Iacob, & alijs patriarchis deſcendentis ſm veritatem Hebraicā: Leuate portæ capita ve. &c. q alloquens portas Ieruſalē & templi more humano dicat: O portæ attendite, quia ille dominus cuius eſt terra & plenitudo eius &c. cuius miniſtri debent eſſe innocentes & mundi &c. introire debet per vos. Leuare igitur debetis capita veſtra, quia quem totus non capit orbis, per vos ingreſſurus eſt. Conſueuerunt enim prophetę quaſi paruipendere domos ędificatas ad habitationem Dei ex reſpectu excellentiæ ſuæ magnitudinis. Vnde Eſa. Hæc dicit dominus: Cœlum ſedes mea, & terra ſcabellum pedum meorum: quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi. Et iſto modo Pſalmiſta reputabat portas Ieruſalem & templi non ſufficere ad altitudinem tanti domini recipiendam. Conſequenter quintò ſequitur, Quis eſt iſte rex gloriæ &c. Cuius ſenſus eſt, nam in prędicto ingreſſu pueri Hebræorum inſpiratione diuina clamantes eū nominabant expreſsè regem Iſrael, & implicitè Deū & regem gloriæ. Ex quo clamore & alijs ſolennitatibus inſolitis occurrentibus tota ciuitas commota eſt, & quaſi admiratiuè quærebant: quis eſt hic? vt ibi habetur: & hoc eſt quod dicitur in perſona prædictæ ciuitatis: Quis eſt iſte rex gloriæ? Ad quod ibidem reſpondetur: Ieſus Nazarenus &c. in quo nomine, quod ſecundum rei veritatem, eſt ſuper omne nomē, includitur vera diuinitas eius & regnum & alia quæ ad myſterium redemptionis pertinēt. vnde in perſona talium reſpondentium dicit Pſalmiſta: Dominus fortis & potēs &c. Et idē dicendum de ſecunda interrogatione & reſponſione, ſi intelligatur repetitio ad maiorem firmitatem. Poteſt tamen dici, q hæc repetitio non vacat à myſterio: nam Chriſtus in hoc aduentu ad Ieruſalem duo principaliter intendebat ad noſtram ſalutem explere, ſcilicet paſſionem per quam diabolum vicit, & ſecundum eam reſpondetur primò: Dominus fortis et potens in prælio. Vlterius verò intendebat conſequi glorioſam reſurrectionem, ſecundum quā in ſecunda reſponſione dicitur: Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Hæc expoſitio videtur ſatis conſona literæ, et ſufficienter in Euangelica narratione fundata. Poſſunt etiam iſta applicari ad introitum Chriſti in vtero virginali. vnde et eccleſia cantat iſtos verſus in officio annunciationis. ſed hoc non eſt ſecundum ſenſum literalem, ſed potius ſpiritualem. quia non fuerunt apertæ portę corporales in illo ingreſſu, ſed tantùm portæ mentales recipientes filium Dei in magna latitudine charitatis et deuotionis, iuxta illud Can. Surrexi ego ad aperiendum dilecto meo.

## REPLICA.

IN Pſalmo Domini eſt terra: quia ponitur illa pars finalis: Attollite portas principes ve. etc. poſtillator allegat quoddā dictam Ra. Sa. quod dictum Burg. dicit fabulam: quia ex



A quia ex ſcriptura non habet autoritatē. Et eſt argumētum Burgen. cōſuetum more Huſſitarū. Vnde etiā poſtil. narrationē Ra. Sa. etiā non grandipendens exponit finem pſal. ad modū concluſionis ſic: Ex quo pſal. totus dicit̄ de generali Dei Dominio, cōcluditur more humano, q ad eius ingreſſum qualemcunq; meritò portæ ſunt attollendæ &c. Burg. autē deſcendit ad ſpeciē, exponens de ingreſſu Chriſti in Ieruſalem in die palmarum: quæ expoſitio, & ſi faueat fidei noſtræ, patitur tamen inſtantias: primò ex eo quia eius ingreſſum colentes non fuerunt ſic diſpoſiti, ſicut hic deſcribuntur, cum dicitur: Innocens manibus &c. Sed vt verum fatear, ille cultus fuit magis ex miraculoſa inſpiratione, quàm virtute colentium, quia C dicitur de illis, cùm tanta ſigna feciſſet coram eis: non credebāt ei: Ioan.12. ideo ſero in tota Ieruſalē hoſpitio non receptus rediit in Bethaniā, abiitq; & abſcondit ſe ab eis: nec cultus ille manſiuus fuit, quia citò poſt in eius mortem conſenſerunt. Cæterum quia ille ingreſſus per prophetas deſcribitur humilis & manſuetus ſuper pullum aſinæ: de quo non videtur conuenienter exponi, quia portæ ſint attollendæ. Nec forma quæſtionis ſecundum Burg. factæ in cōmota Ieruſalem fuit, prout hic deſcribitur, quamuis quæſtio facta fuit. Quis eſt hic? non tñ: Quis eſt iſte rex gloriæ. non enī quærentes, de eo talia prædicata ſentiebant, vt patet per omnes euangelij parte.

## GLO. ORDIN.

In expoſ. pſ. 24. a *In finem. Hiero.* Hic flagellatus pœnitens præponitur alijs, ne murmurent in aduerſis: qui in ſe expertus per miſericordiam blanditur, per iuſtitiam terret.

## GLOSSA ORDIN. PSAL. XXIIII.

AD te do. le. *Aug.* Pſalmus cōtra aduerſa ſeculi, quaſi oratio populi in Babylone cōſtituti, & eſt primus per literas Hebræi alphabeti digeſtus, & ſi nō per omnes. Qui per omnes, eos ſignificat q omnibus perfecti virtutibus laudem Dei cātāt. Qui nō per omnes, minus perfectos. *Caſſiod.* Primò petit doceri vias domini, quia ad Deum erectus. *Caſſiod.* ad te contemplandum facilè terrena deſpicit, qui diuina conſpicit.
b *Conſi. Caſſiod.* Expertus in malis in eam infirmitatem, nō erubeſcam de inimicis.
c *Ne irri. me ini.* Et certus ſum, quia in nullo ſuſtinente patienter fallit.
d *Super. Caſſiod.* Quia omnia ſunt vana & infructuoſa quæ à Deo ſunt aliena.
B e *Vias tu. do. Caſſi.* Viæ ſunt de ordine vitæ, qui conuenit omnibus. Semitæ quæ anguſtæ & occultæ. i. intelligentia legis, quæ paucis nota eſt. Dirige, ad vitā pertinet, doce ad ſcientiam.
f *Doce. Aug.* ipſam veritatem, vt quod credo intelligam, quia Deus, quia ſuſtinui, & ſi hoc non ſufficit. Remi.
g *Deus ſalua. meus. Caſſiod.* Duæ res ſunt quæ bonos faciunt, vt Deum ſaluatorem credamus, & patienter eius retributionem expectemus.

¶ a Reminiſcere.

a ¶Chriſtum. b ¶Eccleſiæ. c ¶Eccleſiæ quæ loquitur in perſona pœnitentis per flagella correcti.

In finem pſalmus Dauid. XXIIII.

a ¶Amplexandum. b Aug. ſpirituali deſiderio. ¶Hier. de terra ad ſimilitudinem grani. ¶Aug. quod in terra ortum ſurgit in altum.

AD te domine leuaui animam meā, Deus meus in te confido, non erubeſcā. Neque † irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi q † ſuſtinent te, nō cōfundentur. Confundantur oēs † iniqua agentes, ſuperuacuè. Vias tuas domine † demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus † ſaluator

a ¶Quæ carnalibus deſiderijs premebatur in terra. b ¶Aug. iam non in me qui ſicut Deus eſſe volui.
a ¶De eo vnde confido. b ¶Ideo. ¶Præualeant.
a ¶Qui inſidiantes ad hæc mala deiecerunt. ¶Viſibiles & inuiſibiles. ¶Omnis modi.
a ¶Qui ferunt pondus diei & eſtus. ¶Donec venias. b ¶Per ſe vel per inimicos.
a ¶Sed. ¶Pro peccatis hic ſalubriter, vel ſi hic nolunt, tandem in pœna æterna. b ¶Aug. ad acquirenda quæ tranſeunt. ¶Quia.
a ¶In ſuperuacuis qui laborant. b ¶Et ne erubeſcam. ¶Quia. ¶Præcepta leuiora. c ¶Quaſi quæ viui ſubſunt. ¶O.
a ¶Anguſtas paucis notas. ¶Quaſi occulta.
a ¶Aug. errores fugientem.
a ¶Aug. quia per me non noui niſi mendacium. b ¶Aug. expulſus per me redire non poſſum.

*ius vita diuinam directionem. Secundò impedimenti remotionem, ibi: Reminiſcere miſerationum tuarum. Tertio vitæ futurę deguſtationem, ibi: Quis eſt homo. Quartò à preſſuris liberationem propter quietiorem contemplationem, ibi: Oculi mei. Circa primum præmittit modum ſuæ petitionis, dicens: Ad te domine leuaui. quia oratio eſt aſcenſus vel eleuatio mentis in Deum, ſecundum Damaſce.*
b Deus meus in te confido. *id eſt in tua bonitate, non mea ęquitate. vnde infrà petit remiſſionem ſuę culpę.* Oratio
c Neque irrideant. *id eſt Saul & complices ſui me tenendo, & morte turpi affligendo. quod etiam timebat Saul ſibi inferri à Philiſtheis, propter quod petijt ab armigero ſuo interfici ab eo, dicens: Euagina gladium tuum & interfice me, ne fortè veniant incircumciſi iſti, & interficiant me illudentes mihi.* 1.Reg.31.a
d Etenim vniuerſi. *id eſt qui ſuſtinent perſecutiones propter te, ſicut ego ſuſtineo.* † lętentur de me.
e Non confundentur. *finaliter ſeu ęternaliter, licet aliquando confundantur ad tempus ſeu temporaliter. conſequenter oſtēdit qui ſunt digni confundi ęternaliter di.* † expectāt & contra
f Confundantur omnes. *id eſt idololatrę & innocentum perſecutores.*
g Superuacuè. *id eſt inutiliter & infructuosè, imò multum damnosè. Conſequenter format petitionem ſuam di.*
h Vias tuas domine demonſtra mihi. *Ducendo per viam rectam iuſtitię inter deuia huius vitę, quę nullus abſque tuo auxilio poteſt ſufficienter euitare.* † doce D
i Et ſemitas tuas edoce me. *Semita ſtrictior eſt & rectior via communi: & per hoc Dauid petit non ſolùm dirigi in iuſtitia communi neceſſaria ad ſalutem, ſed cū hoc in iuſtitia excedente quę tendit ad perfectionem.* † ſalutaris
K Dirige me. *quę ſcilicet non poteſt haberi humana inueſtigatione.*
l Quia tu es Deus ſaluator. *Ad quam ſalutem dirigi non poſſum, niſi per tuam illuſtrationem. homo. n. diuinitus ordinatur ad finem excedentem cognitionem naturalem, ſecundum quod dicitur in Eſa. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcen. quę preparaſti ex. te. Ad finem autem incognitum totaliter nullus poteſt ſe dirigere, & ideo oportet hominem edoceri à Deo ad conſecutionem ſalutis ęternę.* Eſa.64.b
¶ a Et te

## NIC. DE LYRA. PSAL. XXIIII.

AD te do. le. *Iſte eſt primus pſalmus alphabeticus, quia verſus incipiunt ordinatè à literis alphabeti Hebraici. Primus verſus ab aleph, ſecundus à beth: & ſic conſequenter. hoc excepto, quòd hic omittuntur duæ literæ, ſcilicet vau & coph: quia nullus verſus per eas incipit. Sunt tamen in hoc pſal. xxij. verſus: ſicut ſunt & xxij. literæ Hebraicæ quia quatuor verſus per duas literas incipiūt, ſcilicet. xviij. & xix. per literam res: & xvj. & xxij. per literam phe. Dicunt aliqui quòd iſtæ literæ hic ponuntur in principijs verſuum ad ſignificandum aliquod myſticum. Sed Hebræi de hoc nihil dicunt in aliqua ſcriptura quam viderim. Et ideo alij dicunt, quòd factum fuit ad quendam modum ſpecialem dictandi qui tunc currebat, ſicut in illo hymno. A ſolis ortus cardine, verſus incipiunt per literas alphabeti latini. Primus ab a, ſecundus à b, & ſic conſequenter vſque ad g, incluſiuè, vt patet intuenti.*
¶ a Ad te do. le. *Huic pſal. præponitur talis titulus in Hebræo: Dauid, & non plus, niſi quod præmittitur litera lamed, ad deſignandum quod Dauid eſt hic datiui caſus, acſi diceret, ipſi Dauid. In tranſlatione autem Hiero. iuxta Hebræum additur hæc dictio ſemper, in titulo ſic: Semper Dauid. Sed ſaluo meliori indicio, non videtur bene addita in titulo, quia li ſemper, eſt vltima dictio pſal. præcedentis in Biblijs Hebraicis quas vidi: & ſic non pertinet ad titulum huius pſal. Per hoc autem quòd in hoc titulo non ponitur canticum nec pſal. ſicut in alijs communiter, oſtenditur quòd non eſt pſal. propriè dictus à pſallendo, ſed eſt ſimplex oratio, quam fecit Dauid pro liberatione ſua à perſecutione Saulis: propter quam multas orationes fecit, ſicut dictum fuit ſuprà. Secundum hoc ergo diuiditur hæc oratio in quatuor: quia primò Dauid petit in deuio huius vitæ*

## MORALITER.

✻ a *Ad te domine leuaui animam meam.* Pſalmus iſte ſecundum ſenſum literalem eſt oratio Dauid pro ſua liberatione à Saulis perſecutione, pro qua plures alios pſalmos fecit. nam illa perſecutio lōga fuit. Saul autem interpretatur abutens: & ideo ſignat diabolum, qui bonis naturalibus abutitur ad malum. propter quod pſalmus iſte moraliter exponi poteſt de quolibet fideli petente à dęmonum perſecutione liberari. Et diuiditur in quatuor partes: quia primo petit diuinam directionem, dicens: Ad te domine leuaui animam meam per deuotionem. Diuiſio
b *Deus meus in te confido.* Propter tuam bonitatem.
c *Non erubeſcam.* victus à dæmone per culpam.
c *Neque irrideant me inimici mei.* id eſt ſatellites diaboli, qui ſunt homines maligni.
d *Etenim vniuerſi &c.* id eſt illud qđ eis imponis, ſuſtinēt pariēter.
e *Non confundentur.* æternaliter, ſed honorabuntur. Conſequenter oſtendit qui debent ſic confundi, dicens.
f *Confundantur omnes iniqua agentes ſuperuacue.* id eſt peccantes ex placentia mali, & ſine vtilitate temporali. de quibus dicitur. Qui lętantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Conſequenter format ſuam petitionem dicens: Prou.2.c
h *Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas.* Homo nanque ad finem ſupernaturalem ordinatur: propter quod indiget vt à Deo ſpecialiter dirigatur. ideo ſequitur.
l *Quia tu es Deus ſaluator meus.* id eſt me dirigens in ſalutem.
✻ Et te ſuſti-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Reminiſcere.Caſſiod.* De peccatis prioribus,& quæ quotidie fiunt, orat per miſericordiam antiquis factam, & quia timet verum iudicem.

In expo.pſal. 24.ca.8.

b *Miſerationum.* Miſeratio propriè in bonorū exhibitione.

c *Quæ a ſe. Aug.* Id eſt ab initio ſeculi ſunt: non ergo in me fallat.

d *Delicta.Caſſiod.* Sunt quando linquitur via æquitatis.

e *Iuuen.* Non pro ætate,ſed pro præcipitationis audacia, quæ eſt tunc, cùm calor animi modeſtiam excedit.

f *Igno.* Facimus ea quæ mala eſſe neſcimus. Vel,delicta ignorantiæ,in paruulis,qui vel originali peccato tenentur. *Hiero.* Iuuentutis. Antequam de domo patris iniqui exirem. Memen. mei tu. Aug. Cuius opus eſt miſereri & peccata dimittere.

In expo.pſal. 24.ca.7.

† quia

† præuaricationes

*Vbi ſupra.*

g *Secun.mi.tu.&c. pro.bo.&c.* i.vt ampla eſt miſericordia tua. Miſericordia erga miſeros,bonitas erga quoſlibet. Facit autem Deus bonum & à miſeris imploratus,& bonitate ductus. nemo bonus niſi Deus.

memor eſto mei Deus.

h *Dul. Aug.* Quia omnia priora dimittit, vbi gratia ſine meritis.

† Bonus

i *Rectus.* Quia poſt miſericordiam vocationis & veniæ,in iudicio merita requiret, ne leuitas eius ſecuros & otioſos reddat. Dulcis, quia ſuauia dat, rectus quia corrigit.

† docebit peccatores viam (vel,i via) † 16.q.1.ca. vos autem *Vbi ſupra*

K *Pro.hoc.Caſſio.* quia dulcis,& rectus, non ex credulitate,ſed benignitate.

l *In via.* i.fide,vel præceptis Dei.Vel,in via huius vitæ vbi rectè viuendum,dabit legem. Et,

m *In iu.* dum punit, diriget ad meliora. Sed manſueti ſint qui corripiūtur: quod ex feris domiti,vt tolerent. Quia ſi mites.i.lenis animi quaſi naturaliter hoc habentes, docebit eos præcepta, pro quorū neglectu venerunt flagella.

n *Miſe. & ve. Aug.* Quas autem vias docebit niſi, miſericordiam qua placabilis,veritatem qua eſt incorruptus: hæc peccata dimittit,illa iudicat merita. ergo vniuerſæ viæ duo aduentus: vnus miſerantis,alter iudicantis. Tenet autem vias eius,qui expertus miſericordiā, deponit ſuperbiam, nullis ſuis meritis liberatus, & deinde cauet ſeueritatem iudicis.

F

o *Teſta.Caſſiod.* Nouum,quod egregiè dicitur teſtamentum, vbi clara & certa promiſſio hæreditatis qđ & morte firmaт.

p *Et teſti.* veteris vbi fuerūt prophetæ teſtes promiſſionum.

a Propter

---

a ¶Quia. b ¶Aug. id eſt toto tractu ſecularis temporis reditus meus tuam expectat miſericordiam. ¶Et. c ¶Caſſ. quem homines putant eſſe oblitum dū tardas.

a meus, et te ſuſtinui tota die. Re- a b

a ¶Operum miſericordiæ.

b miniſcere miſerationū tuarū do-

a ¶Naturaliter inſitarum.

mine,& miſericordiarū tuarum,

a ¶Quia nec peccanti homini miſericordia deſuit. b ¶Etiam per miſericordiam. c ¶Aug. confidentis audaciæ meæ & ignorantiæ meæ antequam crederem.

c d e †quæ à ſeculo ſunt.†Delicta iuuē c d

a ¶Alias ignorantiæ meæ. b ¶Aug. ne ſerues ad vindictam perpetuam.

f tutis meę,†& ignorātias meas ne e f

a ¶Sed potius. b ¶Aug. quæ te digna eſt,non ſecundum iram qua ego dignus.

g memineris. Secundū miſericor- g

a ¶Quis fragilis naturæ.

diā tuam† memēto mei tu:pro- h i

a ¶Non meritū meū. ¶Inſitam qua oīa ex nihilo facis.

pter bonitatem tuam domine.

a ¶Conuerſio ſermonis ad homines. Hac fiducia peto: quia: Dulcis, b ¶Aug. quia miſericordiam prærogauit, vt perduceret ad viam.

h i †Dulcis & rectus dominus,pro- k l

k a ¶Hiero. correctionē,vel charitatē qua iunguntur Deo.

pter hoc†legem dabit delinquen

a ¶Non extra viam fidei. b ¶Aug. non turbabit in iudicio. c ¶Aug. qui ei non reſiſtunt. ¶Tamen.

l tibus in viā. †Diriget manſuetos m n

a ¶Aug. non eos quos præcurrere volunt.

m in iudicio,docebit mites vias ſu- o p

a ¶Et ſi infinitæ. b ¶Aug. Illi intelligunt miſericordem in primo aduentu, iudicem in ſecundo, qui mites quærunt teſtamentum eius, cum ſanguine ſuo nos redemit in nouam vitam, & teſtimonia in prophetis & Euangeliſtis.

n as.†Vniuerſæ vię domini miſeri q r

a ¶Si non alijs,his videatur.

cordia,& veritas, †requirentibus s

o p teſtamentum eius & teſtimonia t

---

K Dulcis & rectus dominus. *id eſt miſericors & iuſtus: quia dulcedo miſericordię ſine rectitudine iuſtitię non eſt miſericordia, ſed puſillanimitas: & iuſtitia ſine miſericordia eſt crudelitas. propter quod dicit* Gregorius. *Ineſſe bonis rectoribus debet iuſtè conſulens miſericordia,& pię ſęuiens diſciplina, ne iuſtitia ſit aſpera & pietas ſit remiſſa. Sit ergo amor, ſed non emolliens: ſit zelus, ſed non exaſperans: ſit pietas, ſed non plus quàm expedit parcens.* G

*l* Propter hoc legem dabit. *Quę lex eſt, vt ſi verè pęniteant, miſericordiam conſequantur: ſinautem æternaliter puniantur, tanquàm ſua miſericordia abutentes.*

*m* In via. *ſcilicet præſentis vitæ: quia poſt mortem non eſt locus pęnitentiæ.*

*n* Diriget manſuetos. *id eſt tractabiles & benignos: quia manſuetudo eſt quædam mentis tractabilitas.*

*o* In iudicio. *id eſt in præceptis iudicialibus ſeruandis: per quæ homo bene ſe habet ad proximum.*

*p* Docebit mites vias ſuas. *Quantùm ad cæremonialia præcepta diuini cultus,per quæ homo bene ſe habet ad Deum.*

*q* Vniuerſæ viæ domini. *id eſt opera eius, quæ ſunt quædam vię deueniendi in cognitionem ipſius.*

*r* Miſericordia & veritas. *id eſt iuſtitia: quia licet in aliquibus eius operibus magis appareat eius miſericordia, vt in pręmiatione ſanctorum, tamen ibi eſt etiam iuſtitia inquātum Deus ordinauit: quòd pro talibus operibus redderetur pręmium ęternum. propter quod dicit Apoſtolus, Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: ideo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illo die iuſtus index. Et ſimiliter licet in aliquibus operibus magis iuſtitia appareat, vt in damnatione malorum, tamen ibi eſt miſericordia inquantùm punit citra condignum: quia tanta eſt offenſa, quantus ille qui offenditur, & ideo in quolibet mortali peccato incurritur de rigore iuſtitię pęna infinita etiam intenſiuè ſi poſſet eſſe.* H

*s* Requirentibus teſtamentum eius. *id eſt legem à Deo datam.*

*t* Et teſtimonia eius. *Per oracula prophetarum. Illis enim qui ſcrutantur talia, apparet quòd vniuerſę vię domini ſunt miſericordia & veritas. Vel aliter: Requirentibus. id eſt cuſtodientibus legem & prophetarum monita, apparet per experientiam diuinorum beneficiorum, quòd vniuerſę vię domini ſunt miſericordia & veritas. & hoc magis conſonat literę Hieronymi iuxta Hebręum, quę ſic habet: His qui cuſtodiunt pactum eius & teſtificationem eius. Vlterius concludit David petitionem ſuam de remiſſione peccatorum, dicens.*

a Propter

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Et te ſuſti.to.die. *id eſt propter te ſuſtinui perſecutionem Saulis continuè, propter quod decens eſt, vt me conſoleris per tuas illuſtrationes.*

*b* Remini. *Poſtquam David petijt diuinam directionem inter deuia huius vitæ, hic conſequenter petit offendiculi remotionem, quod in via recta poteſt impedire. hoc autem eſt peccatum impediens à recto proceſſu. ad hanc autem remotionem impetrandam allegat primò diuinam miſericordiam dicens:* Remi. *&c. Miſericordia propriè loquendo eſt actus interior miſerantis. Miſeratio verò affectus exterior. & vtrunque allegat David. ſ. actum diuinæ miſericordiæ, qui eſt idem quod ipſe Deus, & effectum eius qui recipitur in eo cuius miſeretur.*

*c* Quæ à ſecu.ſunt. *id eſt à mundi principio. In omnibus enim operibus diuinis relucet effectus diuinæ miſerationis. Conſequenter David petit peccati remiſſionem, dicens:*

*d* Deli. iuuen. me. *i. peccata ex paſſione commiſſa, quia paſſiones magis dominantur tempore iuuentutis.*

*e* Et igno. me. *i. peccata quæ ſunt per ignorantiam commiſſa.*

*f* Ne memi. *Ad me puniendum. De peccatis perpetratis ex certa malitia non loquitur, quia peccata quę fecit ex certa ſcientia fuerunt facta poſt mortem Saulis, vt homicidium Vrię, & his ſimilia. hanc verò orationem fecit exiſtens in perſecutione Saulis, vt prædictum eſt.*

*g* Secun.mi.tu. *Et non ſecundum iuſtitiam meam.*

*h* Memento mei tu. *Remittendo culpam, & dando gratiam.*

*i* Propter bonitatem tuam domine. *De natura enim boni eſt, vt ſit ſui diffuſiuum, & ideo bonitati tuę infinitę condecens eſt, vt diffundat ſe erga pęnitentes, remittendo eis culpam & conferendo gratiam.*

K Dulcis

## MORALITER.

✱ a *Et te ſuſtinui tota die.* Expectans tuam directionem.

b *Reminiſcere miſerationum tuarum domine, & miſericordiarum tuarum, quę à ſeculo ſunt.* Hic ſecundo petit impedimenti remotionem, dicens: Reminiſcere miſerationum tuarum domine, & miſericordiarum tuarum, quæ à ſeculo ſunt, quas feciſti patribus ſanctis. quaſi diceret: conſimiliter facias nobis.

d *Delicta iuuentutis meę & ignorantias meas.* Quo tempore vigent paſſiones & ignorantiæ, propter defectum experientiæ.

f *Ne memineris.* Scilicet ad puniendum.

g *Secundum miſericordiam tuam memento mei tu.* Dimittendo peccatum.

i *Propter bonitatem tuam domine.* Et non propter iuſtitiam meam.

K *Dulcis & rectus dominus.* id eſt miſericors & iuſtus.

l *Propter hoc legem dabit delinquentibus in via.* Conditionata ſua miſericordia & iuſtitia.

n *Diriget manſuetos in iudicio.* Ne propter ſuauitatem manſuetudinis declinent à regula veritatis.

p *Docebit mites vias ſuas.* Sicut dicit Matth. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde &c.

q *Vniuerſę vię domini miſericordia & veritas, requirentibus teſtamentum eius.* Inſpicientibus vetus & nouum teſtamentum, apparet quòd in omnibus operibus Dei ſimul concurrunt miſericordia & iuſtitia: licet iuſtitia plus appareat in aliquibus in punitione damnatorum: tamen eſt ibi miſericordia, quia punit citra condignum: Et miſericordia in aliquibus, vt in præmiatione beatorum: tamen eſt ibi iuſtitia, quia præmiat ſecundum meritum.

✱ Propter



a *Propter nomen tuum domine. Aug.* Id eſt gloriam tuam. Cauſa ad Deum reuertitur: & quia non negligo, ſed multum puto. Vel, grande eſt, & niſi per te, non delebitur. Propter nomen parce, quia non propter ſe, quia quotidie augetur peccatum: In quo cathari refutantur hæretici. Et interpretantur mundi, qui ſe ab omni peccato mundos aſſerunt. A

b *Quis eſt ho. Caſſiod.* Hic agit de æternis quomodo habeantur, laborans & orans, vt & ipſe & totus Iſrael ab his malis liberetur.

c *Ani.Caſſi.* Et ſi non ſtatim poſt corpus habet perfectam beatitudinem, tamen in bonis demorabitur. Vel, modò nō redit in Ægyptum, ſed moratur in præceptis quaſi delicijs: vel ſpe, etſi non re, in futuris, & meritò boni operis excolit terrā ſuam i. carnem. Et præter hæc firmat Deus timentem ne in malis cedat, & manifeſtabit ſeipſum ei ſicut promiſit: Si quis ſermones meos ſeruabit, diligā eum & manifeſtabo ei meipſum. Et ideo oculi mei, omnes cōtuitus mei, quicquid alij faciant &c.

d *Semen. Hiero.* Bonum eſt, vnde fructus colligitur.

e *Firma.eſt. Aug.* Videtur infirmorum eſſe timor: ſed dominus eſt firmamētum timentibus eum, & facit vt teſtamentum eius manifeſtetur illis.

f *Ocu. Salo.* Oculi ſapientis in capite. i. in corde eius.

g *Sem.ad do. Aug.* Nec ante me ad pedes attendo, quoniam ipſe euellet.

h *Vnicus. Caſſiod.* Vnicus plus amatur, pauper plus doletur.

i *De neceſ.* id eſt aduerſis, quæ neceſſaria ſunt omnibus, qui piè in Chriſto viuere volunt.

K *Reſpi. Aug.* Tot hominum perditio ſine dolore eſſe non poteſt, & ideo pro eis orat. B

a Non eru-

---

a ¶Quia dulcis & rectus, propter nomen ſicut oraui facies. ¶Quod eſt Ieſus. b ¶Sacrificio ſpiritus contribulati.

a cius. Propter nomē tuum dñe†pro b a b

a ¶Non ſolum donas peccata quæ ante fidem, ſed & illud quod multum eſt ſcilicet poſt fidem. b ¶Quia in via fidei non deeſt offenſio.

pitiaberis peccato meo: multum c

a ¶Et cum ita ſit. b ¶Rationalis.

b eſt enim. Quis eſt homo qui † ti- d

a ¶Aug. vnde incipit venire ad ſapientiam. ¶Non ſecurus. b ¶Ecce. ¶Aug. ne iam impune peccet. vel completionem legis.

mēt dominū, † legem ſtatuit ei in e

a ¶Fidei. b ¶Aug. quam liber apprehendi, vel vt tutam elegit expertus per flagella, non eſſe deuiandum ab ea.

c viā quam elegit. Anima eius in bo- f g

a ¶Opus habebit ſolidam hæreditatem inſtaurati corporis, id eſt glorificati.

d nis demorabitur, & ſemen eius†hæ h i

a ¶Tandem. b ¶Interim vero.

e reditabit terram. † Firmamentum k

a ¶Non homo mutabilis. b ¶Timor Dei dat firmitatem, humanus diffidentiam.

eſt dominus timentibus eum, & l

¶Eſt hoc.

† teſtamentum ipſius, vt manifeſte

a ¶Cordis. ¶Hierony. Id eſt omnes contuitus mei ſemper ad dominum. ¶Aug. quia terram non intueor, non timeo terrena pericula: quia ipſe quem intueor euellet.

f g tur illis. Oculi mei ſemper ad do m

a ¶Quia oculi mei ſunt ad te. ¶Aug. vitiorum affectus, vel, de paſſione & morte quæ tenet ligatos, & eſt per ſimilitudinem dictum.

minū, quoniam ipſe euellet de la- n

a ¶Caſſ. Oculi ſunt ad dominum mei ſcilicet ita dicentis: Reſpice. ¶Ergo. b ¶Aſpicientem te.

queo pedes meos. Reſpice in me, o

a ¶Quia miſer. b ¶Caſſ. locus eſt miſericordiæ, quia non per plura diſtractus, ſed in vnitate. ¶Auguſtinus. nulla ſchiſmata vel hæreſes tenent eccleſiam.

h & miſerere mei, quia vnicus & pau p q r

a ¶A mundo vel humilis. b ¶Et quia. ¶Caſſ. tot calamitates mundi quod earum anxietas ad cor peruenit.

per ſum ego. Tribulationes, cor- s

a ¶Auguſtinus. abundante iniquitate & refrigeſcente charitate.

i dis mei multiplicatæ ſunt: de † ne- t

a ¶Aug. quia hoc mihi tolerare neceſſe eſt vſque in finem vt ſaluus ſiam. b ¶Et. ¶Gratam habe.

ceſſitatibus meis erue me. Vide u

a ¶Auguſtinus. quia iactantia iuſtitiæ non me ab vnitate abrumpo. b ¶Aug. quo indiſciplinatos mihi admiſtos. ſuffero.

†humilitatem meā, & laborē meū, x

a ¶Aug. his ſacrificijs placatus. b ¶Aug. non ea tantum quæ ante fidem feci, ſed & quę poſt fidem.

& dimitte vniuerſa delicta mea. y

a ¶Caſſiod. conuerte vel. ¶Auguſt. fac ſicut ſcis.

k Reſpice inimicos meos quoniam z a

a ¶Non ſolum foris, ſed etiam intus in eccleſia.

multiplicati ſunt, & odio iniquo b

a ¶Auguſt. Diligentem ſe. b ¶Sed ab eis. ¶Aug. ne declinem ad imitationem eorum. c ¶In his quæ habet.

oderunt me. Cuſtodi animam me- c

† parcas ini iuſtati meæ

† timeat

† hæreditate poſſidebit.

1.Reg.23.

† anguſtijs

---

& in idem reuertitur: *quia dans aliquibus bonum conſilium, ipſos firmat & ſtabilit. Et litera hęc vltima magis conſonat ſequenti.* C

*l* Et teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis. *Quia occulta legis diuinę reuelantur talibus.*

*m* Oculi mei ſemper ad dominum. *Hic conſequenter David petit ſibi liberationem à tribulationibus, vt quietius vacare poſſit contemplationi & diuinis conſolationibus dicens, Oculi mei ſemper ad dominum. De cuius virtute confido. ideo ſubditur:*

*n* Quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. *id eſt ab inſidijs mihi per Saulem pręparatis.*

*o* Reſpice in me. *Tu dñe pietatis affectu.*

*p* Et miſerere mei. *in effectu.*

*q* Quia vni. *reſpectu multitudinis Saulem ſequentis. Per talem modum dicitur communiter: Rex eſt ſolus. quando habet paucā gentem ſecum reſpectiuè.*

*r* Et pau. ſum ego. *Reſpectu Saulis, quia ego ſum fugitiuus, & ipſe eſt rex in poteſtate conſtitutus.*

*s* Tribulationes cordis. *Quia in fauorem Saulis multi perſequebantur David, ſicut patet. de Zipheis & habitatoribus Ceilę.*

*t* De neceſſitatibus. *id eſt tribulationibus imminētibus per quas neceſſe habeo trāſire.*

*u* Vide humili. meam. *in corde.*

*x* Et laborem meum. *in corpore.*

*y* Et dimitte vniuerſa. *Acceptando iſta pro ſatisfactione.*

*z* Reſpice inimicos meos. *Ad eos reprimendum.*

*a* Quoniam multiplicati ſunt. *& ideo nō poſſum euadere, niſi per tuum adiutorium.*

*b* Et odio iniquo oderunt me. *ſcilicet eò quòd tua ſancta voluntate ordinaſti me regnare. Et quia perſequuntur me pro bono opere quod feci cum Saul & populo eius, pro eis exponendo me periculis, vt patet. 1. Regum, in pluribus locis, & ſic reddunt mihi mala pro bonis.* D

*c* Cuſtodiam animam meam. *Id eſt vitam meam: quia anima viuificat.*

a Et erue

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Propter nomen. *i. propter declarationem bonitatis tuæ.*

*b* Propitiaberis pecca. me. *ipſum remittendo.*

*c* Mul. eſt enim. *id eſt excedens facultatem virtutis meę ad ſatisfaciendum: quia de nullo peccato poteſt homo ſatisfacere, niſi ex Dei dono. nullum enim opus eſt ſatisfactorium abſque diuina gratia factum.*

*d* Quis eſt ho. qui ti. do. *Hic conſequenter David petit vitę futurę deguſtationem, dicens: Quis eſt ho. qui ti. timore filiali, & per conſequēs cōſolationes eius ſentiēs. q.d. iſtud eſt ſummè deſiderandum. Cuius cauſa ſubditur, cum dicitur:*

*e* Legem ſta. ei in vi. *ſ. legem diuinam & legem naturę, quę dirigunt in viam iuſtitiæ quę eſt prę omnibus eligenda.*

*g* Anima eius in bo. de. *ſ. in bonis diuinę gratię & conſolationis, à quibus per peccatum mortale non amouebitur.*

*h* Et ſe. eius hæ. ter. *Hoc exponitur ab aliquibus de terra Iſrael, quam habitauit ille populus quādiu Deo debitè ſeruiuit. Et inde fuit eiectus, quando ad idololatriam declinauit. Sed melius exponitur de terra viuentium. pręmium enim eſt finis meriti. & per conſequens melius ipſo: quia finis eſt melior his quę ſunt ad finem. opera autem meritoria ſunt maiora bona quàm hęreditas terrena, & ideo non poteſt habere rationem finis reſpectu operis meritorij. propter quod vbicunque in ſacra ſcriptura pro operibus virtutum promittuntur bona terrena quaſi pręmium, intelliguntur bona ſpiritualia & ęterna tanquam principaliter intenta.*

K Firmamentum eſt dominus timētibus eum. *Quia ſtabilit tales in bono. In Hebręo habetur: Conſilium domini timentibus eum. & in tranſlatione Hieronymi iuxta Hebraicum habetur: Secretum domini &c.*

& in

## MORALITER.

✱ a *Propter nomen tuum domine propitiaberis pecca. me.* non pro meo merito.

c *Mul. eſt enim.* id eſt tranſcendens quicquid poſſem operari.

d *Quis eſt ho.* Hic petit futuræ beatitudinis prægustationem dicens: Quis eſt ho. qui ti. do. ſcilicet timore filiali quaſi dicat talis percipit conſolationes Dei.

e *Legem ſtatuit ei.* ſcilicet Euangelicam, quæ introducit ad beatitudinem.

f *Quam elegit.* ſcilicet timens Deum. ideo ſubditur:

g *Anima eius in bonis de.* ſ. gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.

h *Et ſemen eius.* id eſt imitator ipſius.

i *Hęredita. ter.* viuentium.

K *Firmamentum eſt dominus timen. eum.* nam ipſi totaliter innituntur ei.

l *Et teſtamentum ipſius.* Teſtm̄ eſt pars defuncti dñs autem eſt pars iuſtorum manifeſtandus eis in clara viſione beatorum.

m *Oculi mei.* Hic petitur liberatio à preſſuris ad habendum quietiorē contēplationē & ſuauiorē deguſtationē. ideo dr̄: Oculi mei ſemper ad dñm. ſicut exiſtens in periculo ad ſaluatorem ſuū. ideo ſubditur:

n *Quoniam ipſe euellet. Reſpice in me & miſere. mei, quia vnicus & pauper.* id eſt impotens reſpectu multitudinis dęmonum & ſatellitum ſuorum. ideo ſubditur.

s *Tribulationes cordis mei multiplicatę ſunt.* Per tentationes dæmonum & perſecutiones hominum malorum.

t *De neceſſitatibus meis erue me.* id eſt de anguſtijs meis.

u *Vide humilitatem meam.* interius.

x *Et laborem meum.* exterius.

y *Et dimitte vniuerſa delicta mea.* Propter iſta q̄ patior ſine cauſa.

z *Reſpice inimicos meos.* Ad reprimendum eos.

c *Cuſtodi animam me.* Ab eorum inſidijs.

✱ Non

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Non erubeſc.Caſ.* Q.erue, & ſi non propter aliud: vel ideo ne cedat erubeſcentiæ ꝙ ſperaui in te. & quia innocentes facti & recti bona operatione per tribulationes adhæſerunt mihi: ideo quia ſuſtinui, & tu libera eos Deus Iſrael.

*In expoſ. pſ. 24.to.8.* b *Innocentes & recti. adh. Caſ.* Mali tolerati ſunt, non adhæſerunt.

c *Iſrael. Aug.* Populum quem ad tuam viſionem præparaſti.

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Et erue me. *De periculis mihi præparatis.*

*b* Non eru. *Captus ab aduerſarijs.*

*c* Quo.ſpe.in te. *Quia tu es protector, in te ſperantium.*

d Inno, & re. *Licet autem in principio fugæ David aliqui oppreſſi debitis adhæſiſſent ei, tamen poſtea multi boni & iuſti conſiderantes ipſius* [† expectaui] [1.Reg.22.]

a ¶Aug. a perplexitate qua mihi miſcentur. b ¶Aug. ſi forte inſurgunt contra me.

am, & erue me: non † erubeſcam,

a ¶Non in me.

quoniã ſperaui in te. † Innocen-

a ¶Non ſolum præſentia corporis miſcentur, ſed conſenſione cordis.

tes & recti adheſerunt mihi, quia

a ¶Aug. quia non defeci ſequens illos, ſed ſuſtinui expectans iudicium. b ¶Quæ foris vel intus. ¶Alias redime.

† ſuſtinui te. Libera deus Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis.

*ipſius Saul malitiam & David innocẽtiam de diuerſis tribubus Iſrael, venerunt ad David adhærentes ei, vt habetur in Paral.* G

e Quia ſu.te. *i. propter te iniquam Saulis perſecutionem, & quia ad bonum principem pertinet non ſolum bonum proprium optare, ſed etiam commune, ideo ſubdit David deprecando:*

*f* Libera.de.Iſrael. *i. bonos de populo Iſrael.*

g Ex om tri. *i. corporalibus & ſpiritualibus.* Moraliter. *poſſet exponi pſalmus iſte de quolibet fideli exiſtente in afflictione ſpirituali à Deo petente liberari: qui debet facere eaſdem petitiones cum ipſo David.*

## MORALITER.

✱ b *Non eru.* Victus ab eis.

d *Inno. & re. adhæ. mi.* Compatiendo.

f *Libe. de. Iſra.* i. populum tibi deuotum.

g *Ex om. tri. ſu.* Spiritualibus & corporalibus, vt ſeruire tibi poſſit magis quietè & deuotius.

## GLOS. ORDIN.

a *Pſalmus. Caſ.* Pſalmus iſte monet vitari conſortia iniquorum, iungi iuſtis, quia ex conuictu mores formantur.

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. XXV.

*In expoſ. pſ. 25.to.8.* I*Vdi. Aug.* Quia poſt miſericordiam habeo innocentiæ meritum, cuius viam cuſtodiui. Nec tñ ſic in me, ſed in Deo ſperans permanebo. Quia verò quaſi boni nolunt inter malos eſſe ſchiſmatici & peiores ſunt, & vt paleę iã ante ipſam ventilationem à vento ſuperbię rapiuntur. *Caſsiod.* Iudica. non eſt præſumptio iuſti ſed certitudo miſericordiæ Dei quod ibi oſtendit, in domino ſperans, deinde non infirmabor. [† perfectione mea ambulaui]

c *In innocentia. Aug.* Non Angelorum ſed qualis eſt hominum.

d *Proba me. Caſs.* i. prius vires inſpice, & tunc vt ferre valeo, tentari permitte. Aug. Sed ne quid occultorum meorũ lateat me, iudica me, nõ tibi, ſed mihi: & omnibus adhibens purgatoriũ delectationibus & cogitationibus: quia ne illo igne conſumar, nõ merita, ſed miſericordiam quæ talem me fecit attendo. *Caſs.* Proba me. Tu verò proba in tentationibus, ne qd delicti remaneat. Aliter negligẽtes eſſemus, tẽtat Deus vt erudiat, diabolus vt ſeducat, homo vt diſcat quod neſcit. Aug. hic pfectus præcatur tribulationes, ne quis de eis murmuret. [† deficiam (vacillabo) † examina (explora, vt metalla explorantur)] F [† ambulabo] [† viris mendacibus]

*Vbi ſupra.* e *Vre renes. Aug.* Igne verbi tui cor calore ſpũs: Cor pro cogitationibus, renes ꝓ delectationibus.

f *Miſericor. Caſsiod.* Quæ non ſinit tentari ſuper vires, vel ipſa vſtio eſt miſericordia non aſperitas.

*Vt ſup. ibi.* g *Complacui in ve. Aug.* Cui diſplicet mendacium ſuum, & placet veritas Dei, placet ipſe cum illa & in illa.

h *Non ſedi. Caſs.* Complacui in veritate quia non ſedi. Odiui, quod eſt vitare mala. Et lauabo, quod eſt vitare mala. Et lauabo, quod eſt agere recta.

i *Vani. Caſs.* Vani ꝗ de caducis rebus laborãt. impij hęretici qui ſcripturas peruertunt illi ſuperflua quęrũt, hi venenoſa.

a *Malignan-*

a ¶Attribuitur. ¶Caſ. perfecto viro qui dicit ſe non habere partem cum iniquis, & petit ab eis diſcerni.

a Pſalmus David. XXV.

a ¶Aug. diſcerne a malis qui ſimul nobiſcum ſunt in eccleſia, ne ſimul eamus in ignem æternum.

b IVdicã me dñe, quo-

a ¶Quare. b ¶Aug. non eſt elatio, ſed nõ ingrati confeſſio. c ¶Viam morum vel inter peccatores.

c niam ego in † innocẽtiã meã in-

a ¶Aug. aliter inter malos titubaret, quid & ſi cadunt, iſte ſtat: qui non in eis, ſed in Deo ſperat.

greſſus ſum, & in dñõ ſperãs non

a ¶Inter peccatores.

d † infirmabor. Proba me domi-

a ¶Ne quid mali delectet.

e ne & tẽta me, † ure renes meos &

a ¶Ne quid mali cogitem.

f cor meum. Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt, &

a ¶Aug. intus vbi vides non timeo: ſed diſpliceam vbi homines vident. ¶Me delectent bona: quaſi quis ſe in ſpeculo videat. b ¶Et. ¶Aug. cor non oppoſui illis qui prouident beati fieri in tranſitorijs: quæ eſt cauſa omnium iniquitatum. ¶Non conſenſi & ſi intraui.

g h † complacui ĩ veritate tua. † Non

a ¶Tractatum malorum vitaui. facta non incepi.

i ſedi cum † conſilio vanitatis:

*me do. id eſt cauſam regni termina pro me.*

*b* Quo.ego. *id eſt abſque præſumptione & ambitione.*

*c* Ingre.ſum. *Regnum per tuum reſponſum.*

*d* Et in do.ſpe. *Quoniam. David proficiens ſemper ſeipſo robuſtior, domus autem Saulis decreſcens quotidie. Et quia innocentia David de ingreſſu regni non erat omnibus nota: ideo petit eam manifeſtari, dicens:*

e Pro.me. *Probatio autem & tẽtatio ad hoc ordinatur, vt aliquid ignotũ manifeſtetur ipſi tentanti, & ſic homo tentat alium. Deo autem nihil eſt ignotum, & ideo non tentat, vt ſibi aliquid manifeſtetur, ſed alijs, ſicut cum dr: Tentauit Deus Abraham &c. quia per hoc ꝙ ad præceptum Dei paratus fuit filium immolare, notum fuit alijs bonum obedientię ſuę, ſecundum quod plenius dictum fuit ibidem. Et hoc modo petijt David ſe tentari à domino, vt eius innocentia fieret alijs manifeſta, vt ſic libẽtius ſe eis ſubijcerent: & ſic factum fuit: quia per hoc ꝙ David in morte Abner fleuit & ieiunauit, cognouit populus eius & Iſrael vniuerſus, ꝙ non fuiſſet interfectus de ſcitu eius, ſecundũ illud; Et cognouit omne vulgus & vniuerſus Iſrael in die illa, qm̃ non actum fuiſſet à rege, vt occideretur Abner. Similiter per hoc quod non fuit lętatus de morte Isboſeth regis: ſed magis interfectores eius morte puniuit, notum fuit omnibus ꝙ non ex ambitione vel prę́ſumptione quęrebat regnum, ſed ex diuina ordinatione. propter quod ſtatim ſubditur. Quoniam vniuerſę tribus Iſrael venerunt ad eum in Hebron, vt vngerent eum regem. Et quia ad perfectam innocentiam requiritur munditia cordis & corporis. ideo ſubditur:* H

*f* Vre renes meos. *præſeruando me à peccatis carnalibus.*

g Et cor meum. *Prę́ſeruando me à peccatis ſpiritualibus.*

*h* Quo.miſe.tua.&c. *ipſam iugiter meditando.*

*i* Et complacui in veri.tua. *In ipſa delectando: ideo ſupple.*

K Non ſedi cum con. *Cum hominibus præſumptuosè incedere volentibus, quærens ab eis conſilium de modo intrandi regnum.*

¶ *a* Et cum

## NICO. DE LYRA. PSAL. XXV.

IVdica me. *Huic pſalmo premittitur talis titulus in Hebręo: David. niſi ꝙ prę́mittitur litera lamed ad deſignandum quòd David eſt datiui caſus. In translatione Hiero. iuxta Hebraicum nihil præponitur. Patet autem ſententia huius tituli ex pſalmo præcedenti. Dicunt autem aliqui ꝙ David fecit hunc pſalmum, fugiens perſecutionem Saulis, & petens ab eo liberari: vnde infrà dicitur: Ne perdas cum impijs Deus animam, & cum viris ſanguinum vitã meam. De materia tñ huius pſalmi determinata non inueni aliquod notabiliter dictum: propter quod ſaluo meliori iudicio vř mihi ꝙ iſte pſalmus ſit exponendus de ſtatu David, qñ poſt mortem Saulis de reſponſo dñi intrauit regnum manens in Hebron cum adhærentibus ſibi. Et quia ſola domus Iuda ſequebatur ipſum David, reliquus autem populus erat cum Isboſeth filio Saul. Ideo David orauit, vt ſtatus ſuus proſperaretur. Igitur ſecundum hoc pſal. iſte diuiditur in duas partes: quia primò David petit ſe proſperari in bonis. ſecundò præſeruari à malis, ibi: Ne perdas cum impijs. Prima in duas. quia primò petit proſperitatẽ in ſtatu regni. ſecundò in cultu Dei, ibi: Lauabo. Circa primum dicit ſic David: Iudi. me do.* [Tomo 7.] [2.Reg.2.] [Diuiſio]

## MORALITER.

✱ a *Iudica me domine, quoniam.* Pſalmum iſtum literaliter expoſui de ſtatu David, quando poſt mortem Saul in Hebron aſcendit, & cœpit regnare ſuper tribum Iuda: quamuis eius aduerſarij adhuc eſſent in multitudine magna. *Moraliter* autẽ exponi poteſt de quolibet fideli ad ętatem adultam veniente: tunc.n. debet regnũ ſuum incipere, bene regendo motus animæ. Et qm̃ in hoc difficultatẽ patitur, rogare debet dñm vt ab eo dirigatur, & primò vt proſperetur in bonis, ſecundò vt præſeruetur à malis, ibi: Ne perdas &c. Circa primum dicit: Iudica me domine. iudicio approbationis.

b *Quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum.* i. vſque nunc innocenter vixi in ætate puerili.

d *Et in do. ſpe. non infir.* i. non infirmer peccato mortali. Hebræi nanque pro optatiuo vtuntur futuro indicatiui.

e *Proba me domine & ten. me.* Alijs oſtendendo meam innocentiam, non ad propriam laudem, ſed ad tuam gloriam & proximi ædificationem. Et ſubditur modus, cùm dicitur:

f *Vre re. me.* Reprimendo motus concupiſcibilis.

g *Et cor me.* i. motus iraſcibilis: nã ira eſt accẽſio ſãguinis circa cor.

h *Quo. mi. tu. an. oculos meos eſt.* Tanquam tota fiducia mea.

i *Et complacui in verita.* Ipſam ſequendo. ideo ſubditur:

K *Non ſedi cum conſilio.* id eſt cum ſuperbis.

✱ Et cum



a *Malignantium. Caſ.* qui mala proximis agunt.

A b *Lauabo. Aug.* pœnitendo. Et altare, mentem virtutibus ornabo vel fidem: quia non eſt locus veri ſacrificij extra catholicam eccleſiam.

c *Inter innocen. Aug.* Conuerſans. Vt audiam ab eis, id eſt vt diſcam qua voce ſis laudandus, vel vt audiam: Venite benedicti patris mei.

d *Vocem.* Spiritusſancti, qui docet laudare te.

e *Domi. Caſſi.* Petit ne malis in iudicio miſceatur: quia non eis, ſed concordat domui Dei.

f *Dilexi decorem. Caſſi.* Hæc ideo faciam, ꝗa dilexi me facere decorã domum tibi, & locum in quo glorioſè habites, vt de gloria & eſſentia Dei aliquid capiã.

g *Ne perdas. Caſ.* Et ſi modo ſimul eſſe pateris, ne ſimul perdas. *Caſ.* Ne perdas, in futuro. Cum impijs, quibus hic non communico. *Aug.* In area præ palea nõ videntur à longe grana: ſic & opinio eſt abundante iniquitate multorũ, nullum eſſe bonum quæ fuit in Elia, quando dixit: Domine relictus ſum ſolus.

h *Dextera ec. Aug.* i. ſi quid boni agunt, pro muneribus faciũt vel dextera, ratio eorum præſentibus bonis remunerata eſt, ego econtra: & ideo redime: vidit iſte pretium ſanguinis Chriſto quo mũdus redimitur. Et ideo ait. Redime me, & miſerere mei. miſericordia in omnibus comitetur quod debes. quia.

i *Pes.* i. affectio quæ facilè labi ſolet, ſtetit immobilis contra omnia ſcandala tẽdens vltra & perſiſtens in directo. Et quia ſic redimis in eccleſijs, benedicã.

k *Stetit. Caſſ.* Etſi vndiq; concuſſus, vel confuſus ſcandalis.

## NIC. DE LYRA.

B ¶ *a* Et cum iniqua. *idest cum Ioab & Abiſai & eorum complicibus, qui iniquè interfecerunt Abner.*

*q* Odiui ec. malig. *ſcilicet Rechab & Baana, qui erant principes latronum, & inſidiosè occiderunt Dominum ſuum Isboſeth.* H

*c* Et cum impijs. *Quia talibus non fauit, ſed magis eos interfici iuſſit.*

*d* Lauabo. *Hic conſequenter petit proſperitatem in cultu Dei, dicens: Laua. i. vtinam lauem. Hebræi enim non habent modum optatiuum: ſed vtuntur pro eo futuro indicatiui. Per manus autem deſignantur opera: eò ꝙ manus eſt organum organorum, per hoc autem petit David ſanctitatem vitæ, quæ requiritur in cultu Dei. ideo ſubditur,*

*e* Et circunda.al. *idest veniam ad offerendas oblationes & ſacrificia: tamen per ſacerdotes ad quorum officium ſpectat talia offerre.*

*f* Vt audiam vo. &c. *Quia in talibus oblationibus Leuitæ cantores cantabant diuinas laudes.*

g Et enarrem vni. &c. *idest faciam enarrari per Leuitas. q. David fecit cantica à Leuitis decantanda.*

*h* Domine dilexi deco. *propter hoc enim adduxit arcam teſtamenti Ieruſalem iuxta domum regiam, vt haberet cultum Dei prope ſe. Et fecit*

a ¶Aug. nec incipiam, & ſi ſim inter eos. ¶Conſcientiam non habebo.

& cum † iniqua gerentibus nõn

a ¶Sed. ¶Non ſatis eſt vitaſſe. ¶Aug. congregationem, quæ fit vt veniatur ad conſilium vanitatis. b ¶Etſi de nobis ſunt.

a introibo. † Odiui † eccleſiam ma-

a ¶Placitum non habebo.

lignãtium, & cum impijs nõn ſe-

¶Sed. a ¶Munda faciam opera mea.

b c debo. Lauabo † inter innocentes

a ¶Aug. quibus amplexabor ſublimia tua.

manus meas, & † circundabo al-

a ¶Aug. vbi Deo vota offeruntur. ¶Hier. altare cęleſtẽ quo ſacerdos Chriſtus pro nobis introiuit vt audiam vocem laudis, quæ canitur ab angelis. ¶Sanctus ſanctus ſanctus. b ¶Aug. diſcam quõ te laudem, non ex ipſo bono de me præſumam.

tare tuum Domine. Vt † audiam

a ¶Aug. cum didicero exponam alijs.

d vocem laudis, & enarrem vniuer

a ¶Non mea. b ¶F.

e f ſa mirabilia tua. Domine dilexi

a ¶Aug. in ſanctis: & ſi adhuc eccleſia habet malos. ¶Bonos actus. b ¶Ipſum decorem domus tuæ dilexi. c ¶Arcanum pectoris.

† decorẽ domus tuę, et locum ha

a ¶Aug vbi habitans glorificaris, vt non ſibi, ſed tibi detur gloria. & ideo non ſimpliciter habitationis, ſed vbi habitat gloria. b ¶Aug. ergo quia dilexit retribue. ¶Non nocebit malorum commiſtio: quia non errat Deus in iudicio.

g bitationis gloriæ tuæ. Ne † perdas

a ¶Qui te ordinat. b ¶Aug. quæ dilexit decorem domus tuæ. ¶Aug. Nam duobus præceptis domus tua decoratur.

cum impijs Deus animã meam

a ¶Caſſi. qui proximum oderunt. b ¶Caſſi. qui carnaliter viuunt.

& cum viris ſanguinum vitam

a ¶Aug. quorum opera ſunt iniqua.

meam. In quorum manibus ini-

a ¶Caſ. Q. quod eis datum eſt ad accipienda æterna, conuertunt ad ſeculi dona, æſtimantes quæſtum eſſe pietatem.

h quitates ſunt, dextera eorum re-

a ¶Aug. pecuniæ, laudis, timoris, iniuſtæ miſericordiæ: ſed beatus qui excutit manum ab omni munere. b ¶Illi muneribus, ego diuitijs innocẽtiæ.

pleta eſt muneribus. Ego autem

† in innocentia mea † ingreſſus

a ¶Aug. valeat mihi ad perfectionem liberationis pretium tanti ſanguinis. ¶Aug. non deſerat miſericordia tua in huius vitæ periculis.

ſum: redime me, & miſerere mei

a ¶Aug. dilectio mea non receſſit à iuſtitia tua. b ¶Quia multę in mundo.

k i Pes meus ſtetit in † directo, in ec

a ¶Aug. dilectioni tuæ adiungo dilectionem proximi: nõ occultabo eis quos vocaſti p benedictionem tuam, vt per me benedicaris. b ¶Non me.

cleſijs benedicam te Domine.

*cit eam introduci intra tabernaculum quod ei tetenderat & præparauerat magnificè. Et voluit ei etiam ædificare domum cedrinam, ſed Dominus fecit hoc ædificium retardari vſque ad tempus Salomonis filij ſui. David tamen præparauit impenſas. Et dedit Salomoni deſcriptionem templi & omnium ædificiorum vtenſilium.* C

*i* Et locum &c. *idest locum qui vocatur ſanctumſanctorum, in quo erat arca teſtamẽti & propitiatorium, quod erat quaſi ſedes Dei, ſicut plenius expoſui in Exo.* [Lyr. in Exo. c.25.]

*K* Ne perdas. *Hic conſequenter David petit præſeruari à malis, dicens: Ne perdas. idest perdi permittas.* [† cœtum congregationẽ]

*l* Cum impijs. *i. cum malè ſe habentibus erga Deum. Pietas enim eſt diuinus cultus: & ideo impietas diuino cultui opponitur.*

*m* Et cum vi. ſan. *idest cum hominibus malè ſe habentibus ad proximum, ſicut ſunt homicidæ & raptores, qui dicuntur viri ſanguinum, idest multi ſanguinis effuſores, cuiuſmodi ſunt raptores de alieno labore, & ſanguine viuentes.*

*n* In quorum m. &c. *quia ſemper parati ſunt iniquè agere.*

*n* Dextera &c. *idest pro quibus innocentes condemnauerunt ſeu vexauerunt, ſeu interfecerunt.*

*p* Ego autem. *In fine pſalmi repetit innocentiam ſuam circa ingreſſum regni quam allegauerat in principio, ſicut frequenter fit in canticis, in quibus principium repetitur in fine: veruntamen quia præſentem vitam non tranſit aliquis ſine culpa aliqua. ideo ſubditur, Redime me & miſerere mei.*

*q* Pes meus. *idest affectio mea.*

*r* Stetit in di. *appetens rectitudinem iuſtitiæ.*

*s* In ec. bene. *de beneficijs mihi collatis à te. Moraliter poſſet exponi pſal. iſte de quolibet fideli, qui veniens ad ætatem adultam, debet regnum ſuum ingredi, bene regendo motus interiores & actus exteriores. Et quia propter pronitatem ſenſuum ad malum patitur difficultatem circa regni huius ſtatum. ideo debet Deum ſolicitè deprecari, vt proſperetur ſtatus ſui regni ad laudem & cultum nominis diuini. Et poteſt ad hæc litera de facili applicari.* D

## MORALITER.

✱ a *Et cum ini.* i. cum iniquis & rapacibus.

a *Non intro.* ipſos imitando. [† ambulaui]

b *Odiui ec.* Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem aſſertionem per alia verba.

d *Lauabo inter inno. ma.* Cum proximo iuſte viuendo, & deuotè cum Deo. ideo ſubditur,

e *Et cir al.* oblationes offerendo.

f *Vt audiam vo. lau.* officii diuini.

g *Et enarrem.* deuotè orando, et propter iſta ſubditur,

h *Do. dilexi &c.* Ne perdas etc. Hic petitur à malis præſeruatio, cum dicitur,

K *Ne per. cum im.* ideſt perdi permittas cum dæmonibus.

m *Et cum vi. ſan.* ideſt cum homicidis.

n *Vi. m. in quo ma.* Nam pro muneribus faciunt iniqua.

p *Ego au.* Repetitio eſt eius quod poſitum eſt in pſalmi principio, ſicut in cantilenis ſolet fieri, quia quædam cantica ſunt ipſi pſalmi.

## GLO. ORD.

a *In finem. Caſ.* Primò David electus à Samuele vnctus eſt in domo patris. Secũdo in Hebron, & regnauit ibi ſuper tribum Iuda ſeptem annis. Tandẽ & Saule iam regni detrimentum patiente, & ſuis intereuntibus, vnctus eſt in regem totius populi, ſed duæ extremæ ꝓ vna reputantur: poſt primã hoſtes habuit, his imperfecta cadentibus vnctione ſecurè regnauit: Sic eccleſia poſt baptiſmum, quæ eſt prima vnctio, habet hoſtes: in diſſolutione corporis pereunt. *Aug.* Olim duæ perſonæ vngebantur rex & ſacerdos, in quibus figuratur vnus Chriſtus rex & ſacerdos. Nos autem ſumus corpus Chriſti, & in eo Chriſti. Nobis ergo eſt vnctio modo in ſacramento, quo figuratur quid futuri ſumus. & ideo dicitur, Priuſquam liniretur. vnde in ſacramento gemens & laborans, vt in re gaudeat.

a ¶Futuræ conſummationis. b ¶Attribuitur. c ¶Cuiuslibet fideli. d ¶Idest agens de hoc quod eſt ei ante perfectam vnctionẽ, antequam hoſtes haber.

a In finem pſalmus † David priuſ-

¶Secundo.

quam liniretur.

XXVI.

a ¶Habitans in me. b ¶Augu. contra tenebras. ¶Poſt hanc vitam. ¶Secundum animam.

DOminus † illumi-

## GLO. ORD. PSAL. XXVI.

DOminus illuminatio &c. Ca. De prima vnctione, per quam certificatur ſecunda, hic loquitur, [† ipſi Dauidi priuſquã liniretur]

a *Do-*

## NIC. DE LY. PSAL. XXVI.

DOm. il. *Huic pſal. præmittit talis tit. in Hebręo: David. ꝑponit tñ lr̃a lamed, id* [† lux]

¶ *d.-*

## MORALITER.

✱ a *Dominus illuminatio.* Hunc pſal. fecit David quando debuit inungi rex ſuper Iſrael vniuerſum. Moraliter autem poteſt eſſe oratio [2.Reg.5.]



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Dominus protector vitæ meæ. Aug.* Dat vitam virtutum quam E & protegit, ſine quo omnia dona eius perduntur.

In 2. expoſ. pſ. 26. to. 8. — b *A quo trepidabo. Aug.* Quem trepidet caro, cum induerit incorruptionem?

Vt ſup. ibi. — In prima expoſitione. — c *Super me nocen. Aug.* Vt ſe mihi præferant inſultãtes: quod vertit Deus in melius, vt maledicendo den te non me, ſed carnalia deſideria conſumant. Vel edant. i. delectentur in morte mea crudelitas inimicorum. Carnes, animam non poſſunt.

In 2. expoſitione. — d *Infirmati ſunt. Aug.* Dum Chriſtus carnem accepit nutantes facti, & poſt ex toto ſe fidei ſubdiderunt. *Ca.* Vel debilitati paulatim ad ruinã aïæ peruenerũt.

e *Caſtra. Caſſi.* Molimina prælium conflictus.

† appropiquauerint præliabuntur aduerſum me maligni. — f *In hoc ego. Aug.* habeo ſpem victoriæ in Domino remunerationis æternæ.

In pri. expo. — In vtraq; — g *Vnam pe. Aug.* hæc vna domus æterna qua ſemper maneatur, vbi æterni dies, cur ibi? vt contempler delectationem Dei, quod eſt verum bonum.

In vtraque expoſitione. — h *Omnibus die. Aug.* vt quandiu viuo, nulla aduerſitas me excludat ab vnitate fidelium. Vt videam vo. quam videt qui præcepta intelligit. Et viſitem, mẽte, & ſi non oculis. Templũ eius corpus Chriſti. Vel viſitem te. e. me faciam templũ quod potero, quoniam abſcondit. Vel: in domo, non manufacta, vbi nihil mali. Vt videam vo. Domini, ſicut eſt: ibi enim voluntas Dei in homine plenius quàm hic, vnde: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Et viſitem. i. cum deſiderio, & frequentia videam templũ. i. Ieruſalem cœleſtem, vel humanam eius naturam: quod hac fiducia peto. Quoniam abſcondit, ne viderer à quærentibus: vt figuraliter Dauid cum fugeret Saulem abſcondit in latibulis ne videretur. Tabernaculum deitatis, caro Chriſti, in qua per fidem & ſpem me occultat. vnde: Nunc vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. In abſcondito taber. in ſecreto diuinitatis, vbi ſemper eſt animus iuſti. In petra. i. ad ſimilitudinẽ imperatorum loca ſuis militibus prouidentium ita. In petra in firmitate virtutum, vel in Chriſto. Exaltauit, ſecundum promotionem de virtute in virtutem, & quaſi extra homines fecit. Et nunc ante tempus incarnationis mentem exaltat ſuper vitioſos appetitus. vel nunc dum dies malorum eſt ita illuſtrat mentem, vt præuideam malorum damnationẽ: pro his beneficijs gaudium ſuum ſubdit: vnde item certus, poſt hæc omnia. Circuiui, ideſt omnia beneficia memoriæ dando pertractaui, & non ingratus. Immolaui, & de reliquo. Cantabo iucunditate contemplationis. Et pſal. di. i. opus manifeſtabo.

† Vnum petij à Domino illud. Matt. 6. b — † oẽs dies. 1. Reg. 1. — Col. 3. A — F

☞ a Vt

a ¶Contra infirmitatem. ¶Aug. Q & notitiam ſui decit & ſalutem.
natio mea, & ſalus mea, quem ti-
a ¶Quia nullus poteſt contra eum. b ¶Aug. omnes impetus & inſidias repellit.
mebo? Dominus † protector vitæ
a ¶Aug. quem vel quid trepidabo, qui perſequuntur cadunt, nec tollunt: nã ſi carnes, illis finitis ero ſpiritus ad hoc eſt dum appro. &c.
meæ, à quo trepidabo? Dum
a ¶Quia iam in ſeipſo eos ſentit. b ¶Voto meo.
† appropiant ſuper me nocen-
a ¶Aug. non ſolum qui videntur amici blandis, ſed etiam inimici manifeſti. ¶Etiam.
tes, vt edant carnes meas. Qui tri-
a ¶Ex odio.
bulant me ✱ inimici mei, ipſi † in-
a ¶Aug. in eo quod mala defendebant, vt iam credant meliora.
firmati ſunt, & ceciderunt. Si
a ¶Accepta tanta fiducia ſi deinceps. b ¶Aug. contradicentium conſpiratio.
conſiſtant aduerſum me caſtra,
a ¶Vt ad eos transfugiam. b ¶Ratio reſtituta. ¶Subitò, vel in immenſum creſcat.
non timebit cor meum. Si exur-
a ¶Perſecutio ſeculi.
gat aduerſum me prælium, in
a ¶Caſ. in vna quã cogito figam ſpem. Vnam enim &c. b ¶Cui Deus protector. c ¶Quia. ¶Mali multiplicia.
hoc ego ſperabo. † Vnam petij
¶Ipſum Deum. ¶Sed.
à Domino, hanc requiram, vt
a ¶In præſenti eccleſia.
inhabitem in domo Domini,
† omnibus diebus vitæ meæ.

c Dominus protector &c. *contra hoſtes.*

d A quo trepidabo? *Quando enim hoſtes veniunt contra aliquem regem debet formidare, ne hoc Dominus permiſerit propter ſuam culpam. ideo ſubditur,*

e Dum appropriant ſuper me nocentes. *ideſt mihi populo meo nocere volentes.*

f Vt edant carnes &c. *ideſt edi faciant à feris & auibus.*

g Carnes me. *ideſt populi mei interficiendi.* *Et quia Dauid ex contritione aduerſariorum ſuorum diuina virtute iam facta confidebat de futura, ideo dicit,*

h Qui tri. me. *tribulauerunt de præterito: quia in libro pſalmorum qui compoſitus eſt metricè ratione metri frequenter ponitur tempus vnũ pro alio. Et quia loquentes ex magno affectu frequenter mutant modum loquendi de præterito in futurum, & econtra. Hic autem liber factus eſt per modum orationis ſeu diuinæ laudis, in quibus requiritur affectus deuotionis.*

i Ipſi infirmati. *ſ. Saul, Doeg, & Isboſeth, & complices eorum.*

l Si conſiſtant, *de futuro.*

m Non time. cor meum. *confidens ex diuino adiutorio ſicut innuit de præterito. ideo ſubdit,*

n Si exurgat. *ſicut factum eſt poſt inũctionem prædictam. Audierunt ergo Philiſthym, quòd vnxiſſent Dauid in regem ſuper Iſrael, & aſcẽderunt vniuerſi vt quærerent Dauid. Et ſequitur ibidem: Et conſuluit Dauid Dominum dicens: Si aſcendam ad Philiſthijm, & ſi dabis eos in manu mea? Et Dominus dixit ad Dauid Aſcende: quia tradens tradam tibi Philiſthijm in manu tua.* — 2. Reg. 5.

p Vnam, *Hic conſequenter Dauid petit circa diuinum cultum diligentiam, dicens. Vnam. ſcilicet rem.*

q Petij à Do. *præ cæteris.*

r Hanc requiram, *deprecando Dominum perſeueranter pro obtentu ipſius, quia ad hoc quòd petitio ſit exaudibilis à Deo, non ſolum requiritur, quòd ſit pia & pro ſe ſicut iſta, ſed etiam quòd ſit perſeuerans: & quæ ſit dicta petitio dicitur.*

s Vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus &c. *ideſt quòd domus habitationis meæ ſit prope locum cultus diuini.*

G — H

❡ a Vt

## NICO. DE LYRA.

❡ *deſignandum quòd eſt datiui caſus. In tranſlatione verò Hieron. nihil præponitur, ſed abſolutè dicitur Dauid, & per hoc apparet autor pſalmi, ſcilicet Dauid. De materia autem huius pſalmi, & tempore quo factus fuit, dicit Hieron. in prologo huius libri, quòd Dauid fecit hunc pſalmum poſt mortem Saulis antequam vngeretur in regem. & ſecundum hoc non poteſt intelligi de vnctione qua inunctus fuit à Samuele, quia illa inunctio fuit longe ante mortem Saulis. Poſt mortem verò Saulis bis fuit inunctus, primò ſuper tribum Iuda. Secundò ſuper totum Iſrael. De qua tamen iſtarum duarum vnctionum factus fuerit hic pſalmus Hieron. non dicit: videtur tamen quòd factus fuerit hic pro ſecunda: quia prima fuit particularis, & ſecundum quid: iſta autem generalis & ſimpliciter. Dicunt autem Hebræi, & eſt ſatis veriſimile, quòd quando Deus promouet aliquem ad aliquam dignitatem, datur ſibi gratia per quam conuenienter poſſit exequi illam, & hoc niſi promotus ponat ſibi obicem: propter quod Dauid ad illam vnctionem deuotè ſe præparauit, & hunc pſalmum fecit. Et diuiditur in tres partes ſecundum tria petita à Dauid neceſſaria, ad exequendum debitè regiæ dignitatis officium. Primum eſt contra aduerſarios conſtantia. Secundum eſt circa diuinum cultum diligentia, quia per ipſum reges regnant. Tertium eſt in bonis perſeuerantia, ſine qua alia ſunt inutilia. ſecundum petitur ibi: Vnam petij à Domino, tertium ibi: Adiutor meus eſto. Circa primum dicit Dauid: Dominus illuminatio mea. ideſt cognitione agendorum, quæ maximè requiritur in rege.*

Materia pſalmi — 1. Reg. 16. — 2. Reg. 2. — 2. Reg. 5. — Diuiſio.

a Et ſalus mea, *in periculis bellorum.*

b Quem timebo, *timore filialis reuerentiæ.*

c Dominus

## MORALITER.

✱ præparantis ſe ad ſuſcipiendum vnctionem pontificalem, vel regiam deuotè in qua tria petuntur, ſine quibus nullum regimen poteſt bene procedere, ſcilicet conſtantia contra malignos inſultus, diligentia diuini cultus, ibi: Vnam petij à Domino &c. perſeuerantia in bonis actibus, ibi: Adiutor meus eſto &c. Circa primum dicitur, Dominus illuminatio mea &c. non formaliter, ſed effectiuè, dando rationi lumen naturale, & ſuperaddendo lumen gratiæ.

a *Et ſalus mea &c.* obiectiuè. Salus enim æterna eſt beatitudo, cuius obiectum eſt Deus.

b *Quem timebo.* timore filiali, qui pſalmo decimooctauo dicit: Timor Domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi: non ſic quòd beati timeant incurrere culpam, ſed quia habent ad Deum reuerentiam filialem.

c *Do. protector vitæ meæ.* corporalis & ſpiritualis.

d *A quo trepidabo. Dum appropiant ſuper me nocentes.* Tunc enim debet homo timere ne Deum offenderit. propter quod ipſum impugnari permittat.

h *Qui tribulant me inimici mei &c.* ideſt dæmones, qui in malo ſunt obſtinati. Omnes enim homines etiam mali dum viuunt, ſunt ex charitate diligendi.

i *Ipſi infirmati ſunt.* nam à tempore paſſionis Chriſti poteſtas eorum eſt reſtricta.

K *Et ceciderunt.* nam per viros ſanctos frequenter leguntur deuicti & à corporibus expulſi.

l *Si conſiſtant aduerſum me caſtra.* ideſt ſocietates dæmonum, ſicut de ſanctis angelis dicitur Geneſ. triceſimoſecundo a. Caſtra Dei ſunt hæc.

m *Non timebit cor meum.* quia munitus ſum.

n *Si exurgat aduerſum me prælium.* Ideſt actualis tentatio dæmonum.

o *In hoc ego ſperabo.* ſcilicet quòd vincam cum Dei adiutorio.

p *Vnam petij &c.* Hic ponitur ſecundum, ſcilicet diligentia diuini cultus, cum dicitur: Vnam petij à Domino &c. Ideſt, vnam rem præ cæteris à Domino petij de præterito.

r *Hanc requiram.* de futuro: & quæ ſit illa, ſubditur,

s *Vt inhabitem in domo Domini.* ſcilicet quæ eſt eccleſia ad Dei cultum exercendum cum diligentia.

✱ a Vt



a *vt videam. Aug.* Alia litera, vt contempler delectationem A Domini, & protegar à te. eius. i. eo fine vt demum appareat mihi ſpecies deſiderabilis, quam videam facie ad faciem, & induar immortalitate, effectus templum eius: hæc ideo in fine præſtat. Quoniam abſcon. & ideo non temerè peto vnã, & ſi peccator.

In exp. 2. pſ. 26. to. 8. — Vt ſup. ibi. — b *In abſcon. Auguſt.* quaſi multæ partes ſint eius forinſecæ & penetrale, nos ſimus forinſeci, ipſe ſacerdos eſt abſconditum tabernaculum, in quo vita noſtra abſcon. eſt Chriſtus, quem mox vocat petram.

c *Circuiui. Aug.* Quia mihi ſe præbuit ducem, ego me ſibi militem. Circuiui, ad ſimilitudinem militis, necubi ſit aditus hoſti. vel exquiſiui mentem meam vt omnes voluntates eius implerem. *Hier.* vel circumſpexi omnia creata, vel exempla ſanctorum. *Aug.* circuiui, animo omnia creata, & dicunt Deus me fecit: & in his tãta laus inuenitur Dei, quæ verbis non poteſt dici. Vel conſideraui fidem orbis terrarum, in qua caput exaltatũ eſt ſuper inimicos, quod eſt honor eccleſiæ in eo exaltatæ. In ipſo tabernaculo eius immolaui ho. vo. Per hæc omnia certus petij, & petam: & tu exaudi de illa vna quantò plus accepit tantò ardentius appetit.

d *Exaudi Do. vocem meam &c. Caſſi.* Quis labor, quis gemitus. Oratio ante ſecũdam vnctionem vt poſſit haberi, quã & ſibi prophetiæ ſpiritu promittit.

e *Tibi dixit cor. Caſſi.* Cor ratio à te edocta tibi confabulatur de vna, nõ aliud quàm doces pertractet.

f *Ne auertas faciem tuam. Aug.* Alius petit hic bona temporalia à Deo, & de datis gaudet, hic non niſi vnam. Alius habens timet iratum ne tollat ea, iſte nõ putat iram, niſi ſi auertat vultum. B etiam ſi quid in eo vindicet, nil diuinius poterat dicere.

g *Ne declines in ira. Auguſt.* Non in ira declinat, quando à peccatis faciẽ auertit: vel, ne declines, vt me labi ſinas in ira ideſt, quòd punias: ſed vt noſtra infirmitas cautiòr fiat.

h *Salutaris meus &c. Aug.* Quaſi fruſtra creaſti & recreaſti: ſi mortalem deſpicis quod nõ debes: quia non mea propria, ſed parentum culpa eſt: Adam & Eua miſeriæ huic me expoſuerunt: ſed Dominus carne aſſumpta ſuſcepit ad immortalitatem. Sic Dauid fratrum minimus à parentibus contemptus à Domino eſt per Samuelem electus.

i *Quoniam pater &c.* Fecit ſe paruulum Deo, ipſum fecit ſibi patrem: quia iubet, vocat, condidit & regit. Matrem, quia fouet, cõtinet, collactat & nutrit. ſed ſeculum pater vel diabolus, mater Babylonia. i. ſocietas impiorum.

❡ a Tri-

a ¶Vt præcepta eius ſpiritualiter intelligam ¶Aug. fruar contẽplatione ipſius boni: & vt ſecurus fruar delicijs, proteget ipſe me templum eius: ibi perfectio, hic incorruptio.
Vt videam † voluntatem Domi-
ni, & † viſitem templum eius. Quo-
a ¶Aug. in diſpenſatione incarnati verbi.
niam abſcondit me in tabernacu-
a ¶In tempore tentationum, & ibi dies vitæ. ¶Quo mali florent. b ¶Ne viderer.
lo ſuo, in die malorum, † protexit
a ¶Aug. in corde credenti ad iuſtitiam. & vt palam fieret ad ſalutem quod credidi, & in ſua firmitate ſecit imminere confeſſionem meam.
me in abſcondito tabernaculi ſui.
a ¶Antequam veniam ad domum. ¶Nunc corpus mortuum eſt propter peccata, mẽs ſeruit legi Dei: non eſt captiua ſub lege peccati.
In petra exaltauit me, & nunc ex-
a ¶Chriſtum. b ¶Etſi adhuc patior Chriſtus ſupra eſt.
altauit caput meum ſuper inimi-
a ¶Aug. conſideraui orbem credentem. & in eo quòd pro nobis Deus humiliatus eſt gaudens, laudaui eum quia tali hoſtia delectatur.
cos meos. † Circuiui & immo-
a ¶In eccleſia.
laui in tabernaculo eius hoſtiam
a ¶Vel iubilationis: Iubilus laus vel gaudium quod verbis explicari non poteſt. b ¶Corde & opere lætabor Domino.
vociferationis, cantabo & † pſal-
a ¶Verbis & factis gloriam Dei prædicabo. b ¶Aug. Ante autem quam gaudeatur in vna, eſt gemitus miſerorum, & indigentium oratio. ¶Ideo.
mum dicam Domino. Exaudi Do-
a ¶Interiorem. b ¶Forti intentione.
mine vocem meam qua clamaui
a ¶Cum merito miſericordia tua ſit. b ¶De vna. ¶In ea. ¶Aug. deſiderio non eſt finis & ſacietas.
ad te: miſerere mei & exaudi me.
a ¶Aug. non me oſtentaui hominibus, ſed in corde vbi ſolus audis, dixi. ¶Quia. ¶Caſſi. deſiderium quod Deo loquitur.
† Tibi dixit cor meum, † exquiſi-
a ¶Non aliud extra te. b ¶Aug. præſentia mea tuam, vel pulchritudo qua ſum notabilis tuam quæ eſt vna. c ¶Quia huic inquiſitioni perſeueranter inſtabo.
uit te facies mea: faciem tuam Do-
a ¶Caſſi. tu autem ne auertas in futuro, quia non eſt in manu mea obtinere quod peto. ¶Vbi inueniam quod quæro. ¶In futuro.
mine requirã. Ne auertas † faciem
a ¶Propter quod interim. ¶Aug. ne te quærens in aliũ incurram. ¶Nihil aliud volo vel timeo.
tuam à me, ne † declines in ira à ſer-
a ¶Sed. ¶Caſ. quia quando inueniam te, niſi adiunes? ¶Quia quamuis ego liber, mihi in via poſitus non ſufficio. b ¶Et in hoc. ¶Inceptum non intermittas.
uo tuo. Adiutor meus eſto, ne de-
a ¶Aug. neq; contemnas quòd mortalis æternum audeo quærere: quia tu Deus ſanas plagam peccati.
relinquas me, neq; † deſpicias me
Deus ſalutaris meus. Quoniam
a ¶Regnum ſeculi & ciuitas ſeculi, vnde natus ſum. b ¶Quærentem te & contemnentem ſe: cum id quod quæro dare non poſſunt.
pater meus & mater mea dereli-
a ¶Qui poteſt ſe mihi dare & modo neceſſaria.
querunt me. Dominus autẽ † aſſum-
a ¶Igitur ad te ſedenti. ¶Aug. ne aberrantem diſciplina tua deſerat: hoc ſuſceptus audet dicere. ¶Auguſt. Iam ergo in via poſito da correctionem, quæ non ſinat aberrare.
pſit me. † Legem pone mihi Do-

*terram. Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtens perſequi Dauid. Et ſubditur ibi: Propter hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem.* C

g Et nunc exalta. &c. *Coronando me corona regni Iſrael pacificè, & quiete.* — 1. Reg. 23. ſ

h Circuiui. *frequentando locum diuini cultus.*

i Et immolaui &c. *per ſacerdotum manus.*

K Hoſtiam vociferationis. *Quia hoſtiæ offerebantur cum vociferatione diuinæ laudis per cantores.*

l Cantabo. *Quia ipſemet Dauid cantabat coram arca.* — 2. Reg. 6.

m Exaudi &c. *ideſt orationem.*

n Qua clama. ad te. *Orando ex magno affectu pro bono regni ſtatu, & tuo cultu, vt patet per prædicta.*

o Tibi dixit cor meum. *Quia non ſolum orabat voce, ſed & mente.*

p Exquiſiuit te facies mea. *ideſt corporis exterior, & facies mentis interior.*

q Faciem tuam. *ideſt gratiam tuam. Et loquitur de Deo more humano, quia quando petens eſt ſibi gratioſus, vertit faciem ad eum: quando autem diſplicet, auertit. ideo ſubditur,*

r Ne auer. fa. *Mihi tuam gratiam denegando.*

s Ne declines. *Talis enim declinatio faciei apud homines, ſignum eſt hominis irati.*

t Adiutor meus. *Hic conſequẽter Dauid petit perſeuerantiam in bonis dicens: Adiutor meus eſto Do. q. d. Sine tuo adiutorio nullum eſt opus bonum.*

u Ne derelin. *Quia tunc non poſſem in bono ſtare.*

x Neq; deſpi. me. *Illa enim quæ ſic relinquuntur, & deſpici videntur. Et ſubdit cauſam neceſſitatis prædicti adiutorij dicens,*

y Quoniam pater meus. *ideſt Adam, & Eua dereliquerũt me expoſitum miſerijs præſentis vitæ: quia per eorum tranſgreſſionem deriuatur ad omnes homines originale peccatum, per quod habent pronitatem ad malum, & difficultatem ad bonum.* — Aug. in 2. expoſ. pſ. 26. to. 8.

z Dominus autem aſſumpſit me. *Quia recurrentibus ad eum non denegat ſuum auxiliũ contra difficultatem ad bonum, & pronitatem ad malum. ideo ſubditur,* D

† quæſiuit vultũ tuũ

a Legem pone mi. &c. *Lex dicitur à ligando. dicit igitur: legem pone mi. &c. quaſi dicat ita liga me lege naturali, & diuina, vt non declinem à via regia mandatorum tuorum.*

❡ a Et

## NICOL. DE LY.

❡ a Vt videam. *ideſt ſciam.*

b Voluntatem Domini. *Quia ibi dabantur diuina reſponſa.*

c Et viſitem tem. eius. *ad adorandum ibidem frequenter, & offerendum. Et dicit templum, quia habuit propoſitum ædificandi ipſum, vt dictum eſt pſal. præcedenti. Et vna cauſa huius propoſiti ſubditur,*

d Quoniam abſcondit me &c. *ideſt in ſui cultus loco, ſcilicet quando fugiens Saulem ipſum interficere volentem venit in Nobe ad Achimelech ſacerdotem, & ibi accepit panem & gladium.*

e In die malorum. *In Hebræo habetur: In die peſſima, eò quòd illa die ibi erat Doeg Idumæus: qui retulit Sauli hoc factum, ex quo ſecuta eſt occiſio ſacerdotum.*

f In petra exalta. me. *ideſt in loco ſic vocato, quando Saul & viri eius cingebant Dauid & viros eius in modum coronæ: ita quòd Dauid deſperabat ſe poſſe euadere: & à Deo factum fuit, quòd nuntius venit ad Saul, dicens: Feſtina & veni, quoniam infuderunt ſe Philiſtijm ſuper terram.*

## MORALITER.

✱ a *Vt videam vo.* i. cognoſcam non ſolum ſpeculatiuè, ſed etiam practicè. ideo ſubditur,

b *Et viſitem t. e.* ad orandum deuotè, & ad offerendum ſacramentum euchariſtiæ. — † dimittas

c *Quoniam ab. me in. t.* in eccleſia per fidem & ſacramenta.

e *In die ma.* i. dæmonum, quando inuaſerunt me.

f *In petra.* i. in Chriſto. Petra autem erat Chriſtus. — 1. Cor. 10. a

g *Et nunc ex. c. m.* promouendo me ad pontificatum vel regnum.

h *Circuiui.* per frequentationem.

i *Et immolaui h. v.* i. euchariſtiam quæ offertur cum laudibus diuinis: quã offerunt põtifices per ſeipſos, & principes per alios. Et quia ſecundum dictum ſaluatoris. Oportet ſemper orare, ſequitur, — Luc. 3. a

m *Exau. Do.* Et quoniam oratio non debet eſſe vocalis tantum, ſed etiam mentalis, ſubditur,

o *Tibi di. &c. exqui. te f.* ideſt intentio mea.

q *Fa. tuam.* i. filium tuum, qui facies patris dicitur ſicut & imago.

r *Ne auer.* ideſt auerti permittas.

t *Adiutor m.* Hic petitur tertium, quod eſt perſeuerantia in bonis actibus, cum dicitur: Adiu. me. &c. vt perſeuerare valeam in bono.

u *Ne dere. me.* ne incidam in peccatum.

x *Neq; deſpi. me.* ſubtrahendo auxilium tuum.

y *Quo. pa.* ſcilicet Adam & Eua originali iuſtitia deſtitutum.

z *Do. au.* ad ſupplendum humanæ naturæ defectum.

a *Legem.* mandatorum tuorum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Tribulantium. Caſ.* vt Saulis & adiutorum. Teſtes vt Doeg & alij accuſatores Dauid. Mentita, vt dum dixerunt. ſacerdotem Achimelech conſilia dediſſe contra Saulem, & Deũ pro eo conſuluiſſe ſibi ad damnum. Quia falſi. E

*In expo. 27. pſal. 10. 8.* b *Credo vi. Aug.* Sed inter omnia pericula Deo dirigente, credo videre.

*Vt ſup. ibi.* c *Bona. Aug.* Bona quæ ſunt vera æterna. Illi ſuadent beatitudinem in terra iſta, quæ eſt morientium.

† hoſtes

d *Expecta Do. Caſ.* Vt ego certus ſum de illa vna, ita tu quicunq; litigius es, expecta: & vt conſequaris, non remiſsè agas, ſed fortiter: & conſortetur, ne laſſeris: & ſi mala veniant, expecta quod credis, ſuſtine quod pateris.

† volutati

a ¶Chriſto, iniquo lex eſt cum miſericordia. b ¶Vlterius. ¶Quia non ſufficit inchoare, cum in nico donec perueniatur non quieſcant.

mine in viã tua, & dirige me in a

a ¶In rectitudine anguſtiarum.

ſemitã recta propter † inimicos

a ¶Aug ne ſinas eos ſatiari de malis meis, vt eis conſentiam, & ſi carnem das in manus. vnde: Terra data eſt in manus impij. Iob 9. c.

meos. Ne trãdideris me † in ani- b

a mas tribulantium me, quoniam c

a ¶Aug. hoc modo traderer ſi eſſem falſus cum eis. b ¶Aug. de me falſa dicentes, vt reuocent à te quaſi ab hominibus gloriam quæram.

inſurrexerunt in me teſtes † iniqui

a ¶Aug. ſuo mendacio delectata eſt, ſed me non mouit. b ¶Non mihi vnde maior merces mihi. ¶Omne peccatum in ſuum autorem redit.

b & mẽtita eſt iniquitas ſibi. † Cre- d e

a ¶Sed ego. ¶Qui & hoc prior paſſus eſt, & poſt glorificatus eſt b ¶Vbi nullus locus morientium.

c do videre bona Domini in terra f

a ¶Etiam ſi tardum eſt hoc amanti. b ¶Qui non fallit.

d viuentium. Expecta Dominum g

a ¶Aug. tolera vſtionem renum viriliter, & vſtionem cordis fortiter.

† viriliter age, & confortetur cor h i

a ¶Aug. non negatum putes quod nondum accipis, nõ deſperatione deficias, quia dictum eſt, ſuſtine Dominum. ¶Perſeueranter, non triduo.

tuum, & † ſuſtine Dominum. k

literæ præcedenti & ſubſequenti, quæ loquitur de perſeuerantia Dauid in bonis poſt mortem Saulis, propter quod ex tali perſeuerantia quam à Deo obtinere ſperabat, concludit in fine pſalmi. G

e Credo vide bo. Dom. *electis promiſſa.*

f In ter. viuen. *i. in vita beata, quæ eſt æterna. Spes enim eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia & meritis proueniens. Propter qđ Dauid exhortatur ſeipſum, loquens ad ſeipſum quaſi ad aliũ, dicẽs,*

g Expe. Do, *i. per virtutem ſpei beatitudinẽ ab ipſo expectando.*

h Viriliter age. *de bono in melius proficiẽdo.*

i Et co. cor tuum. *virtute diuinæ gratiæ quæ ſtabilit cor, propter qđ dicitur ad Heb. Optimum eſt gratia ſtabilire cor.* Heb. 13. b

k Et ſuſtine Do. *patienter ferendo eius diſciplinæ flagellũ. quia ipſe vulnerat & medetur, percutit, & manus eius ſanabunt. Moraliter autem poteſt exponi pſal. iſte, vt ſit oratio cuiuſlibet ſapientis ad vnctionem regiam, ſeu põtificalem ſe deuotè præparantis, quia primò debet petere conſtantiam contra inſultus malignorum ſpirituum, ſecũdò diligentiam circa diuinum cultũ, tertiò perſeuerentiam in bonis, vt pertingat ad finale præmium, quia qui perſeuerauerit vſq; in finem: hic ſaluus erit.* Iob 5. c

## NIC. DE LYRA.

† falſitatis mendaces & locuti ſunt iniquitatem

a Et dirige me. *Per ſemitã quæ eſt arctior & rectior, intelligitur perfectio maior, quæ eſt ſupererogationis, quam Dauid deſiderabat.*

b Ne tradideris me. *i. voluntates malignorũ ſpirituum mihi aduerſantium.*

c Quoniam inſur. *Dæmones enim de iuſtorum innocentia requiſiti, falſum reſpondent: & contra eos allegant, ſicut patet in Iob, ꝙ Sathan requiſitus à Domino de innocentia ſancti Iob, falſum reſpondit, & contra eum falſum allegauit di. Nũquid fruſtra timet Iob Deũ &c.* Iob 1.

† robora, fortis eſto & fortifica

d Et mentita eſt ini. *quia Sathan mẽdax eſt, & pater eius. i. inuentor mendacij, vt dicitur in Ioan. Aliter exponitur ab aliquibus ab illo loco: Legem pone mihi Domine &c. quod eſt petitio Dauid prædictis, vt à Deo ſic dirigatur, ꝙ à Saule & eius complicibus non capiatur. Et quod ſubditur, Quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui. ſ. illi qui erga Saul falsò diffamabãt Dauid, ſecundum quod ipſe dicit. Quare audis verba hominum loquentium Dauid quærit malum aduerſum te? Sed prima expoſitio magis conſonat literæ* Ioan. 8. f / 1. Reg. 24. b

## MORALITER.

✱ a *Dirige me.* conſiliorum.

b *Ne tra.* i. in voluntates dæmonum, qui ſunt teſtes iniqui & mendaces contra homines, & maximè cõtra põtifices & reges, quos magis nitũtur ſubuertere pp altitudinis ſtatum: ſed qm̃ hẽc ſpero te in auxiliũ,

e *Credo vi. bo. &c.* nam ibi videtur bonum infinitum. Et quia pontifices & reges debent inducere ſubditos ad bonum, ſubditur,

g *Expecta Do.* per firmam ſpem. Et.

h *Viriliter age.* procedendo de virtute in virtutem.

k *Et ſuſtine Do.* per longanimitatem.

*In pſal. 26. Dominus illuminatio mea: vbi dicitur in poſtilla. exquiſiuit te facies mea.* F

### ADDITIO I.

¶ In his verbis cum dicit pſal. Exquiſiuit te facies mea, faciem tuã Domine requiram: videtur propriè petere viſionem facialem diuinam, in qua vltima beatitudo cõſiſtit. De illa enim dicit Apoſtolus. Tunc autem facie ad faciem: quod notanter innuitur in præmiſſis verbis. Sed quia talis viſio facialis nõ habetur de communi lege in ſtatu viæ: idcirco per verbum futuri temporis ſubiungit, Faciem tuam Domine requiram. i. perſeueranter inſtabo vt inueniam: & ſic in prædictis verbis magis videtur petere Pſalmiſta gratiam cõſummatam quæ eſt in gloria, quam gratiam ænigmaticam, quę pertinet ad viam: cum tamen ſubdit, Ne auertas faciem tuam à me, poteſt intelligi de gratia prout in poſtilla: quia per eam deuenitur ad facialem viſionem, quam principaliter petiuit. 1. Cor. 13. d

*In eo. pſal. 26. vbi dicitur in poſtil. Quoniam pater meus. i. Adam.*

### ADDITIO II.

¶ Cum pſal. dicit: Pater meus & mater mea dereliquerunt me, ad literam poteſt intelligi propriè de Dauid, qui cum eſſet minimus fratrum, contemptus fuit à parentibus: vnde nolebant eum præſentare Samueli ad vnctionem, quaſi contemptiuè eum relinquentes: à Domino tamẽ per Samuelem fuiſſet aſſumptus, hæc in glo. & pertinet ad ſenſum literalem, quia ad propriam hiſtoriam ipſius Dauid. Quòd autem ſubditur, Legem pone mihi Domine &c. cõtinuatur propriè cum prædictis, ſecundum hanc expoſitionem ſic: Nam quia ad regem pertinet regere populum ſecundum legem diuinam: idcirco regi præcipiebatur, vt ſcriberet ſibi librum legis diuinæ, & aſſiduè in eo legeret: & hoc eſt quod dicitur: Legem pone &c. 1. Reg. 16. H

### REPLICA.

IN pſal. Dominus illuminatio pauca ponit Bur. ſed quæ ponit magis tendunt ad literæ diſcontinuationem quam expoſitionem, præſertim circa illum paſſum, Quoniam pater meus & mater mea &c. quem ſic exponit, ꝙ parentes Dauid contemnendo eum & abijciendo, noluerunt eum Samueli præſentare ad vnctionem, quaſi contemptiuè eum derelinquendo: Illud autẽ non videtur verum, ꝙ parentes Dauid illud fecerint ex contemptu, ſed quia non præſumebant de iuniore: nec de illa prima vnctione facta per Samuelem factus eſt pſal. iſte: quia factus eſt poſt mortem Saul, vt dicit beatus Hier. Illa autem vnctio longè ante mortẽ Saul, facta eſt. Etiam hoc videtur, quia tempore primæ vnctionis Dauid nihil habuit aduerſi quod timeret, prout hic allegat di. Si exurgat aduerſum me prælium &c. imò ſtatim poſt primam vnctionem factus eſt amiciſſimus ipſi Saul: eius pſaltes, armiger, & gener. quæ omnia patent 1. Reg. per totum: quamuis pòſt factus ſit Saul eius perſecutor: de quo hunc pſal. non fecit: prout beatus Hieron. ſentit: & ſupra allegatum eſt.

## GLO. ORDIN.

a *Pſalmus huic Da.* Per Dauid aliquando intelligitur caput. i. Chriſtus. aliquando corpus. i. eccleſia. interdum vtrunq; ſimul i. totus Chriſtus intelligitur, vt hic. *Caſ.* Pſalmus tertius qui breuiter de paſſione & reſurrectione. *Caſ.* Hic proponit Chriſtus: & ſi adeo dignus: non ſe cõfidere, ſed totum à Deo petere: vtile exemplum iuſtis.

GLO. ORD. PSAL. XXVII.

AD te Do. clamabo &c. *Caſ.* Oratio tempore paſſionis habita.

a ¶Chriſto.

a APſalmus huic Dauid XXVII.

AD te Domine a

*uid fugiens de Ieruſalem timore Abſalon, aſcendebat cliuum oliuarum, nudis pedibus incedens, flens & operto capite: & Sadoch & Abiathar apportauerunt arcam Dei volentes ipſum concomitari. Et aſcendit Abiathar ad conſulendum Dominum, ſed tunc non habuit reſponſum, propter quod Dauid reputauit Deum ſibi non eſſe adhuc placatum, propter quod iuſſit arcam reportari in ciuitatem ad locum ſuum, ſua comitiua reputans ſe indignum: & tunc aſcendens ſummitatem montis, vnde tabernaculum Domini clarè videbatur, ex illo loco orauit verſa facie ad locum ſanctum, ſicut ſolitus erat facere quando veniebat ad locum illum, ſicut & nunc fideles à loco*

## NIC. DE LY. PSAL. XXVII.

¶ a AD te Do. *Huic pſalmo præmittitur talis titulus in Hebræo, & in tranſlatione Hier. ſicut pſal. præcedenti: propter quod ex dictis patet expoſitio. de materia autem huius pſal. & tempore quo factus fuerit, videtur mihi ſaluo meliori iudicio, ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum in perſecutione Abſalon contra ipſum: quando Dauid* Materia

## MORALITER.

✱ a *Ad te Do.* Pſalmum iſtum literaliter expoſui de Dauid fugiente de Ieruſalem propter Abſalon, & Deum orante pro ſua liberatione. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet fideli in afflictione mentis uel corporis poſito, liberari petente à Domino: & ſic dicit.

a *Ad te Do. cla.* mentaliter & uocaliter orando.

✱ a Ne



a *Ne ſileas à me nequan.* Minus eſt in Hebræo, & Hier. obelo antepoſito quaſi iugulandum notauit. Sed additũ à ſeptuaginta propter duo quæ Chriſtus in paſſione petijt. ſ. in clarificãdo, protectionem, & à morte reſuſcitationẽ. Ne ſileas &c. & aſſimilabor &c. Hier. Exeo ꝙ verbum mihi ſemper vnitur, nõ talis homo ſum, quales cæteri qui naſcuntur in profundam miſeriam ſeculi. *Aug.* vbi quaſi ſi ſileas non cognoſcitur verbum tuum. A

† clamaui / petra / ſepulchrum

b *Ad templum ſan. Caſ.* ſecundũ morem Iudæorũ quibus præceptũ eſt, vt vbicũque eſſent ad illã partẽ orarent vbi Ieruſalẽ eſſe ſcirẽt: qđ & Ieſus legem implẽs fecit. Vel ad cęlũ, vñ auxiliũ ſpam᷑.

† adytũ locum ſecretũ tabernaculi

c *Da illis. Caſ.* Prædicere eſt, non optare, ſecundũ opera. i. ſecundũ qđ intenderunt, nõ ſecundũ qđ inde peruenit vel optat iuſtitiã Dei in hoc ſeruari.

d *Quo. non intel. Caſ.* Et ſi deeſſent opera, hoc ſufficeret damnationi, ꝙ non intellexerunt per legem & prophetas, quæ inuiſibiliter Deus operatur per me, nec etiam viſibilia.

† animam meam

e *Deſtru. il. Aug.* vt nihil mihi noceant, nec poſt eccleſiæ tuæ, vel meæ.

f *Be. Do. Caſ.* Auditus in reſurrectione gratias agit, ſubdẽs de ſalute credẽtiũ.

g *Do. for. ple. ſuæ. Caſ.* Idem qui adiutor meus & protector eſt fortitudo plebis quæ in eo confidit, & protector ne lædantur: & tu ò Domine.

h *Saluum fac.* Ecce quanta ſpes credentium, cum pro eis orat paſſus pro eis index eſt, & aduocatus.

i *Et rege eos. Caſ.* ne declinent ad praua.

k *Et extolle il.* à terrenis ad petenda æterna & intellectu ſcripturarũ & bono opere, per totũ hoc ſeculũ vſq; in finẽ. B

a Pſal.

## NIC DE LY.

¶ loco vnde poteſt videri eccleſia alicuius ſancti ibi adorãt: & veriſimile eſt, ꝙ tunc fecerit pſal. iſtum pro ſua liberatione ab illa perſecutione, & per ſpiritum intellexerit ſe auditum. Et ſecundum hoc diuiditur iſte pſalmus: quia primò ponitur ipſius Dauid deuota petitio. ſecundò eius exauditio, ibi: Benedictus Dominus. Circa primũ dicit ſic: Ad te. Do. cla. i. ex magno affectu orabo. & quæ ſit oratio, ſubditur cum dicitur,

a Deus meus. *Denegãdo mihi reſponſum per ſpiritum tuum, ſicut negaſti mihi petenti per Abiathar ſacerdotem.*

b Ne quando ta. à me. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem affectus expreſſionem.*

c Et aſſimila. *i. reputabo me mortuum, ſi non det mihi reſponſum.*

d Exau. Do. vo. ora. meæ. *i. ne differas longè me exaudire.*

e Dum extol. *Quia verſa facie orabat ad locum vbi erat tabernaculum, in quo loco per ſpiritum ſciebat fundandum eſſe templum.*

f Ne ſil. tr. *Qui ſunt digni morte temporali.*

g Et cum operanti. iniqui. *perditio gehennæ. Et qui ſunt illi oſtendit: dicens,*

h Qui loq. pa. *i. mecum, & de talibus erat Achitophel, qui fuerat conſiliarius Dauid & ſimiliter Abſalom, qui in verbis & ſignis fingebat ſe diligere Dauid vt patrem ſuum, & tamen machinabatur contra Dauid in malum, quia Abſalon de conſilio Achitophel conſpirauit contra patrem.*

i Da illis. *eos ſecundum demerita puniendo, qđ dixit Dauid nõ zelo vindictæ, ſed iuſtitię.*

k Et ſecundum nequitiam. *ſecũdum nequitiam ab eis ſtudioſè inuentam, quia de conſilio Achitophel ſub ſpecie deuotionis iniit Abſalom ad locum conſpirationis fiendæ contra patrem.* 2. Reg. 15. a

l Secundum opera ma. eo. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionem.*

m Quoniam non. *i. opera à Domino præcepta, quæ ſunt ſancta & bona: talia non intellexerunt practicè, quamuis Achitophel qui erat valde ſapiens intellexerit ſpeculatiuè.* C

¶ Ego homo. a ¶ Aug. Ne vnitatem verbi ſepares ab eo quod homo ſum. ¶In reſurrectione. ¶Sed reſponde annuendo, id eſt reſuſcitando.

a † clamabo, † Deus meus ne ſileas a

a ¶Nec ad horam. ſed & hoc in paſſione exaudi protegendo, & poſt clarifica. b ¶Si ſilueris.

ã me, ne quando taceas à me, et b c

a ¶Aug. in miſeriam huius vitæ, vel in infernum.

aſſimilabor deſcendentibus in † la

a ¶Ne ſileas. ſed. b ¶De liberatione à malis.

cum. Exaudi Domine vocẽ † orã- d

a ¶Caſſi. quia oro, quod fecit ante traditionem pro credituris: & quia manus in cruce extollo, non pro culpa, ſed vt eccleſiam conſtituam.

tionis meę dum oro ad te, dum ex e

a ¶Caſſi. in cruce ad ſalutem eorum qui ſiunt templum, vel opera non de primo.

b tollo manus meas ad † templũ ſan

a ¶Exaudi.

ctum tuum. Ne ſimul tradas me- f

a ¶Caſſi & ſi tradis non eo voto quo illi ad mortem, & ne perdas, damnando ſicut illi intendunt, quia ſunt peccatores, & operantur iniquitatem, id eſt mortem meam: & quia loquuntur pacem doloſe. vnde ſubdit,

cum peccãtoribus, † & cum ope- g

rantibus iniquitatẽ ne perdas me.

a ¶Scimus quia à Deo veniſti magiſter.

Quĩ loquuntur pacem cum pro- h

a ¶Aug. per carnem, quia nõ pertranſijt, ſed appropriaui. ¶Id eſt mecũ, qui ſum proximus eorum. b ¶Odium.

ximõ ſuo, mala autẽ in cordibus

a ¶Ideo iuſtitiæ concedo. ¶Quia hoc iuſtum eſt.

c corum. Dã illis ſecũdum opera eo i

a ¶Aug. quia mala affectantes, bona inuenire non pñt. ¶Aug. mala fecerunt, mala adinuenerunt: dicentes ꝙ ſeductor eſſem, & non Deus.

rum, & ſecundũ † nẽquitiã † adin- k

a ¶Etſi alijs proſit quod fecerunt, tamen ſecundũ opera da eis. ¶Aug. in quibus ſtudioſi. quia ceperũt, crucifixerunt linguis & ſi non manibus: inſtinctu & ſi non actu: hoc ideo dici, ne ſe per alios excuſent quę inter opera eorum ſunt peſſima.

uentionũ ipſorũ. Secũdum õpera l

manuum eorum † tribue illis, red-

a ¶Aug. ſicut fallaciam pro veritate reddebant, fallacia eorum eos fallat. b ¶Caſſ. quia mala pro bonis.

d dẽ † retributionẽ eorũ ipſis. Quo- m

a ¶Aug hæc eſt retributio: vt quem a alinolo animo hominem tentauerunt, nõ cognoſcerent Deum, quo conſilio patet incarnatum miſerit.

niam nõ intellexerunt opera Dñi,

a ¶Nec ipſis viſibilibus operibus moti ſunt quæ porrecta ſunt vſq; ad oculos eorum per quæ ad inuiſibilia ducerentur. b ¶Non vt in melius ædifices, vel, excæcabis, non ad horam. vnde: Miſi te vt euellas: diſſipes & deſtruas, diſperdas & ædifices & planteas.

& in opẽra manuũ eius † deſtrues n

e f illos, & non ædificabis eos. Bene- o

a ¶Non ex diffidentia oro, quia audiuit. vnde. Benedictus ſit.

dictus Dñs, quoniã exaudiuit vo- p

cem deprecationis meæ. Dñs † ad- q

a ¶Ita. b ¶Tanta patentis mei. c ¶In immortalitate reſurgentis

iutor meus & protector meus, & r s

in ipſo ſperauit cor meum, & adiu t

a ¶Sic. ¶Reſurrexit. ¶Immunitate peccati. ¶Quæ in Adam defloruit, vel, refloruit in reſurrectione quæ prius immunitate peccati floruit in conceptione.

tus ſum. † Et reflõruit caro mea, u

a ¶Non timoris neceſſitate. ¶Non timore ſub lege, ſed libere cum lege. b ¶Vnde iam metu mortis conſumpto. ¶Confitebuntur mei in quibus ego.

& ex voluntate mea cõfitebor ei. x y

a ¶Aug. in pugna contra diabolum. ¶Non ſe fortem putet plebs, vt ſuam iuſtitiam conſtituat.

g Dominus fortitũdo † plebis ſuæ, z

a ¶Poſt pugnam, ſaluos factos per Chriſtum in immortalite proteget. ¶Id eſt illos quos Chriſtus ad ſalutem elegit protegit: hic in lucta ne lædantur à diabolo.

& † protẽctor † ſaluationum Chri- a

a ¶A malis ſeculi. ¶Quod ego iam reſuſcitatus interpello.

h ſti ſui eſt. Sãluum fac populum b

a ¶Qui & meus eſt. ¶Quia omnia mea tua ſunt. ¶Auge virtutibus vel numero.

tuũm Domine, & benedic † hære- c

a ¶In hac temporali vita.

ditati tuæ: & † rẽge eos, & extol- d e

a ¶In æternum hinc tolle eos. ¶Aeternam vitam.

i k lẽ illos vſque in † æternum.

n Et in opera. *Quia Abſalon ſine filio mortuus & interfectus eſt, & Achitophel ſuſpendio interijt. Et vtrũq; contigit iudicio diuino.* 2. Reg. 18. / 2. Reg. 17.

o Benedictus Do. *Hic conſequenter deſcribitur petitionis Dauid exauditio, quam in ſpiritu præuidit in generali, non tamen quantum ad omnes conditiones particulares. Dicitur igitur: Benedictus Domi. tanquam gratus de diuino beneficio.*

† deprecationis

p Quoniam exaudiuit vo. depre. meæ. *id eſt exaudiendam reuelauit.*

q Do. adiutor me. *In factis arduis.*

r Et protector me. *In periculis.*

s Et in ipſo ſperauit. *& non lingua tantum.*

t Et adiutus ſum. *Eò quòd ſperaui verè corde & ore.*

u Et refloruit caro mea. *Quia ex lætitia cordis interiori fit quædam reflorẽtia in carne exteriori, ſecundum quod dicitur in Prou. Animus gaudens ætatem floridam facit: ſpiritus autem triſtis exiccat oſſa.* Prou. 17. d

† ne perdas me

x Et ex voluntate mea. *id eſt motu propriæ deuotionis.*

y Confitebor ei. *confeſſione laudis. Et quid confiteatur, ſubdit dicens:*

z Do. forti. *q. d. Ego & plebs mea cum ſimus pauci, nõ poſſemus reſiſtere niſi virtute diuina.*

a Et prote. ſal. c. ſui eſt. *i. mei qui ſum Chriſtus eius, quia per eum in regem vnctus. Et quia ad bonum principem pertinet conſiderare bonum populum ſui, ideo ſubdit: Dauid,*

† operis ſtudiorum

b Saluum fac &c. *ſcilicet in periculis.*

c Et benedic hæreditati tuæ. *Multiplicando populum tuum in bonis temporalibus, & ſpiritualibus.*

d Et rege eos, *ne deuient à vijs iuſtitię.*

e Et extolle illos &c. *perducendo eos ad celſitudinem cęleſtis glorię.* † da eis D

f Vſq; in æternum. *id eſt ſine fine. Moraliter autem poteſt exponi pſalmus iſte de quolibet fideli poſito in afflictione corporali vel mentali, & ideo deuotè ſe petit liberari diuinitus, & ſentiens ſe à Domino exauditum, ſtudet ei deuotè regratiari. Cętera patent.*

Afferte

## MORALITER.

† deſtrues illos & nõ ædificabis eos

✱ a *Ne ſileas à me.* Nã nõ ſilere Dei, vel non tacere, eſt orantis poſtulationem efficaciter exaudire.

c *Et aſſimilabor deſcendentibus in lacum.* i. perditis, niſi des ſupple effectum meæ petitionis. ideo ſubditur,

† Fortitudo mea & ſcutũ meũ

d *Exaudi vocem &c.* Dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum id eſt ad cœlum. de quo dicitur: In tẽplo eius omnes dicent gloriam. Pſal. 28. b

f *Ne ſimul tradas me &c.* i. tradi permittas.

g *Cũ peccatoribus &c.* Et q ſint il. ſubdit.

h *Qui loquuntur pacẽ cum proximo ſuo &c. Da illis &c.* Hoc dicitur denunciatiuè, vel etiam optatiuè: non zelo vindictæ, ſed iuſtitiæ diuinæ.

o *Benedictus,* Sicut afflictus deuotè petit liberari, ſic liberatus Deo debet magnificè regratiari, dicens: Benedi. Do. & patet litera vſque ibi,

† ipſorũ eſt vel ſit

u *Et refloruit &c.* quia deuotio mentis reſultat ad corpus. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Pſal. 83. a

z *Dominus forti. pl. &c.* id eſt humilium nomine plebis ſignificatorum.

a. *Et pro ſal. c. ſui eſt &c.* in membris ſuis, ſicut enim in eis patitur, vt ibi: Saule Saule quid me perſequeris, ſic ſaluari dicitur in eis. Et quia gratitudo de bono præſtito diſponit ad aliud impetrandũ, ideo ſubditur, Act. 9. a

† hæreditatem tuam

b *Saluum fac populum &c.* In periculis futuris.

c *Et benedic &c.* Multiplicando in bonis.

d *Et rege eos.* in via morum.

e *Et extolle illos.* vſque ad regnum cœlorum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## GLO. ORDIN.

E a *Pſal. Dauid in conſum.* Alcu. Caſ. arca à Philiſtæis reducta, Dauid fecit ei tabernaculum, ad quod hortatur hoſtias offerre: Sic Chriſtus à iure diaboli reduxit eccleſiam, de cuius perfectione propheta hic loquitur: quia ſeptem donis ſpiritus ſancti eam replet, & in eis confirmat: & ſic promouet, & poſt remunerabit. Vnde monet fideles, vt ſe offerant tali conſummatori.

## GLO. ORD. PSAL. XXVIII.

†filios arietum, vel ò filij fortiū aut ò fortes

A *Fferte Do. Caſſi.* Prius mōnet ſacrificia offerre.

c *Filios arietum. Aug.* quia nō deeſt impugnatio. Vel, Afferte vos filios arietū. *Aug.* i. apoſtolorum qui cornibus. i. vtriuſq; teſtamenti autoritatibus valuerunt cōtra hæreticos, & ſuperſtitiones & idola, quæ quaſi dura fronte diruerunt: hinc eſt q mitra pōtificalis duo habet cornua. Quia omnis ſcriba doctus in regno cęlorum profert de theſauro cordis ſui noua & vetera. Et ſexta manſio filiorum Iſrael de Aegypto venientiū fuit Elim & interpretatur arietes, vbi fuerūt duodecim fontes: per quos duodecim apoſtoli, & ſeptuagintaduæ palmæ, & ſeptuagintaduo diſcipuli ad prędicandum miſſi ſignificantur.

*In expo. pſa. 23. c. 8*
*Aliter ponti ficalis duo habet cornua*
*Exo. 15. d*

d *Vox Do. Caſſi.* Prædicatio Chriſti intus mentes terruit, quod eſt, ſpiritum timoris dedit Iudæis & gentibus. *Gregor.* Iſte ab imo aſcēdit, id eſt à ſpiritu timoris ad ſpiritum ſapientiæ: quia agit de conſtitutione eccleſiæ quæ incipit à ſpiritu timoris. Eſaias à ſummo deſcendit d. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & repleuit eum ſpiritus timoris Domini. Et hoc ideo: quia agit de Chriſti incarnatione, in qua ſeipſum exinaniuit formam ſerui accipiens.

*2. Tim. 1. b*
*Myſticè.*
*† fortię*
*In Ezech. 19. 12.*
*Eſa. 11. a*
*Phil. 2. a*

F Nec intonare Chriſtus deſtitit donec daret virtutem. i. pietatem quæ timori comparata virtus eſt. i. cultus erga Deum quem exhibuit poſtquam oſtendere Deum timent. Addit etiam Deus magnificentiam. i. ſcientiam quæ magnificos facit, vt qui in cultu Dei ſunt, ſciant quomodo ſe agant in pręſenti. Dominus etiam confringet cedros. i. altos de gentibus, & cedros Libani. i. altos de Iudæis tēpore vltimi introitus ita franget, & humiliabit, vt & quælibet aduerſa non refugiant pati: quod eſt, dabis ſpiritum fortitudinis, vt ſint fortes in his, q̄ ſpiritu ſcientię cognoſcūt. Cedrus q̄ eſt altiſſima arbor, niſi ſucciſa inutilis eſt, in ſua radice manens nō facit, fructus, ſic ſuperbia quæ peccata nobis intulit. In Libano modo te paſcuali vituli ad ſacrificia enutriebantur. Cōminuet ergo, vt vitulum Libani, ideſt humiliabit, vt immolentur pro Chriſto, dilectus Chriſtus, vnicornium, ideſt Iudæorum, qui in vna lege ſuperbiunt, filius ſuperbiam comminuet, vel quid mirum ſi illi comminuentur: dilectus enim comminuetur ſecundum quod Iudæorum filius. Aliter, cum Deus ſit, non videtur poſſe comminui. Intercidentis flammam ignis. Ignis eſt fomes peccati: flamma quæ inde exijt, conſenſus eſt actus & conſuetudo, ſed Dominus interrumpit dato ſpiritu conſilij. Hoc fortibus cōuenit, ne ſi otioſi, erūpat flamma ab igne. Deſertum gentes. Deſertū Cades. i. qui à ſancto legis ſunt deſerti. Cades enim interpretatur ſanctum legis. Iudæi qui non habent ſanctum legis. i. ſpiritualem intellectū, hos Dn̄s cōcutit. *Hie.* Vt agricola ſterilē terrā, vt fructificet. i. dat intellectū, vt ſcripturas ēt ſ̄m anagogen percipiant, qđ fit in mēte bene pacata conſilio, per intellectū aūt ſcripturarū prouehit, & facit ceruos qui cōſcēdant montē ſapiētiæ de diuina eſſentia. Et hoc non ſolum gentibus, ſed & Iudæis in vltimo reuelabit, ea ſcilicet q̄ de deitate ſunt condenſa. Ecce quomodo à timore vſq; ad ſapientiam aſcēdit, cum omnibus enim donis timor caſtus, ſcilicet aſſociatur: Omnis qui in templo ſic conſummato eſt, dicet gloriam. Qui ergo non dicit gloriam, non in templo eſt. Quare date gloriam, ideo etiam quia hoc templum Dominus facit habitare intra fluentes & ſubmerſos, vt arcam inter fluctus, vel illos ſanctos qui ſunt templum, habitare facit illæſos: & in illo templo ſedebit potens & regnans, vſquequo æternitas veniat, & dabit virtutem, & tandem benedicet in pace æterna. G H

d *Vox Domini ſuper aquas &c. Caſſ.* de conſtitutione eccleſiæ, vbi virtutes ſpirituſſancti cum magno præconio enumerat

a *Libani.*

a ¶Prophetæ. b ¶Perfectione eccleſiæ in hoc ſeculo, vbi contra diabolum militatur.

a Pſalmus Dauid in conſummatione tabernaculi. XXVIII.

a ¶Caſſi. voſipſos in fide, & operibus.

b AFferte Domino † filij Dei, afferte Domino filios arietum. Afferte Domino gloriam, & † honorem, afferte Domino gloriam nomini eius, adorate Dominum in † atrio ſancto eius. Vox Domini ſuper aquas: Deus † maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas mul-

a ¶Non iræ, vel perditionis. b ¶Aug. voſipſos quos per euangeliū Apoſtoli genuerunt, duces gregū.
a ¶Aug. non corruptos erroribus. b ¶Aug. per opera veſtra bona glorificetur Deus & honoretur.
a ¶Quod patriæ qualis b ¶Imperium in rebus.
¶Etiam. a ¶Aug. glorioſè per orbem innoteſcat.
a ¶Aug. in dilatato corde & ſanctificato: quia ex charitate eſt omnis ſanctitas. ¶Alias. in aula ſancta.
a ¶Quia. b ¶Chriſti.
a ¶Iudæos. ¶Populos gentium. b ¶Caſſ. de nube carnis terribiliter pęnitentiam prędicauit. ¶Ipſe Chriſtus poſtquam vocem miſit populis & per terruit, conuertit in ſe & habitabat in eis.
a ¶Populos gentium.

## NICO. DE LY. PSAL. XXVIII.

AFferte Dom. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo: Pſal. Dauid. in translatione verò Hieron. dicitur Canticum Dauid. & in idem redit: & patet expoſitio ex dictis ſuprà. De materia autem huius pſal. dicit Hieron. in prologo huius libri, quòd Dauid fecit hunc pſal. in conſummatione tabernaculi, quod fecit ad reponendum arcam Domini. Quo conſummato erat ibi Deo deuotè offerendum, & ſeruiendum: & ſecundum hoc iſte pſal. diuiditur in duas partes, quia primò Dauid inuitat ad offerendum Deo deuotè. ſecundò declarat quòd, ſeruiendum eſt ei humiliter, & promptè, ibi,* Vox Domini. *Circa primum dicit:* Afferte Domino filij Dei, *ideſt vos filij Iſrael, qui eſtis filij Dei tanquam ab eo ſpecialiter electi, & dilecti ſecundum quod ipſe dicit in Exo. Filius meus primogenitus Iſrael. vel aliter,*

*Pſal. 22. & 23.*
*1. Par. 16.*
*Exo. 4. f*

b Filij Dei, *ideſt vos ſacerdotes & miniſtri, qui inter filios Iſrael eſtis ſpecialiter electi ad cultum Dei.*

c Afferte Domino fi. arietum. *Hoc dicitur propter iuge ſacrificium, in quo offerebantur quotidie duo agni immaculati, vnus in mane, & alius in veſpere: & per hoc intelliguntur aliæ oblationes & ſacrificia quæ offerebantur medio tempore: quia ante ſacrificium matutinum non poterat fieri aliqua oblatio, ſeu ſacrificium. Similiter nec poſt iuge ſacrificium veſpertinum.*

d Afferte Domi. *omnia opera veſtra bona ad eius gloriam dirigendo, ſecundum quod dicit Apoſtolus. Omnia in gloriam Dei facite. Hoc autem facit fides operans per dilectionem, in quibus conſiſtit cultus Dei interior: propter quod dicit Aug. in enchiridion: Fide ſpe & charitate diligitur Deus, ſeu colitur.*

*Tetragrammaton*
*1. Cor. 10. g*

e Afferte Do. glo. no. *i. nomini eius tetragrammatō, quod habebatur in tanta reuerentia apud Hebræos, q non nominabatur in publico, ſed tantum in templo in benedictionibus ſacerdotum ſuper populum.*

f Adorate Do. in atrio. *i. ſacerdotū vbi fiebant ſacrificia, quod erat ſanctius alio atrio, in quo erant alij vulgares ad adorandum, & audiendum verbum diuinum.*

*Exempla, q Deo ſit prōptè obediēdū*

g Vox Domi. *Hic conſequenter Dauid declarat, q Deo ſit obediendum promptè, & hoc per multa exempla virtutis diuinæ, cui nullus poteſt reſiſtere. Primum eſt exemplum de tranſitu maris rubri, cum dicitur:* Vox Domi. *quia ſicut dictum fuit in Exo. de nube intermedia inter caſtra Iſrael & Aegyptiorum diuino iuſſu proceſſerunt tonitrua & fulgura ſubuertentia rotas currui Aegyptiorum, & aquæ reuerſæ ſunt ſuper Aegyptios, ideo ſubditur,*

h Domi ſu. *Secundum exemplum eſt in datione legis, quæ facta eſt in terroribus diuinæ virtutis, ſecundum quod dicitur Exo. 19. c. Iam aduenerat dies tertius, & mane inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua & micare fulgura, & nubes denſiſſima operuit montem, clangorq; buccinæ vehementius perſtrepebat, & quantum ad hoc dicitur,*

¶ a Vox

## MORALITER.

✻ a *Afferte Domino.* Secundum Hieron. Dauid fecit hunc pſal. in conſummatione tabernaculi ad reponēdum arcam Domini, vt ibi Deo ſeruiretur, & offerretur deuotè. & hoc vſquequo conſummaretur templum à Salomone. Myſticè verò poteſt exponi de eccleſia materiali, in qua offertur agnus qui tollit peccata mundi, & ad hoc primò ponitur imitatio cum dicitur,

b *Affer. Do. fi. Dei.* ideſt vos eccleſiæ miniſtri.

c *Affer. Do. fi. ari.* ideſt agnum immaculatum per omnia legis ſacrificia figuratum.

d *Afferte Do. glo. no.* ſibi de omnibus bonis veſtris gloriam & honorem attribuendo.

e *Adorabo Domi.* licet enim vbique ſit adorandus, in loco tamen ſacro deuotius.

f *Vox Domini.* Hic conſequenter ponitur multiplex ratio, quare deuotius in eccleſia ſit orandum. & accipitur ex diuinis beneficijs. Primum eſt baptiſmi collatio, in quo fiunt fideles membra Chriſti per aquam regenerationis, quod notatur cum dicitur,

g *Vox Domi. ſuper aquas.* tunc enim ſuper Chriſtum facta eſt uox Dei patris: Hic eſt filius meus dile. &c.

h *Do. ſuper aquas mul.* quia omnibus aquis tunc data eſt uirtus regeneratiua in inuocatione ſanctæ trinitatis.

✻ a vox



A a *Libani.* Libanus interpretatur candidatio. Cedri Libani, ideſt alti homines in terrenis elati, quos Deus confringēdo comminuet. i. de ſuperbia ad ſe per dilectum filium reducet: & hoc ſpiritu fortitudinis. Comminuet, ſicut vnicornis captus comminuitur.

b *Deſertum.* Caſ. Augu. Iudaicum populum, Cades regio eſt, in qua eſt Sina. Cades locus eſt vbi aqua de petra data eſt: quod modo ſpiritualiter de duro corde quādo ad fidem conuertitur: vnde emanat aqua viua.

c *Domi.* quid conſtitutæ eccleſiæ fiat oſtendit.

d *Dilu.* Caſ. i. aquas baptiſmi, qui purgat crimina mundi.

a ¶Aug. Chriſti iam in ipſis habitantis. b ¶Aug. potentes faciens eos.

tas. Vox Domini in † virtute, vox Domini in magnificentia. Vox Domini † confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani. Et † comminuet eas tanquam vitulum † Libani, & dilectus † quemadmodum filius † vnicornium. Vox Domini † intercidentis flammam ignis, vox Domini † concutientis deſertum, & commouebit Dominus deſertum Cades. Vox Domini † pręparantis ceruos, & reuelabit condenſa: & in templo eius † omnes dicent gloriā. Dominus † diluuium inhabitare facit, & ſedebit Dominus rex in ęternū.

a ¶Magna faciens in eis. ¶Miraculorum, vel operum. b ¶Aug. contritione cordis humilians ſuperbos.
a ¶Per pœnitentiam. b ¶Aug. elatos nitore nobilitatis terrenę.
a ¶Per ignobilia quæ elegit. ¶Aug. ablata altitudine eorum deponet eos ad imitationem humilitatis ſuæ, qui vt vitulus ad victimam crucis ductus eſt, per nobiles ſeculi. Vnde: Aſtiterunt reges terræ, & principes &c.
a ¶Aug. vnicus patris exinaniuit ſe nobilitate ſua, & factus eſt homo ſicut filius vnicornium, ideſt Iudęorum iactantium ſuam ſingularem iuſtitiam.
a ¶Aug. tranſeuntis ſine læſione per ardorem perſequentiū vel diuidentis furentem iram illorum, vt alij conuertantur, alij non.
a ¶Aug. commouentis ad fidem gentes quę erant ſine Deo ſine lege, & prophetis.
a ¶Intelligibilia faciet verba legis. ¶Aug. tunc celebrari faciet verbum ſcripturarum, quod a Iudæis non intelligentibus deferebatur.
a ¶Perficientis. ¶Aug. qui ſuperant, & repellunt venenoſas linguas.
a ¶Aug. opacitates illas librorum, & vmbracula myſteriorum, vbi libere paſcantur. ¶Alias ſyluas.
a ¶Aug. in eccleſia quaſi vnuſquiſque pro ſuo dono laudat Deum.
a ¶Huius ſeculi. b ¶Sanctos in eccleſia quaſi in arca conſtitutos
a ¶Deinde. ¶Super eam. b ¶Regnans in eis in æternum.

† potentia
† vnicorniorum
† ſuccidēs
† parturire facit ceruas, detegit ſyluas

## NIC. DE LYRA.

¶ a Vox Do. in uir. *poſt ea locutus eſt Dominus di. Ego ſum, Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Et conſequenter ponuntur decem decalogi præcepta: & quantum ad hoc dicitur:*

b Vox Do. in ma. *Loquebatur enim ſicut rex magnificus imponens pręcepta. Et quia filij Iſrael fuerunt valde perterriti, ſecundum quod dicitur ibi: Et pterriti ac pauore concuſſi ſteterunt procul dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur: & quātum ad hoc dicitur:*

c Vox Do. con. *ideſt maiores illius populi, qui confracti timore ſic loquebantur Moyſi.*

d Et confringet Do. &c. *hoc additur ad denotandum magnitudinē principum illius populi, qui erant capita tribuum. In monte. n. Libani creſcunt maiores cedri, quàm alibi.*

e Et cō. eas. *i. ſicut vitulum paſcentem in Libano, qui ex modico ſonitu, & fragore terretur, & tremit: ſic iſti fuerunt mirabiliter territi, vt prædictum eſt, & quaſi comminuti in mente: quia conſiderantes diuinam maieſtatē & ſuam fragilitatem, reputauerunt ſe quaſi nihil, et ſicut res comminuta: quia tamē Moyſes, non fuit in aliquo territus dixit ad populum: Nolite timere &c. Et ſubditur. Moyſes autem accedit ad caliginem in qua erat Dominus. ideo ſubditur:*

B

f Et dile. *ſ. Moyſes, qui fuit Deo dilectus, & hominibus, vt habetur in Eccle.*

g Quemadmo. fi. *i. ſecurus, & imperterritus ſicut vnicornis. In tranſlatione autem Hier. iuxta Hebræum ſic habetur: Et diſperget eas quaſi vitulum Libani, & Sirion quaſi filius rhinocerotis. Et eadem eſt ſententia, quia multùm territi diſperguntur. vnde de filijs Iſrael dicitur vbi ſupra. Perterriti ac pauore concuſſi ſteterunt procul. Et Sirion, ideſt filius, per quem intelligitur Moyſes à Deo dilectus. Sicut filius, quaſi filius rhinocerotis. i. ita impauidus ſicut rhinoceros, quod idem ſignificat quod vnicornis. Tertium exemplum eſt de vindicta Domini facta in deſerto de Core, & complicibus eius, vt habetur Nume. 16. c. Ex quibus aliqui fuerunt combuſti per ignem à Deo immiſſum, & aliqui à terra abſorpti, & quantum ad hoc dicitur:*

h Vox Domini interci. &c. *quia Aaron pro illa plaga ſedanda obtulit thymiama: & ſic ceſſauit incendium, ſecundum quod dicitur in Nu. Obtulit thymiama: & ſtans inter mortuos, & viuos pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit.*

i Vox Domi. &c. *quia tunc fuit terręmotus, & terra aperuit os ſuum, & deglutiuit Core, Dathan & Abiron, & tabernacula eorum.*

K Et commo. &c. *Caſ. hoc additur: quia hoc factum accidit in deſerto Cades, vbi manſerunt filij Iſrael longo tempore, vt habetur Deuteron. 1. Quartum exemplum ponitur cùm dicitur:*

l Vox Domi. &c. *Dicunt Hebræi: Vox Domini occidentis ceruos. Hiero. in tranſlatione iuxta Hebraicum dicit: Vox Domini obſtetricans ceruos, & ſecundum hoc iſta litera multipliciter exponitur. Rabi Salo. exponit eam de tempore Meſſię, in quo vt dicit, Iudęi abundabunt omnibus delitijs, ac bonis: & ſic ad voluntatem eorum Dominus interficiet ceruos, & alia animalia ſylueſtria, quæ ſunt comeſtibilia. Sed hoc dictum fundatur ſuper errorem eorum, qui dicunt vitam futuram fore animalem cibis indigentem, ſicut dixi plenius ſuper Gen. Et in hoc errore conueniunt cum Tartaris, & Saracenis. Dictio autem Hebraica hic poſita æquiuoca eſt, ad deſignandum occiſionem, obſtetricationem, & præparationem. Secundum autem tranſlationem Hier. iuxta Hebraicum exponitur de virtute Dei dantis ceruis virtutem pariendi, & etiam nutriendi fœtus, ita quòd ſupplet ibi vicem obſtetricis. Secundum autem literam communem poteſt exponi de terra Neptalim, ſecundum quod ſcribitur in Gen. Neptalim ceruus emiſſus, dans eloquia pulchritudinis: quod exponitur à doctoribus Hebræis, & Latinis, eò quòd in ſorte Neptalim erat terra primitiua ante alias ſortes proferens fructus ſuos. ſicut ceruus velocius currit alijs animalibus: & propter hoc de illis fiebant ſacrificia in ſolemnitate paſchali de granis nouis: & tunc Leuitæ cantabant diuinas laudes, quæ ſunt eloquia pulchritudinis. Secundum hoc igitur per ceruos hic intelliguntur fructus de terra Neptalim veloces ad matureſcendum præ alijs: ſicut ceruus velocior eſt in curſu alijs animalibus, quæ quidē velocitas fiebat diuina virtute omnia producente: & ſecundum hoc dicitur; Vox Do. præ. cer. Et de illis fructibus fiebat oblatio in ſolemnitate paſchali, vt dictum eſt, ideo ſubditur:* C

*Gen. 49. c.*

m Et reuela. con. *i. atrium ſacerdotum, & templum, quia tunc aperiebātur ad ſolēnius celebrandum diuina, & dicitur:*

n Condenſa. *eò quòd vulgus non habebat illuc acceſſum liberum.*

o Et in templo eius. *quia tunc diuinæ laudes fortius cantabantur per Leuitas, & ſacerdotes. Tamen hic accipitur templum pro tabernaculo, quod præparauit arcæ Domini, & frequenter accipitur vnum pro altero in ve. teſta.*

p Dominus dilu. &c. *Hic conſequenter ponitur, quintum exemplum de diluuio, quod tempore Noe fuit inductum diuina virtute ſuper terram ad puniendum hominum malitiam, vt habetur Gene. & quantum ad hoc dicitur: Dominus diluuium. ideſt terram diſſipatam per diluuium.*

*Gen. 8.*

q Inhabitare fa. *per multiplicationem hominum, & animalium, quæ in arca reſeruauit.*

r Et ſedebit Dominus. *tanquàm iudex omnium.*

s Rex in æter. *ſecundum illud Eſa. Multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis. Vltimò Dauid imprecatur populo ſuo bona, dicens:*

*Eſa. 9. b.*

¶ a Domi-

D

## MORALITER.

✻ a *Vox domini.* Hic ponitur ſecundum beneficium, quod eſt fidei catholicę diuulgatio per uirtutē datā apoſtoliſq; alijs diſcipulis. Illi autem profecti prædicauerunt ubiq; domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, quod notatur cum dicitur.

*Secundum beneficium.*
*Mar. vlt. d*

a *Vox do. in vir.* nam Dei ſpiritus in prædicatoribus loquebatur. Nō enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in uobis. Vox domini. Hic ponitur tertium beneficium quod eſt ſubiectio principum fidei Chriſtianę maximè tempore Conſtantini. quod notatur, cum dicitur: Vox domini con. ce. Per altitudinem cedrorum ſignificatur magnitudo principum terrenorum, quæ fuit fracta per ueram humilitatem, quando iugo Chriſti colla uoluntariè ſubmiſerunt.

*Matt. 10. d.*
*Tertium*

e *Et con. eos tan. vi. Li.* id eſt paſcentem in Libano, qui eſt animal humile. Imperator autem Conſtantinus intantum fuit per humiliationem ſui comminutus, quòd Vicario Chriſti minimum officium. ſ. ſtratoris exhibuit.

f *Et di. quemad. fi. v.* i. Chriſtus à Deo patre prædilectus, & quaſi unicornis conſtans, & impauidus ſupple fecit humiliationem principū dictam. Vox domini. Hic ponitur quartum beneficiū, quod eſt condeſcenſio diuina in paſſione martyrum multorum: quod notatur cum dicitur:

*Quartum beneficium.*

h *Vox domini in.* Multi namque martyres illæſi ſteterunt in medio ignis: & quoniam ex hoc multi Gentiles moti fuerunt ad credendū Chriſto, ſubditur:

i *Vox domini. &c.* i. Gentilitatem, quæ ſicut deſertum culta non fuerat doctrina legis, & prophetarum. Vox domini. Hic ponitur quintum beneficium, quod fuit illuminatio doctorum eccleſiæ, & ſic tanquam cerui cornibus ſacræ ſcripturæ hęreticos repreſſerunt. ideo dicitur.

*Quintum beneficium.*

l *Vox do. prę. cer.* quoniam obſcura ſcripturæ declarata fuerunt per ipſos, ſubditur:

m *Et reue. condenſa.* Ex hoc autem ſurgit laus in eccleſia: propter qđ ſubditur: Et in tem. eius omnes dicent gloriam. Domi. dilu. Hic ponitur ſextum beneficium, quod eſt repreſſio multitudinis peccatorum, & quantum ad hoc dicitur:

*Sextum beneficium*

p *Domi. dilu. &c.* Ante publicationem fidei fuit in gentibus diluuiū peccatorum, ſed hoc diluuium dominus repreſſit, quando in eccleſia de gentibus collecta fecit ſuum habitaculum, & ſic ubi ſuperabūdauit delictum, ſuperabundat, & gratia.

*Rom. 5. d*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

E

## NICO. DE LYRA.

¶ a Dominus vir.ſ.patientiæ in aduerſis.
b Dabit populo ſuo.i.det. Hebræi enim non habent modum optatiui, ſed pro eo vtuntur futuro indicatiui modi.
c Domi, bene.i.benedicat.
d Populo ſuo. cum in temporalibus, & ſpiritualibus multiplicando.
e In pace. Quia ſicut dicit Priſcianus: Si quæratur, quid eſt ſummũ bonum in vita: bene reſpondetur pax. *Myſticè.* Myſticè poſſet exponi pſalmus iſte de materiali eccleſia, in qua quotidie offertur agnus immaculatus Ieſus Chriſtus ad honorem Dei patris ſeu totius trinitatis, cui ſeruiendum eſt, & promptè obediendum propter mirabilia, quæ facit in cœlo & in terris. Primo mirabili, correſpondet ſacramentum baptiſmi. ſecundũ illud *(Eccleſia mirabilibus quæ repræſentatur. 1.Cor.10.a)* Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari. Secundo verò exemplo correſpondet publicatio euangelij, per quam confracti ſunt cedri Libani, id eſt principes ſeculi, ſubmittentes humiliter colla ſua iugo fidei. Tertiò exemplo correſpondet repreſſio ignis iuſſu Dei comburendi virtutem mittentis in multis martyribus, ſicut patet ex eorum legendis: & terremotus opprimens tyrannos, & eorum miniſtros, & corruere faciẽs templa idolorum, ſicut patet in legendis plurium martyrum. Quartum verò exemplum repræſentat primitiuæ eccleſiæ ſtatum, quia tunc ſicut terra primitiua produxit multos fideles gaudenter, & promptè currentes ad martyrium: quod fuit materia exultationis ciuium cęleſtium in templo gloriæ Deum iugiter laudantium. Quintum exemplum præfigurauit ſtatum mundi ante incarnationem Chriſti, in quo Deo permittente ſuo iuſto iudicio inundauit diluuium vitiorum: ſed per Chriſtum, & apoſtolos tanquam per alterum Noe, & filios eius habitata eſt terra ex multiplicatione fidelium. G

a ¶ Quia. ¶ Aug. contra procellas ſeculi, quia non eſt pax in hoc ſeculo. ¶ Et. a ¶ Aug. in ſpe ſua pacem tribuit. ¶ Vnde: Pacem meam do vobis. ¶ Pacem iſti ſunt hos aduerſus.

Dominus virtutem populo ſuo dabit, Dominus benedicet populo ſuo in pace.

*In pſal. 28. Aſſerte Domino: vbi dicitur in poſtil. Vox Domini obſtetricans ceruas.*

### ADDITIO I.

¶ Apud Hebręos duplex eſt vita futura. Prima eſt in tempore Meſſiæ per eos adhuc expectati, in qua vitam animalem gerendo, cibis & potibus indigebunt, ſicut & modò, niſi quod abundantius, & ſupra modum & delectabilius credunt ſe talia habituros. Secunda eſt in alio ſeculo, in qua ſecundum principaliores, & magis autenticos, nõ credunt habere vitam corporalem, ſed ſpiritualem tantum: vnde nõ conueniunt in hoc errore cum Saracenis, &c.

## GLO. ORDIN.

*(In expoſ. pſal. 8. Vbi ſup. a.)* a *Pſalmus cantici in dedica.* Aug. Suprà de conſummatione tabernaculi tempore belli: hic autem eſt pſalmus lętitiæ, quia domus dedicatur, id eſt confirmatur, quæ in æterna pace manebit: corpore innouato non tantum Chriſti, ſed etiam totius eccleſię. Totus Chriſtus loquitur in hoc pſalmo, quia quędã capiti, quędã corpori, quędam vtrique conueniunt. Augu. Pſalmus breuiter de paſſione, & reſurrectione, vt paſſio nõ terreat, quos ſpes reſurrectionis lętificat.
b *Domus Dauid.* Caſſi. Totus Chriſtus ſponſus, & ſponſa vna domus Dei eſt: *(Ioan. 1. b)* quia in Chriſto plenitudo gratiæ habitauit, & de plenitudine eius nos oẽs accepimus. Hec domus quantũ ad caput. i. Chriſtum, fabricata eſt in eius cõceptione: dedicata verò in eius reſurrectione, quando immortalitatis gloria cõfirmatus eſt. *(† exaltaſti (ſuſtuliſti))* F Quantum verò ad eccleſiam quotidie fabricatur: dedicabitur autem in futuro, quando ſancti reſurgẽtes ſtabunt in magna conſtantia fulgentes vt ſol. Dicitur autem hæc domus ſecundũ preſentẽ ſtatum, tabernaculũ vt in præced. pſal. tit. quando in ea militatur. Domus verò, ſecundũ ſtatũ futurum quando in ea quieſcitur. Caſ. Primò agit de dedicatione ſua: & iubet ſanctos idẽ ſperãtes laudes dicere.

a ¶ Letitiæ. b ¶ Quæ modo in capite, poſt futura eſt in membris. ¶ Chriſti.

Pſalmus cantici in dedicatione domus Dauid. XXIX.

¶ Augu. altitudinem tuam laudabo in dedicatione, quia tunc non inundabuntur inimici ſuper nos vt modo.

Exaltabo te Domine, quoniam † ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Domine Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me. Domine eduxiſti ab inferno animam meam ſaluaſti me a deſcendentibus in † lacum.

a ¶ Aug. iam in ſpe & in futuro ſuſcepiſti in re. ¶ In reſurrectione dedicando. b ¶ Delectari, vel iucundari permiſiſti. ¶ Vel inſultaſti.
a ¶ Aug. qui perſequebantur me ſecutionibus me conati ſunt non in re. b ¶ Exponi ſuſceptionem.
a ¶ Iam non gero egrum corpus ſed glorioſum, & immortale. ¶ Hic in ſpe, & in futuro in re.
¶ Et. a ¶ Hiero. expoſitione hoc non eget. manifeſtum eſt enim animam Chriſti cum animabus ſanctorum de inferno eductam à Deo.

ta cantantes pſal. 131. venirent ad locum illum: Propter Dauid ſeruum tuum, ne auertas faciem Chriſti tui, id eſt Salomonis in regem inuncti. Et tunc portæ fuerunt reſeratæ. Quod videntes omnes populi, cognouerunt, quòd peccatum Dauid de adulterio Bethſabeę, & homicidio Vriæ erat totaliter à Deo remiſſum: & vſque ad tempus illud plures de populo tenebant contrarium. Igitur Dauid hoc præuidens in ſpiritu, fecit hunc pſal. in quo deſcribit prędicti peccati commiſſionem ex ſua fragilitate, & eiuſdem remiſſionem ex Dei miſericordia, & benignitate. Et ſecundum hoc iſte pſalmus diuiditur in duas partes: quia primò Dauid confitetur diuinam benignitatem, vel bonitatem. Secundò propriam fragilitatem, ibi: Ego autem dixi. Circa primum Dauid primò Dei bonitatem confitetur. ſecundò alios ad idem hortatur, ibi: Pſallite domino. Circa primum dicit ſic: H *(Diuiſio)*
a Exaltabo te Do. nomen tuum publicè collaudando.
b Quoniam ſuſcepiſti me. In tua gratia, poſt tanta flagitia à me perpetrata, ſcilicet in adulterio Bethſabeæ, & homicidio Vriæ.
c Nec delectaſti inimicos meos ſuper me. ſ. Achitophel, & Abſalõ, qui inducebant populum ad me perſequendum, allegantes contra me prædictum flagitium, tamen finaliter non fuerunt delectati, quia Achitophel ſe ſuſpendit, & Abſalon in bello interijt, & magna pars populi ſequentis eum.
d Domine Deus meus cla. &c. corde, & ore.
e Et ſanaſti. à prædicti peccati vulnere.
f Domine edu. &c. Quia propter dicta flagitia eram dignus gehenna, ſed tu ſaluaſti me tua miſericordia.

¶ a Pſallite

## GLO. ORD. PSAL. XXIX.

Exaltabo te Do. Hoc modo dicitur ex perſona fundamẽti quod dedicatum eſt, poſt dicetur ex perſona domus vniuerſæ, cum in communi reſurrectione fuerit dedicata.
*(In expoſ. pſ. 29. 10. 8.)* b *Domine Deus meus &c.* Au. Chriſtus ex quo homo infirmus, ex hoc & orãs pro nobis mediator inter Deum trinitatẽ, & homines peccatores. Quia infirmus, appropinquat nobis. Quia non iniquus iungitur Deo. Etiam in hoc tamen: quòd homo nobis præeſt vt caput, in quo ſunt omnes ſenſus præ cęteris membris. Super hunc iucundati ſunt inimici in cruce ſic & ſuper ſuos iucundantur in paſſionibus, ſed non in dedicatione.

☞ a In lacum

## NICOLAVS DE LYRA. PSAL. XXIX.

Exaltabo te Do. Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebręo & in trãſlatione Hie. iuxta Hebraicam pſal. cantici pro dedicatione domus Dauid. Circa quod ſciendum, quòd iſta *(Dedicatio domus Dauid)* dedicatio non fuit domus Dauid in qua habitauit, licet aliqui hoc dicant, & malè: quia non legitur illius domus aliqua dedicatio, ſed templi ędificati per Salomonem: quod hic dicitur domus Dauid, quia voluit templũ *(2.Reg. 7.)* ędificare, ſed de mandato domini ædificium fuit retardatum vſque ad tẽpus Salomonis filij ſui. Dauid tamen tradidit ei deſcriptionem templi, & ędificiorum in circuitu, & vtenſilium: & præparauit impenſas, ſaltẽ pro *(1.Paral. 28. 2.Paral. 5. 6.)* magna parte, propter quod hic dicitur, domus Dauid. Dicunt autem Hebræi, & ſatis veriſimiliter, prout plenius declaratum fuit ſuprà, quòd in dedicatione templi, cùm ſacerdotes portantes arcam, vellent eam trãsferre de tabernaculo Dauid in quo fuerat, & introducere intra ſancta ſanctorum, portæ templi clauſerant ſe, nec fuerunt reſeratæ, donec Leuitæ can-

## MORALITER.

✱ a *Exaltabo te do. &c.* Dicunt Hebręi, quòd in dedicatione templi per Salomonem ędificati, cùm ſacerdotes vellent inducere arcã in locum ſuum, portæ clauſerunt ſe, & cùm Leuitæ cantantes pſal. 131. veniſſent ad locum iſtum: Propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui, aperuerunt ſe: & per hoc cognouit populus peccatum Dauid de adulterio Bethſabeę, & homicidio Vriæ, à Deo eſſe remiſſum. cuius contrarium plures adhuc tenebant. Ergo Dauid hoc præuidens in ſpiritu, fecit hunc pſalmum, in quo confitetur Dei bonitatem, & propriam fragilitatem. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet fideli, qui reuelatione Dei, vel coniectura probabili, cognoſcit aliquod graue peccatũ à Deo ſibi remiſſum, & ſic primò confitetur diuinam bonitatem di. Exaltabo te do. Te laudando corde, & ore.
b *Quo. ſuſce.* In filium adoptiuum per gratiam iuſtificantem.
c *Nec dele. ini. meos &c.* id eſt dęmones, qui lætantur de peccatorũ perditione.
d *Do. Deus meus &c.* Tanquam ad medicum animæ meæ.
e *Et ſana. me.* à peccati vulnere.
f *Do. edu. ab infer.* Liberando eam ab obligatione ad gehennam: & quoniam ſic liberatus non ſolùm debet Deum laudare, ſed etiam ad hoc alios inuitare. ideo ſubditur:

✱ a Pſallite



☞ a *In la. in.* Hieronym. id eſt de lacu inferni, vbi animæ peccatorum ſunt, ne ſicut illi præceps caderem in mortem. A
b *Confitemini me. &c.* Aug. Quia ex bonitate & ſanctitate ſua, non noſtra memor fuit noſtri.
c *Quoniam ira.* Aug. i. vindicta qua vindicauit in nos primum peccatum quod morte ſoluiſtis.
d *Ad veſpe.* Aug. Quia ira in indi. eius, ad veſperum demo. fletus, quia vita in voluntate, ad matu. læti. Veſpere incepit poſt meridiem, vbi lux ſapientiæ a peccante homine receſſit, quãdo morte damnatus eſt, & ex tũc durat fletus, quamdiu in laboribus & tentationib. populus Dei expectat diem Domini. Mane eſt, cùm lux oritur fideli quæ occidit peccanti: vnde & Dominus mane ſurrexit, idem promittens nobis. Veſpere ſumus ſepulti in Paradiſo in culpa & pœna, & ſurgimus die tertio, id eſt tempore gratiæ poſt tempus ante legem & ſub lege. Hier. Ad veſperum demo. fle. quia paſſo, & ſepulto Domino, Apoſtoli & mulieres in fletu & gemitu morabantur. Et ad matutinum lætitia: quia mane venientes ad ſepulchrum, gloriam reſurrectionis ab Angelis acceperunt.
e *Fletus.* Caſ. Demorabitur hominib. reſpicientibus ad veſperum, quo Adã declinauit, & à Paradiſo exiuit: ſed lætitia erit reſpicientibus, ad matutinum quo Chriſtus ſurrexit.
f *Ego autem dixi.* Quomodo ante dedicationem egerit, & eam meruerit. Auguſti. Caſ. Veſpere facit. Sed ego, dum in Paradiſo eſſet mihi abundantia, dixi, non mouebor ab hoc bono, credẽs diabolo dicenti: Non morte morieris. B Sed ò Domine, in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem, quod eſt, nõ ex me bonus eram & fortis, ſed ex te. Quod vt oſtenderes, auertiſti faciem tuam, hoc eſt, foras miſiſti me de Paradiſo: iam vero hic poſitus clamabo ad te &c.
g *Auertiſti.* Caſ. Deus à Chriſto faciẽ, exponendo eũ paſſioni & morti, & ſic Chriſtus turbatus eſt, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.
h *Conturbatus.* Aug. Quod tempus conturbationis & miſeriæ recolens, & in eo poſitus audio vocem capitis pro me morituri, dicentis: Ad te Domine clamabo.
i *Quæ vtilitas in ſang. &c.* Augu. Neceſſitatem oſtendit per quam non finit eũ deſcendere in corruptionem.
K *Dum deſcendo in. &c.* Aug. Si enim ſtatim non reſurgo & corpus corrumpitur, nemini annuntiabo, nullum lucrabor. Augu. Confeſſio gemina eſt. nunquam ſine ea ſimus: quando malè eſt nobis in tribulationibus, confiteamur peccata noſtra. Quãdo bene eſt in exultatione iuſtitię, cõfiteamur laudẽ Deo.
l *Audiuit Dominus.* Caſ. Quomodo eam acceperit, ſcilicet dedicationem, pertractat. Dixi clamabo, deprecabor, ſed me deprecantem exaudiuit Dominus.

☞ a Con-

a ¶ Ab his perſequentibus. ¶ In reſurrectione, iam cum eis amplius ſim.
a ¶ Quibus ſimilis videbatur. ¶ Augu. de corruptione profundæ cæcitatis: quia immunis a peccato, & corruptione carnis, quia impoſſibilis. ¶ Vel ſaluum feciſti. b ¶ Profunditatem ſeculi, vel inferni.
a ¶ Auguſt. quia ſurrexit caput idem ſperent membra. ¶ Vos ſancti eius. ¶ Opere. b ¶ Id eſt laudare eum.

Pſallite Domino ſancti eius: & confitemini memoriæ ſanctitatis eius. Quoniam † ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Ad veſperum † demorabitur fletus, & † ad matutinum lætitia. † Ego autem dixi in † abundãtia mea, nõn mouebor in æternum. Domine in voluntate tua, † præſtitiſti decori meo virtutem. Auertiſti faciem tuam a me, & factus ſum conturbatus. Ad te Dñe clamabo, & ad † Deum meũ deprecabor. † Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in † corruptionem? Nunquid cõfitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam? † Audiuit dominus, & miſertus eſt mei,

a ¶ Aug. quia ex bonitate memor fuit ſanctificare vos. ¶ Quia ſanctitatis qua nos ſanctificauit non eſt oblitus hoc toto tempore, quo vos eratis eius obliti.
a ¶ Ideo pſallite & confitemini. b ¶ Aug. quod abiecit homines pro peccato. c ¶ Commínatione. Vnde: Qua die co. mor. morie.
a ¶ Aug. vitam æternam quia voluit dedit, ad quam per vos non rediretis, ſed ipſe vos reduxit. b ¶ Non in viribus vel meritis noſtris.
a ¶ Aug. Adæ quo peccauit demorabitur, quia omnes ex eo naſcimur: Chriſtus in hoc veſpere ſepultus mane ſurrexit, & oritur lux homini. ¶ Vel poſt meridiem. ¶ Vel veſpere. b ¶ Aug. diu, & in multis morabitur: Diu, quia non mox eſt tota reſtituta natura humana tradito domino: Et in multis, quia omnes ex eo naſcuntur in peccato. ¶ Quod ex Adam malo motus eſt fletus.
a ¶ Vſque quo reſurrectio futura eſt, quæ in matutina Chriſti reſurrectione præfloruit.
a ¶ Ille populus cui ab initio loquebar in Adam exiſtens. b ¶ Iam nullam patiens egeſtatem. ¶ In confidentia deuictis.
a ¶ A Domino a quo Adam motus eſt. ¶ Ipſe, & ſi non verbis, tamen actu dixit, non mouebor nec in delitijs, ſed in miſericordia morabor.
a ¶ Sed hæc abundantia ex te non ex me. ¶ Et ſicut ego dixi. tu Domine.
a ¶ Quia immunis a peccato. b ¶ Caſ hoc non de humana natura ſed ex te habui quod inde probatur, quia te aduerſo turbatur carnis infirmitas vnde ergo præſumit homo? ¶ Quia & miracula feci.
a ¶ In paſſione. b ¶ Lumen tuæ notitiæ. ¶ Aug. Ex eo didici quòd præſt. deco. &c. quia auertiſti a peccante hom ne fa. tuam, vnde conturbatio homi nis proceſſit. c ¶ Peccante aliquando. ¶ Non ego a te vt Adam.
a ¶ Recedente lumine notitiæ tuæ. b ¶ Sed ¶ Tunc dixi: clamabo.
a ¶ Caſ. de gloria immortalitatis adhibenda.
a ¶ De mortalitate tolienda. b ¶ Dicens. ¶ Ex perſona Domini.
a ¶ Aug in effuſione ſanguinis qui ſine culpa mea effuſus eſt. b ¶ Quo per gradus malorum.
a ¶ Augu. Si puluis remaneo non fiet confeſſio vel annuntiatio. ¶ Caſ turba impiorum quæ in ea reſurrectione iuſtificabitur.
a ¶ Ad ſalutem cæterorum. b ¶ Sic deprecantem.

uertatur & viuat. Quia eius miſericordia ſuperexaltat iudicium. Ad veſperum &c. q. d. ſi in veſpere inducat fletum puniendo peccatores, citò tranſibit, & in mane dabit lætitiam, eos conſolando. C *(Ezech. 18. e Iacob. 2. c)*
i Ego autem dixi. Hic conſequenter propriam fragilitatem. Et circa hoc primò, declarat ſuam miſeriam, & ſecundò Dei clementiam, ibi, Audiuit Dominus. Circa primum dicit. Ego autem dixi &c. id eſt in principio regni mei, quando abundaui bonis temporalibus et ſpiritualibus.
K Non mouebor in æter. a via veritatis & iuſtitiæ. Ex hoc enim quòd in perſecutione Saulis poſitus diu innocentiam ſeruauerat, vt patet ex decurſu. 1. Regum. de cætero eandem innocentiam ſe tenere confidebat. ideo dicebat. *(Diuiſio. † ſepulchrum. 1.Reg. 16. c)*
l Domine in voluntate &c. fuit enim decorus corpore, & magis mente virtutis decore. Veruntamen quia in hoc nimis confidebat, Deus ad horam eum dimiſit, & ſic grauiter peccando fragilitatem ſuam cognouit: & hoc eſt quod additur.
n Auertiſti faciem tuam a me. ad horam me relinquendo fragilitati meæ.
o Et factus ſum conturbatus. quia per Sathanam in flagitia grauia delectus.
p Ad te Domine clamabo. corde & ore.
q Et ad Deum meum deprecabor. pro dictorum peccatorum remiſſione, allegando quod ſequitur.
r Quæ vtilitas in ſanguine meo dum &c. id eſt in peccato meo quo merui, quòd ſanguis meus effunderetur.
s Dum de. in cor. id eſt ſi propter eum incurram mortem corporis & gehennæ? q. d. nulla. vnde ſequitur.
t Nunquid confi. ei. pul. ſcilicet corporis mei incinerati. q. d. non: & ideo melius eſt vt mihi remittas culpam & pœnam æternam, eam commutando in pœnam temporalem.
u Audiuit Dominus. Hic conſequenter confitetur diuinam clementiam di. Audiuit Dominus. deprecationem meam exaudiendo. D
x Et miſertus eſt mei. meum flagitium remittendo.

¶ a Dominus

*(† quiete vel (felicitate, opulẽtia, proſperitate. i. cũ ſecũdę res erant. † ſtare feciſti in monte meo fortitudinem (vel tribuiſti robur mõti meo)*

## MORALITER.

✱ a *Pſallite Domino ſancti eius*, id eſt ab eo ſanctificati.
b *Et confitemini*, confeſſione laudis. *(à me)*
c *Memoriæ. ſancti. eius.* opera eius ſancta deuotè memorando.
d *Quoniam ira.* i. punitio.
e *In in. &c.* q. d. punitio non procedit ex abſoluta Dei uoluntate, ſed magis uita gratiæ. Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut conuertatur & uiuat. *(† domini. Ezech. 18. e)*
f *Ad veſpe.* ſcilicet peccati quod tenebras inducit. *(† Quid mihi profuit vixiſſe,)*
g *Demorabitur fle.* ſ. pœnitentiæ, per quem impetratur lux gratiæ. ideo ſubditur.
h *Et ad matu. læ.* quia tunc oritur ſol qui eſt lætitiæ cauſa.
i *Ego autem.* Hic recognoſcit propriam fragilitatem, dicens: Ego autem dixi in abundantia mea. i. abundantia temporali uel ſpirituali elatus ex ea.
K *Non mouebor in æter.* a rectitudine iuſtitiæ. *(† Audi Domine & miſerere mei Dñe: eſto adiutor mihi)*
l *Domine in vo. tua.* & non ex mea iuſtitia.
m *Præſtitiſti deco. meo vir.* i. imagini tuæ quã habeo ex dono naturæ addidiſti uirtutem gratiæ.
n *Auertiſti fa. &c.* propter elationem meam ex donis tuæ gratiæ.
o *Et fa. ſum con.* propter gratuitatem ſequentis caſus.
p *Ad te Dom. cla.* ut remittas mihi peccata, & allegabo quod ſubditur.
r *Quæ vti. in ſan.* q. d. nulla.
t *Nun. confi. ti. pul.* ſ. corporis incinerati. q. d. non: ideo melius uidetur quòd remittas culpam mihi.
u *Audi.* hic confitetur diuinam clementiam, ut oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant di. Audiuit Dominus me deprecantem.
x *Et miſertus eſt mei.* Per ſuam pietatem.

✱ a Domi-

## NICO. DE LYRA.

¶ a Pſallite Domino. Hic conſequenter alios hortatur ad laudandum Deum de miſericordia ſibi facta di. Pſ. Domino, id eſt vos ſacerdotes diuino cultui deputati & ſanctificati.
b Et confitemini &c. confeſſione laudis, ad quorum confeſſionem cùm dicerent: Memento Domine Dauid. apertæ fuerunt portæ templi, vt dictum eſt Pſal. præcedenti: & ſic omnibus apparuit peccatum Dauid à Deo dimiſſum.
d Quoniam ira. ſ. citò tranſiens. vnde in Hebræo & in tranſlatione Hier. iuxta Hebraicum habetur: Quoniam ad momentum ira eius, & vita in voluntate eius: quia non vult Deus mortem peccatoris, ſed vt conuertatur

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Conſcidiſti ſaccum meum.* Caſſ. Saccus veſtis eſt aſpera in vſum laboris vel tempore triſtitiæ conceſſa, vt Niniuitis.i.caro humana, quæ ſciſſa eſt moriendo, & prodijt frumentum glorioſæ reſurrectionis, vel diuinitatis. Vel pœna peccati, qua in reſurrectione deſtructa prolata eſt diuinitas ante occulta: ſic vt quod ſaccus integer celat, ſciſſus aperit. Auguſt. Saccus de capris vel hædis, mortalitas, quã de peccatoribus Chriſtus traxit vel accepit. vnde, Dum mihi moleſti eſſent induebar cilicio, vt qđ intus erat, non viderent.

b *Non compungar.* Augu. Non moriar iã in finem: Domine Deus in æter. con. tibi. Quid eſt: in æternum confitebor tibi? In æternum laudabo te.

(margin: E; Iona. 3.; Ex ſecunda expoſ. pſ. 29. 10. k.; Pſal. 34. b; Vbi ſupra.; † chorum; † ſileat:)

## NIC. DE LYR.

¶ a *Domi. factus. Inſultus Sathanæ à me repellendo.*

b *Conuer. plan. meum. de peccati commiſſione.*

c *In gau. mihi. de eius remiſſione.*

d *Conſcidiſti ſac. me. veſtem lugubrem deponendo.*

e *Et circun. me læ. Interius conſolando. Hoc autem factum fuit, quando poſt peccatũ Bethſabeæ & Vriæ commiſſum ieiunauit Dauid, & fleuit iacens ſuper terram infirmato paruulo de Bethſabeæ nato. Poſtea mortuo puero ſurrexit de luctu, & mutata veſte lugubri lotus, & vnctus eſt in ſignum exultationis. Cognouit enim peccatum ſuum dimiſſum quantum ad culpam, & pœnæ partem propter peccatum ſuum & pueri mortem.*

f *Vt cantet tibi glo. m. Laude publica & clara.*

g *Et non com. remorſu conſcientiæ meæ & peccati commiſſione: quod cognoui eſſe dimiſſum quantum ad reatum culpæ.*

h *Domi. Deus meus. Quia in patria erit confeſſio laudis diuinæ perfecta. Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Moraliter poſſet exponi pſ. iſte de quolibet fideli, qui reuelatione diuina ſeu probabili coniectura cognoſcit aliquod graue peccatũ à Deo ſibi dimiſſum: propter quod gratias agit collaudando Dei bonitatem, & recognoſcendo ſuam fragilitatem.*

(G)

a ¶ Non dedit ſanctum ſuum videre corruptionem: Quem primogenitum a mortuis conſecuta eccleſia nunc, in dedicatione domus tuæ, dico: Conuertiſti &c.

Dominus fact⁹ eſt adiutor meus.

a ¶ Ita. b ¶ Quo dixi, triſtis eſt anima mea. ¶ Caſ. vel, apoſtolos dolentes, gaudere feciſti.

Conuertiſti planctum meum in

a ¶ Reſurrectionis. b ¶ Velum peccatorum & triſtitiam mortalitatis. ¶ Aug. carnis mortalitatem.

† gaudium mihi, † conſcidiſti ſaccum meum & circundediſti me

a ¶ Cinxiſti ſtola prima.

a ¶ Aug. gloria immortalitatis. b ¶ Non plangat humilitas.

lætitiã. Vt cantet tibi gloria mea.

a ¶ Quia ſemel paſſus. ¶ Augu. conſcientia peccati timore mortis vel iudicij. Et hæc eſt gloria mea, vt in æternum confiteat tibi. quòd nil ex me, ſed omnia ex te, qui es Deus omnia in omnibus.

& non † compungãr: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

## MORALITER.

✱ a *Dominus fa. eſt ad.* Contra Sathan.

b *Conuer. plan. meum.* ſecundum illud Aug. Peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat.

f *Vt can.* i. conſcientia pura. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.

g *Domi. Deus.* Confeſſione laudis: nam in patria eſt laus iuſtis.

*In pſ. 29. Exaltabo te. vbi dicitur in poſtil. Dicunt autem Hebræi.*

## ADDITIO.

¶ Hoc dictum Hebræorum nullam videtur habere uериſimilitudinem, ſicut dictum eſt ſupra in additione ſuper pſ. 23. Nec etiam omnes expoſitores Hebræi hoc dicunt. Nam Rabi Abenhazra, qui magis propriè ſequitur ſenſum literalem, hunc pſ. exponit de dedicatione domus Dauid, de qua licet non legatur facta aliqua ſolennitas, cum illa non erat conſtructa ad ſacra ſeu ſacrificia miniſtranda ueriſimile tamen eſt ut aliqua iucunditas in ſua dedicatione fieret, cùm illa fuit prima domus ad honorẽ regiæ dignitatis in populo Iſraelitico conſtructa. Addit etiam Abenhazra, quòd Dauid per aliquod tẽpus ante prædictam dedicationem ægrotauit, & conualuit, & ſic de utroque gratias agens hunc pſ. compoſuit, ſecundum quam poſitionem ſatis eſt litera applicabilis: Quæ quidem expoſitio magis uidetur admittenda, quam expoſitio Ra. Sa. Tum quia illa præſupponit miraculum de quo debuiſſet fieri mentio. Iſta autem non præſupponit aliquid præter curſum naturalem. Tum quia de remiſſione adulterij, & homicidij ſunt alij pſalmi proprij: unde non eſt neceſſarium, ut circa hoc pſalmus iſte uerſetur.

(F)

## REPLICA.

IN expoſitione pſalmi: Exaltabo te Domine. Burg. præfert Rabi Abenhazra Rabi Salo. Et ſecundum illum exponit iſtum pſalmum de dedicatione domus Dauid, addens quòd Dauid ante illam dedicationẽ ægrotauit & conualuit: & ſic de utroque gratias agens hunc pſalmum compoſuit. Sed hæc expoſitio ea facilitate contemnitur qua probatur. Nulli enim autoritati ſcripturæ innititur: quod eſt argumentum apud Burg. ualde cõe. Nec eſt ueriſimile Dauid domum ſuam dedicaſſe, cum ante & poſt locus fuerit prophanus, in quo actus cultus diuini publicè fieri non conſueuerunt. Nec de ægrotatione & conualeſcentia Dauid ſcripturam allegat. Fundatur igitur illa expoſitio ſuper ſola uoluntate & imaginatione. Etiam non eſt ueriſimile, quòd Dauid fecit pſ. ſingularem hũc de his, quæ contigerunt ſolum ſecundũ curſum naturalem: qualia ſunt illa de quibus dicit Abenhazra, prout uult Burg. Et cùm poſtillator exponit hunc pſalmũ de gratiarũ actione Dauid, pro remiſſione peccati adulterij & homicidij ualde eleganter Burg. inſtat dicens, quòd de illa materia ſunt alij pſ. facti. Vbi reſpondeo quòd non eſt inconueniens de una materia plures eſſe pſ. à Dauid factos, ut patet diſcurrenti per librum pſalmorum.

## GLO. ORDIN.

a *In finem pſ.* Aug. Extaſis, hic accipitur pauor perturbati populi de perſecutione omnium gentium, & defectu fidei per orbem. Caſ. contra pauorem ſpes & oratio præmittitur cum certitudine liberationis & gaudio. Hic pſal. imbecillitatem humanitatis exprimit, & bñficia Dei, vt videns ſe nemo ſuperbiat, videns miſericordiam non paueat. Qui dignatus eſt pro nobis homo fieri, non dedignatur nos transfigurare in ſe, & loqui verbis noſtris, vt & nos loquamur ſuis. Moriturus ergo ex noſtro, nõ in ſe ſed in nobis pauebat. Quòd enim paues, tuum eſt vt te agnoſcas, quòd ſperas, donum Dei eſt. Loquitur Chriſtus in propheta, & membris: vna perſona eſt ſpõſus & ſponſa. vnde Iſaias: Sicut ſpõſus alligauit mihi mitrã, & ſicut ſponſam ornauit me ornamentis. Erunt duo in carne vna, ergo & in voce vna. Auguſt. Prior loquitur redemptor, inde redempti, gratias agentes. Inde diu de perturbatione prophetæ vox imponitur prope finem & in fine. Aug. hic deſcribitur humiliatio Chriſti martyrumque: vnde ſequitur exaltatio.

(margin: In enarratione pſ. 30. 10. 8.; Extaſis quid ſignificet hic.; † vide pſ. 4; Eſa. 61. d; Gen. 2. d; Vbi ſupra.; Vbi ſupra.)

a ¶ Chriſtum. b ¶ Dirigens eſt. c ¶ Loquentis in perſona Chriſti, vel ſua, vel eccleſiæ.

† In finem pſalmus Dauid pro

a ¶ Exceſſu mentis qui fit pauore, vel mente rapta ad ſuperna.

extaſi.

## XXX.

a ¶ Aug. fauor non eſt ſine ſpe. ¶ Non in me.

IN te Domine ſperaui, non confun-

a ¶ Id eſt nunquam, dum mihi vt homini ſimili cæteris inſultatur.

BEati quorum &c. *Huic Pſal.præmittitur talis titulus in Heb. Dauid eruditio:& præponitur litera ל lamed ad deſignãdum , quod Dauid eſt datiui caſus. In tranſlatione Hieron.iuxta Hebręum ponitur ſic: Eruditio Dauid: tamen non mutat ſenſus. Per hoc enim, quod ponitur hic : Eruditio datur intelligi, quòd aliquid profundum fuit ipſi Dauid reuelatum: ſed quid ſit illud, non apparet in ſpeciali ex litera tituli , propter quod variè circa hoc dicitur ab Hebræis doctoribus, & Latinis: & omiſſis alijs accipio vnum modum dicendi,qui videtur mihi magis probabilis, & magis conſonus literæ , & ipſum proſequitur Ra.Sa.Hebræus , videlicet quòd Dauid fecerit hunc pſalmum, quando ſibi fuit reuelatum à Deo dimiſſum ſibi peccatum adulterij cum Bethſabee, & homicidij Vrię, quod non poteſt ſciri ab aliquo niſi per ſpecialem Dei reuelationem, alioquin poſſet ſcire aliquis certitudinaliter ſe habere gratiã, ſine qua non remittitur culpa, q̀ eſt contra illud. Nemo ſcit vtrum amore, an odio dignus ſit . Sciendum igitur , quòd circa dimiſſionem dicti peccati fuerunt plures reuelationes diuinæ. Prima fuit facta ipſi Nathan prophetæ , cui fuit reuelata dimiſſio dicti peccati quantùm ad partem pœnę ipſo Dauid peccatum ſuum humiliter recognoſcente, vt habetur in Reg. Et dixit Dauid ad Nathan : Peccaui domino. Dixitq́; Nathan ad Dauid: Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum : non morieris &c. Mors enim corporalis, quã Dauid meruerat propter humilem confeſſionem ſuam, tranſlata fuit ad puerum de Bethſabee natum:tamen cum hoc prædixit ſibi Nathan, quòd eſſet affligendus temporaliter, & quòd dominus ſuſcitaret contra eum malum de domo ſua, vt ibidem habetur . Et hę reuelationes non fuerunt factæ ipſi Dauid immediatè,quia tunc non erat dignus:poſtea tamen per pœnitentiam,& orationes deuotas meruit, vt ſibi reuelaretur dimiſſio peccati prædicti quantùm ad culpam, & de hoc fecit hunc pſalmum, in quo primò gratias agit de peccati dimiſſione. ſecundò orat, vt preſeruetur à recidiuatione, ibi: Pro hac orabit . Prima in duas : quia primò deſcribit remiſſionis culpę fructum.ſecundò remittendi modum,ibi: Quoniam tacui. Circa primum dicit:*

Eccl.9.a — De dimiſſione peccatorum Dauid fuerunt plures reuelationes. — 2.Reg.12.c — Diuiſio.

a Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. *Quantùm ad culpam. Iſti enim ſunt beati in ſpe, & ſi non adhuc in re. Remiſſio enim culpę non fit niſi per gratiam, quæ eſt quædam arra gloriæ.*

¶ a Et quorum

## MORALITER.

a ✱ *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,&c.* Pſalmum iſtum dicitur Dauid feciſſe, quando totalis remiſſio peccati pro adulterio cum Bethſabee , & homicidio Vriæ fuit ſibi diuinitus reuelata. Moraliter autem eſt oratio pœnitentis, qui reuelatione Dei, vel probabili coniectura ſentit gratia peccata ſibi eſſe dimiſſa.Et primò de hoc gratias Deo agit, dicens : *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Sunt enim beati in ſpe, & ſi non adhuc in re.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Iniquitates. Aug.* Dicit fomitem peccati .ſ. concupiſcibilitatē, quæ ante baptiſmum non tantum pœna, ſed & culpa eſt: nō vtique actualis, ſed originalis: poſt baptiſmum verò pęna eſt, & non culpa. In baptiſmo quidem originale deletur, non vt non ſit, ſed vt peccatum vltra non ſit. *Hieron.* Iniquitates, ante fidem, & baptiſmum: peccatum poſt fidem, & baptiſmū. *Caſſio.* Beatus cui &c. Alijs, qui gratia habent, Deus imputat, aliis per miſericordiam non imputat: & ſi habent aliqua his .ſ. qui non iuſtos ſe prædicant, cum ſint mali, ſed ſe agnoſcētes ſatisfaciūt, modo hoc profiteor, ſed olim: Qm̄ tacui &c. *Aug.* Vel, tacui voce peccatū, dum clamarem tota die: dū pęna peccati, vel interior excęcatio oſtēderet me peccatorem, vel dum praua vita me tacēte clamaret, ſi quid boni egi.

*Concupiſcibilitas quādo culpa & pœna: & quando nō.*

b *Beatus vir. Hier.* Cui remittit Deus, nō enim per ſe. Tegit, ne in iudicio reuelet, & ſic non imputabitur ad pœnam. Nō eſt dolus, qui ſe accuſat: corde tenet qđ ore fatetur hic. *Beatus &c.* quia olim nō confitens Deo, veni in peccatum, dum clamarem, ſi quid boni egi. *Tacui. Augu.* qui non vult confiteri peccata, laborat ſine cauſa in defenſione peccatorum: in quo cùm & iactet merita, amplius deficit fortitudo.

†rugirem

c *Dum clamarem tota die &c. Aug.* Et ſi nō ſit ſibi conſcius quis, non tñ iuſtus: quia delicta quis intelligit. vnde: Eſt iuſtus, q perit in iuſtitia ſua. Et Apoſtolus: Nihil mihi conſcius ſum &c.

†verſus eſt viror (vel ſuccus, aut humor, mens in ſiccitate æſtatis) *Pſal. 18.d Eccleſ. 7.e 1. Cor. 4.a*

d *Configitur ſpina. Caſſio.* Spina quæ totum corpus erigit .i. ſuperbia. *Aug.* Itē eſt ęrūna dum .i. quia. ſpina .i. peccatum: configitur, i. vſque ad conſenſum, & opus, & conſuetudinem ducitur. Vel, ſpina .i. ratione fracta curuior ad terrena. De his ſpinis dictum eſt primo homini: Terra tua germinabit tibi ſpinas & tribulos. Et alibi: Spinæ, & tribuli naſcuntur in manibus temulenti.

† Peccatum. De pœn. diſt. j. cap. fin. *Gen. 3.c* F *Prou. 26.b* † 17. q. 1. qui bona, De pœnit. diſt. 1. c. dixi. & diſt. 3. c. illud. † iniuſtitias meas.

e *Delictum meum.* Diapſal. Confeſſio, vnde venia ſicut ſuprà de tectione inueteratio.

f *Feci cogni. Caſſ.* Dixi enim prius .i. deliberaui apud me. Magna pietas, vt ad ſolam promiſſionem dimiſerit: votū enim pro operatione iudicatur. Nondū pronunciat, promittit pronunciaturum, & Deus iam dimittit: quia hoc ipſum dicere quoddam pronunciare eſt corde: nōdum eſt vox in ore, vt homo audiat cōfeſſionem, & Deus audit.

†inuenienti (.i. opportuno, commodo) † Quippe

g *Pro hac orabit. Caſſ.* Diapſal. pœnitudinem commendans omnibus ſanctis dicit cōmunē, quam varię ſectę reſpuunt: cōtra quas ad Deū refugit. *Aug. Pro hac.* Inde orat oīs ſanctus, quia dimiſiſti: aliter non eſſet ſanctus.

†appropinquabunt

h *Tempore &c. Aug.* Tempus eſt gratiæ, lex premens, conuincens reos, coegit clamare, gratia ſanat.

i *Veruntamen &c. Aug.* Licet ſanctus oret, licet tēpus .o. tamen diffluentes in concupiſcentiis, vel qui ſunt in erroribus diuerſarum ſectarum, vt philoſophi, qui libero arbitrio, Iudæi, qui carnalibus obſeruātiis ſalutem aſcribunt. *Hiero.* Vel, ſanctus orat: in quo notatur habere peccata, ſed tamen dum pęnæ inundabunt in iudicio, non approximabunt ipſæ pęnæ ad eum ſanctum: vt nec aqua ad Noe ſanctus orabit, dicens: Tu es refugium &c.

K *Ad eum. Aug.* Deum. mutat enim perſonam vt ſæpe. Non appropriant, qui dicunt fatum facit peccare: vel fortuna, quę omnia regit: vel gens tenebrarum, quæ Deo rebellat.

a ¶Aug. Vt Deus non videat, i. puniat. ſicut ſequentes Aegyptii tecti ſunt in mari rubro. Nec hoc ſufficit niſi inde caueat ab eo, q̄ De⁹ imputat. i. à criminali.

a iniquitates, & quorū tecta ſunt a

a ¶ Et ſi remiſſis iniquitatibus & tectis peccatis ſit aliquod leuius vt Iob & Nathanael, quos laudat dominus, non imputat.

b peccata. Beatus vir cui non impu b

a ¶Subdit, cui non imputet, in quo non eſt dolus: vt cum ſit peccator, iuſtum ſe prædicet.

tauit Dominus peccatū, nec eſt c

a ¶Quaſi hæc cauſa fuit miſeriæ.

in ſpiritu eius dolus. † Quoniam d

a ¶Confeſſionem de peccatis. ¶Quod non eſſet tacendum. b ¶Interior fortitudo defecit. ¶Si contra feciſſet, innouaretur virtus robuſta in domino. ¶Quia confitendo non agnouit nouitatem.

tacui, inueterauerunt oſſa mea: e

a ¶Præſumptionem de meritis. b ¶Sed ò domine. ¶Dixi quod non eſt dicendum de iuſtitia mea. ¶Aug. quia vindicta tua tetigit me aſſiduè.

c dum † clamarem tota die. Quoni f g

a ¶Aug. Ad humiliandum ſuperbum.

am die ac nocte grauata eſt ſuper

a ¶Aug. Factus ſum miſer. ¶Cognoui miſeriam.

me man⁹ tua: † conuerſus ſum in h

a ¶Aug. puncta eſt conſcientia, ſenſi dolorem, & ſic Delic &c.

d ærumna mea, dum cōfigitur ſpi- i

a ¶Caſ. quod dimiſi facienda .i. quòd tacui peccata. b ¶Per me confitendo.

e na. † Delictum meū † cognitum k

a ¶Quod feci non facienda .i. quod clamaui, merita non abſcondi. ¶ Aug. Quando homo detegit, Deus tegit. Si homo agnoſcit, ignoſcit.

f tibi feci, & iniuſtitiam meam nō l

¶Feci cogn tum & vere.

abſcondi. † Dixi, Confitebor, ad- m n

a ¶Aug. Mihi, non Deo dando: vel naturæ, quod eſt iterum Deo dare. ¶Aug. contra priora agens. b ¶Qui prius contra Deum.

uerſum me † iniuſtitiam meā do o p

a ¶Etiam. b Quod nec Deum credidi. ¶Quod tacere decreui, & male clamaui.

mino, & tu remiſiſti † impietatē

¶Aliàs cordis: a ¶Impietate vel remiſſione.

g peccati mei. * Pro † hac orabit ad q r

a ¶Quia nullus ſine peccato. b ¶Quando venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum. ¶ Hiero. In hac vita vbi licet: ſed cum erunt aquæ inundantes, id eſt anguſtiæ in iudicio.

h te omnis ſanctus in tempore s

i † opportuno. † Verūtamen in di- t

a ¶Aug. In multiplicitate variarum doctrinarum. vna verò doctrina eſt Dei de humilitate cordis. b ¶Deum vel ſanctum ſecundum imitationem.

k luuio aquarum multarū, ad eum u

a ¶Aug. ſed in hoc diluuio quod vndiq; perſtrepit. ¶ Non mea vis vel alius Deus.

non † approximabunt. Tu es re- x

## NICOLAVS DE LYRA.

G

¶ a Et quorum tecta ſunt peccata. *ſ. ipſi Deo: non quia poſſit ei aliquid celari, aut tegi, ſed quia non reſpicit ad vlterius puniendum, ſaltem pœna ęterna: & propter hoc ſubdit:*

b Beatus vir cui non imputauit &c. *Ad ęternaliter puniendum.*

c Nec eſt in ſpiritu eius. *Quia verè pœnitet mente ſicut exterius ore.*

d Quoniam tacui. *Hic conſequenter oſtēditur remiſſionis modus: Et quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: ideo deſcribitur primò remiſſionis impedimentum. ſecundò eiuſdem factiuum, ibi: Delictum meum. Circa primū ſciendum, q impedimētum remiſſionis culpæ eſt eius celatio ſub ſanctitatis ſpecie: propter quod dicitur: Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur. Dauid autem peccatum cum Bethſabee celauit, & propter eius maiorem celationem Vriam occidi fecit, & ſic de peccato in peccatum miſerabiliter ruit, Deo iuſtè permittente, & diabolo operante: & hoc eſt quòd dicit Dauid:* Quoniā tacui &c. *Scelus meum abſcondendo.*

e Inueterauerunt oſſa mea. *Id eſt vires animæ ex peccatorum contradictione, quæ per oſſa deſignantur: in quibus conſiſtit robur corporis, ſicut in viribus animæ robur mentis: maximè in viribus intellectiuis.*

f Dum clamarem tota die. *Iſte clamor non erat confeſſionis peccatorum, ſed anxietas timoris, ne ſuper eum appareret diuinum iudicium in aliqua manifeſta punitione. Ex verecundia enim nō aperiebat peccata ſua faciendo pro eis debita ſacrificia in lege præcepta, quæ pro varijs peccatis variè imponuntur, & ſic meritò formidabat, ne ſuper eum veniret vindicta diuina aperta, & hoc eſt, quòd dicit.*

g Quoniam die, ac nocte grauata eſt ſuper me &c. *Id eſt continuè timui aggrauationem manus tuę ſuper me.*

h Conuerſus ſum in ęrumna. *ſcilicet contritionis. Ad verbum enim Nathā prophetę fuit contritus, & confeſſus peccatum uerecundia depoſita, vt habetur in Reg.* H

K Delictum. *Hic conſequenter ponitur id, quod eſt remiſſionis culpę factiuum, quod eſt humilis, & vera confeſſio, quam fecit Dauid ad verbum Nathan prophetę, vt dictum eſt, & hoc eſt, quod dicit:* Delictum etc. *Per veram cōfeſſionem, & ſatisfactionem, & ſacrificiorum oblationem.*

l Et iniuſtitiam meam etc. *Poſt Nathan reprehenſionem.*

m Dixi. *Id eſt firmiter propoſui, & opere impleui.*

n Confitebor aduerſum me &c. *Modo prædicto.*

o Et tu remiſiſti. *Per gratiam tuam.*

p Impietatem peccati mei. *quātum ad culpā.*

q Pro hac orabit. *Hic conſequenter Dauid orat, vt preſeruetur à recidiuo, & primò facit quod dictum eſt, ſecundò ponit monitionem erga alios, ibi:* Nolite fieri. *Circa primùm dicit ſic: Pro hac, ſcilicet re, quæ poſtea ſubditur: vnde & in tranſlatione Hieron. habetur: Pro hac orat &c.*

r Orabit ad te &c. *i. à culpa perpetrata per te emendatus.*

s In tempore oportuno. *Quod eſt tempus remiſſionis culpę: tunc enim ſunt preces exaudibiles, quia in gratia factę. Et pro quo tunc ſit orandum, ſubditur, cùm dicitur,*

t Veruntamen in diluuio &c. *i. tentationum vehementium.*

u Ad eum non approximabunt. *ſcilicet peccata per peccati recidiuum: De hoc debet orare Deum omnis emendatus à peccato: & ſic orabat Dauid: ideo ſubdit.*

x Tu es refugium meum à tribulatione, &c. *In adulterij, & homicidij perpetratione.*

a *Intellectum* ¶ a Exultatio

## MORALITER.

*Prou. 10.b*

* a *Et quorum tecta ſunt peccata.* Non diuinæ cognitioni, ſed eius punitioni. Vniuerſa delicta operit charitas.

b *Beatus vir, &c.* Quia dedit ei gratiam ſatisfaciendi pro eo.

c *Nec eſt &c.* Hypocriſi peccata celando. ideo ſubditur:

d *Quoniam tacui &c.* i. tempore, quo peccata celaui vires animæ incurrerunt putrefactionem peccati.

f *Dum clama. &c.* intus ſynderesi peccato remurmurante.

g *Quoniam die ac nocte &c.* Quoniam ex cōtinuatione peccati aggrauatur pœna diuinitus infligenda, & ex huius conſideratione.

h *Conuerſus ſum in ęrumna.* i. ad cogitandum de miſeria mea.

i *Dum configitur ſpina.* i. aculeus conſcientiæ. propter quod

K *Delictum meum cognitum.* i. confeſſori locum tuum tenenti.

o *Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.*

q *Pro hac &c.* ſ. pro ſua iuſtitia abſque recidiuo conſeruanda.

s *In tempore opportuno.* quod eſt totum tempus uitæ ſuæ. Oportet ſemper orare, & non deficere,

t *Veruntamen in &c.* q. d. pro certo: ſi ſic fecerit inundatio tentationum ipſum non abſorbebit: quia conuertet ſe ad Deum, dicens:

x *Tu es refugium &c.* i. tu es Deus, in quo exultare ſpero.

h Con- * Erue me



a *Intellectum tibi dabo. Aug.* Diapſalmus. Reſpondetur pœnitenti: Intellectum tibi dabo &c. Ecce pſalmus intelligētiæ, ne putetur ſupplicans negligi teſte Deo. Tu erue. *Caſſiod.* Qui promiſiſti, intellectum tibi dabo. Vel, reſpondet Chriſtus pœnitenti. *Caſſiod.* Lætus finis, dat Deus intellectum: vnde alios adhortatur ad idem.

A

b *Nolite fieri ſicut equus & mulus, &c. Aug.* Accepto intellectu, conuertit ſe iſte pœnitens ad ſuperbos peccata defendentes: ergo vos quos inuito &c. Equus, Gentilis indomitus. Mulus Iudæus piger ad credendum. *Caſſiod.* Equus, ſine diſcretione ſeſſorem. Mulus, quælibet onera accipit, & ita neutri eſt intellectus: vel illi ſeſſoris, vel huic, oneris. Prohibet ergo homines à diabolo inſideri, & vitiis onerari: alioquin equus freno, mulus chamo arceatur. Quòd ſi noluerint, ò Deus ſac illis, quod mihi feciſti, maiori, & minori tribulatione cōſtringe maxillas, id eſt iactantiam de viribus ſuis. *Caſſiod.* Vel, maxillas quibus mandūt, id eſt parcius da victualia, vt neceſſitate coacti redeant. *Aug.* Vel hic conſtringes, & in futuro erunt multa flagella. Vel, Nolite fieri ſicut equus, qa multa flagella hic & in futuro.

c *Qui non approximant ad te. Caſſio.* Sunt enim qui ſi peccant carnis imbecillitate, à piis precibus non recedunt.

d *Multa flagella peccatoris, &c. Aug.* Poſt frenum adduntur flagella ad domandum, ne ſit de illis impunitis, quibus modo vaga datur licentia viæ ſuæ: ſic iſte ſuprà dixit ſe domitum.

e *Lætamini in domino, & exultate iuſti.* Tacitæ mentis ſuauitate mulceri, eſt lætari. Concitati animi feruore gaudere, eſt exultare.

a ¶Aug. Huius ſeculi, vel peccatorum.

fugium meum à † tribulatione † quę

a ¶Spe futuri boni. b ¶Et quia parcis. ¶ Aug. Quia quamuis gaudeam in ſpe, tamen adhuc ſum in malis.

circundedit me, exultatio mea † erue a b

a ¶Peccatis meis. b ¶Aug. Vt te cognoſcas, & gaudeas in ſpe. ¶Aug. Vt ſcias quod omnia ex gratia.

a me à circundantibus me. * Intelle- c

a ¶Aug. ne aberres. b ¶Caſſ. quaſi inermem gladio.

ctum tibi dabo, † & inſtruam te in d e

a ¶Scilicet Dei. b ¶Sine errore c ¶ Non auferam a te poſtea oculos meos. ¶ Ne quis noceat. ¶ Quanta gloria patientis.

via hac qua gradieris: † firmabo ſu- f

a ¶Quia tu ſemper leuas oculos ad me. ¶ Qui prius peccator, iam conuerſus efficitur prædicator. b ¶Superbi.

b per te oculos meos. Nolite fieri ſi- g

a ¶Erecta ceruice. ¶Non ſunt humilis bos ſicut ille, qui agnouit poſſeſſorem ſuū. b ¶Stolidi & pigri.

cut equus & mulus, quibus non eſt h

a ¶Quid enim tales patiuntur. ¶Caſſ. Sicut animalia donec viam tenent, frœna patiuntur & flagella. ¶ Aug. Si non habes ſeſſorem, o, quo iactas merita, & taces peccata, conſtringetur.

intellectus. In chamo & freno ma- i

a ¶Verba Chriſti ad patrem. b ¶Et nolentes conuerti, conſtringe.

c xillas eorum conſtringe, † qui non k

d approximant ad te. † Multa flagel- l

a ¶Qui omnia gratiæ dat, vel dant.

la † peccatoris: † ſperantem autem m

a ¶Aug. Lex in flagellis, miſericordia in conſolationibus. b ¶Caſſ. Vndiq; ne ſit locus hoſti.

in Domino miſericordia circunda- n

a ¶Ergo. b ¶Qui prius in vobis. c ¶In domino.

e bit. Lætamini in Domino, & exul- o p

¶Quare? quia iam prius peccatores. a ¶Non meritis, ſed gratia, qui b ¶Etiam in tribulationibus. c ¶Quia ei ſubditi.

tate iuſti, & † gloriamini omnes q

recti corde.

dire cum diligentia, qui enim vult diligenter cuſtodire rem aliquam, habet attentos oculos ſuper ipſam. Et ſi quæritur, vbi dixit iſta dominus Dauid: Poteſt reſponderi quòd hęc dixit, vbi dicitur ſic: Ego tuli te de paſcuis &c. & ſubditur: Et fui tecum in omnibus vbicunque ambulaſti. Et 1. Paralip. eadem dicuntur.* C

*2. Reg. 3.b* *1. Par. 17.b*

g Nolite fieri ſicut equus & mulus. *Hic conſequenter Dauid circa alios facit monitionem, vt caueant à peccatis: quia boni principis eſt non ſolum cogitare de ſe, ſed etiam de ſua gente. & primò facit ſuam monitionem. ſecundò ſubdit retributionem, ibi: Multa flagella. Circa primum dicit:* Nolite fieri ſicut equus & mulus. *i. ſequentes appetitum ſenſitiuum viuentes vita brutali.*

†cuſtodies me: & clamoribus liberationis circundabis me (i. canam, & annunciabo, qui me liberaueris) † redimis * Sela, infra pſal. 2. †conſulam tibi oculo meo

h Quibus non eſt intellectus. *Quaſi dicat, hoc nulla culpa eſt in brutis animalibus: quia non habent intellectum, per quem poſſint refrenare appetitum ſenſitiuum. Sed in hominibus rationem habentibus eſt hoc valde culpabile: quia per rationem poſſunt appetitum ſenſitiuum refrenare. Et ideo de hominibus appetitum ſenſitiuum ſequentibus Dauid deprecatur Deum dicens:*

i In chamo, & freno maxillas eorum conſtringe, &c. *i. eos qui nolunt obedire tibi, ſicut equus indomitus, pœnis, & laboribus eos affligе: ita quòd pœna dante eis intellectum obediant tibi ad nutum, ſicut frequenter legitur in libro Iudicum, quòd filij Iſrael Deo recalcitrantes per idololatriam tradebantur in manus affligentium eos, & ſic reuertebantur ad verum Dei cultum.*

l Multa flagella peccatoris. *Hic conſequenter ponit ſuę monitionis retributionem, dicens:* Multa flagella, &c. *id eſt multę pœnæ peccatoribus obſtinatis in inferno ſunt reſeruatæ, ſecundùm illud: Vbi enumeratis multis flagellis dicit: Nonne hęc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore, &c.*

†ne appropinquet, (vel cum non vult appropinquare) † Multi dolores impio. *Deut. 32.e*

m Sperantem autem in Domino, &c. *Spe debita, quę eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia, & meritis proueniens.* D

n Miſericordia circumdabit. *In futura beatitudine, in qua ex Dei miſericordia circumquaque habebit materiam letitię. Supra ſe, in viſione diuina: Infra ſe, videndo infernum, & tormenta, quæ euaſit ex Dei gratia. Circa ſe, ex ſanctorum, & angelorum ſocietate grata, & ideo in fine pſal. excitat iuſtos ad laudem Dei dicens:*

## NICOL. DE LY.

B

¶ a Exultatio mea. *Relaxando culpam: quia ſicut commiſſio culpæ eſt pœnitentibus cauſa triſtitiæ, ita eſt remiſſio cauſa lætitiæ.*

b Erue me à circundantibus me. *Id eſt à dæmonibus quærentibus me impellere ad recidiuum: ſecundùm quod dicitur. Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret.*

c Intellectum tibi dabo. *Secundum Hebræos hoc allegat Dauid pro cauſa, qua debebat eum præſeruare à culpa: & coniungitur ſic literæ præcedenti:* Erue me à circundantibus me. *Id eſt à dæmonibus me tentantibus: quia dixiſti mihi:* Intellectum tibi dabo, *ad cognoſcendum agenda.*

d Et inſtruam te in via hac qua gradieris. *Ad vitandum vitanda.*

f Firmabo ſuper te oculos meos. *Sicut ſuper rem, quam volo cuſtodire*

o Lætamini in Domino. *Gaudio interiori.*

p Et exultate iuſti. *Gaudio exteriori, quæ exultatio dicitur quaſi extrà ſaltatio, inquantum gaudium mentis prorumpit exterius in vocibus diuinæ laudis.*

q Et gloriamini omnes recti corde. *Quia ſecundùm quod dicit Apoſtolus ad Corinth. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Hæc eſt enim recta gloriatio, quando conſcientia non remordet de graui peccato.* *2. Cor. 1.c*

## MORALITER.

b * *Erue me à circundantibus me.* Id eſt à dæmonibus mihi inſidiantibus. Impij in circuitu ambu. Et ſubditur domini reſponſio.

c *Intellectum tibi dabo.* Ad proſequendum bonum, & fugiendum malum.

e *In via hac qua gradieris.* ſ. præſentis vitæ.

f *Firmabo ſuper te oculos meos.* Ne deuies à rectitudine iuſtitiæ. Et quoniam ſic directus, bonum proximi deſiderat, alios ad bonum excitat, dicens:

g *Nolite fieri ſicut equus & mulus, &c.* Sequentes impetum appetitus ſenſitiui, & de obſtinatis in malo clamat ad Deum, dicens:

i *In chamo, & freno maxillas eorum conſtringe, &c.* Id eſt virtute tuæ potentiæ ne aliis noceant.

K *Qui non approximant ad te.* Per obedientiam, ſed rebellant: de quibus ſubditur:

l *Multa flagella peccatoris, &c.* Quæ ſibi reſeruantur in inferni pœnis.

m *Sperantem autem in Domino, &c.* Spe ex gratia & meritis proueniente.

n *Miſericordia circumdabit.* Ita quòd caterua dæmonum ei præualere non poterit: ideo concluditur.

o *Lætamini in Domino, &c.* Non in mundo.

q *Et gloriamini omnes recti corde.* De certa præmij cœleſtis expectatione.

*In pſal. 31. Beati quorum. vbi dicitur in poſtilla: Accipio vnum modum dicendi, qui videtur mihi magis probabilis.*

## ADDITIO

¶ Iſte modus dicendi quem inuenit Rabi Salomon, non videtur rationabilis: Tum quia ſi Dauid in hoc pſalmo tractaret de caſu qui ſibi occurrerat, rationabiliter videretur, quòd hoc expreſſiſſet in titulo, ſicut in quamplurimis aliis pſalmis de ſe tractantibus hoc fecit: vt patet diſcurrenti per titulos. Tum quia litera huius pſal. bene poſſit applicari communi ſtatui pœnitentium & confitentium, ſecundum vniuerſalem conſiderationem, & ſic materia pſalmi eſt dignior, quàm ſi particulariter de Dauid loqueretur. Bonum enim ſecundùm Philoſophum. Quantò vniuerſalius tantò diuinius. Tum quia Dauid certificatus fuit de dimiſſione peccati, adulterij, & homicidij per Nathan prophetam, qui ex parte Dei ſibi dixit. Dominus quoque peccatum tuum tranſtulit &c. Quod verbum intelligendum eſt de dimiſſione culpæ, quomodo Dauid confitebatur, dicens ſibi: Peccaui Domino? De neceſſitate enim incumbit cuilibet credere prophetæ Domini, & ſic fundamentum Rabi Salomonis non valet, vnde in hoc pſalmo principaliter videtur Dauid intendere ad commendationem contritionis, & confeſſionis, ſimiliter & ſatisfactionis, quæ ſunt partes integrales pœnitentiæ: vnde & hic pſalmus meritò vnus de pœnitentialibus nominatur.

*Ariſ. 1. Eth.* *2. Reg. 12.d* *Deut. 18.c.d*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E Circa quod primò oſtendit indigẽtiam remiſſionis peccatorum reſpectu omnium in communi, dicens: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates &c. Non enim dixit: Beati, in quibus non inuenitur peccatum: nam in omnibus de communi lege inuenitur: quia. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus. (1.Ioan.1.c.) Sed dicit: Beati quibus remittuntur, & ſic apparet neceſſitas pœnitentiæ quò ad homines in communi. Hoc etiam oſtendit, cùm dicit: Et quorum tecta ſunt peccata. Non enim dixit: quorum nulla ſunt peccata, quia tales communiter minimè reperiuntur: ſed dicit: Quorum tecta ſunt, id eſt peccata, quæ in eis fuerunt, ſunt tecta, acſi non videantur. Similiter cùm dicit: Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum, idem oſtendit.q.d.licet habuit, non tamen ei imputatur à Deo. Et in his tribus modis Pſalmiſta loquitur more humano, Homo enim quandoque parcit ſimpliciter remittendo offenſam, quàm ſibi ſcit eſſe illatam, nulla recompenſatione, vel vindicta interueniente, & de hoc dicit: Quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Quandoque autem quia offenſa illata alicui eſt occulta, idcirco non punitur: quia ea quæ non apparent, idem eſt ac ſi non eſſent ſecundum iuriſperitos: & de hoc dicit: Quorum tecta ſunt peccata. Quandoque verò homo offenſam ſibi factam dimittit, quia non curat de ea in modico eam reputãs: quia quod modicum eſt quaſi nihil eſſe videtur ſecũdùm Philoſophum: (Philoſophus.) & de hoc dicit: Cui non imputauit Dominus peccatum. Sed quia de iſtis tribus modis primus non competit Deo, quia eſſet contra eius iuſtitiã immenſam, ſecundum quam nullum malum debet eſſe impunitũ. Secundus modus etiam ſibi non competit: quia eſt contra eius infinitam ſcientiam, ſecundum quam omnia ſunt nuda, & aperta ante oculos eius. Idcirco de tertio modo tantùm eſt agendum, ſecundum quem quandoque Deus non imputat peccata homini, ea reputans minima, & hoc ratione pœnitentiæ: ſecundum quam homo verè pœnitens, & ſe accuſans eius peccatum minimè reputatur à Deo. (Luc.18.c) Iuxta illud de Publicano qui ſe accuſans deſcendit iuſtificatus in domum ſuam. Et hoc eſt quod ſequitur immediatè. Nec eſt in ſpiritu eius dolus, vbi gloſſa quærit: Cui non imputauit Dominus peccatum? & reſpondet: Illi ſcilicet in quo non eſt dolus: quia ſe accuſat cùm ſit peccator: corde tenet quod ore ſatetur: hæc in gloſſa.

Conſequenter ſecundò oſtendit, quòd non ſufficit peccatori nõ habere dolum in ſpiritu, ſic quòd in ſpiritu accuſet ſe: ſed requiritur oris confeſſio, ſine qua non ſit dimiſſio peccati commiſſi: ſed potius augmentatur culpa, ſi confeſſio oris indebitè differatur: vnde dicit: Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea: hoc eſt quia tacui confeſſionem, inueterauerunt oſſa mea: id eſt interior fortitudo F mentis, quæ oſſa quandoque dicitur in ſcriptura, vt in pſalmo. (Pſal.37.a) Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum, Cui taciturnitati pernitioſè plerumque aſſociatur clamor peruerſus, & hoc eſt, cùm peccator non ſolùm non confitetur ſe peccatorem, ſed potius clamat, iactando ſe de iuſtitia. vnde ſequitur: Dum clamarem tota die. vbi gloſſa: Tacuit enim quædam, & quædam non tacuit. Tacuit confeſſionem, & clamat præſumptionem: ſicut ille qui ſana membra medico oſtendebat, & vulnerata tegebat: & ideo non fuit curatus, ſed inueteratus, ſicut Phariſæus qui dicebat: (Luc.18.b) Non ſum ſicut cęteri homines &c.

Conſequenter tertiò oſtendit quomodo ad contritionem, & cõfeſſionem peruenit, dicens: Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua &c. Cuius ſenſus eſt: nam peccatores huiuſmodi, ſcilicet qui peccata tacent, dum clamant falſam iuſtitiam, vt plurimùm non deueniunt ad contritionem, & confeſsionem pœnitentialem, niſi prius humilientur per aliquam afflictionem, iuxta illud: (Eſa.28.e) Tantummodo ſola vexatio dat intellectum auditui. Ideo Pſalm. in perſona talis peccatoris ad Deum dicit: Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, ad humiliandum me ſuperbum: ideo conuerſus ſum, id eſt contritus. In ęrumna mea, id eſt in anxietate mea. Dum configitur ſpina, id eſt dum compuncta eſt conſcientia: cuius conſcientiæ remorſus, ſpinæ interius fractæ, ſeu fixæ aſſimilatur: tunc enim ſenſi dolorem contritionis, & inueni meam infirmitatem. & ſic: Delictum meum cognitum tibi feci: hoc eſt dicere, ſic conuerſus ſum in ęrumna, & in compunctione conſcientiæ de vno oppoſito ad aliud, vt qui prius tacebam delictum meum, nunc cognitum tibi feci. Et iniuſtitiam meã. i. merita mea falſa quæ clamabam: Non abſcondi. i. non operui, ſed aperui per veram confeſſionem. vnde ſequitur: Dixi, confitebor aduerſum me &c. In quo verſu notanda ſunt aliqua verba.

Primò cum dicit: Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam. Sunt enim aliqui, qui confitentur iniquitatem ſuam, ſed non aduerſus eos, ſed quandoque aduerſus Deum, dicentes: Deus voluit hoc fieri, quandoque aduerſus conſtellationes ſyderum, dicentes: Stellæ mihi fecerũt, vel diabolus me decepit, & huiuſmodi. iuxta illud: (Pſal.140.a) Ad excuſandas excuſationes in peccatis, quæ omnia excludit Pſal. dicens: Confitebor aduerſus me iniuſtitiam meam, quaſi diceret: Ego ſum qui peccaui, non fatum, non fortuna, non diabolus me coegit: ſed ego perſuadenti conſenſi. Hæc in glo.

Secundò notandum eſt, cũm dicit: Tu remiſiſti impietatem peccati mei, quod videtur referendum ad culpam. In peccato enim cõſideratur culpa, quæ eſt impietas peccati, quaſi ratio formalis ipſius: conſideratur etiam pœna debita, quæ peccatum quãdoque dicitur, vt ij. Corinth. v. in fi. vnde dicit: Remiſiſti impietatem peccati: quia G in vera pœnitentia culpa, quæ eſt impietas peccati, totaliter remittitur, non autem pœna peccati remittitur ex toto.

Conſequenter quartò vt oſtenderet hanc remiſſionem eſſe de communi lege neceſſariam etiam ſanctis, qui in terra ſunt, cum dixiſſet: Et tu remiſiſti impietatem &c. ſubdit: Pro hac ſ. remiſſione peccati. Orabit ad te omnis ſanctus. vnde gloſſa: Inde enim eſt ſanctus, quia dimiſiſti: quia aliter non eſſet ſanctus, nec oraret, quia omnes ſunt peccatores, & egent gratia Dei. Hæc in gloſa. Quæ intelligi debet de communi lege: Quæ quidem oratio, vt digna ſit exaudiri, facienda eſt: In tempore opportuno. ſ. in ſtatu gratiæ: cum qua quidem oratione ad hoc quod ſit efficax, requiritur vigilantia, per quam etiam ſanctus dum in hac vita exiſtit, abſtineat ſe ab affluentia carnalium: ſecundum illud Saluatoris. Vigilate, & orate. Vnde ſequitur: Veruntamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabũt. q.d. licet ſanctus oret, licèt tempus ſit opportunum, tamen diluuium aquarum. ſ. concupiſcentiarum ad eum. i. ad ſanctum, non debent approximari, ſecundùm imitationem, ſeu indebitam adhæſionem. Et qualis ſit oratio ſancti ad propoſitum pertinẽs declarat, cùm ſubdit: Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me &c. hoc eſt dicere: Tu qui ſolus es refugium meũ, erue me ab impugnationibus carnalium voluptatum, & errorum, qui in hac vita communiter circundant.

Cõſequenter quintò Deus reſpondet pœnitenti, & oranti, dicẽs: Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris. q.d. licet ego ſum refugium tuum, tamen oportet, ꝙ vtaris intellectu tibi dato naturaliter, ſimiliter inſtructione diuinę legis tibi tradita. & ſic: Firmabo ſuper te oculos &c. i. dabo tibi gratiam perſeuerantiæ, per quam homo firmatur in bono. Et ad declarãdum quomodo homo vti debeat naturali intellectu, ſubdit: Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus. Animalia enim bruta ſequuntur paſſiones carnales ſine aliqua moderatione rationis, quod in hominibus eſt maximè vitioſum: vnde etiam Philoſophi tales increpant, tãquam vitam pecudum eligentes. Similiter ad innuendum, quòd homo debet inſtrui in hac via qua graditur inſtructione diuinæ legis, ſubditur: In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, &c. Pręcepta enim diuina ad moderationem humanorum actuum bene cõparantur chamo, & freno reſpectu brutorum: quia dirigũt actus humanos prohibendo, & præcipiẽdo, ſicut ſeſſor dirigit equum in via recta per chamum, & frenum. vnde bene ſubdit: Qui non approximant ad te: hoc eſt dicere, quia præcepta diuina conſtringẽtia actus humanos ſunt neceſſaria iniuſtis: non autem iuſtis, quibus lex non eſt impoſita. Vnde dicit: Qui non approximant ad te. i. ſanctum orantem in tempore opportuno, cui Deus ſic alloquitur. Vnde ſe- H quitur: Multa flagella peccatoris, quia ſunt multi ſic à recta via deuiantes, quibus non ſufficit chamus, & frenum præceptorum, ſed requiruntur ſuper hoc flagella correctionis, vel finalis punitionis. Sperantem autem in Domino miſericordia circũdabit, ſcilicet ſperantes ſpe formata. Miſericordia circumdabit, hoc eſt gratia gratificans, quæ miſericorditer datur, & vndique tuetur.

Conſequenter ſextò vt omnia prædicta Deo attribuantur, nõ meritis, finaliter concludit: Lætamini in Domino. ſ. attribuendo Deo iuſtificationem veſtram, potius quàm propriis meritis.

## REPLICA.

BEATI quorum &c. quem pſal. poſtillator exponit ad literam, de Dauid pęnitentia pro peccatis adulterij, & homicidij: & ſic Dauid in hoc pſal. dat exemplum verè pœnitere volentibus. Burgẽ. qui in principio ſui correctorij promiſit velle proſequi ſenſum literalem, ab eo longè recedit motus debiliter. Primum, quia dicit tit. huius pſal. expoſitioni poſtil. non conſonare. Secundò, quia dicit hunc pſal. de communitate pęnitentium non de ſolo Dauid exponi debere ex eo motiuo: quia bonum de quanto communius, de tanto diuinius: quaſi communitas peccatorum ſit aliquid magis bonum, quàm vnus peccator. Tertiò, quia dicit Dauid certificatum per Nathan prophetam de remiſsione peccatorum prędictorum: quaſi per hoc volens innuere, ꝙ ideo Dauid in hoc pſal. ſe formam pęnitentibus dare non debuerit, vel potuerit. Patent autẽ illa duo vltima fore irrationabilia, quia & ſi per Nathan fuerit ſibi denunciata remiſsio, quoad reatum culpæ, nõ tamen pœnæ: quinimmo iſdem Nathan prædixit pęnam reſeruatã. Nunquid igitur debuit ſe præbere formam & exemplum pęnitẽtibus. Primũ, gratias agendo pro dimiſsione culpæ, deinde ſe humiliando pro relaxatione pœnæ debitæ, quemadmodum facit, vt clarè litera huius pſal. oſtendit. Irrationabile quoq; eſt dicere plures peccantes vno peccatore exiſtere quid diuinius, vel expoſitionem de pluribus magis eſſe diuinam, maximè quando expoſitio de vno exemplariter applicatur ad alios. Primum autem motiuum Burgen. eſt omnino falſum: nam titulus huius pſal. ad Hieron. ex Hebraica veritate tranſlatus eſt ille: Eruditio Dauid: & ſecundùm glo. magiſtralem intellectus Dauid, vt ex titulo detur intelligi, quomodo Dauid in hoc pſal. velit oſtendere ſe eruditum in modis verè pœnitentiæ, & in modis eiſdem alios erudire. Eruditio enim actionem & paſsionem ſignat, ſicut alia nomina verbalia. Patet igitur Burgen. irrationabiliter poſtillatori irrationabilitatem impoſuiſſe.

*In finem*



A a *In finem pſalmus Dauid. Caſsiod.* Hic propheta potentiam & facta Dei enumerat, & ſic ad laudem Dei inuitat. Primò iuſtos & rectos monet laudare, quia exultare in illo niſi laudando non poſſumus: rectos, inquit, decet collaudatio.

## GLOS. ORDINARIA. PSALMVS XXXII.

*Exultate iuſti in Domino. Aug.* Curuus laudat Deũ, quãdo ſibi bene eſt, blaſphemat quando malè: rectus ſemper vt Iob. *Recti corde. Aug.* Non reſiſtentes Domino. Praui corde ſunt, qui dicunt Deum vel non eſſe, vel iniuſtum, vel negligere, hic cũ vident malos florere, bonos pati. Recti ſunt, qui dirigunt cor ſecundũ voluntatem Dei, quam ſuæ pręponunt, vt & Chriſtus docuit: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis: transfigurans in ſe ſuos, vt & ibi: Saule Saule quid me perſequeris?

c *In cithara. Aug.* Ab inferiori ſonat & ex terra eſt. vnde laudemus. i. proſperitas & aduerſitas, q̃ ab eo ſunt nobis.

d *In pſalterio.* Dum attendis ſuperiora, quæ tibi dedit, cœleſtem doctrinã. Per citharam caro, per pſalteriũ charitas intelligitur: ad quæ decem præcepta legis pertinent. Tria in prima tabula ad Deum, ſeptem in ſecunda ad proximum.

e *Cantate ei. Caſſ.* Quaſi, quid plus dicã: de incarnatione ſpecialiter lętamini.

f *Canticum nouum.* Quia nõ ſufficit niſi abundet iuſtitia veſtra plus, quàm ſcribarum & Phariſęorum. Cantate canticum nouum. de incarnatione, de qua mundus exultat, de qua angeli cantauerunt.

B g *Quia rectum eſt verbum Domini.* Modum laudis expoſuit: nunc cur ſit laudandus.

C h *Et omnia opera eius. Aug.* Ne quis putet ſe meritis ad fidem veniſſe, cùm in fide ſint omnia opera, quæ diligit Deus. i. remunerat. *Aug.* Omnia opera eius in fi. Quia non niſi in fidelibus operatur. vnde: Fides tua te ſaluum fecit. (Matth.10.) Vel, omnia opera ſunt recta. i. quæ præcepit operari ſunt recta ex ſe, quod patet poſitis in fide. Vel omnia opera quæ diligit, & remunerat, ex fide procedunt, quę fides quia à Deo, & omnia opera bona ſunt à Deo: ideo quoq; ex dilectione noſtri fecit miſericordiam, vocando, iuſtificando. Et inde in futuro, qa ibi malis & bonis retribuet. *Aug.* Caue ne amiſſo iudicio ſis pauperum mala cauſa miſericors. vnde: Non accipies perſonam pauperis in iudicio, cuius ſi parcis ſaccello, percutis cor: qa remanet iniquus, & ideo nequior, qa iuſtum fauere ſibi videt.

i *In fide.* Quaſi in exterioribus, ſi cauſa iuſtitiæ fuerit fidelis, interiorem fidem adiiciet ille, quem nõ cognoſcẽs timuit. vnde quis nõ dabit ei quę ſua ſunt, qui in alieno fidelis fuit? *Aug.* Fidelis eſt Deus dans homini quod promiſit. Fidelis eſt homo credens promittenti: ex promiſſo verò Deus eſt nobis debitor.

K *Terra. Aug.* Eccleſia vbiq; terrarũ.

l *Verbo Domini &c.* Ideſt ſapientia Dei patris. Cœli, Apoſtoli inſtructi ſunt plenè, cum eo etiam corporaliter conuerſando: & poſt omnis virtus eorum habita roborata eſt ſpiritu filij, per cęlos firmatos congregat, & conſolidat ĩ vnitate fidei, ſpei, & charitatis. Vter eccleſia in qua eſt caro mortua. Etiã abyſſos. i. profundos tenebris vitiorũ, ponit inter eos, qui ſunt theſaurus, vnde alios ditat ſapientia. *Aug. Terra.* Cęli nõ indigent miſericordia, vbi nulla D eſt miſeria.

In finem pſal. Dauid XXXII.

a ¶Et in aduerſis. b ¶Iniuſti in ſeculo quod perit. ¶Non in vobis. ¶In quo nil diſplicet eis.

b EXultate iuſti in Domino, † rectos decet

a ¶Laudat qui ſubditus eſt Deo: aliter diſtortus eſt.

a ¶Propter vnitatem eccleſiæ. b ¶Hoc modo laudandum. ¶Exultantes laudare hoc modo: Confitemini &c. & poſt cauſam laudis ſupponit: Quia rectum eſt verbũ Dñi.

collaudatio. Confitemini Domino c

a ¶Exhibete corpora veſtra hoſtiam viuã Deo, mortificando carnem cum vitiis, & concupiſcentiis. b ¶Seruiant membra charitati: vbi tria, & ſeptem præcepta in quibus tota lex pendet. & prophetæ.

c d in cithara, in pſalterio † decem chor d

a ¶Aug. Non lingua tantùm, ſed & vita.

e f darum pſallite illi. Cantate ei can- e

b ¶Exuite vetuſtatẽ, quia non niſi ad nouos pertinet nouũ teſtamentum. ¶Gratiæ Dei. a ¶Operibus.

ticum nouum, bene pſallite ei in vo

a ¶Si quæris: Quomodo bene? ¶Ecce. ¶Ineffabili, vt non poſſit verbis dici, quod intelligitur. hoc decet ineffabilem. In lætitia. b ¶ Ecce cauſas cur ſit laudandum. c ¶Aug. In omnibus nullum fallit.

g ciferatione. Quia rectum eſt ver- f

a ¶Lex.

h bum Domini, & omnia opera eius g

a ¶Fideia. ¶Aug. Nihil promittit & non reddit. quia Dilig miſer. & iuſtit. ¶Quidam tacent: quod non diligunt. b ¶Et. ¶Hic. ¶Sæpe enim ficit. c ¶ Aug. quam modo prærogat.

i in fide. Diligit † miſericordiam & iu h

a ¶Aug. Quo exigit prærogata, ¶In futuro. b ¶Miſericordiam diligit: quia. c ¶Non à ſe. d ¶Vbique euangelium prædicatur, vbiq; ſalus, vbique peccata dimittuntur hominibus.

dicium: miſericordia Dñi plena eſt

a ¶Sed quomodo hoc? ¶Filio. b ¶Patris. c ¶ Iuſti. ¶Apoſtoli.

k l terra. Verbo Dñi cęli firmati ſunt, i

(Margin: † recti ſpul chra eſt laus (vel, rectis ornamẽto eſt dum collaudant) Ibidem. Prou. 18. a † & decachordo)

## NIC. DE LY. PSAL. XXXII.

EXultate iuſti in Domino, *Huic pſal. non præmittitur titulus aliquis in Hebręo, propter quod dixerunt aliqui, ꝙ non eſt pſal. diſtinctus à pręcedenti: & occaſione huius dicti reſpexi tres Biblias Hebraicas, & tres libros Hebraicos editos ſuper librum pſalmorum, & in omnibus inueni hunc pſal. diſtinctum à pręcedenti, non ſolũ in ſignatione per ſpatium vacuum inter duos pſal. ſed etiam in quotatione, quia iſte pſal. apud Hebręos quotatur 32. pręcedens autem 31. & eodem modo in tranſlatione Hiero. iuxta Hebręos diſtinguitur à pręcedenti per literam magnam capitalẽ in principio. & per quotationem: quia hic pſal. ab eo quotatur 32. & præcedens 31. Item Hiero. in prologo libri pſal. facit mentionem de pſal. coniunctis apud Hebreos, qui tamen ſunt diſtincti apud nos, & etiam econtra de coniunctis apud nos, diſtinctis tamen apud Hebręos: nec tamen facit ibi mentionem de coniunctione iſtorum duorum pſalmorum, ex quo patet, ꝙ ſunt pſal. diſtincti apud Hebręos, ſicut & apud Latinos: ſaltem à tempore B. Hier. quod diu valde eſt, ꝙ floruit. ſ. tempore Gratiani & Valentiniani Imperatorum, qui cœperunt imperare anno Domini 381. Hoc autem opus fuit ſcriptum anno Domini 1326. Motiuum etiam aliorum non valet, quia multi ſunt pſal. ſine titulo, & diſtincti ab alijs, videlicet 17. vt dicit beatus Hieron. in prologo libri pſalmorum. Et iam habuimus de tribus. ſ. primo, & ſecundo, & iſto, & de alijs videbitur inferius proſequendo: igitur ex tit. non poteſt videri quis fuerit autor huius pſal. quia titulum non habet: nec inueni hoc clarè determinatum niſi ſecundùm intẽtionem Auguſt. qui dicit omnes pſalmos factos à Dauid: ſed hanc intentionem non intendo ſequi, ſicut dixi à principio huius libri. Tenendum tamẽ eſt, ꝙ hic pſal. ſicut & alij factus fuerit ab aliquo ſancto propheta quicunque fuerit ille. ſ. Dauid vel alius: Et ex circũſtantia literæ videtur factus ad hoc, ꝙ per Leuitas cantaretur in templo: propter quod ſatis probabile eſt, ꝙ Dauid eum fecerit, qui diuinas laudes per Leuitas in templo decantãdas pro magna parte compoſuit, vt habetur 1. Paralip. & 1. Eſdræ 3. Igitur iſte pſal. in duas partes diuiditur: quia primò autor huius pſalm. inducit fideles ad Dei præconium. Et ſecundò oſtendit huius pręconij præmium, ibi: Beata gens. Prima in duas, quia primò inducit ad Dei laudationem. ſecundò ad hoc inducit triplicem rationem, ibi: Quia rectum eſt. Circa primùm dicit ſic:*

a Exultate iuſti in Domino. *i. extra vos in Deũ ſaltate per deuotionẽ.*

b Rectos decet collaudatio. *Ex hoc duplici ratione. Vna accipitur ex parte laudantis. Decens enim eſt, vt laudet Deum de rectitudine ſua quã habere non poteſt, niſi ex diuina gratia, quæ ſubijcit partem animæ ſuperiorem ipſi Deo, & vires inferiores rationi: & in hoc conſiſtit hominis rectitudo. Alia ratio accipitur ex parte Dei: quia cum eius bonitas, & maieſtas ſint infinitæ, preces peccatorum coram eo ſunt indignę, ſecundùm illud: Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, ſed decenter laudatur à iuſtis.* (Eccleſ.15.b)

c Confitemini Domino &c. *Confeſsione laudis.*

d In cithara &c. *Exprimuntur autem hic iſta muſica inſtrumenta: quia diuinæ laudes cantabantur in templo per Leuitas, non ſolum vocibus humanis, ſed etiam publicis inſtrumentis, vt patet in pluribus locis. dicitur autem hic:* In pſalterio decem chordarum &c. *Illud enim inſtrumentum fuit factum in venerationem decem decalogi pręceptorum.* (3. Reg. 2. Paralip.)

e Cantate ei canticum nouum. *Si enim amor carnalis & laſciuus ſemper facit inuenire cantilenas & nouos cantandi modos, multò magis amor diuinus ſemper facit adinuenire nouos modos deuotionis & laudis diuinę.*

f Quia rectum eſt verbum Domini. *Hic conſequenter ad probandũ ſuum propoſitum inducit triplicem rationem. Secunda ponitur: Verbo Domini. tertia ibi: Dominus diſſipat. Prima verò ratio accipitur ex Dei fidelitate: quia fidelitas eſt in omnibus laudanda, & maximè fidelitas diuina, quæ eſt excellentiſsima: & hoc eſt quod dicitur:* Quia rectum &c. *q.d. Bene debetis laudare Deum, quia verbum Domini rectum.* (Diuiſio.)

g Et omnia opera eius. *i. in fidelitate. Rectum enim dicitur, cuius medium non exit ab extremis: verbum autem medium eſt inter intentionem loquentis, & eius effectum, & ideo tunc eſt verbum rectum quando non declinat ab intentione loquentis & eius opere, & ſic eſt in Deo: quia eius verbum producit effectum, prout egreditur ab eius intentione. Fidelitas autem Dei conſiſtit in ſua iuſtitia miſericordia temperata. Ideo ſubditur:*

h Diligit miſericordiam, & iudicium. *Iudicium enim eſt effectus iuſtitię, ſed quia miſericordia ſuperexaltat iudicium, vt habetur Iaco. 2. c. Ideo ſequitur:* Miſericordia Domini plena eſt terra.

i Verbo Domini cœli firmati ſunt, &c. *Hic ponitur ſecunda ratio* ꝗ *diuina*

## MORALITER.

a *Exultate iuſti in Domino.* Sicut dixi in expoſitione literali pſal. iſte vr̃ eſſe factus ad hoc, quod per Leuitas ad Dei laudem cãtaretur in templo, & eodem modo cantandus eſt per eccleſię miniſtros in nouo teſta. nec vr̃ mihi requirẽdus alius ſenſus præter literalem, niſi ꝙ pro cithara, & pſalterio materialibus, quibus eccleſia nõ vtitur in diuinis laudibus, accipiantur debitę diſpoſitiones in laudantibus, vt per citharam, quæ eſt triangularis figuræ fides ſanctæ Trinitatis, & per pſalterium decem chordarum impletio decalogi deſignentur. Nam in laudantibus Deum debitè fides, & opera requiruntur.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

eſt miſeria indigent tamen regente Domino:non enim pro
E priam firmitatem ſibi ipſi præſtiterunt.Omnis virtus,quia ni
hil à ſe habuerunt, quaſi à Deo fieret ſupplementum. Nota
vnum opus verbi. i. filij & ſpiritusſancti. Idem enim omnis
virtus eorum firmati ſunt: pater verò per verbum ſuum, &
ſpiritum ſuum quod operatur. *Aug.* Virtus eorum. Cũ inter lupos eſſent vt vincerent: poſt etiam ſi amaritudo eſt, tecta eſt in pelle:modò enim timẽtes mali pelli ſuæ, intus tenent mala, quæ non audent emittere: de quibus profert Deus:vnde nos emendet,qui ſecreta corda omnium nouit:ergo timentibus Deum nõ ſit ſecura, & torpens licentia.

*Vbi ſupra.* a *Sicut in vtre aquas maris. Caſſ.* Ad literam. Sicut littoribus mare,claudit in eccleſia fluctuantes populos:& in theſauris ſapientiæ ſuę ponit profundas altitudines, vt probet quis ſcripturas pietatis ſtudio inquirat.

b *Timeat omnis terra. Caſſ.* Eccleſia de mari.i.fluctuanti populo facta,vel nõ modo potens ſuper hos quos diligit & firmat: ſed & perſecutores habet quaſi in vtre: quia nil niſi permiſſi faciunt:& ponit eos ſibi in theſauris, vt ex eis donet milites flagellãtes filios: ergo non eos, ſed Dominum timeat terra. *Caſſ.* Timeat immo commoueã tur manu miſericordiæ à ſimilitudine dormientis. Ab eo, quia ipſe creauit: & ideo vtiliter adminiſtrat: quia & à diabolo aliqd commouetur, ſed quod à Deo vtiliter,ideo ab eo.

† qui habitant

c *Commoueantur. Aug.* Non terroribus hominum, vel cuiuſquam creaturæ, leonis,ſerpentis,diaboli, quia omnia ſub eo:quid autem de omnibus his timendum? nihil. Quoniam ipſe dixit & facta ſunt,nihil poſſunt niſi qđ permittit,cupiditatem nocendi per te habes: poteſtatem non niſi à Deo.

† prohibet (impedit) *Ibidem.* – & reprobat cõſilia principum

d *Dixit & facta ſunt.* Creationem ſimul & formationem notat. Mandauit, recreationem.

† ſtabit, (vel durabit) † ſecula ſeculorum *Ibidem.*

e *Diſſipat conſilia. Caſſiod.* Ne habeant
F effectum conſilia contra ſe,vt Iudæorum: & contra ſuos.

f *Gentium. Caſſ.* Dum idololatriam deſtruxit: Populorum Iudæorum, quorũ voluntas & ſi impleta: tamen in reſurrectione eſt reprobata.

g *Principum. Caſſiod.* Tyrannorum, vel dæmonum.

h *Conſilium autem Domini &c. Caſſ.* Incarnationis arcanum in quo conſuluit homini.

i *Manet in ęternum.* Quia ad ęternã ſalutem nobis obtinendã.

K *Cogitationes cordis eius.* Prædeſtinatio in qua omnia repoſita ſunt,quæ & ſic permanent,vt præuiſa ſunt.

l *Beata gens. Caſſ.* Beatum dicit, qui ad cultum Dei peruenit: quod fit temporibus Chriſtianis, in quibus gentes conuerſæ,hi ſunt iuſti & recti quos decet laudatio. *Aug.* Beatitudo omnis in animo,qui melior eſt corpore,& nunquam homo eſt beatus, per id quod eſt eo inferius: ergo per nihil terrenũ, ſed per iuſtum animum fiet & corpus immortale: Iuſtus verò eſt animus ex Deo, cuius in eo eſt imago, per quam eſt ſimilis angelis. *Aug.* Beata gens de Deo, poſſeſſione ſcilicet: beatus populus de Deo poſſeſſore.

*Beatitudo in animo.*

a *De cœlo.*

a ¶Quia & doctrina eorum, & miracula a ſpiritu ſancto. ¶Non pars.

& ſpiritu oris eius omnis † virtus

a ¶Diligit miſericordiam. ¶Caſſ. Congregat populos ſeculi in confeſſione mortificati peccati, ne liberè defluant, & eis occulta ſua ſeruat ad diuitias, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit &c. 1. Cor. 2. c.

eorum. Congregans ſicut † in vtre aquas maris, ponens in theſauris

a ¶ Auguſt. Si gaudet de miſericordia, timeat ne ſit ſuperba lætitia: ideo quia in vtre eſt aqua in theſauris abyſſi. peccator vt peccare deſinat, ſi non amore, vel timore.

abyſſos. Timeat Dominum omnis

a ¶Quia per ſe redire nequeunt. b ¶ Non terroribus hominum.

terra: ab eo autem † commoueantur omnes † inhabitantes orbem.

a ¶In perfectionem cæterorum fidelium ſtantes. b ¶ Vniuerſam eccleſiam.

a ¶Non ea quæ timeant alius fecit, ſed ipſe ſolus creauit. ¶ Voluit. b ¶ Formata. ¶Verbo ſuo. ¶ Aug. De informi materia.

Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt:

a ¶Præcepit. ¶Per prophetas. ¶Caſſiod. Per legem,& creati ſunt fideles per eam. b ¶ In forma de nihilo.

ipſe mandauit, & creata ſunt. Dominus diſſipat conſilia gentium:

a ¶Quia etiam malos ceſſare facit, ne habeant effectum. b ¶Quæ non eius ſed ſuum quærunt regnum. c ¶Et ſi multa machinarentur, tamen creauit eccleſia.

a ¶Etiam. b ¶De terrenis. c ¶Vel philoſophorum.

† reprobat autem cogitationes populorum,et reprobat conſilia principum. Conſilium autem Domini

a ¶ Etiam

a ¶Qui talibus regulis quærunt dominari. ¶Dæmonũ. b ¶Quo beatum non facit niſi ſubditum ſibi. c ¶Sed.

a ¶Remi. nullo tempore diſſoluitur. b ¶Cogitationes ſapientiæ eius non ſunt mutabiles.

in ęternum † manet, cogitationes

¶ Sed ęternæ.

cordis eius in † generatione & generationem. Beata gens, cuius eſt

a ¶ Et hoc eſt conſilium. ¶ Hæc ſola quæ Dominum non ſibi elegit niſi Deum ſuum. b ¶ De omnibus gentibus.

qui.i.in varijs ſtellis ſunt variæ virtutes,& influentiæ. Conſequenter oſtẽditur poteſtas diuina in corporibus inferioribus,cùm dicitur:

G

c Congregans ſicut in vtre aquas maris. *Ex hoc aliqui dicunt, quòd aquæ maris in oceano ſunt contra naturam ſuam detentæ,ita quòd ſi ſibi dimitterentur,fluerent ſuper terras,quia ſunt altiores terra, vt dicunt in medio Oceani. Sed hoc non videtur verum: quia omnia grauida fluida tendunt ad centrũ vndique ſecundum angulum rectum,& ideo ſicut aquæ oceani ſunt demiſſiores terra iuxta ripam, ita in medio, quia ęqualiter tendunt vndique ad centrum: vnde dicit Aug. ſuper Gen. quòd Deus ſic res quas condidit adminiſtrat,vt eos proprios motus agere ſinat,quod non eſſet ſi aquæ oceani plus diſtarent à centro mundi in eius medio,quàm in littore. Igitur congregatio aquarum in vnum locum, vt habetur in Gen. facta fuit per hoc,quòd ante tertiũ diem aquæ per modum euaporationis eleuatæ erant ſuper terram,& per aerem diffuſæ: ſed tertia die dedit eis Deus denſitatem debitam,& ſic occupauerunt minorem locũ: Fecit etiam cõcauitates, & cauernoſitates in terra, quę propter ſuam ſoliditatem bene poteſt habere aliquas ſuas partes à centro mundi magis diſtantes alijs, vt patet in altis montibus: in quibus concauitatibus congregarentur aquæ et appareret arida ad habitationem hominum & animalium, ſicut dictum fuit plenius in Gen. Aquæ tamen ſtant in oceano tanquam in naturali loco. Et ſic dicuntur ibi congregatæ ſicut aquæ in utre,quia prius erãt alibi diffuſæ,vt dictum eſt.*

d Ponens in theſauris abyſſos. *i. inferiores aquas maris,quę ſunt hominibus occultæ: ſicut illa quæ reponuntur in theſauris. Quòd autẽ aquæ maris nominentur abyſſi vel abyſſus, patet in Geneſ. vbi dicitur: Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi,& ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Ibi enim ſignantur nomine abyſſi,& aquarum idem,ut dictum fuit plenius ibidem.*

e Timeat Dominum omnis terra. *Hic cõſequẽter ex dictis ponitur vtilis monitio,cùm dicitur:* Timeat Dominum,&c. *id eſt habitantes in terra: quia terra eſt elementum inſenſibile,in quo non cadit timor.*

f Ab eo autem cõmoueantur omnes &c. *Commotione timoris,& eſt repetitio eiuſdem ſententię ad maiorem expreſſionem: Et rationem huius timoris ſubdit,di.*

H

g Quoniam ipſe dixit,&c. *Sicut enim ſimplici voluntate omnia creauit de nihilo,ita poteſt in nihilum redigere:& ideo meritò debet eum creatura rationalis timere,& hoc timore filiali.*

h Dominus diſſipat conſilia gentium. *Hic ponitur tertia ratio diuinę laudis, quæ accipitur ex gubernationis, ſeu dominij generalitate:quia poteſt omnia ſecundum quod ſibi placet promouere & impedire:& hoc eſt quod dicitur:* Dominus diſſipat, &c. *Hoc apparet ex eo, quod habetur Gen. in filijs Noe, qui habuerunt inter ſe conſilium ędificandi turrim,cuius cacumen pertingeret ad cœlum: ſed dominus reprobauit cõſilium eorum, ita confundens eorum labia, vt non intelligeret vir ſuum proximũ, & ſic deſtiterunt ab opere ſuo inchoato.*

i Reprobat autem cogitationes populorum. *Hoc apparuit in Aegyptijs cogitantibus filios Iſrael capere inter deſertum, & mare rubrum: ſed Dominus eos ſubmerſit, & filios Iſrael liberauit.*

K Et reprobat conſilia principum. *Sicut patet in libro Ioſue: quia multi Reges conuenerunt in inuicem, vt interficerent Ioſue & filios Iſrael: ſed fuerunt debellati & occiſi. Aliter autem poteſt exponi iſte verſus de machinationibus contra Dauid à Deo diſſipatis,cùm dicitur:* Dominus diſſipat,&c. *Id eſt Saulis & ſuorum ſatellitum, qui perſequebantur Dauid more Gentilium infidelium: ſed ipſi non obtinuerunt intentum. Reprobat autem conſilia principum.i. Philiſthinorum, quia audientes Dauid inunctum ſuper Iſrael venerunt cum exercitu magno ad diſſipandum eius regnum: ſed ipſi virtute diuina magis, quàm humana debellati fuerunt ab eo & ſubiugati, vt habetur in Reg. Et reprobat conſilia principum, id eſt Abſalom & Achitophel, & eorum qui erant principales in tribubus Iſrael contra Dauid conſurgentium, ſed pro magna parte fuerunt occiſi, & reliqui fugati. Et quia hæc facta ſunt diuina virtute & prouidentia, quæ in ſua diſpoſitione non fallitur, ideo ſubditur:*

l Conſilium autem Domini in ęternum manet. *Quia licet diuina ſententia aliquando mutetur, vt patet de Niniuitis,tamen eius conſilium non mutatur. Conſilium enim Dei propriè accipitur ſecundum diuinam ordinationem, prout eſt in ſeipſo. Sententia autem aliquando accipitur ſecundum merita hominum & demerita, quæ ſunt variabilia.*

m Beata gens, cuius eſt &c. *Hic conſequenter deſcribitur diuinæ laudationis, ſiue cultus præmium. Et primò ponitur ipſum præmium.*

¶ *ſecundò*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *diuinæ laudis, quæ accipitur ex infinita Dei poteſtate: & primò ponitur ipſa ratio. ſecundò ex hoc ſequens vtilis monitio,ibi: Timeat Dominum. Circa primum primò declaratur infinitas poteſtatis diuinæ in corporibus cœleſtibus,cùm dicitur:* Verbo Domini &c. *q.d. rationabile eſt, vt Deum laudetis, qui eſt tantæ poteſtatis, q̃ ſolo eius verbo cœli firmati ſunt.i.ſtabiles,& incorruptibiles facti: quia non ſunt ſuſceptiui peregrinarum impreſſionum, etiam ſecundùm Philoſophum.*

*Ariſt. 1. de cœlo.*

a Et ſpiritu oris eius. *Hoc eſt verbo ipſius. Et loquitur de Deo humano more: quia verbum progrediens de ore hominis formatur ex aere reſpirato ab anima, ſecundum quod habetur 2. de Anima. Aer autem vocatur frequenter ſpiritus in ſcriptura.*

*Ariſt. 2. de anima. c. 90*

b Omnis virtus eorum. *In tranſlatione Hier. iuxta Hebræum habetur: Omnis ornatus eorum: per quem intelliguntur ſtellæ, & in idem redit:* quia



a *De cœlo. Aug.* homine Chriſto. Proſpexit in aduentu filij &
A vidit miſericorditer,non peccata. *Caſſ.* A quibus faciem auertit,ſed: Omnes fi.ho. *Aug.* i. omnes qui ad nouam vitam volunt renaſci. Aug Quomodo elegit? De cœlo.i.Chriſto: De præparato,quia non niſi patre parante. Habitaculum,ſunt apoſtoli,doctrina,& gratia ſanctiſpiritus præparati ad vocationem aliorum,quia miſertus eſt omnium. Non ſolum per eos vocauit, ſed finxit ſingula corda. i. inſpirauit omnem bonam voluntatem.

b *Finxit. Aug.* Manu gratię formauit. Sigillatim. ſingulis ſingula quædam dans. *Hier.* vnde tamen vnitas corporis.i.eccleſiæ fiat. *Hier.* Sigillatim.i nõ ex Adam,vt quidam dicunt animam ex anima,& ſimul omnes cognoſcit, & omnes actus earum.

c *Non ſal. rex.* Sic fiunt iuſti, ſed nec facti ſua virtute ſaluantur. Non modò ſpiritualia ſunt à Deo,ſed & exteriora. *Hier.* Nemo quicquam habet niſi ab eo:quia nec potens, vt rex,nec fortis,vt gigas,nec diues, qui in equo notatur: vel quandoquidem volũtas & omnia à Deo,ergo quicunq; rex & gigas.i. fortis non conſequetur præmiũ ex ſua virtute:Sed aſcẽdit in ſupbam opinionẽ,quaſi virtute ſua ſaluẽt:fallitẽt ſi ſit in multa abũdãtia virtutis.

e *Equus. Aug.* Animal in cuius velocitate,vel virtute confiditur,figuratè q̃libet amplitudo ſeculi,vnde ſuperbit ſed quantò in eo altius erigeris,tantò grauius cadis. *Hier. Caſ.* Vel, equus eſt corpus hominis quantumcunq; ſpecioſum,& bene formatum,tamen fallax eſt ad ſalutem corporalem, vel ſpiritualem. Vel equus. *Aug.* Mundana fęlicitas, quæ homines vehit, & dum nimis properat,cadit vt equus, & ſeſſorẽ perdit. Equus,humana ſapiẽtia.

d *Gigas.* ſuperbus aliquis extollens ſe
B contra Deum.

f *Ecce ocu.* In ſua virtute nullus ſaluatur,ſed: Ecce vnde eſt ſalus oculi &c.

g *Oculi.* reſpectus diuinitatis quæ proteget eos.

h *Metuen. eum. Caſ.* Timere dominum, & ſemper ſperare coniuncta ſunt.

i *Vt eruat &c. Caſſi.* Hæc duo ſunt vota fidelis,vt in iudicio eripiatur à morte, & hic ſpiritualibus alatur,vbi eſt indigentia eorum.

K *Anima noſtra.* Quid de prædictis ſentiat quaſi concluſio.

b *Quia*

a ¶De quo viuit. b ¶Quem colit.

dominus Deus † eius,populus quẽ

a ¶Neq; hoc à ſe,ſed à Deo electa eſt. b ¶Quam colit. ¶ Aug. vt poſſidendo eam non ſinat eſſe incultam & miſeram. c ¶ De anima iuſta.

elegit in hæreditatem ſibi. De cœlo reſpexit dominus, vidit omnes

a ¶Aduentu filij.

a ¶Non peccata. b ¶Sed. c ¶Auguſt. ¶Præuiſo ad ſalutem mundi. d ¶ Aug. Suſceptionis humanæ quod ſibi parauit. vel. de angelis & hominibus, quos mittit ad prædicandum, & præcipue apoſtolis.

filios hominum † De præparato habitaculo ſuo, reſpexit ſuper omnes

a ¶Remi. Miſericorditer vidit. b ¶Remi. Vt præſit illis ad regendum eos per omnes terras.

a ¶Carnem,excolendo eam. b ¶Reſpexit.

qui habitant terram. Qui finxit

a ¶ Aug. Cordibus ſingulorum propria dona tribuit, & ſcit quomodo vtatur quiſq; eis. ¶ Hic deſtruitur quorundam hæreſis, qui dicebant in Adam ſimul omnes animas eſſe creatas.

† ſigillatim corda eorum,qui intelligit omnia opera eorum. Non

a ¶Secretius, & interius videt. ¶Apud illum, intellectus ſunt operum eorum. b ¶Quo fine fiant.

a ¶Qui carnem ſuam regit, ſi in ſua virtute præſumit. b ¶Suam.

ſaluatur rex per † multã virtutem,

a ¶Quiſquis militans contra diabolum, vel concupiſcentiam ſuam.

† & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ. Fallax equus

a ¶Quia: Fallax equus &c. ¶Fallitur: quiſquis per ſe, vel per hominem putat ſaluari. ¶ Ideſt ſuperba potentia fallit.

a ¶Nam.

ad ſalutem: in abundantia autem

a ¶ Inſeſſor eius non ſaluatur per eam. b ¶ Seſſor eius.

† virtutis ſuæ non † ſaluabitur. Ecce oculi domini ſuper † metuentes

a ¶Sed inde ſalus. b ¶Dilectio Dei. c ¶ Non de ſe præſumentes.

eum,& in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Vt eruat à morte animas eorũ,& alat eos ĩ fame. Anima

a ¶Non in viribus ſuis vel meritis. b ¶Ad hoc ſunt oculi domini ſuper timentes. ¶Tandem. c ¶Dans æternam vitam.

a Et ſi non corpora. b ¶Verbo,æterna veritate. ¶ Hic c ¶Iuſtitiæ. d Et hoc, vel ideo.

*æterna prædeſtinatione, vt prædictum eſt,& hoc eſt quod dicitur: De cœlo proſpe. do.& accipitur hic cęlum ſummæ trinitatis,quod idẽ eſt, quod Deus: quia ab æterno omnia præuidit in ſeipſo, ideo ſubditur,*

C

d Vidit omnes fi. ho. *ſ. æquales in naturalibus: ſed aliquos elegit ex ſpeciali gratia ad participationem beatitudinis ſupernaturalis, ad quam non poteſt homo attingere ex naturalibus.*

e De præparato habitaculo. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem affirmationem. Et quos ſic elegit ex ſua mera voluntate & gratia,hos diſpoſuit iuſtificare in tempore per gratiam finalem,alijs dimiſſis.ideo ſubditur,*

f Qui finxit ſigilla. corda eo. *ideſt animas quas creauit eiuſdem naturæ in ſpecie diſtinctas indiuidualiter, & propter hoc hic dicitur: Sigillatim. In tranſlatione verò Hier. iuxta Hebraicum habetur: Fingens pariter cor eorum, ideſt corda: quia ponitur hic ſingulare pro plurali, ſicut in Exo. Venit muſca grauiſſima. Quòd autem dicit Hieron. hic,pariter referendum eſt ad vnitatem ſpecificam animarum. Ratio autem diuerſitatis huius literæ eſt quod dictio Hebraica hic poſita.ſ.* יחד *iachad aliquando accipitur pro ſingularitate: aliquando pro ſimultate. LXX, autem interpretes acceperunt vnam ſignificationem. Hieron. autem in tranſlatione iuxta Hebræum accepit aliam. Et credo q̃ in hoc loco LXX, interpretes melius acceperunt: & licet animæ ſint eiuſdem ſpeciei, tamen variantur in operationibus coniunctæ corporibus: quia aliquando declinant ad bonum verum, & aliquando ad bonum apparens tantum, & ſecundum hoc diuerſificantur ſtatus bonorum & malorũ: Et hæc omnia ſunt Deo clariſſimè nota, ideo ſubditur: Qui intelligit omnia opera eorum.*

*Exo. 8. f* *Animæ eiuſdem ſpeciei*

g Non ſal. rex. *Hic declarat propoſitum per exemplum. ſ. quod diuina prouidentia eſt primum principium ſalutis hominum tam in corporalibus quàm in ſpiritualibus, temporalibus & æternis: Et primò ponit exemplum in reprobatis. ſecundò in electis, ibi: Ecce oculi domini. Circa primum dicitur ſic: Non ſal. rex per mul. vir. ſcilicet ſui exercitus, niſi cum hoc habeat diuinam protectionem: hoc apparet de Sehon rege,qui cum exercitu fortiſſimo egreſſus eſt obuiam filijs Iſrael,ſed ſtatim cecidit in prælio.*

*Diuiſio.* † erit ſalus † timentes D *Num. 21. a*

h Et gigas non ſal. *hoc apparet ibidem de Og rege Baſan,qui ſolus remanſerat de ſtirpe gigantum, vt dicitur in Deut. & tamen ſtatim corruit coram filijs Iſrael: Similiter in Goliad gigante, quem Dauid adhuc adoleſcens ictu lapidis interfecit.*

*Deut. 3. a* *1. Reg. 18. f*

i Fallax equus ad ſalutem. *hoc apparet in Pharaone & exercitu eius. de quo ſcribitur. Ingreſſus eſt eques Pharao cum curribus, & equitibus eius in mare, & reduxit ſuper eos dominus aquas maris. Iſta autem dicta ſunt ad oſtendendum quòd ſi non potuerunt ſaluari corporaliter & temporaliter virtute humana,multò minus poterũt conſequi ſalutem ſpiritualem & ęternam abſque Dei gratia ſpeciali.*

*Exo. 15. a*

K Ecce oculi domini ſuper metuentes eum. *Hic conſequenter ponitur exemplum quantum ad bonos, cum dicitur: Ecce oculi domini ſuper metuentes eum, vt eos diligenter cuſtodiat, ſicut homo figit oculos ſuper rem quam vult diligenter cuſtodire. Etſi aliquando permittat eos tribulari temporaliter, hoc tamen eſt ad bonum ipſorum, vt per patientiæ meritum habeant maius præmium. ideo ſubditur,*

l Et in eis qui ſperant &c. *&,pro ideſt in eis qui ſperant.*

m Super miſericordia eius. *Et in quo ſperent. ſubditur cum dicitur,*

n Vt eruat à morte animas eorum. *ſcilicet culpę: animas eorum.*

o Et alat eos in fame. *ſcilicet pane cœleſti, damnatis eſurientibus, ſecundum quod dicitur. Hęc dicit dominus deus. Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis & cętera. Et quia dominus aliquando liberat ſperantes in ſe,non ſolum in futuro, ſed etiam in preſenti: ideo poteſt aliter exponi: Vt eruat à morte animas eorum. ſicut Eliam eruit de manu Iezabel eum occidere volentis, & pauit eum tempore famis per coruos, & mulierem viduam. Et eodem modo fuit de prophetis, quos abſcondit Abdias ne interficerentur per Iezabel, & pauit eos pane & aqua, vt habetur propter quod ſubdit autor huius pſalmi.*

*Eſa. 65. b* *3. Reg. 17. per totum.* *3. Reg. 18. b*

p Anima noſtra ſuſtinet dominum. *ideſt patienter expectat eius beneplacitum.*

¶ a *Quo-*

## NICO. DE LYRA.

¶ *ſecundò huius præmij cauſa ſiue principium, ibi: De cęlo reſpexit dominus. Circa primum ſciendum ſecundum quod dicit Boetius de conſol. lib. 3. Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus: qui iure habebitur in patria in fruitione Dei,cuius bonitas eſt infinita. Ad hanc autem beatitudinem peruenitur per verum Dei cultum,ſecundum quod dicit ſaluator. Vbi ego ſum,& illic miniſter meus erit,& ſic habetur in ſpe in via per verum & debitum Dei cultum, & hoc eſt quod dicitur,* Bea. gens cu. eſt do. Deus eius. *per veram fidem & debitum cultum.*

a Popu. quem ele. *electione prædeſtinationis, quæ infallibiliter cõſequitur effectum. ideo ſubditur,*

b In hæ. ſi. *quia prædeſtinati immobiliter adhærebunt Deo in patria cęleſti,ita q̃ erunt hæreditas Dei,& Deus erit hæreditas ipſorum: quia illos quos ſic prædeſtinauit ab æterno vocat temporaliter ad fidem ſuam, & iuſtificat per gratiam finalem,& ſic conſequenter eos magnificat per gloriam,ſecundum quod dicit Apoſtolus. Quos prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: & quos iuſtificauit, hos & magnificauit: & ſic qui prius fuerant beati in ſpe, facti ſunt beati in re.*

c De cœlo. *Hic conſequenter oſtendit huius præmiationis principium: & primò oſtendit propoſitum. ſecundò declarat per exemplum, ibi: Non ſaluatur rex. Circa primum ſciendum, q̃ opera meritoria non ſunt prima cauſa, propter quam aliqui præmiantur in vita beata. ſecundum quod declarat Apoſtolus de Iacob,& Eſau dicens: Cum nõdum nati fuiſſent, aut aliquid boni aut mali egiſſent, dictum eſt q̃ maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Nec etiam meritorum futurorum præuiſio, imò præparatio gratiæ in tempore procedit ex* ęterna

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Quia in eo. Aug.* Quia abſentibus per fidem miſit nomen ſuum.

† expectauit. Vt ſup. ibi.

b *Sperauimus.* Nos venturos ad Deũ non meritis noſtris. *Caſ.* Quia in eo ne quis muſitet, de patientia ſubijcit munus. ſ. q̃ lætatur hic in dño. Et ſperamus in noĩe Chriſti, quem patienter propheta lætus venturum ſuſtinuit. Sperauimus. Continuum tempus notat, quia non eſt fas deſinere, vnde ſemper poteſt anima feſſa recreari.

c *Fiat.* Incarnationem cõpleri deſiderat, vt perfectus poſſit eſſe.

† ſicut

d *In te.* Hoc dicit ideo, vt omnis ſuperſtitio, & prauitas excludatur.

¶Modo alit nos in fame, vt autem poſt perfecte ſaginetur. b ¶Modo interim patiens eſt. ¶Interim in ſpe. ¶Poteſt ſuſtinere.

noſtra † ſuſtinet dominum, † quoniam

a ¶Dum conamur ad Deum. b ¶Dum hoſti reſiſtimus. c ¶Ideo ſuſtinendum.

adiutor & protector noſter eſt. Quia

a ¶Non in nobis vbi inopia. b ¶Tunc.

in eo lætabitur cor noſtrum, † & in

a ¶Nunc. ¶Vel bimus. b ¶Subdit orationem, vt impleatur quod futurum ſcit. ¶Et ſicut ſperauimus: Fiat.

nomine ſancto eius ſperauimus. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos,

a ¶Quo merito. b ¶Spes enim non confundit. c ¶Non in alio.

† quemadmodum ſperauimus in te.

NIC. DE LYRA.

a Quo. adiu. *In futuro, & aliquãdo in præſenti pro ſuo beneplacito, vt dictum eſt.*

b Quia in eo. *q. d. ſi tribulemur exterius, tamen conſolamur ab eo interius: & quia iſta conſolatio procedit ex ſpe retributionis futuræ. ideo ſubditur,*

c Et in no. ſan. eius ſpe. *Propter quod finaliter orando concludit,*

d Fiat miſe. tua. &c. quemad. ſpe. in te. *Et hoc ſpe debita, q̃ eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex grã et meritis pueniẽs.*

*In pſal. xxxij. Exultate iuſti: vbi dicitur in poſtil. Sed hanc opinionem non intendo proſequi.*

ADDITIO I.

¶ Opinio Aug. eſt probabilior, vt dictũ eſt in additione ſuper principiũ huius libri, vñ hic pſal. ſicut & oẽs alij Dauid ſunt attribuẽdi.

*In eo. pſal. vbi dicitur in po. Fidelitas autem Dei conſiſtit in ſua iuſtitia.*

ADDITIO II.

¶ Non vr̃ rõ quare fidelitas pertineat ad temperamentũ iuſtitiæ & miſericordiæ; vnde melius vr̃ dicendũ cum gl. vbi ſic: Fidelis dicitur Deus: ſed aliter Deus, aliter hõ fidelis dr̃: Fidelis. n. eſt Deus dans homini quod promiſit. Fidelis eſt homo credens promittẽti Deo. Hæc in glo. quæ magis conſonare videtur rationi fidelitatis vel fidei &c

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtil. Circa primum primò declaratur infirmitas poteſtatis.*

ADDITIO III.

¶ In expoſitione huius verſus. ſ. Verbo Dñi &c. multum vr̃ deuiare poſt. à cõi ſententia catholicorum, qui in hoc loco diſtinctionẽ perſonarũ in diuinis inſinuari dicunt, vt patet per Amb. in 6. de tri. vnde in primo ſententiarũ, diſ. 2. inter cæteras teſtimoniales autoritates de diſtinctione diuinarũ perſonarũ hoc inducitur. Tenendũ eſt igitur ĩ hoc loco cũ gl. dicẽte. Verbo dñi. i. filiõ patris. Et ſpiritu oris eius. i. ſpũſancto q̃ procedit à filio, qui eſt os patris. Hęc in gl. Dicere aũt qđ hic loquit̃ Pſal. de Deo more humano, eſt nimis Iudaizare.

Amb. 2. de Trin. Mag. pr. ſen. diſ. 2.

*In eo. pſal. vbi dicitur in po. Congregans ſicut in vtre aquas maris.*

ADDITIO IIII.

F ¶ Opinio poſtil. in loco circa congregationem aquarum vr̃ diſcordare ab illo q̃ ipſemet vr̃ opinari in hac eadẽ materia in Prou. xx. ſuper illud verbum: Quis colligauit aquas &c. Quid tamẽ in hoc probabilius videatur, Gen. 1. eſt magis propriè tractandum &c.

Prou. 30. a. Gen. 1. a

REPLICA.

IN pſal. exultate iuſti: Bur. notat poſt. Primò quia exponẽdo verſum iſtũ: Opera Dei in fide, dicit. i. in fidelitate. Fidelitas aũt Dei conſiſtit in tẽperamento iuſtitiæ, & miſericordiæ. Burg. putat hoc ſine rõne dictũ, dicens q̃ fidelitas Dei conſiſtit in hoc, quia dat homini, quod promiſit: Sed vr̃ Bur. incidere in id qđ redarguit. Deus. n. dans qđ promiſit, fidelis eſt ſ̃m Bur. ſed cuncta q̃ promittit, & dat, conſonant tẽperamento iuſtitiæ, & miſericordiæ: quia in oĩ opere Dei concurrunt, quẽadmodũ circa quartũ ſententiarũ declarari conſueuit diſ. 44. vide ibi Scotũ. Stat igitur fidelitas Dei in dicto tẽperamento, qđ Bur. calũniari nitebatur. Scdõ Bur. notat poſtillatorẽ in expoſitione illius verſus: Verbo dñi cęli firmati ſunt, dicentẽ, q̃ propheta loquitur de verbo & ſpiritu Dei more humano. In hoc dicit Bur. poſtillatorẽ nimis Iudaizare, pro eo quia ſancti doctores, & magiſter ſententiarum ex hoc loco arguunt trinitatẽ perſonarum. Ad id reſpondeo, q̃ ſancti doctores credentibus pſuaſionem facere poſſunt de myſterio trinitatis benedictæ ex iſto loco & alijs ſecundum ſenſum literalem, quem autor ſacræ ſcripturæ ſpiritusſanctus efflagitat: ſed non eſt ſecundum ſenſum literalẽ, prout voces primariè ſignificant, ſine abſurditate. Si. n. in aliquo ſacræ ſcripturæ vocũ ſignificatio primaria falſum aliqđ inducit. vt Iud. 10. b. Ierunt ligna ad conſulendum ſuper electione regis: quod quia falſum eſt pro ſenſu literali haberi non debet: tunc. n. ſenſus parabolicus & myſticus locum habet pro ſenſu literali. In propoſito autem non eſt ſic: quia cum nihil abſurditatis ſit in expoſitione poſti. eius expoſitio eſt primò literalis, ex qua ſumi poteſt argumentum validũ etiam apud infideles, cum hoc ſtat eiuſdem paſſus eſſe literalem ſenſum principaliorem: quamuis nõ communiorem & priorem: prout Bur. intendit: à quo tamen apud infidelem argumentum validum ſumi non poteſt. Si. n. quis velit arguere Iudæo vel pagano, tranſſumẽdo terminos literæ, vt accipiendo cęlos pro apoſtolis, verbum dñi pro filio in diuinis, argumentum procederet in æquiuocis, per conſequens inualidum. Infidelis etiam ex huiuſmodi argumento ſentiret pluralitatem deorũ ex propoſitione plurium perſonarum, quo poſito non poſſet ei ex hoc loco perſuaderi Dei omnipotentia. Nã poſitis pluribus dijs, nullus eorum eſſet omnipotens: quia alter alterum faceret nullipotentem, ſicut arguit doctor ſubtilis: & ante eum Ouidius de vetula. Ad euadendum huiuſmodi infidelium errorem & deriſionem. LXX. interpretes myſterium trinitatis occultauerunt H in ſua tranſlatione, vt dicunt doctores ſancti circa illum locum, vbi loco illius dicti: Et vocabit nomen eius admirabilis Deus fortis &c. tranſtulerunt magni conſilij angelus. Et quia ipſe Bur. in vltimo articulo prologi ſui in hoc opere dicit poſtillam magiſtri Nicolai fore adeò vniuerſalem, q̃ ſæpe etiam infideles ad eam habeãt recurſum. idcirco placuit, imò decuit poſtillatorem huius paſſus oſtendere expoſitionem ſecundum ſignificationem terminorum omnibus communem ſine abſurditate, expoſitionem fidelibus ſpiritualem non reijciendo: imò ea vtitur in diſputatione de tempore Meſſiæ contra Iudæos: fruſtra igitur Bur. laborat calumniando. Tertiò Burg. notat poſtillatorem circa illum paſſum: Congregans ſicut in vtre &c. aſſerens q̃ poſtillator Prou. 20. diſcordat ab eo quod hic opinatur, ſed falſum imponit ei: nam idem quod hic dixit ex intentione beati Aug. de quo in ſecundo correcto. Gen. 1. ſupra vide ibi.

Scot. 4. ſent. diſ. 44.

GLO. ORDIN.

a *Pſalmus Dauid. Aug.* Loquitur Chriſtus, & in eo Chriſtianus: docet humilitatẽ, dũ cõmendat corpus & ſanguinem. Cũ immutauit vultũ Chriſtus. i. ſacrificiũ corã Iudæis, qui regnũ patris ſui Dauid ſunt. Iuxta illud: Et dabit illi dñs ſedem Dauid. eccleſia eſt regnum patris. Abimelech patris mei regnũ. Idem ppriè Achis vocabat̃. i. quõ eſt: Sed Eſdras mutauit pp ſacrm̃, ne putet̃ ſola hiſtoria narrari. Mutauit ergo vultũ corã Abimelech. i. Iudæis mutauit & corã Achis. i. illis ignaris diſcipulis qui dixerunt: Durus eſt hic ſermo. In hac quoq; mutatione vultus affectabat, quia cõpaſſus eſt nobis vſq; ad mortẽ. Tympanizabat, quia extenſus fuit in cruce, vt coriũ in ligno. Ad oſtia ciuitatis. i. corda Deo clauſa, vt ea per crucem aperiret: Ferebat̃ manibus ſuis: qđ nõ ad literã accipi põt, ſed cũ corpus manibus ſuis apoſtolis porrexit. Saliuæ in barbã decurrebãt. i. verba infirma & infantilia dicẽtis, hoc eſt corpus meũ, tegebãt virtutẽ eius. Procidebat ad oſtia portæ. i. humiliabat ſe ad initium fidei noſtræ. Vetus ſacrificiũ dr̃ vultus, quia indicat voluntatem Dei in ſigno.

In expoſ. pſ. 33. 10. 8. Luc. 1. d. Ioan. 6. f

a ¶Attribuitur. b ¶Chriſto qui hic loquitur, & in eo Chriſtianus.

Pſalmus Dauid cum immutauit vul-

a ¶Vetus ſacrificium in nouum. b ¶Iudæis. c ¶Chriſtus Iudæos pro mutato ſacrificio.

tum ſuum coram Abimelech: & dimiſit eum & abijt. 1. Regum 12. d.

a ¶David. b ¶Ad gentes. ¶Vel ab eorum cordibus.

XXXIII.

a ¶Laudabo. ¶Auguſt. Quaſi iam mutato vultu, laudabo: nec vt tantum in proſperis ſolebam, pro temporalibus tantum ſeruiens.

BEnedicam Dominum

GLO. ORD. PSAL. XXXIII.

BEne. *Caſſi.* Pſalmus ſecundus per alphabetum imperfectum. Propheta prius ſummatim laudem præmittit monẽs mãſuetos ad idẽ. A Deo benedicitur, qui a ipſum benedicit more boni famuli, qui vileſcente domino A vileſcit: & domino glorificato, glorificatur cum ipſo.

a *In domino lau. Caſ.* Sua enim laus, eſt prædicatio domini ſui, vt bonus famulus de bona fama domini ſui glorietur.

b *Manſueti. Caſſi.* non docti, non ieiunantes, quia ſunt ſuperbi: Sed manſueti, quia temperantiam habent omnium rerum. Manſueti, non de ſua intelligentia ſuperbientes, non iugum Dei indomitorũ more ferentes.

c *Magni. do.* Spiritualis gratia non vult ſola facere, quod multis proficit. vnde vocat alios: Magnifi. Vt inuitatos traheret. dicit quę inde bona ſibi. Exquiſiui do.

d *Ex omni.* Non poſſunt particulatim dici quanta impetrauit, qui non aliud quam Deum quæſiuit.

e *Acce. Caſ.* Iam particulatim de nouo vultu admonet ſanctos. Quaſi, magnificate: etſi in primis in iucundum accedite. Vel, Magnifi. & quo ordine? Ecce, accedite per fidem. *Aug.* Accedite fide inhærendo, & duobus pedibus geminæ charitatis currendo. *Caſ.* Præmiſſis laudibus, ad communionem hortatur.

f *Non con. Aug.* Quicquid hic fiat iuſto, non erubeſcit: quia ſemper ſuperior apud Deum. Superbus verò in aduerſis erubeſcit, quia ad Deum nõ acceſſit.

g *Pauper. Caſſ.* Iſte ſpiritualis hic eſt, qui accedit, & illuminatur, nec erubeſcet: quia quando clamat, liberatur ab omnibus anguſtijs ſeculi in obitu, dũ iam tranſit ad Deum.

a Im-

NIC. DE LY. PSAL. XXXIII.

BEne. *Hic eſt ſecundus pſal. alphabeticus: quia incipiunt verſus ordinatè per literas alphabeti Hebraici. hoc excepto quod omittitur hic litera ſexta ſcilicet ו vau, quia nullus verſus per eam incipit: tamen ſunt hic 22. verſus, ſicut 22. literæ Hebraicæ: quia ſunt hic duo verſus incipientes per literam פ phe. ſ. 16. & 22. Ad quid autem poſitæ ſint iſtæ literæ in principijs verſuum, dictũ fuit ſupra pſal. 24. Huic autem pſal. præmittitur talis titu. in Hebræo. Dauid quando commutauit rationem ſuam coram Abimelech, & fugauit eum, & abijt: Huic tamen nomini Dauid præmittitur ל lamed litera, ad deſignandum q̃ eſt datiui caſus, & eſt ſenſus: Ipſi Dauid fuit hic pſal. pro gratiarum actione, quando commutauit rationem ſuam, ideſt uerbum ſuum, & ſimilis titulus ponitur in tranſlatione Hier. iuxta Hebræũ, vbi ſic habetur: Dauid quando commutauit os ſuum. Et accipitur os pro verbo prolato ore coram Abimelech, & eiecit eum, & abijt. Ad cuius intellectum ſciendum, q̃ iſta duo nomina Abimelech, & Achimelech habent magnam conuenientiam: propter quod dixerunt aliqui, quòd ſignant eandem perſonam, dicentes, quòd Dauid fecit hunc pſal. quando fugiens Saulem venit in Nobe ad Achimelech ſacerdotem. Et tunc mutauit os ſuum coram eo, quia non dixit ſe fugitiuum, ſed pro negotijs vrgentibus à rege miſſum. Sed huic dicto contrariatur quod ſequitur in prædicto titulo. Et fugauit eum, vel eiecit, quia Achimelech non fugauit Dauid, ſed magis eum amicabiliter & honorificè ſuſcepit, præbens ei panes & gladium, vt habetur ibidem: propter quod aliter exponitur communiter à doctoribus Hebræis, & Latinis de fuga Dauid ad Achis regem Geth, ad quem fugit recedens ab Abimelech. Erat enim binominis: quia vocabatur Abimelech nomine regni, & Achis nomine perſonæ, ſecundum quod dicit Ra. Sa. ſicut Imperatores Romani dicebantur Cæſares nomine imperij, & tamen habebant proprium nomen perſonale, ſcilicet Iulius Auguſtus, Tyberius, & ſic de alijs. Et hoc dictum conſonat ei quod dicitur Gen. quod Abraham iuit ad peregrinandum in Geraram, vbi regnauit Abimelech, & ſimiliter poſtea per magnum tempus Iſaac. Illa autem ciuitas quæ antiquitus dicebatur Gerara, poſtea vocata fuit Geth. De Gerara enim dicitur, quòd erat in Paleſtina, quæ eſt terra Philiſthinorum, & idem dicitur de Geth, & quilibet rex vocabatur Abimelech nomine regni. Quando autem Dauid fugit in Geth fuit cognitus à Philiſtæis: vnde dixerunt: Nunquid iſte eſt Dauid rex terræ? quaſi dicat bonum eſſet eum interficere, ne veniat ad regnum, & inualeſcat contra nos: propter quod adduxerunt eum ad Achis, vt moreretur, propter quod Dauid in tali periculo poſitus ſimulauit ſe inſanum, ſecundum illud poeticum. Stultitiam ſimulare loco prudentia ſumma eſt. Et ideo Achis tanquam inſanientem eum eiecit, & ſic Dauid de periculo liberatus abijt, & pro gratiarũ actione hunc pſal. compoſuit. Igitur ſecundum hoc iſte pſal. in duas partes diuiditur: quia primò Dauid de ſua liberatione domino regratiatur. ſecundò alios ad bonum hortatur, ibi: Accedite ad eum. Prima in duas, quia primò ponitur gratiarum actio, & ſecundò eiuſdem augmentatio, ibi:* C *Magnificate do. mecum. Circa primum dicit Dauid. Benedicam dominũ. ei regratiando.*

MORALITER.

a *Bene. do.* Pſal. iſtum fecit Dauid pro gratiarum actione, quando ſimulando ſtultitiam coram rege Geth, ſic euaſit mortem quam ſerui regis ſibi volebant inferre. vnde dicit Poeta: Stultitiam ſimulare loco prudentia ſumma eſt. Moraliter autem exponi poteſt de mutante ſuum ſtatum per religionis ingreſſum: propter quod ab hominibus mundanis fatuus reputatur cum tamen per hoc ab ipſo mundi pericula euitentur: & ſic gratias agens dicit. Benedicam dominum in omni tem. ſ. die ac nocte in diuinis laudibus diurnis pariter & nocturnis.

b Semper

a ¶Non tantum in proſperis. ¶Quod non tempore prioris vultus. b ¶Caſſi. Quia quæ cogitat, vel dicit, ſine culpa ſunt: & ita laus Dei ſemper in eo eſt.

in omni tempore: ſemper laus eius

a ¶Vt alios inſtruam. b ¶Sed quia hoc nequit niſi humilis, ideo &c. ¶Vnde in futuro. ¶Non in me vel exterioribus. ¶Aug. Qui in domino non vult laudari, non eſt manſuetus, ſed ſuperbus.

in ore meo. In domino † laudabi-

a ¶Hoc autem. b ¶Leni animo.

tur anima mea: audiant manſue-

a ¶Caſ. & non triſtentur de hac mutatione, quia res iucunda animæ. b ¶Et ò vos manſueti. ¶Ex feruore charitatis hoc dicit. ¶Cui hoc demonſtratiuè dixiſſe non ſufficit. ¶Non manſuetis iraſcitur.

ti, & lætentur. Magnificate dominũ

a ¶Caſſi. Non eſt arcta res, omnibus ſubijcit.

mecum, & exaltemus nomen eius

a ¶Caſſi Ab omnibus vnum fiat. ¶Ideſt in vnum. b ¶Intus munda conſcientia. c ¶Ipſum non aliud.

† in idipſum. Exquiſiui dominum,

a ¶Qui non auditur, non ipſum quæſiuit. b ¶Quia poſt mundum cor reſtat tribulatio. ¶Cum mortale hoc induet incorruptionem.

& exaudiuit me: & ex omnibus

a ¶Ideſt in futuro eripiet.

† tribulationibus meis eripuit me.

a ¶Hortatur alios dicens, quod ipſe probauit. ¶Ad imperfectos dicet: venite & in fide timorem domini diſcite. b ¶Percipiendo illum non ſitis cæci.

† Accedite ad eum, & illumina-

a ¶Mentes. ¶Poſt lumen. b ¶Vt eorum qui retro abierunt dicentes: Durus eſt ſermo. Io. 6. b.

mini: † & facies veſtræ non con-

a ¶Decepti erubeſcunt, vos autem impetrabitis. ¶Aug. Diues non auditur: ſed hoc modo poteſt fieri auditio. b ¶David, Chriſtus, eccleſia.

funduntur. Iſte pauper clama-

a In omni tem. *ſcilicet proſperitatis, & aduerſitatis contra multos qui benedicunt Deum tantummodo tempore proſperitatis, ſecundum illud. Benedictus dominus quoniam diuites facti ſumus, ſed maledicunt tempore aduerſitatis. vnde vxor Iob dicebat ei in aduerſitate poſito: Benedic Deo & morere. i. maledic, vt ibidẽ fuit expoſitum.*

Zach. 11.

b Semper laus eius. *Iſ ſemper non importat hic continuitatem. Non enim poteſt homo mortalis continuare diuinam laudem: quia oportet, q̃ aliquando interrumpat ex fragilitate carnis, ſaltem tempore dormitionis: ſed importat frequentiam ſicut de homine eccleſiam frequentante dicitur, quod ſemper eſt in eccleſia, licet aliquibus temporibus ſit extrà.*

c In domino laudabi. *ideſt ſi in me ſit aliquid laudabile: totum attribuatur Deo, à quo illud habeo. Vel aliter: In do. lau. quaſi dicat de laudibus hominum non curo: quia frequenter laudant quod eſt vituperabile, & econtra: ſed laudari à Deo deſidero, cuius laus eſt vera. Laudat autem Deus hominẽ, quãdo per aliquem effectum vel ſignum præbet ei virtutis teſtimonium. Et hoc modo loquitur Apoſtolus. Qui gloriatur, in domino glorietur: non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ideſt approbatus, ſed quem Deus cõmendat. Hoc enim modo Deus pluries Dauid commendauit.*

2. Cor. 10. d

d Audiant man. *Manſuetudo eſt virtus iræ repreſſiua, quæ inter alias virtutes maximè in Dauid apparuit: quia Saul eum perſequens ad mortem bis in manus eius cecidit: & tamen non ſolum ei pepercit, ſed etiam viros ſuos ab eius interfectione repreſſit, vt habetur, & propter hanc manſuetudinem ſpecialiter Deus ipſum in bonis temporalibus, & ſpiritualibus multiplicauit, ſecundum quod ipſe dicit. Manſuetudo multiplicauit me. propter quod dicit Dauid hic: Audiant manſueti. bona mihi à Deo collata pro manſuetudine mea.*

Iræ repreſſiua virtus eſt manſuetudo. 1. Reg. 24. a & 26. c. 2. Reg. 22. c. D

e Et lætentur. *ſcientes quod ita fiet eis.*

f Magni. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actionis augmentatio. Reputabat enim Dauid diuinum beneficium erga ſe ita magnum, quòd non ſufficiebat ad regratiandum, & ideo inuitat alios ad adiuuandum ipſum, dicens: Magnificate Domi. me. de beneficio mihi collato. propter quod ſubditur,*

g Exquiſiui do. & exau. me. *& patet litera.*

h Acce. *Hic conſequenter Dauid alios ad bonum hortatur. Primò ad bonum vitæ contemplatiuæ, per quam homo ordinatur ad Deum. Secundò ad bonum vitæ actiuæ, per quam ordinatur ad proximum, ibi: Venite. Prima in duas: quia primò ponit exhortationem. ſecundò inducit hoc ad rationem, ibi: Iſte pauper. Circa primum dicit: Accedite ad eum. ſcilicet ad Deum, ad quem acceditur non paſſibus corporis, ſed affectibus mentis per veram cognitionem, & amorem. ideo ſubditur,*

Diuiſio.

i Et illu. *Deus enim eſt lux, ut habetur, & ideo ſicut accedens ad lumen uel lucem corporalem, corporaliter illuminatur, ſic accedens ad Deum per bonum mentis affectum ſpiritualiter illuſtratur.*

1. Ioan. 1. b

k Et fa. ue. non con. *i. non patiemini repulſam in orationibus ueſtris. Illius enim facies confunditur cuius petitio repellitur.*

l Iſte pau. *Hic adducit ad ſuum propoſitum rationem. & primò exemplo ſui, dicens: Iſte pau. cla. i. ego qui ſum exul, pauper, & fugitiuus.*

a Et

MORALITER.

b *Semper laus.* Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem deuotionis expreſsionem.

c *In domino lau.* ideſt in eius laudibus reputabo me laudatum, quia laus domini redundat in laudem ſerui.

d *Audiant man.* ideſt religioſi, qui mites eſſe debent & benigni.

e *Et lætentur.* eò quòd in Dei laudibus ipſi mereatur: propter quod inducit illos ad collaudandum, di.

f *Magnificate dominum mecum, &c.*

h *Accedite.* Hic conſequenter inducit alios ad bonum, quia bonus religioſus ſolicitus eſt de ſalute ſecularium, & ſic dicit; Accedite ad eum. de tenebris conuerſationis mundanæ.

i *Et illu.* lumine gratiæ quod paratus eſt dare, Ioan. 1. Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

Ioan. 1. a

K *Et fa. veſtræ.* ſed magis honorabuntur ex precum ueſtrarum exauditione. Hoc modo dicit Dauid ad Abigail. Ecce audiui uocem tuã & honoraui faciem tuam. Inducit exemplum de ſeipſo di.

1. Reg. 25. f

l *Iſte pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum.* & ex omnibus

tribu-



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Immittet angelus.* Accedite, & ſicut iſte pauper clamauit & exauditus eſt, eodem modo immittet angelus &c. *Aug.* Immittet angelus. Alij interpretes ſic tranſtulerunt: Circūdat angelus domini in gyro timentes eum. Angelus de cœlo, vel homo, qui eſt miniſter voluntatis Dei. *Aug.* Mendoſi codices habeant. Immittet angelum dominus. (*Vbi ſupra.*)

b *Guſtate & videte.* Hic apertè de ſacramento quod ferebat manibus. *Aug.* Guſtate carnem & ſanguinē Chriſti.

c *Suauis eſt dominus. Auguſt.* Et dulcis: quia eſt vita ſumenti pellens omnes moleſtias in futuro, ideſt ſperate per hoc vitam æternā. *Caſſi.* Et quia Deus eſt vita, caro quam ſibi vniuit, eſt viuificatrix.

d *Omnes ſancti eius. Caſ.* Nullus licet bene meritus ab hoc deſiſtet, non ſecuritatem præſumat. (*Vbi ſupra.*)

e *Quoniam. Aug.* Paſcebat dominus contemnentem ſe, & deſeret timentem. Promittit autem non ſuperflua, ſed neceſſaria.

f *Non eſt inopia.* Quia etiam in præſenti habent quantum exigit natura.

g *Eguerunt & eſurierunt. Caſſi.* Quia fidem non habent. Eſurierūt, quia corpore domini non ſatiantur. Quid enim habēt, qui Deum non habent? *Caſſi.* Vel diuites eguerunt, ideſt carebunt ſummo bono, licet eſuriant, id eſt deſiderent. Sed toto ſtudio quærentes ſine imminutione habebunt bonum, quod eſt omne bonum.

h *Venite filij audite me, timorem.* Diapſalmus. Tractatis eccleſiæ ſacramentis, admonet eos qui extra ſunt: qui prima rudimenta fidei capiunt, ne nomen timoris horreatur, addit: Docebo vos, filios timorem domini, vt rem vtilem. *Caſſi.* Iam & incipientes monet, à quibus abſtineant.

i *Dies videre bonos.* Quia omnes fatentur ſe velle.

k *Prohibe. Caſſi.* Nota quod prius cohiberi linguam dicit, quam cum loqui volumus ante commouemus labia, quæ mox ſequuntur linguæ motum. *Caſ.* Prohibe qui vitam cupis. Ecce quomodo debeant timere.

a *Di-*

[Margin: † liberauit. † Caſtrametat (mo ratur). † bonus. † nihil deeſt. † Leoncali (.i. diuites) depauperati ſunt. † deficient. † Cuſtodi.]

uit, & dominus exaudiuit eum: & ex omnibus tribulationibus eius

a ¶Quomodo. b ¶Magni conſilij: vel aliquis angelus de cœlo, qui eſt eccleſiæ vallum. b ¶Chriſtus.

†ſaluauit eum. † Immittet † angelus Domini in circuitu timentium

a ¶Vt protegat, ne proſternantur. b ¶Pure. a ¶In futuro. b ¶Et. ¶Non ſolum accedite, vt credatis ſed etiam. c ¶Sic. d ¶Intelligite. ¶Si hoc non intelligis, regnat in te Achis, ideſt ignorantia, & abij à te Dauid.

eum, & eripiet eos. Guſtate et videte,

a ¶Quaſi: Guſtate & ſperate: quia.

te, quoniam †ſuauis eſt Dominus: beatus vir qui ſperat in eo. Timete Dominum omnes ſancti eius,

a ¶Aug. Quia eum habet, qui eſt omne bonum. a ¶Vt qui ſtat, videat, ne cadat. ¶Miſer qui in ſe. a ¶Aug. Multi enim deſerunt Deum ne inopes fiant. b ¶Temporalium. ¶Veri boni. ¶Spiritualis. c ¶Caſſi. Alij aliquo indigent, ſed non ſui, quibus att. Quærite regnum Dei & hæc omnia adijcientur vobis. Matth. 6. d

quoniam † non eſt inopia timentibus eum. † Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem Dominum non †minuentur omni bono. Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos. Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? † Prohibe linguam tuam á malo, & labia tua ne lo-

a ¶Sed. ¶Seculi. ¶Superbi. b ¶Ne putes hoc dictum de terrenis, quæ nullius pretij ſunt, ſed de ſpiritualibus. ¶Etiam pane temporali aliquando egent. a ¶Tamen dote naturæ. b ¶Non aliud. a ¶Quia in Domino omnia. ¶ſcilicet quod eſt omne. a ¶Vt autem ſciatis timere. b ¶Fide. c ¶Diſcentes. ¶Ieſus: Diſcedite à me. d ¶Qui eſt initium ſapientiæ. a ¶Quaſi: diſcite timorem, quia in hoc eſt vita. a ¶Aeternam. b ¶Et qui. c ¶Qui nunquam ſunt in hoc ſeculo. a ¶Qui vult dies vide. bonos timeat. Timor enim linguam coercet. b ¶Mors & vita in manibus linguæ. a ¶Omni ne loquaris aperte. b ¶Ne mala aperte, ne bona doloſe.

*Dei ad hominem, qua ei communicat in præſenti vita ſuam dulcedinem, magis auget reuerentiam finalem hominis ad Deum. Ideo ſubditur,*

b Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. *Ex hoc enim quòd ſentiunt in ſe diuinam præſentiā modo prædicto, ſufficit eis pro omni bono, imò alia bona eis deſipiunt, niſi quantum neceſſitas exigit. Econtrario autem eſt de cupidis huius mundi, quibus omnia deficiunt: propter quod ſubditur,*

i Diuites eguerunt. *Quia ſecundum quod dicit Hieron. in epiſtola ad Paulinum: Antiquitus dictum eſt: Auaro deeſt, tam quod habet, quàm quod non habet. Ideo ſubditur,*

K Et eſurierunt. *Quia non audent frui bonis habitis, ſed ea relinquunt alijs.*

l Inquirentes autem Dominum. *Fide & deuotione.*

m Non minuentur omni bono. *Quia abūdant in bonis ſpiritualibus. Temporalia verò quantuncunque modica eis ſufficiunt, imò pro diuitijs computantur, vnde dicit Apoſtolus. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus.* (1. Tim.) *Et Hieron. in epiſtola ad Paulinum: Victus, & veſtitus diuitiæ ſunt Chriſtianorum.*

n Venite filij, audite me. *Hic conſequenter hortatur ad bonum vitæ actiuæ quæ conſiſtit in vitatione peccati, & operatione boni ad proximum. Timor autem domini facit vitare peccatum, ſecundum illud. Per timorem domini recedit omnis à malo. Ideo dicit: Venite filij audite me. per deſiderium diſciplinæ.*

o Timorem domini docebo uos. *Qui eſt initium ſapientiæ iuſtorum.*

p Quis eſt homo qui uult uitam. *ſcilicet beatam in qua nullus moritur,*

q Diligit dies videre bonos. *In beatitudine cœleſti, vbi dies non interrumpentur noctibus, faciat ſupple quod ſequitur,*

r Prohibe linguam tuam. *Vbi docetur vitatio peccati oris, & primò reſpectu Dei, cum dicitur,*

s A malo. *ſcilicet blaſphemiæ, & diuini contemptus, & ſimilium. Secundò reſpectu proximi, cum dicitur,*

t Et labia tua ne lo. do. *ſcilicet deceptiones, falſitates & huiuſmodi, contra proximum.*

a Diuer-

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et Dominus exaudiuit eum. *Liberando à Philiſtæis modo ſupradicto.*

b Et ex omnibus tribulationibus. *Quia non ſolum fuit modò ſaluatus à Philiſtæis, ſed etiam de manibus Saulis: qui conatus fuerat occidere eum, vt habetur 1. Regum, in pluribus locis quaſi dicat. Si ego qui ſum pauper, & fugitiuus inueni gratiam apud Deum, ſimiliter illi qui vero corde accedunt ad Deum. Secundò inducit rationem ex parte ſpiritus angelici, dicens,*

c Immittet. *ſcilicet influxum ſuæ virtutis.*

d Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. *Hoc patet in pluribus locis ſacræ ſcripturæ: vnde & angelus liberauit Loth à Sodomis, & tres pueros de camino ignis, vbi dicitur quòd angelus domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & ſimiliter liberauit Danielem de lacu leonum. Hoc allegat Dauid ad oſtendendum condeſcenſionem angelorum erga eos qui corde vero, & puro accedunt ad Deum. Tertiò adducit rationem ex parte ipſius Dei dicens,* (Gen. 19. d. Dan. 3. d. Dan. 6. f.)

e Guſtate & videte. *Quaſi diceret, experimento poteſtis probare.*

f Quoniam ſuauis eſt dominus. *Et loquitur ad modum hominum dulcedinem vini probantium: quia primò modicum deguſtant, & ex hoc cognita eius dulcedine alliciuntur ad amplius guſtandum: ſic homines deuoti primò percipientes aliquid de dulcedine Dei amplius alliciuntur ad amplius ſentiendum. Sed aduertendum, quòd probantes dulcedinem vini, illud modicum, quod præguſtant ſuper linguam diu retinent: ſic ſentientes diuinam bonitatem debent eam, quandiu poſſunt, retinere, quia hoc eſt quoddam præludium beatitudinis futuræ. propter quod ſequitur,* (Modus probandi vinū. Nota.)

g Beatus vir qui ſperat in eo. *Talis enim præguſtatio diuinæ dulcedinis auget ſpem futuræ beatitudinis. Licet autem aliquando apud homines nimia familiaritas, pariat contemptum; talis tamen familiaritas Dei*

## MORALITER.

✱ tribulationibus eius ſaluauit eum, quaſi diceret: ſic faciet vobis ſi ad eum accedatis. Inducit etiam angelorum ſubſidium, dicens,

c *Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Nam angeli ſolliciti ſunt de ſalute illorum quos cuſtodiunt, pſal. 124. a. Montes in circuitu eius, ideſt angeli, ut exponit Auguſtinus. Inducit etiam diuinum ſolatium dicens:

e *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt dominus.* Et quoniam talis præguſtatio diuinæ dulcedinis eſt quoddam præludium beatitudinis. Subditur,

g *Beatus vir qui ſperat in eo.* Auget etiam reuerentiam filialem. Ideo ſequitur,

h *Timete dominum omnes ſancti eius: quoniam non eſt ino.* Quia iam habent in ſpe bonum infinitum.

i *Diuites eguerunt & eſurierunt.* Loquitur de diuitibus cupidis, de quibus dicit Poeta: Creſcit amor numi, quantum pecunia creſcit.

l *Inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.* Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis.

n *Venite filij audite me.* Hic conſequenter hortatur ad bonum uitæ actiuæ, quod magis reſpicit ſeculares, dicens: Venite filij audite me. ſcilicet Dei per baptiſmum.

o *Timorem domini docebo vos.* Quo timore repellitur peccatum. Per timorem domini recedit omnis à malo.

p *Quis eſt homo qui vult vitam.* ſcilicet gratiæ.

q *Diligit dies videre bonos.* ſcilicet gloriæ. Nam ubi nox non habet locum, faciat ſupple quod ſequitur,

r *Prohibe linguam tuam à malo.* ſcilicet contentionis, detractionis, & murmurationis.

t *Et labia tua ne loquantur dolum.* Duplicitatis & deceptionis, & conſimilium.

✱ a Diuerte



a *Diuerte. Caſ.* Hoc culpam vitat. Fac bonum: hoc laudē meretur. Inquire pacem: quia hic nunquam pax iuſto cum corpore ſuo, ſemper pugna cum vitijs: ideo præcipit pacē ſemper quæri: & ſi hic plenè haberi non poſſit. Et perſequere fugientem, aliter in futuro non capietur.

b *Oculi Do. Caſ.* de retributionibus bonorum, & malorum, ne in periculis iuſtus aliqua dubietate molleſcat. Oculi Do. Nec ex infirmitate tua diffidas, quia oculi.

c *In preces. Caſſi.* Celeritas audiendi cū in ipſis auditor habitat.

d *Memoriam. Aug.* Vt nec mentio, id eſt interceſſio fiat pro eis inter bonos, adeo placet eis iuſtitia Dei. vnde: Chaos firmatū eſt inter nos, & vos, vt boni non poſſint ad eos conſcendere compaſſione ſcilicet aliqua propter confuſionem peccatorum, quæ admiſerunt.

e *Iuxta eſt Domi.* Liberauit: nam pronus eſt ad hoc, quia iuxta eſt, vel eſt alluſio ad clamorem.

f *Multæ tribulationes iu.* Sicut & in nouo teſta. iuxtà eſt, & ſaluabit, quod neceſſe eſt: quia multæ tribulationes. *Caſſi.* Multæ, à diabolo, ab inuidis hominibus, & à ſe.

g *Liberabit. Aug.* Non corporaliter, ſed dando eis patientiam, vel liberabit ſpiritualiter.

h *Oſſa. Aug.* Virtutes. Et vnum &c. vt nec patientia pereat.

i *Peſſima. Aug.* Non modò mala, etſi in diuitijs, & odoribus, & lamentis hominum finiatur, tamen peſſima eſt: quia in peccatis ad infernum trahit.

k *Qui ode.* quorum? nō omnium: quia peccatores, ſed qui oderunt iuſtum, qui iuſtificat, ideſt, Chriſtū, per quē qui non reconciliatur, perit: ſed redimet animas, ſecūdum quas eſt mors peſſima.

a *Ipſi*

a ¶Aug. Ceperat enim omnis aberrare. ¶Deſtrue vitia in te. ¶Nulli noceas facto: Et quia hoc non ſufficit, ſubdit.

quantur dolum. Diuerte à malo & fac bonum: inquire pacem, & perſequere eam. Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. † Vultus autē Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iuxtà eſt Dominus his qui †tribulato ſunt corde, & †humiles ſpiritu ſaluabit. †Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his †liberabit eos Dominus. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur. †Mors peccatorum peſſima, & qui oderūt iuſtum † delinquent. Redimet Dominus animas ſeruorū ſuorū, & non † delinquent omnes qui ſperant in †eo.

a ¶Ædifica virtutes. b ¶Spiritui tuo cum carne. c ¶Deum. a ¶Quia hic non habebis. ¶Perſeuera inquirendo. ¶Qui proceſſit in celum. b ¶Quia. ¶Aug. Reſpectus miſericordiæ Dei. a ¶Vt quod petunt det, ſcilicet gratiam pro gratia. ¶Et ſic vt medicus ſecat, & vrit: ſed hoc ideo facit, vt ſanet & parcat in æternum. a ¶Aug. ſed nec malus putet ſe neſciri: quia. b ¶Aug. Nō tamen eos reſpicit miſericorditer, ſed. a ¶Viuentium. a ¶Vere oculi ſuper iuſtos, quia. ¶Pro liberatione ſua. b ¶Abraham & cæteri. a ¶Aug. Chriſtus. b ¶In ſua reſurrectione. ¶Sic quod liberauit dando patientiam. a ¶Saltem ſpiritualiter. ¶Vel corporaliter, vt tres pueros in camino ignis. ¶Quando captiuam duxit captiuitatem. a ¶Aug. Altus eſt Dominus, ſed vicinatus humili, & non erigenti ſe. a ¶Qui terunt duritiam cordis. ¶Caſ. Non omnibus tribulatis corpore. a ¶Non verbis. b ¶Non vt nihil patiantur. c ¶Panciores iniquorum. ¶Aug. Qui non patitur non eſt iuſtus. a ¶Potens liberator. ¶In futuro. b ¶Interim. a ¶Aug. Firmamenta fidei, ideſt patientiam. b ¶Vt nec in agno confringebatur. ¶Vt de agno dicitur: Os non frangetis ex eo. Exo. 12. g. a ¶Sed. ¶Ad vltima ſemper reſpicientes temporalia contemnunt. a ¶Quia rapit ad gehennam. b ¶Quia vita iniqua. a ¶Contra cuſtodem. b ¶Pretio mortis. c ¶Autem. a ¶Caſſi. non iniqua libertate viuentium. b ¶Aug. Iſte eſt modus humanæ iuſtitiæ: vt quia ſine peccato non eſt homo: in hoc nō delinquat, ideſt in hoc mortale caueat, dum, ideſt quia ſperat in eo in quo eſt remiſſio peccatorum.

o Iuxta eſt Dominus. *quia ſemper paratus eſt eos adiuuare eos liberando, vel virtutem patientiæ tribuendo ad maius meritum ipſorum.*

p Et humiles ſpiritu ſal. *ſecundum quod dicitur, Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.* (Prou. 29. d)

q Multæ tribulationes iuſtorum. *quia aliquando Dominus permittit, vt per patientiæ meritum perueniant ad maius premium, cum ſubditur,*

s Et de omnibus his. *quia tranſlati ad requiem liberantur ab omnibus præſentis vitæ pœnalitatibus.*

r Cuſtodiuit Dominus. *per oſſa in quibus conſiſtit robur corporis, intelliguntur virtutes in quibus conſiſtit robur mentis: quas Dominus cuſtodit illæſas finaliter in electis ſuis.*

t Mors peccatorum peſſima. *Mors enim naturæ mala eſt, quia eſt priuatio corporalis vitæ: mors autem culpæ peior eſt, quia eſt priuatio ſpiritualis vitæ: ſed tamen non eſt peſſima, quia quandiu peccator eſt in præſenti vita, poteſt redire ad vitam ſpiritualem per pœnitentiam: ſed mors gehennæ eſt peſſima, à qua non eſt reuerſio poſſibilis, & hæc eſt mors peccatorum in mortali peccato decedentium.*

u Et qui oderunt. *quia odium fraternum eſt occaſio multorum malorum, ſicut econtrario amor proximi eſt cauſa bonorum: quia qui diligit proximum, legem impleuit.* (Rom. 13. a) *In Hebræo, & in tranſlatione Hieron. iuxta Hebræum habetur: Interficiet impios malitia, & odientes iuſtitiam: quia malitia hominis eſt ſemper cauſa mortis eius ſpiritualis, & aliquando etiam corporalis: ſicut malitia Achitophel fuit occaſio ſuæ ſuſpenſionis, vt habetur.* (3. Reg. 17. f)

x Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum. *hoc fuit adimpletum in Chriſto, qui nos redemit ſuo ſanguine precioſo.* (Margin: † attritos)

q Filij autem ho. *Hic conſequenter oſtenditur diuina largitas ſpecialiter ſcilicet circa homines,qui copioſo,ꝙ ſunt ad imaginem Dei facti,ſunt ad bonum excedens creaturam irrationalem ordinati.ſ.ad bonum rationis,quo ſi bene vtantur, ad beatitudinem ſupernaturalem vlterius deducuntur: & hoc eſt quod dicitur, Filij au.ho.ſ.rationabiliter & iuſtè viuentiũ.*

r In tegmine alarum tua.&c. *ideſt in beatitudine recta & abſcondita apud te,ſecundum illud. Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcendit: quæ præparaſti diligentibus te.ideo ſubditur,*

s Inebriabuntur. *i.ſaturabuntur abſque tamen faſtidio.*

t Ab vbertate.Do.tuæ. *i.domus cęleſtis gloriæ,ſecundum quod dictum eſt ſupra. Satiabor cum apparuerit gloria tua.*

u Et torrente volup. *hoc additur ad oſtendẽdum perfectionẽ refectionis gloriæ: quia apud nos refectio perficitur ex cibo & potu.*

¶ a Quoniam

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Non eſt timor. *q.d.Si ante oculos mentis eius timor Domini poneretur, à tanto malo retraheretur, ſecundum quod dicitur, Per timorem Domini declinat omnis à malo.*

Prou.16.d.

b Quoniam doloſè egit. *ſ.cum Dauid faciens eum generum ſuum,vt ſic occideretur gladio Philiſthinorum.*

1.Reg.18.e

c In conſpectu eius. *ſ.Dei: quia nulla doloſitas latet eum.*

d Vt inueniatur &c. *Cum enim Saul non potuit occidere Dauid latenter,ac doloſè gladio Philiſthinorum,perſecutus eſt eum patenter,manifeſtans*

## MORALITER.

✱ b *Quoniam doloſè egit.* ſub ſpecie boni ad malum inducendo.

d *Vt inueniatur.* quærit enim principaliter diſcordias & odia.

f *No.intel.* Ideſt noluit intellectum ſuum applicare ad bonum.

g *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.* Ideſt in peccatoris animo,in quo quieſcit ſicut in cubili proprio.

h *Aſtitit om.&c.* i.malè inducens ad ipſam homines prout poteſt.

i *Malitiam au.non odiuit.* Ideſt dilexit.

k *Domine.* Hic ſecundò deſcribitur miſericordia ſaluantis, cũ dicitur: Domine in cęlo miſericordia tua &c.q.d.extenditur à ſupremis cęlis vſque ad hæc inferiora.ideo ſubditur,

o *Homines & iumẽta ſaluabis &c.* Filii autem hominum.ideſt imitatores rationabiliter viuentium.

r *In tegmine alarum tuarum ſpera.* ideſt in protectione tuæ gratiæ pro præſenti,& gloriæ pro futuro.

r *Inebriabuntur ab vbertate do.tua.* ideſt cęleſtis gloriæ,vbi totus ſatiabitur appetitus.

✱ b Et



voluntas tua in homine omnia rumpit obſtacula. Vel ſapiẽtia Chriſti torrens, quia ſubita & rapida.

E

a *Quoniam apud te eſt fons &c. Caſ.* Apud te Chriſte eſt fons, id eſt initium omnis boni. & in tuo lumine: quia per eius pdicationem videmus lumen patris & ſpirituſãncti, & ideo prætende,vt in hoc ſeculo tutius eatur.

Caſſi.

## NIC. DE LY.

¶ a Quoniam apud te &c. *Deus enim eſt vita per eſſentiam: & omnia ſunt in eo vita ſecundum quod dicitur Ioan.1. Quod factum eſt ſcilicet in creaturis, in ipſo vita erat. Creatura enim antequam crearetur,non erat aliud quàm creatrix eſſentia,quæ eſt per eſſentiam ipſa vita,vt dictum eſt.*

b Et in lumine &c. *Ideſt in lumine creato gloriæ videbimus lumen tuæ eſſentiæ, quod videri non poteſt ab intellectu creato, niſi ad hoc eleuetur per lumen gloriæ fortificans lumen naturale intellectus creati: ſicut nec oculus noctuę poſſet videre lucem ſolis, niſi aliquo addito ſibi fortificaretur: propter quod dicitur 2. Metaphy. quòd ſicut ſe habet oculus noctuæ ad lumen ſolis, ita intellectus noſter ad ea quę ſunt manifeſtiſſima in natura: per quę intelliguntur diuina,quę de ſe ſunt manifeſtiſſima, ſed virtutem intellectus noſtri excedentia,ſicut & lux ſolis eſt maximè viſibilis, tamen improportionata noctuę oculis. Et quia ad hanc viſionem non poſſumus pertingere,niſi per diuinam gratiam,ideo ſubdit Dauid deprecando.*

2.Metaph.

c Prætende miſericordiam. *i. dirigentes cognitionem ſuam naturalem quantum poſſibile eſt ad te: illuſtra fidei cognitione.*

d Et iu. *ideſt viuentes ſecundum rectum iudicium rationis rectifica rectitudine gratię tuę,quę ſola iuſtificat perfectè,& ſic ſemper contingit: quia gratia eſt perfectio naturę: & ideo dirigentibus ſe in Deum quantum poſſibile eſt virtute naturę,non denegatur perfectio gratię.*

G

e Non veniat. *Hic conſequenter oſtenditur diuina liberalitas ſingulariter quantum ad ipſum Dauid, qui deprecando dicit: Non veniat &c. id eſt pes Saulis ſuperbi, & ſuorum ſatellitum ad me pro ſua voluntate conculcandum.*

f Et manus pec *i.perſuadentis mihi malum.*

g Non mo.me. *Suple: à rectitudine veritatis, & iuſtitię. Vel aliter: Non veniat mi.p.ſu. ideſt dæmon qui per ſuperbiam cecidit, non me ſubijciat ſibi per peccatum mortale. Et manus peccatoris, ideſt poteſtas dæmonis in peccato obſtinati. Non moueat me,à ſtatu gratię. Et vtrunq; fuit conceſſum aliquo modo ipſi Dauid ex diuina largitate, quia non fuit datus in manu Saul ipſum perſequentis,licet aliquando per Sathan in peccatum mortale inciderit: tamen per pœnitentiam ſurrexit. & in finali gratia deceſſit.*

h Ibi ceciderunt. *Quia perſeuerantes in peccatis frequenter traduntur in manibus inimicorum temporaliter: & in poteſtatem dæmonis finaliter tradentur.*

¶ Noli

a ¶Aug.delectationis.

te voluptatis tuæ potabis eos.

a ¶Potuerunt inebriari, ſed vitali [illegible] quod fluit in vitam æternam. b ¶[illegible]

a Quoniam apud te eſt fons vitæ, a

a ¶Per Chriſtum. b ¶Patrem. ¶Quod idem eſt. ¶Idem qui fons,eſt & lumen.quia ſatiat & illuminat.

& in lumine tuo videbimus lumẽ. b

a ¶Interim autem.

Prętende miſericordiã tuam c

a ¶Caſ.rectè credẽtibus. b ¶Quia bona à te mala a ſe. ¶Vitæ.

ſcientibus te, & iuſtitiam tuam d

a ¶Aug. qui ſe dirigunt ad voluntatem Dei, non enim curuant ad ſe,vt in omnibus laudentur. b ¶[illegible]

his qui recto ſunt corde. † Non e

a ¶Hoc eſt quod, Ab occultis meis munda me. ¶Si ſuperbus es,cito te mouet operatio male ſuadẽtis.

veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me. f g

a ¶Diaboli. b ¶Et ab alienis parce ſeruo tuo. ¶Aug. nã & mala quã à nobis vel à diabolo amouet Deus.

a ¶In ſuperbia. b ¶De alto. ¶Quia in pede ſuperbiæ: quia non ſicut Deum glo. b ¶Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum. ¶Adhuc diabolus & homo.

Ibi ceciderũt qui operantur iniquitatem expulſi ſunt,nec potuerunt † ſtare. h

a ¶Aug.à paradiſo. ¶Diabolus primo,& poſt homo. ¶Viriua.

## MORALITER.

✱ b *Et in lu.* Nam in lumine gloriæ finito videtur Deus qui lumen eſt infinitum.

c *Pre.mi.ſci.te.* Scientia practica cui amor eſt annexus,accipitur tamen largè praxis.

d *Et iu.tuam.* i.coronam iuſtitiæ tuæ.

e *Non ve.mihi p. ſu.* ideſt diaboli me deiectum conculcando.

f *Et ma.pec.* i.diaboli in peccatis obſtinati.

g *Non mo.me.* A ſtatu iuſtitiæ.

h *Ibi ceci.qui ope.* Nam à gratia deijciuntur per dæmonem, & poſtea conculcantur in gehenna.

H

✱ a Noli

*In pſal.35.Dixit iniuſtus,vbi dicitur in poſt. Circa quod ſciendum,ꝙ miſericordia ſuper exaltat iudicium.*

F

## ADDITIO

¶ Licet verum ſit ꝙ miſereri & parcere,proprium ſit Dei, vt in collecta cantat eccleſia,nec tamen propter hoc veritas diuina debet dici inferior quã miſericordia Dei, ſicut nubes ſunt inferiores de cęlo, prout poſtil.dicit. Nam miſericordia dicitur de Deo ſecundum operationem in creaturis,inquantum deiectus aliorum ſubleuat reſpectu cuius dicitur in pſal. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Sed veritas diuina ſiue accipiatur eſſentialiter, ſiue perſonaliter,appropriando eam filio patri coæterno, prout Ioan.14.a. Ego ſum via veritas &c.nullo modo tñ debet dici inferior quàm eius miſericordia,vt eſt manifeſtum.Sed ad intellectum horum verſuum attendendum eſt, ꝙ Dauid in hoc loco tractat de quibuſdam operationibus diuinis,prout referuntur ad creaturam rationalem. ſ.miſericordia & veritas iuſtitia & iudicium.Sed in hoc loco cum dicitur: veritas Dei,intelligitur fides,vt in 1.Tim. Oẽs homines vult Deus ad agnitionem veritatis venire: quod intelligitur de veritate fidei: & ſic in pluribus locis.Manifeſtum eſt autem ꝙ miſericordia Dei maximè relucet in cęlo,vbi beati miſericordiam Dei plenè conſequuntur,vt Mat.5.a.Cuius ratio eſt.Nam gloriam cęleſtem nullus de cõdigno ſecundum legem communem meretur: vnde Apoſtolus. Nõ ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam: quæ reuelabitur in nobis: & ſic manifeſtum eſt,ꝙ in cęlo maximè relucet miſericordia Dei in beatis,& ideo dicitur: Dñe in cęlo miſericordia tua: Sed fides Dei non habet locum in exiſtentibus in cęlo: quia per claram viſionem excluditur ſaltem quantum ad actum, & ideo fides dr̃ eſſe vſq; ad nubes, quæ quidem nubes ſunt inferiores cęlo, & in regione corruptibili,& ſecundum viſum noſtrum ipſi cęlo appropinquant: & ſic per nubes propriè intelligitur ſtatus iuſtorũ exiſtentium in via,in quibus diuina veritas maximè relucet,ſecundum fidem formatam: & ſic propriè dicitur: Veritas tua.i.fides tua vſq; ad nubes. Conſequenter quia iuſtitia diuina eſt fortiſſima, ſic ꝙ nullus ei reſiſtere poſſit: idcirco dicit: Iuſtitia tua,ſicut montes Dei.Sicut.n. montes altiſſimi,qui dicuntur montes Dei, ſunt inacceſſibiles: ſic iuſtitia diuina etiã quæ in his inferioribus relucet, eſt irreſiſtibilis. Iudicia autem Dei quæ inueſtigabilia ſunt, & incomprehenſibilia rectè dicuntur abyſſus multa: quia ſicut abyſſus eſt abſcondita ab oculis hominum,ſic & diuina iudicia.Iſte vr̃ ſenſus proprius prædictorum verſuum: ſed vlterius videndum eſt,quõ continuatur ſententia horum verſuum præcedentibus et ſequentibus.Pro quo ſciendũ ꝙ hic reſpondet Pſalmi.cuidã tacitæ quęſtioni. Cum.n.de prædicto iniuſto.ſ.Saule tot mala dixiſſet,intantũ ꝙ peccata ſua non ex ignorantia ſimplici,ſed potius ex affectata procederẽt,et hoc cum dicit: Noluit intelligere vt bene ageret: et inſuper ꝙ ipſum Dauid perſequebatur ex certa malitia & ex odio iuſtitiæ,et hoc cum dicit: Malitiam aũt non odiuit: quæ quidem circunſtantiæ maximè aggrauãt delictũ. Ex iſtis pôt oriri qdam qõ admiratiua, quæ aliqñ à prophetis in ſimilibus caſibus mouetur. ſ.quõ Deus tolerat ꝙ impius talis peſſimus perſequatur ſeu opprimat innocentem et iuſtum. vnde Abachuc in ſimili Deo ſic loquebatur. Quare non reſpicis ſuper iniquè agentes, et taces deuorãte impio iuſtiorẽ ſe? Ad hoc reſpondet Pſal. ꝙ hoc non prouenit ex debilitate iuſtitiæ diuinæ: quia iuſtitia tua ſicut montes Dei.Neq; etiã ex hoc ꝙ hæc inferiora non conſideret prout quidã errantes dicebant. Circa cardines cęli perambulat, nec noſtra conſiderat; et hoc cum dicit: iudicia tua abyſſus multa, quia pertingũt penetrãdo vſq; ad infima et ſecreta. Sed potius prædicta tolerantia prouenit ex hoc,ꝙ vera felicitas, et præmium eſt in cęlo,vbi miſericordia Dei relucet præmiãdo iuſtos in vita beata, et immortali de quo dicit: Domine in cęlo miſericordia tua etc. Similiter in bonis in hac vita exiſtentibus eſt felicitas inchoatiua per gratiã,de quo dicit: Veritas tua vſq; ad nubes, quod intelligendũ eſt de veritate fidei formatæ, quæ in hac regione corruptibili attingitur. Conſequẽter declarat quædã quæ ad beatitudinẽ pertinent; et primò quãtum ad beatitudinẽ imperfectã,q̃ eſt in ſtatu viæ per ſpeciẽ: et hoc cũ dicit: Filij aũt hominũ in tegmine alarũ tuarũ ſperabunt. Secundò q̃tum ad beatitudinẽ perfectam,quæ eſt in re.ſ.in ſtatu gloriæ: et hoc cum ſubiungit: Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ etc. exponantur omnia vt in poſti.vſq; ibi: Ibi ceciderunt. Vbi poſtq̃ oſtẽderat vbi ſit vera præmiatio, conſequẽter declarat vbi ſit vera punitio.ſ.in vltimo ſupplicio infernali, vbi nulla eſt redẽptio, de quo dicit: Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt neq; potuerunt ſtare,quia non eſt ibi poſſibilitas redeundi ad ſtatum gratiæ.Et ſic patet qualiter quæſtio tacitè in hoc pſal.mota, ſoluitur ſententialiter,eo modo quo infra in pſal.72.f.Quàm bonus Iſrael Deus expreſsè mouetur et ſoluitur,prout ibi largius patebit.

Iac.2.c. Pſal.144.b. 1.Tim.2.a. Matt.5.a. Rom.8.d. Abac.1.d. Quo Deus tolerat quod impius perſequatur iuſtum.

## REPLICA.

IN Pſ.Dixit iniuſtus etc.Bur.notat poſtillatorem circa illũ paſſum.Dñe in cęlo miſericordia tua etc.quia dicit ex cõgruẽtia miſericordiam inter cæteras Dei proprietates hr̃e quandã præcellentiã: ideò dr̃ miſericordia in cęlo, veritas aũt vſq; ad nubes etc.Bur.ruſtico more ſe opponit in his,quæ humano modo trãsferuntur ad diuina,q̃ tranſlatio ex contrarijs cõgruentijs cõtrario modo fieri pôt.ſicut Chriſtus dr̃ leo,nunc ouis,nunc rex, nũc vermis etc.ita etiam nubes,abyſſus,montes,inferius,ſuperius etc.quia.n.miſericordiæ Dei effectus ſunt nobis magis familiares, poſſunt deſcribi per montes nobis manifeſtos. Iudiciũ aũt per abyſſum nobis occultatã, et ecõuerſo miſericordia rõne interminabilitatis pôt circũloq p abyſſum,iudicia aũt rõne timoris quaſi in proſpectu manifeſtũ eſt.vt mõtes prout narrat beatus Hier.hãc vocẽ: Venite ad iudiciũ.ſp auribus ſuis inſonuiſſe. Ruſticale igit eſt ex his facere materiã diſpoſitionis,q̃ contrarijs modis ſic pñt interpretari et applicari.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

¶ *Caſ.* Pſalmus tertius, alphabeti imperfectio: Totus de correctione morum. E

a *Pſalmus Dauid.* Pſalmus hic eſt quaſi veſtis Chriſti, quæ totum corpus eius operiat præceptis, & protegat ab aduerſis & quaſi ſinu conſilij foueat. Potio contra illos qui murmurant de flore malorum, labore bonorum, quaſi omnia caſu agantur, vt mũdo ſpreto Deo adhæreant. Monet igitur eccleſia, ne quis malignantes imitetur: ſed quicquid boni ſperatur à domino poſtuletur, qui profutura & æterna dat.

*In expoſitio. pſal. 36. Ibidem.* — †Noli imitari malignos, nec æmulatus facientes iniquitatẽ (vel, Ne naſcaris, vel inuideas ob proſperitatẽ malignorũ. Alij vertunt, noli cõtendere cum malignantibus & infra — † herbarũ germen viride — *In enar. pſa. 36. Conc. 1. ro. 8. Ibidem.* — † Paſce veritatẽ. (vel fidem. i. dominice fiduciã in deũ aut viue in fide & veritate cũ proximo. Alij vertunt, paſce re fide, i. fiduciã habeas in omni vita in deũ Chal. inter. Conſide in verbo dñi & roborare fide & veritate. — *Vt ſup. ibid.*

## GLO. ORD. PSAL. XXXVI.

NOli æmulari in malignantibus &c.

b *Olera herbarum. Aug.* Modò eſt hyems, æſtas verò iudicij dies: de die autem illa nemo nouit, neq; filius neq; angelus neq; homo. Sed quomodo dicitur filius neſcire qui omnia nouit quę pater. Sed vt dicitur: Lætus dies, quia lætos facit. Sic filius, ſcire & neſcire nobis, quibus magiſter miſſus eſt quæ ſcire vel neſcire facit. Arbor altæ radicis per charitatem, modò arida, tunc glorioſa: quia nondum apparuit quod erimus. *Aug. Caſ.* Olera nõ hortorum, ſed herbarum. i. viliſſima q̃ per agros ſponte naſcuntur. Fenum nobiles qui facilè proficiunt, olera mediocres: ſed & illi citò areſcunt, & hi decidunt.

c *Spera. Aug.* bona quæ in domino, & vt ſperes fac bona: quæ vt facias, excole terram. Alia litera tuam. ſ. corpus. & ſic delectaberis in virtutibus eius: vnde non in te, ſed in domino delecteris. Quia ſi dabit æterna quæ petit ratio, hoc quidem iuſtis. Quia ſi peccatores, confitere peccata; & ſic item ſpera bona quæ in domino, & ipſe dabit.

d *Noli æmulari. Aug.* Ne autẽ moueat te à perſeuerantia proſperitas malorũ. Vel ſi faciunt iuſtis iniqua. Quia & ſi tibi aliqua, ne iratus ſis. Quia & ſi grandia ne furioſus ſis præſertim noli æmulari vt malig. i. vt eodem modo malignus ſis, quia mali extra terminos terræ viuentium damnabuntur. F

☞ a *Deſine*

a Pſalmus Dauid. XXXVI.

a ¶Qui hoc ſoles. ¶Indignari. ¶Inconſideratione malignantium quia florent.

NOli æmulari in ma- a
¶Alias inter malignantes.
lignantibus, neque b
a ¶Ames imiteris. b ¶Qui bonos premunt.
zelaueris facientes iniquitatem. c
a ¶Aug. quod hodie floret, & cras in clibanum mittitur. ¶Cur.
Quoniam tanquam † fœnum d
b ¶Pro ideſt.
velociter † areſcent, et quemad-
a ¶Aug. vilia non habentia aliam radicem: & ideo hyeme virent, æſtate arent. b ¶Vel beati.
modum † olera herbarum citò
a ¶Tu vero. ¶Caſſi. ſpes eſt introitus fidei. b ¶Illi in vanis. c ¶Illi malitiam. ¶Aſſidue quaſi ex conſuetudine. ¶Quia fides ſine operibus mortua eſt. Iac. ij. c.
decident. Spera in domino. & fac e f
a ¶Caſs. ne bona facias extra eccleſiam. b ¶Viuentium.
bonitatem: & inhabita terram, g
a ¶Ad charitatem & ſuauitatem. b ¶Aug. quæ ſunt, ipſe Deus: vel, in ſcripturis. c ¶Terra ideſt eccleſiæ.
& † paſceris in diuitijs eius. De- h
a ¶Ecce diuitiæ terræ. ¶Caſſi. Vt ſuauis ſit eius recordatio. & vt ames, quem times ſpreta mundi iucunditate.
lectare in domino, & dabit tibi i
a ¶Non carnis. b ¶Indica ei. quid pateris. ideſt carnis corruptionem. Et quid velis ideſt inde liberari.
petitiones cordis tui. † Reuela k
domino viam tuam: & ſpera in eo
a ¶Et gratia te liberabit de corpore mortis huius. ¶Qui poteſt. b ¶Quid? ¶Aug. Modo abſcondita eſt iuſtitia. ideſt fides, qua operaris. quia nondum vides quod credis. ¶Caſ. de tenebris ſeculi ad lucem iudicij vbi omnia palam.
& ipſe faciet. Et educet quaſi lumẽ l m
a ¶Fidem. ¶Quæ hic eſt quaſi ſub modio. b ¶Aug. quo iudicas, & eligis ſequi, quod non vides: quod modo irridetur.
iuſtitiam tuam, & iudicium tuũ n
a ¶Aug. Non ſolam vt lumen, ſed vt clarum lumen. b ¶Obedi præceptis.
tanquam meridiem, † ſubditus e- o
a ¶Caſſi. Bona regula. vt bona agamus, & ſemper rogemus. ¶Donec det promiſſa. b ¶Hic exponit vnde ſolet naſci indignatio.
ſto domino & ora eũ. Noli æmu- p q

*na hominis, bona temporalia, quæ ſunt exteriora, ſunt modica: Bona autem animæ, quæ ſunt virtutes & ſcientiæ, ſunt maxima: Bona verò corporis ſunt media proſperitas autem temporalis malorum, eſt in bonis exterioribus ſeu corporis tantum: & ideo ſe non extendit ad maiora bona ipſius hominis: propter quod non eſt appetenda: & hoc eſt quod dicitur,* G

a Noli æmulari. *ideſt noli imitari malignantes in ſuis operibus.*

b Neq; zela. *i. amaueris.*

c Facientes iniqui. *tales enim non ſunt imitandi, nec amandi inquantum mali: quia licet natura ſint ex charitate diligendi, quandiu ſunt in præſenti vita, in qua poſſũt ad bonum reuerti: tamen eorum malitia eſt odienda, & ſic loquitur ſaluator. Si quis venit ad me, & nõ odit patrem ſuum aut matrem &c. nõ poteſt eſſe meus diſcipulus. Subdit autem rationem prædictorum di.*

d Quo. tanquam fęnum velociter areſcent. *Fenum & olus citò deſiccantur, quia parum in terra radicantur: & ſic modicum attrahunt de humore virorem nutriente, & conſeruante: ſic appetitus malorum radicatur in bono ſenſibili, quod habet modicum de bonitate, & ſic eius appetibilitas citò tranſit, & eius adeptio & continuatio, faſtidium inducit ſicut patet de cibo quem famelicus appetit ſatiatus verò abhorret & reijcit.*

e Spera in do. *hic conſequenter declarat quod iuſti in præſenti etiam aſſequuntur maius bonum, quod eſt bonum virtutis: & non ſolum bonum virtutis politicæ quæ eſt per acquiſitionem, ſed etiam virtutis infuſæ, quæ eſt per gratiam, & etiam aliquando cum hoc temporalem abundantiam, licet non ſemper: quia eſt de minoribus bonis: propter quod eorum proſperitas etiam in præſenti eſt appetenda, & hoc eſt quod dicitur: Spera in do. figendo appetitum in ſummo bono.*

f Et fac bo. *i. opera bona.*

g Et inha. *quia ſicut dictum eſt: Iuſti cũ bono virtutis aliquando aſſequuntur affluentiam in temporalibus bonis.*

h Delectare in do. *Delectatio dicitur quaſi de alio lactatio: igitur in domino delectari, eſt de bonitate eius lactari: quæ ſugitur per cognitionem, & amorem.* H

i Et dabit. *Iuſti enim non petunt à Deo ſimpliciter niſi bona gratiæ, & virtutis, quæ ſemper dantur petentibus, quando petunt pro ſe, & perſeueranter, quod faciunt iuſti: De alijs autẽ bonis inferioribus nõ faciunt petitiones, niſi ſub conditione. ſ. ſi expediant honori diuino, & ſaluti ſuæ, vel aliorum, & hoc etiam modo Deus eos exaudit.*

k Reuela domi. *non ei aliquid manifeſtando: quia omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, etiam ab æterno: ſed in oratione coram eo tuum deſiderium explicando, & directionem eius petendo.*

l Et ipſe fa. *quia ſicut natura non deficit in neceſſarijs, ſic nec autor naturæ multò minus.*

m Et educet &c. *ponendo opera iuſtitiæ tuę alijs in exemplum virtutis, ſecundum quod dicit ſal. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.*

n Et iu. tuum. *iudicium eſt effectus iuſtitię: & per hoc deſignatur, quòd Deus iuſtos facit proſperari in operibus iuſtitię vſq; ad perfectionem debitam. Et per talem modum loquitur ſapiens. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, & creſcens vſque ad perfectum diem. i. vſq; ad perfectionem iuſtitię, ſicut aſcenſus ſolis perficitur in meridie: & quia Deus tanta bona confert iuſtis etiam in præſenti. ideo ſubditur,*

o Subditus eſto do. *humiliter & deuotè ſeruiendo.*

p Et ora eum. *q. d. tunc confidenter poteris orare eum, quia conſequeris intentum ſi tamen oratio ſit pia, pro te & perſeuerans, qualis eſt oratio iuſtorum.*

q No. æmu. *Hic conſequenter oſtẽditur, quod proſperitas iuſtorũ eſt maior* ¶ *etiam*

## NIC. DE LY. PSAL. XXXVI.

NOli æmulari. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in tranſlatione Hier. iuxta Hebræum, Dauid, abſque aliqua additione: niſi quod in Hebræo præponitur litera ל lamed ad deſignandum quod Dauid eſt datiui caſus, & eſt ſenſus, quòd hic pſal. appropriatur ipſi Dauid tanquam autori. De materia verò huius pſal. ſciendum, quòd multi videntes Saulem regem, & Doeg armigerum ſuum, & poſtea Abſalom, & Achitophel, & plures alios iniqua agentes temporaliter proſperari, & Dauid innocentem, & parentes ſuos, & fratres ſuos, & multos alios iuſtos, tunc & poſtea temporaliter affligi: declinabant ad malum, & recedebant à bono: quaſi Deus curam de actibus hominum non haberet. Et ideo Dauid fecit hunc pſal. oſtendens quòd proſperitas malorum ſit contemnenda, & iuſtorum appetẽda, quia iuſti ſemper ſunt melioris conditionis etiam in præſenti: licet hominibus bona ſenſibilia tantum conſiderantibus contrarium videatur. Diuiditur igitur iſte pſal. in duas partes: quia primò facit ſuam deductionem, ſecundò ponit quandam monitionem, ibi: Expecta dominum. Prima in duas: quia primò declaratur propoſitum ex eo quod iuſti & iniuſti in præſenti habent: Secundò ex eo quòd in futuro recipient, ibi. Nouit dominus. Prima in duas: quia primò oſtenditur propoſitum ex conditione boni, ſecundò ex adiunctione mali, ibi: Obſeruabit peccator. Prima adhuc in duas: quia primò oſtenditur propoſitum ex boni conditione. ſecundò ex eius duratione, ibi: Noli æmulari. Circa primum Dauid facit talem rationẽ: Illa proſperitas eſt melior & magis appetenda in qua quis aſſequitur maius bonum: ſed proſperitas iuſtorum in præſenti eſt huiuſmodi, ergo eſt magis appetenda. Maiorem huius rationis Dauid ſupponit tanquam per ſe manifeſtam: quia nihil eſt appetibile niſi inquantum bonum: & ideo quantum habet de bonitate, tantum habet de appetibilitate. Minorem autem declarat oſtendendo primò, quòd proſperitas malorũ in præſenti modica eſt. Secundò quòd proſperitas iuſtorum etiam in præſenti eſt magna, ibi; Spera in domino. Circa primum ſciendum, quòd inter bona*

*Diuiſio.*

## MORALITER.

a *Noli æmu.* In expoſitione literali libri. ſ. pſalmorum dixi, quod tempore Dauid multi videntes malos homines temporaliter proſperari, & bonos frequenter conculcari, ex hoc declinabant ad male agẽdum, propter quod Dauid fecit hunc pſal. oſtendens, quod proſperitas malorũ eſt contẽnenda, & aduerſitas bonorũ non eſt abhorrẽda: quia ipſi ſunt melioris cõditionis etiã in præſenti; licet hominibus ſenſualitatẽ ſequẽtibus cõtrariũ videatur; & ſic patet quod ſenſus literalis huius pſalmi eſt ſimpliciter moralis, propter quod nõ eſt alia moralitas requirẽda.



¶ a *Deſine. Caſſ.* Ira, ſubita: furor diutinus: ſed vtraq; deſerenda, per quæ peccatur. *Caſ.* Hoc dicitur ei qui adhuc infirmus timet, cur non ſibi bona. Noli æmul. vt malig. ideſt voluntariè malus ſis: imitando eum, qui malignè faciendo ad tempus floret. A

b *Et adhuc pu. Aug.* Poſt iſtã vitam paruam nondum eris, vbi erunt ſancti, quibus dicetur: Venite be. pa. m. ſed poteris eſſe in illa requie in qua diues Lazarum vidit: in qua ſecurus expectes diem iudicij: quando recepto corpore angelis æquaberis. Sed quomodo Lazarus erat in requie, cum nondum eſſet miſſa hoſtia? In ſpe ex toto, in re partim: quia nec ignem materialem, nec vermẽ conſcientiæ corrodẽtis ſentiebat.

c *Obſeruabit peccator. Caſ.* Dicto quod boni non debent malos æmulari, ſubdit malos ſuper bonos inuidia torqueri: quia non ſimiles illis: & ideo pudor eſt eos æmulari.

d *Stridebit &c. Caſſi.* Dum videt iuſtum ſe credit accuſari. Stridet: quoniam non poteſt ſubuertere, conatur occidere.

e *Dominus autem irridebit. Caſſi.* Sic & nos videntes perituros, irrideamus: & præſentes grandis conſolatio.

f *Gladium euaginauerunt. Caſſ.* Si neque blandis, neq; minis aget, pęna aggreditur. Si nec ſic proficit inſidiatur dolis, quando bene loquendo mala intendit.

g *Melius eſt modicum iuſto, ſuper diui. &c. Caſ.* Paulò antè de malitia, & ſuſtinentia, hic de diuitijs, & paupertate.

☞ a *Con-*

a ¶Sed in peruentione infelix. econtra tibi iuſto.
lari in eo qui proſperatur in via a
a ¶Non Dei, in qua tu. b ¶Scilicet.
ſua, et in homine faciente † iniuſti
a ¶Sed. b ¶Auguſt. Inde iraſci & dedignari eſt contra Deum murmurare, & proprie blaſphemare. ¶Aug. ne turbetur oculus tuus ira, vide veritatem.
tias. Deſine ab ira, & derelinque b
a ¶Vt nequiter facias. b ¶Imitando eum.
furorem: noli † æmulari, vt mali- c
a ¶Ideſt mali ſunt: vel maligne agunt.
gneris. Quoniam qui malignan- d
a ¶Et ſi modo florent. ¶In futuro damnabuntur. b ¶Aug. qui aduerſa ferunt præſentia deſpiciunt.
tur exterminabuntur, † ſuſtinen- e
a ¶Aug. qui non fallit & omnia poteſt.
tes autem dominum, ipſi † hæredi f
a ¶viuentium. b ¶Sed quaadiu ferendum? Cito erit quod infirmo diu videtur. ¶Caſ. iam ſuſtinuiſti, & adhuc reſtat parum, ne ergo te tædeat.
tabunt terram. Et adhuc puſil- g
a ¶Pro quo gemis. ¶Ideſt non erit dominium peccatoris, qui nunc viuit pio, ideſt ad vtilitatem pij.
lum, & non erit † peccator: & † quę h i
a ¶Aug. Sic non erit, quia non habebis vſum quem modo, cum eo vtitur Deus ad probandum iuſtum: Flagellum de malis ſibi facit Deus, quo caſtigat filios.
res locum eius, & non † inuenies.
a ¶Non quicunque ſuſtinentes, ſed qui patienter tolerant. b ¶Viuentium.
Manſueti autem hæreditabũt ter k
a ¶Quid ibi eis? ¶Aug. Mali in exteris? tibi omnia pax.
ram, & delectabuntur in multitu l
a ¶Tunc pax, ſed modo bellum. ¶Caſ. Quaſi occultis inſidijs.
dine pacis. † Obſeruabit peccator m
a ¶Vt alliciat. b ¶Si non poteſt. c ¶Vt furens belua.
iuſtum, et ſtridebit ſuper eũ den-
a ¶Irriſibilem videt, & videre ſuos facit.
tibus ſuis. Dominus autem irride n
a ¶Proſpicere ſuos facit. ¶Quod ipſe non videt. ¶Vide & tu cum Deo. ¶Vnde hoc.
bit eum, quoniam proſpicit quòd o
a ¶Semper enim vindicatur in impium ſi ſe conuertit hic: vt in Paulo, ſi non in futuro. b ¶Quo retribuatur. c ¶Etiam. ¶Aug. Ecce aperta impugnatio.
veniet dies eius. Gladium † euagi- p
a ¶Ecce occulta per inſidias.
nauerunt peccatores, intende-
a ¶Dolos. b ¶Arcum.
runt arcum ſuum. Vt † deijciant
a ¶Qui ſibi non ſufficit. b ¶Qui nec habet opem ab alio. c ¶Gladium euagina.
pauperem & inopem, ut trucidet
a ¶Vt martyres. b ¶Sed.
rectos † corde. Gladius eorum in- q
a ¶Quaſi occidendo alios in corpore, ſe occidant in mente, quod non nocet ſanctis: ſed potius eſt dolus inanis. ¶Aug. Tibi extra, ſibi intus nocent, quaſi per corpus ſuum quis mittat gladium, vt cedat tunicam. ¶Vnde venerat. b ¶Tamen. c ¶Aug. Inſidiæ ſiuſtrentur ne noceant iuſto, qui & ſi ſpolietur dicat: Melius eſt mo. iu. &c. ¶Ita impius iuſto.
tret in corda ipſorum, et arcus eo
rum confringatur. Melius eſt mo r
a ¶Aug. Quia & ſi modo proſpere, non ſic ſemper erit.
dicum iuſto, ſuper diuitias pecca- s
a ¶Potentia.
torum multas. Quoniam brachia t

## NIC. DE LY.

B ¶ *etiam in præſenti, & hoc ex duratione: quia proſperitas malorum conſiſtit in bonis temporalibus tranſitorijs, & corruptibilibus, vt patet ex prædictis: Proſperitas autem iuſtorum conſiſtit principaliter in bonis animæ, quæ ſunt incorruptibilia, inquantum manent in anima ſeparata: propter quod dicitur: Noli æmulari. in eo, hoc eſt peccatore, qui non vadit per viam legis diuinæ, & rationis rectæ, ſed ſecundum impetum paſſionis ſuæ: ſecundũ quod dicitur. Omnes nos quaſi oues errauimus vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit. Et talis in via ſua proſperatur, quando obtinet quod intendit. Iſta tamen proſperitas eſt magis aduerſitas: quia & ſi ſit alicuius boni temporalis additamentum, eſt tamen boni ſpiritualis detrimentum, ſecundum quod dicit Aug. Lucrum in arca, damnum in conſcientia, tulit veſtem, & perdidit fidem: acquirit pecuniam. & amittit iuſtitiam: & ideo de talibus dicitur hic: Noli æmulari. i. imitari.*

a In eo qui proſpe. *ideſt facta illius qui prædicto modo proſperatur, cuius proſperitas eſt magis aduerſitas iudicanda.*

b Deſine ab ira &c. *ſcilicet talium qui frequenter paſſiones iræ nimium excedentes patiuntur ad complendum ſuas iniquitates. ideo ſubditur,*

c Noli æmula. *Et ſubditur cauſa,*

d Quoniam qui ma. &c. *Saltem in morte naturali, & frequenter anticipantur, & moriuntur morte innaturali. ſ. gladio, veneno, vel aliquo huiuſmodi.*

e Suſtinentes &c. *i. patienter expectantes eius beneplacitum.*

f Ipſi hæ. ter. &c. *ſcilicet viuentium quam perpetuò poſſidebũt, & frequenter in hac terra diutius malis hominibus viuunt. ideo ſubditur,*

g E adhuc puſillum. *ſ. temporis.*

h Et non erit peccator. *Subtractus de medio modo prædicto.*

i Et quæres locum. *quia frequenter pro ſuis malitijs non ſolum deſtruũtur in perſonis proprijs, ſed etiam loca eorum, & poſteritas tota.*

K Manſueti. *Exponatur ſicut prius: quia manſueti ſunt illi qui expectant patienter beneplacitum domini.*

l Et dele. in mul. pacis. *ſcilicet ſupernæ. quæ eſt perfecta pax, & frequenter etiam in multitudine pacis temporalis: quia manſueti non mouent rixas, & brigas, propter quas debeant ab alijs inquietari. Poteſt etiam hoc referri ad populum Iſrael. qui quandiu ſeruiuit domino manſuetè & obedienter, habitauit in pace in terra à deo ſibi data, vt patet ex decurſu ve. teſta.* C

m Obſer. *Hic conſequenter oſtenditur, quod proſperitas iuſtorum ſit maior quàm malorum ex admiſtione mali: quia proſperitas malorum ſemper habet malum pœnæ annexum. Et hoc contingit vno modo, quia ſunt diuiſi à ſeipſis, eò quòd ſenſualitas trahit ad bonum ſenſibile rationi contrarium: Dictamen autem rationis ſiue ſynderesis ad contrarium propter quod dicit Philoſophus. De ipſis cõtendit ipſorũ anima: & hoc quidem huc trahit: hoc autem illuc quemadmodum diſcrepantia. Et poſtea concludit dicens: Igitur ſi ſic miſerum eſt eſſe malũ fugiendum malitia intensè. Alio modo contingit ex hoc, quod mali torquentur inuidia de bono virtutis, quod relucet in iuſtis: & inde eſt quod tyranni aliquando plus affligebantur de patiẽtia & magnanimitate martyrum, quàm ipſi martyres de afflictione illata à tyrannis: ſicut legitur de Daciano, & ſancto Vincentio: vnde dixit ei beatus Vincentius: Paratus ſum Chriſti ſeruus ad omnia, vt dum deuotionem meam punis in corpore, acerbius ipſe puniaris in mente. Et ſubditur: Ad hæc martyris verba ſumma voce Dacianus cępit infremere, & rapido ore cum ſtridore dentium anhelare, vt oſtenderetur perfidia ſe potius quàm martyrẽ Dei laniare, & hoc eſt quod dicitur hic: Obſeruabit pecca. dolens de bono ſuæ virtutis.*

*Bonorũ proſperitas, quo maior ſit cum miſceatur aduerſitatibus* — † abominationes, ſcelera, cogitationes, *Ariſ. 9. Eth.* — † expectantes — † hæreditate poſſidebunt — † contemplaberis — † erit

n Domi. autem irridebit eum. *quia non habebit intentum quo intendebat iuſtum auertere à virtute.*

o Quo. pro. *ideſt dies debitę punitionis pro ſuis malis.*

p Gladium euaginauerunt peccato. *quia frequenter armant ſe quantum poſſunt ad deſtruendum iuſtos.*

q Gladius eorum intret in corda ipſorum et arcus eorum. *quia & ſi perſecutionem inferunt iuſtis in corpore, ipſi poſt perſecutionem ſuſtinent in mente, vt dictum eſt de Daciano. Item quia frequenter contingit diuino iudicio, vt mors quam præparauerant alijs, veniat ſuper eos: ſicut Aman fuit ſuſpenſus in patibulo quod præparauerat Mardochæo. Aliter poteſt exponi litera de iniquo Saule & Dauid iuſto ab illo loco: Obſeruabit peccator iuſtum, ideſt Saul ipſum Dauid, cui frequenter inſidias poſuit. Et ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis: quia frequenter ex nimia ira & deſiderio occidẽdi eum, frenduit ſuper ipſum. Dominus autem irridebit eum quia ab intento fraudauit eum, non permittens Dauid cadere in manus eius. Quoniam proſpicit quòd veniat dies eius, ſcilicet mortis qua interfectus fuit à Philiſthæis. Gladium euaginauerunt peccatores: quia Saul & eius ſatellites cum gladijs, & arcubus frequenter quæſierunt ad mortem Dauid & viros eius. Gladius eorum intret in corda ipſorum. In hoc Dauid videtur propheticè mortem Saulis prædixiſſe, & Doeg Idumæi, quia ipſi irruerunt ſuper proprios gladios, & ſic ſe interfecerunt. Et arcus eorum confringatur: tota enim virtus Saulis, & ſui exercitus fuit ibi confracta.* D

*Eſther. 7. A* — † auertere — *1. Reg.* — *1. Reg. 31. b*

r Melius eſt modicum iuſto. *quia quantumcunque modicum habeat de bonis temporalibus, habet ibi ſufficientiam, eò quòd appetitus eius tendit ad bona ſpiritualia, quibus quietatur eius anima.*

s Super diuitias peccatorum multas. *In quibus non habent ſufficiẽtiam, ſed magis indigentiam, quia eis abutuntur per prodigalitatem ſeu auaritiam à virtute declinantes. Si primo modo abutuntur, ſcilicet per prodigalitatem, ſtatim diuitijs euacuantur, & ſic ad tenendum ſtatum ſuum anxiantur diuitias indebitè acquirendo. Si ſecundo modo, ſcilicet per auaritiam, ſic incurrent indigentiam. Tum quia non audent vti ſuis diuitijs. Tum quia creſcente concupiſcentia videtur eis, quod ſemper plus eis deficiat: quia ſi habent centum, anhelant ad habendum mille, & ſi mille, ad decem millia, & ſic ſemper augmentando, & tamen poſtea totum perdunt in morte, & alias etiam ante: quia ab eis prędones, vel latrones auferunt. ideo ſubditur,*

t Quoniam brachia peccatorum conte. *ideſt diuitię in quibus confidebant.*



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Confirmat autem &c. Aug.* Maximè per exẽplum crucis ſuæ. Crux enim Chriſti finita eſt in pœna, & manet in gloria: à locis enim ſuppliciorum tranſit ad frontes imperatorum.

*Vt ſup. ibi. Matt. 5. a*

b *Diebus ſa. Caſſi.* ideſt in hac vita, quando boni eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. hi ſaturabuntur per ſcripturas & exempla domini per promiſſiones. His duo opponit: quia peccatores peribunt in iudicio, contra non confundentur: & inimici verò, contra ſaturabuntur: qui mox, i. quàm ſtatim in altum aſcendũt tam ſtatim à veritate cadunt, deficientes, vt nec iudicium remaneat: quanto plus eleuantur tanto citius, vt fumus deficient.

*Vt ſup. ibid.* c *Mutuabitur. Caſ.* Audit verbum Dei, non reddit operibus.

d *Et non ſoluet.* ideſt non reddit operibus quod auditu percepit.

e *Miſeretur &c. Caſ.* de his quæ accipit. Miſericordia enim mouetur erga non habentes, & dat, quia ſcit ꝙ benedicẽtes domino hæreditabunt terram, & ꝙ maledicentes peribunt. Miſeretur: præcedit miſericordia, ſequitur largitas.

f *Greſſus ho. Caſ.* Qui per ſe tortuoſi: qa in peccatis nati.

g *Viam eius vo. Aug.* Via terræ non dura, ſed latronibus plena eſt: vel viam hominis volet Deus.

h *Iunior fui &c. Caſſi.* Tractat hic iuſtũ nunquam deſeri, præmia bonorum & pęnas malorum commiſcens cum interiectis adhortationibus. *Aug.* Eccleſia quaſi vnus homo loquitur, quæ in primis temporibus iunior fuit, iam in fine ſeculi ſenuit in ſenecta vberi: quia per omnes gentes dilatata. *Aug.* Iunior fui. Puer in Abel, in prophetis & patriarchis iuuenis, tempore martyrum quaſi ſenex, in fine mundi quaſi in decrepita ætate. *Caſſi.* Iunior quando initia legis in Adam ſuſcepi. Senui, cum in honorabili ætate ad vltimum ſuſcepi Chriſtum.

i *Tota die miſeretur.* Vel de eleemoſyna dicit quæ à miſericordia incipit, & poſt manũ aperit: vel de ſpiritualibus.

† erunt velut pretioſum agnorum (ideſt adeps) *Ibidem.* † donat & dat, vel liberalis eſt aut benigne impartit † bñdicti ab eo, ſub. domino † maledicti ab eo, † cum hęreditate poſſidebunt

a ¶ Aug. In aduerſis per ſpem, per exempla.

peccatorum conterentur: † confirmat autem iuſtos Dominus.

a ¶ Quomodo confirmat? quia. a ¶ Approbat. b ¶ Hoc non poteſt homo. c ¶ Et ſi miſeri videntur ignaris ſcit Deus quid eis ſeruet.

Nouit dominus dies † immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit. Non confundentur

a ¶ Pro diebus immaculatis. a ¶ Confunditur qui ſperat in homine ſe vel alio. ¶ Maledictus qui ponit carnem brachium ſuum. a ¶ Tribulationis præſentis, in qua ponus gloriantur, vel iudicij. b ¶ Qui modo ſunt, vel quando mali eſurient in futuro.

in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur, † quia peccatores peribunt.

a ¶ Tantum. b ¶ Aug. quia ablatis exterioribus nihil habent intus, extra tribulantur & intra. a ¶ Etiam interim. b ¶ In veritate.

Inimici verò domini † mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes † quemadmodum fumus deficient.

b ¶ Honoribus & potentia. a ¶ Gloria. b ¶ Aſſidue. a ¶ Aug. fumus quanto plus extenditur, tanto plus euaneſcit. b ¶ Interior. ¶ Penitus ab omni virtute. c ¶ Ideo hæc mali: quia accepit corpus, & mentẽ & alia à Deo & non agit gratias. ¶ Alias ſeneratur.

Mutuabitur peccator, & non ſoluet: iuſtus autẽ † miſeretur & retribuet.

a ¶ Non lucrum referet. a ¶ Semper eſt aliquid quod det, vel orationem. a ¶ Caſſi. In omnibus gratias agentes, & iuſſa ſequentes.

Quia † benedicentes ei hæreditabunt terram, † maledicentes autem † ei diſperibunt: † Apud dominum greſſus hominis † dirigentur: & † viam eius † volet.

a ¶ Viuentium. b ¶ Turpi vita. ¶ Nomen Dei per vos blaſphematur in gentibus. a ¶ Ideſt cum benedicentes fiunt: vnde: Conuerte impium & non erit. b ¶ Ideo eſt benedicendum, quia: ¶ A domino. ¶ A ſimilitudine regis ſuæ reipublicæ diſponentis. a ¶ Et per hoc. b ¶ E ſi dura. c ¶ Homo. a ¶ In qua. b ¶ Aug. Aduerſa paſſus erit in corpore. c ¶ Aug. Mente. ¶ Vel ſi cadit peccando, non frangitur per crimina.

Cum ceciderit iuſtus non † collidetur, quia dominus † ſupponit manum ſuam. Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Tota die † miſeretur & † commodat, & ſemen illius in benedictione erit.

a ¶ Amplitudine. a ¶ Auxilium. ¶ Supponit: eam a ¶ A Deo. b ¶ C. Bi. ſperia ei. a ¶ Quia verbum Dei ſemper cum eo. ¶ Indigere pane verbi. b ¶ Quia vel ideo. a ¶ Admonendo affectu miſericordiæ. b ¶ Docendo. ¶ Aug. Terrena vt ęterna accipiat. c ¶ Aug. Quod ſeminauit vt metat. ¶ Opera vel imitatores. a ¶ Multiplicatione. ¶ Quia cum exultatione venient port. ma. ſuos. a ¶ Et ideo tu quicunque. b ¶ Aug. Ne cui noceas, ſed ei benefac. c ¶ Aug. Quia malus repente non poteſt bona appetere. d ¶ Ne putes te perdidiſſe.

Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in ſeculum ſeculi.

a ¶ Ecce merces. ¶ Terram viuentium.

## NIC. DE LYRA.

† vel cõplacet ſibi in via ei⁹ aut viæ eius ſapet

a Confirmat autem &c. *quia à bono virtutis non mouentur in proſperis vel aduerſis.*

b Nouit dominus. *Hic conſequenter oſtenditur proſperitas iuſtorum excellentior proſperitate malorum, ex eo quod in futuro recipient: & primò circa hoc tangitur diuerſitas recepti: & ſecundò meriti, ibi: Apud dominum. Circa primum ſciendum, ꝙ iuſti in futuro recipient pro ſuis operibus præmium gloriæ: mali verò malum pœnæ æternæ: ſecũdum quod dicitur. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Et hoc eſt quod dicitur: Nouit dominus dies &c. quia ipſe ſolus nouit ſecreta cordium. Multi autem videntur immaculati exterius, ſed ſunt valde maculati interius. Et hæc notitia diuina, quãtum ad iuſtos eſt notitia approbationis, ad quã ſequitur premium retributionis æternæ. ideo ſequitur: Et hæreditas eorum in æternum erit.* (*Matt. 25. d*)

† donat † ſenerator

c Non confun. in tem. &c. *i. in extremo iudicio, imò magis honorabuntur: quia tunc eis dicetur: Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum ab origine mũdi &c. Sed impij tunc confundentur, quibus tunc per oppoſitum dicetur: Ite maledicti in ignem æternum, &c.* (*Matt. 25. c; Ibidem.*)

d Et in diebus fa. ſu. *quia tunc impij damnati eſurient per carentiam omnis boni, & iuſti ſaturabuntur, per adeptionem ſummi boni: ideo dicitur, Serui mei comedent, & vos eſurietis.* (*Eſa. 65. a*)

e Inimici verò domini &c. *in vita præſenti quæ non eſt niſi momentum reſpectu futuræ.*

f Deficientes quemad. fu. *quia quantò plus fumus exaltatur deficit: ſic impij quantò plus fuerint exaltati in vita præſenti tantò magis deprimentur in futura, ſecundum quod dicitur. Quantum glorificauit ſe in delicijs, tantum date illi de tormentis & luctu.* (*Apoc. 18*) G

g Mutuabitur pec. *Mutuari eſt ab alio recipere: peccatores autem in inferno ſemper recipient pœnam pro ſuis demeritis, & non ſoluent: quia tantum remanebunt obligati ſicut prius ſcilicet ad pęnam æternam, quia in inferno nulla eſt redemptio.*

b Iuſtus autem &c. *Iſte iuſtus vt dicit Ra. Sa. intelligitur ipſe Deus, qui miſeretur omniũ & tribuit eis bona: ſed melius trahitur hæc litera ad exprimendum miſericordiam ſuam, quia iuſtis tribuit glorię plenitudinem. ideo ſubditur,*

i Quia benedicen. ei. *ideſt ipſi Deo, quales ſunt iuſti.*

k Hære. ter. *ſ. viuentium.*

l Male. *quales ſunt impij.*

m Diſperibunt. *ęterna perditione.*

n Apud do. *Poſtquam deſcripta eſt diuerſitas iuſtorum, & impiorum quantum ad receptionem premij & pęnę, hic conſequenter deſcribitur eorum diuerſitas quantum ad meritum & demeritum: quæ ſunt rationes recipiendi pœnam & premium. & primò oſtenditur hæc varietas in operibus vitæ actiuæ, & ſecundò contemplatiuę, ibi. Os iuſti. Circa primum dicitur ſic: Apud do. &c. i. iuſti.*

o Dirigetur. *in via præſenti, vt non declinet à rectitudine iuſtitiæ, ideo ſubditur,*

p Et viam eius vo. *i. approbabit eam ordinans ad meritum vitę æternæ.*

q Cum cecide. *per peccatum veniale.*

r Non collide. *quia per hoc à gratia non decidet. ideo ſubditur,*

s Quia do. &c. *Huius autem manus ſuppoſitio eſt diuinæ gratię conſeruatio, quam habens poteſt vitare omne peccatum mortale: ſed ipſa priuatus non poteſt, quia peccatum quod mox per pœnitentiam non diluitur, ſuo pondere trahit ad aliud, vt dicit Greg. ſuper Ezech. Sed quia iuſti prædeſtinati aliquando cadunt per peccatum mortale, ſicut patet de Dauid: ideo poteſt etiam exponi de caſu mortalis peccati, cum dicitur: Cum ceciderit, per peccatũ mortale. Non collidetur. i. irreparabiliter non frangetur. Quia dominus &c. per pœnitentiã eum reducendo ad gratiam.* H

t Iunior fui etc. ſe. *Ex hoc apparet, ꝙ Dauid fecit hunc pſal. in ſua ſenectute.*

u Et non vi. iu. de. *& intelligitur de iuſto prædeſtinato, qui ſi aliquando derelinquatur à Deo propter ſuum peccatum, tamen finaliter recipitur ad ſtatum gratiæ.*

x Nec ſe. eius. *Et accipitur hic ſemen pro omni ipſum imitante in operibus bonis. Contra hoc videtur, quia Dauid qui fuit iuſtus & prædeſtinatus, quæſiuit panem ab Achimelech & à Nabal. Et Elias ſimiliter à muliere Sareptana. Dicendum, ꝙ ſcriptura hic vtitur & in pluribus alijs locis communi modo loquendi. Dicitur autem communiter ꝙ nullus eſt in foro quando ſunt ibi pauci in reſpectu ad alias vices, quia illud quod modicum eſt, quaſi nihil computatur. Licet autem ſemen iuſti aliquando quęrat ſeu mendicet panem inuoluntariè: hoc tamen rarò contingit niſi illis qui ſumunt ſtatum mendicantium. & rarius contingebat tempore vete. teſta. quando Dauid protulit verbum iſtud: quia abundantia bonorũ temporalium, pro iuſtitiæ operibus promittebatur, vt patet in Deuter. & Eſa. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. ideo ſubditur,*

y To. die. *quantũ ad actum pietatis interiorẽ.*

z Et commodat. *quantum ad effectum exteriorem, & hoc de bonis à Deo ſibi collatis.*

a Et ſemen illius in be. etc. *ideſt in abundantia ſufficienti bonorum ſpiritualium & temporalium.*

b Declina à malo. *obſeruando præcepta decalogi negatiua.*

c Et fac bonum. *obſeruando affirmatiua.*

d Et inhabita in ſecu. *ideſt per hoc inhabitas in æterna beatitudine ſecundum illud, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata, & quia vita beata à ſolo Deo datur. ideo ſubditur pro cauſa,*

a Quia



a *Amat iudicium. Caſſ.* Ideo & tu ama, vt bonis tuis gaudeas.

A b *Supplãtabũtur greſſus eius. Caſſ.* Supplantare eſt plantis foueas inſidiarum prætendere.

c *Dominus autem non derelinquet. Caſſ.* Conſolatio iuſti.

d *In manibus eius. Aug.* Iob terra tradita eſt in manus impij, id eſt caro: ſed animam inuictam educit Deus, ne cedat.

e *Cum iudicabitur illi. Caſſ.* Vel non permittit damnari iuſtum, cum iudicabitur ille ab impio: vel, illi impio ſcilicet ad malum eius.

f *Et exaltabit te. Caſſ.* Quia nõ niſi exaltatus cœleſtem poteſt habitare.

g *Videbis. Caſſ.* Quod modò credis: dupliciter notat gaudia bonorũ, primò, quia tunc ſentient in quantis ſint iucunditatibus. Inde quia videbunt pęnas iniquorum, vnde gratior eſt beatitudo liberatis ab huiuſmodi malo.

h *Vidi impium ſuperexaltatum. Caſſ.* Contra hoc, quòd putabatur Deo non diſplicere qui hic vtitur proſperitate: ſuper humiles exaltatũ, & ſuper cedros eleuatum, vt altis celſior ſit. Hoc & de diabolo poteſt accipi, cui re ligato locus nocendi eſt ablatus.

i *Et tranſiui, &c.* Mundum, meliori conuerſatione ad Deum tendens: & vidi nihil poſſe, cum nihil omnia ſint in quibus homo gloriatur.

K *Quæſiui eum &c.* In memoriam reduxi: quia boni tunc magis dolent de impiis, quòd ab eis ſunt ſeparati, cum in melius immutantur.

l *Locus eius.* Eorum mundus eſt, qui & diſſoluetur. *Tranſiui. Aug.* Tranſit, qui præſentia non attendit, ſed nouiſſima.

m *Cuſtodi innocentiam. Aug.* Propterea Cuſ. & ſi graueris, intelligens hoc eſſe ęquum. Vel veritatem, ne in mundanis curam habeas. Aequitatem, vel directionem, vt non iniquus putetur Deus, qui fauet impiis, & iuſtos affligit. attende nouiſſima, & videbis quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico: poſt hanc vitam, remanet ei bonum, non perit omnino, ſed viuit. B

n *Pacifico. Aug.* Eſt qui inter diſcordãtes pacem ſeruat, & facit: & nota cui hæc virtus eſt, loco beati ponitur.

o *Reliquiæ impiorum interibunt.* Bona quæ poſt hanc vitam relinquẽtur, vel memoria bona poſt obitum.

p *Salus autem iuſtorum à Domino.* Hæc omnia iuſtis: totum tamen à Deo, & colligit ſummatim.

a ¶ Declina, fac bonum. b ¶ Caſſ. Et ſi ſinit pati ſanctus, tamen iuſte iudicat, & non deſerit eos. ¶ Caſſ. Diſcretionis, quo diſcernunt inter bonum, & malum. c ¶ Si ſinit affligi.

Quia Dñs amat iudicium & nõ derelinquet ſanctos ſuos, in ęternum conſeruabuntur: Iniuſti punientur, & ſemen impiorum peribit. Iuſti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam. Os iuſti † meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipſius, & non † ſupplantabuntur greſſus eius.

¶ Quia. ¶ Caſſ. Et ſi hic moriuntur. ¶ Econtra. a ¶ Propter praua opera. a ¶ Vt ſemen iuſti in benedictione. ¶ Quia ſine fructu beatitudinis erunt. ¶ Opera non fecerit fructum. ¶ Caſſ. Id eſt imitatores eorum cum eis. a ¶ Viuentium. ¶ Quæ eſt ęterna. ¶ Merito hæc iuſto, quia. ¶ Cordis. a ¶ De ipſo Deo & ęternis. b ¶ Inſtructioni aliorum quid Deus præcepit tenere vel fugere. a ¶ Sed ne putes eum de illis eſſe de quibus: Populus hic labiis &c ſubdit. ¶ Præcepta Dei. b ¶ Quaſi dicat: Cor conſonet linguæ. a ¶ Quid illi prodeſt? b ¶ Caſſ. Verbum in corde liberat à laqueis peccatorum. a ¶ Tamen. ¶ Iuſtus grauis eſt ei ad videndũ. ¶ Inſidiatur.

Conſiderat peccator iuſtum, & quærit † mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum, cùm † iudicabitur illi. Expecta Dominum, & cuſtodi viam eius, & exaltabit te, ut hæreditate capias terram: cùm perierint peccatores, videbis. Vidi impium † ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani: Et tranſiui, & ecce non erat, & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Cuſtodi † innocentiam, et uide ęquitatẽ: quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico. Iniuſti autem diſperibunt ſimul † reliquię impiorum interibunt. Salus autem iuſtorum à Dñõ, & † protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos Dñs, & liberabit eos, et eruet eos à peccatoribus, & ſaluabit eos: quia ſperauerunt in eo.

a ¶ Quia diſſimilis eſt vitæ eius. a ¶ Poteſtate ſecundum animam, vt ei conſentiat. a ¶ Et ſi ab homine hic damnetur. b Iuſtum. c ¶ Cũ iudicium fiet de illo ad commodũ iuſti. ¶ In futuro. ¶ Iuſto vel impio. a ¶ Ergo nunc. ¶ Et ſi diu pateris. a ¶ In expectando. b ¶ Præcepta. c ¶ Quid inde mihi? d ¶ Meritis. a ¶ Ita. b ¶ Firmiter. c ¶ Viuentium. a ¶ Et ſi modo neſcis quæ promitto, in experientia diſces poſtea. ¶ Peribunt nel vtique. ¶ Oculo fidei, quo qui caret delectatur felicitate impiorum. b ¶ In honoribus. ¶ Vltra modum. a ¶ In candore ſeculi. b ¶ A ſimilitudine: c ¶ Quæ altea vento dei cuntur. a Aug. Ad nouiſſima eius. a ¶ Potens. ¶ Quia non erat locus eius. b ¶ Si ibi impius non viuat i. ad vtilitatem pij. a ¶ Regnandi. b ¶ Ergo ſis eis diſſimilis. ¶ Propterea, Cuſtodi. ¶ Ad Deum. a ¶ Non extorquere ... ¶ Non terrena. b ¶ Si graueris. c ¶ Conſidera intellige. ¶ Quicunq; vel tu. d ¶ Ad proximum. ¶ Quia aliter es cur..s. ¶ Et ne putes ꝙ ſit ſolitus homo. ¶ Econtra. a ¶ Cum eis. ¶ Alias in idipſum i. in ęternum, vel omnes ſimul in vnum. b ¶ Terrena. a ¶ Cuſtodi quod tamen non eſt niſi per Deum. a ¶ Non aliunde. b ¶ Si quid impugnat. a ¶ Cooperabitur eis. a ¶ A labore vineæ in futuro. ¶ Faciet liberos & ſecuros, ac ſi nullus contra. b ¶ Ne fides eorum perueratur. c ¶ Seruat illæſos à contrarietate ſeculi. a ¶ In futuro. a ¶ Non quia non peccauerant, ſed quia.

## NICOL. DE LY.

a Quia Dominus amat iudicium. *Ideſt opera iuſtitiæ quę præcipiuntur mandatis decalogi.*

b Et non derelinquet ſanctos ſuos. *i. prædeſtinatos qui ab eo finaliter recipiuntur. ideo ſubditur:*

c In ęternum conſeruabuntur. *In vita beata. Et quia ſicut iuſti pro operibus iuſtitiæ præmiabuntur, ita impij pro operibus iniuſtitię punientur. ideo ſubditur:*

d Iniuſti punientur. *Pœna ęterna.*

e Et ſemen impiorum. *i. imitatores impietatis ipſorum.*

f Iuſti autem &c. *Terram ſ. viuentium.*

g Et inhabitabunt &c. *i. ęternaliter: vbi enim in vet. teſtam. duplicatur ſeculum, ſicut hic, intelligitur perpetuitas à parte finis. Et ex hoc patet, quòd hic loquitur Dauid de terra viuentium: quia terra iſta inferior poſt iudicium non habitabitur.*

h Os iuſti &c. *Poſita varietate meriti, & demeriti quãtùm ad iuſtos & impios in vita actiua, hic conſequenter ponitur in vita contemplatiua, cùm dicitur:* Os iuſti. *i. loquetur ſapientiam ex meditatione cordis ſui procedentem ſecundum dictũ Saluatoris. Ex abundan. enim cor. os loquitur. Bonus homo de bono theſauro profert bona verba. Sapientia autem dicitur quaſi ſapida ſcientia, quæ propriè eſt circa cognitionem diuinorum.* C (*Matth. 12. f; Sapientia.*)

i Et lin. etc. *qd importat rectitudinẽ cognitionis in agendis ad proximũ.*

K Lex Dei &c. *per iugem meditationem.*

l Et non ſupplantabuntur etc. *Quia non amouebitur à via iuſtitiæ per dæmonis, vel hominis ſuggeſtionem. Sicut autem meditatio iuſti eſt circa legem Dei, vt eam cuſtodiat, ita meditatio impij eſt, vt malum conceptum perficiat. ideo ſubditur:*

m Conſiderat peccator etc. *Qualiter, & quomodo poſſit decipere ipſum.*

n Et quærit etc. *Quia non ſolùm quærit ei nocere in bonis exterioribus: ſed etiam in perſona propria: nec ſolùm quærit eum priuare vita corporali, ſed etiam ſpirituali quærens eũ auertere à via iuſtitiæ: ſed quia Deus frequenter eripit iuſtum de manu impij, ideo ſubditur:*

o Dominus autem &c. *Sicut patet de Ioſeph, quem liberauit Dominus de manibus fratrum ſuorum.*

p Nec damnabit. *i. ad petitionem eius, ſeu voluntatem, ſicut liberauit Ioſeph adiudicatum carceri ad petitionem mulieris iniquæ, Et Danielem adiudicatum leonibus ad ſuggeſtionem hominum iniquorum.* (*Gen. 39. d; Dan. 6. f*)

q Expecta Dominum. *Poſtquam oſtendit proſperitatem iniquorum eſſe contemnendã, & iuſtorum appetendã: hic conſequenter ponit ſuam monitionem, videlicet, ꝙ homo committat ſe fideliter diſpoſitioni diuinæ: nec moueatur à rectitudine iuſtitiæ ex malorũ tranſitoria proſperitate. d.* Expecta Dominum, *i. eius diſpoſitionem patienter.*

r Et cuſto. &c. *Obſeruando mandata eius.*

s Et exaltabit te. *De valle præſentis miſerię.*

t Vt hæreditate. cap. ter. *ſ. viuentium.*

u Cum perierint peccatores. *Beati enim vident damnationem malorum: & eſt eis materia exultationis, inquantum euaſerũt eam ex gratia diuinæ miſerationis.*

x Vidi impium. *In præſenti vita Deo permittente.* D

y Et ele. etc. *hoc eſt in maxima dignitate tpali. in mõte. n. Libani creſcunt maximæ cedri: hoc patet de Nerone impijſſimo, qui tũ imperauit toti mundo, & de multis alijs tyrannis.*

z Tranſiui, &c. *Quia talis poteſtas eſt ita breuis, quòd non eſt niſi quidam tranſitus, ſecundum quod dicitur. Vmbræ enim tranſitus, eſt tempus noſtrum.* (*Sap. 2. b*)

a Quæſiui eum etc. *Quia in profundo inferni eſt abſconditus.*

b Cuſtodi etc. *Nulli nocumentũ inferẽdo.*

c Et vide etc. *Iuſtè cum proximo agendo.*

d Quoniam ſunt etc. *Quia bona opera per meritum remanent cum illis qui tranſeunt de hoc mundo, cæteris eis deficientibus.*

e Iniuſti etc. *Per ęternam damnationem.*

f Simul reliquiæ etc. *i. filij quos reliquerũt, & ſunt imitatores ſcelerum paternorum.*

g Salus. *i. ſalus ęterna quæ datur à ſolo Deo.*

h Et protector eorum. *i. mortis: quia Dominus eos protegit à poteſtate dæmonis.*

i Et adiuuabit eos Dominus. *Firmando eos contra tentationes in præſenti.*

K Et liberabit eos. *Si ceciderint in manu inimici per peccatum.*

l Et eruet eos. *Per veram pœnitentiam.*

m A peccatoribus. *i. à dæmonibus in peccato obſtinatis, & perſeuerantibus.*

n Et ſaluabit eos, etc. *Deducendo eos ad gloriam Dei.*

o Quia ſperauerunt in eo. *Spe debita, quæ prouenit ex meritis & gratia diuina. Poſſet etiam hoc exponi de protectione diuina, qua protegit fideles ſuos in præſenti ab hominibus iniquis, ſicut liberauit filios Iſrael de manu Pharaonis, & Dauid multoties de perſecutione Saulis: & idem poſſet exemplificari in multis alijs. Expoſitio autem huius pſalmi tota moralis eſt, & ideo non oportet addere aliam moralitatem.*

† Iniuſti punientur † interimere † iudicatus fuerit ipſe ſub. pauper ab ipſo impio † fortem & vireſcentem ſicut lampas vireſcens † integritatem vel, ſimplicitatem, & vide quod rectum eſt: quia nouiſſimum viro pax. vel quia poſtremò pacem homini conciliant) † poſtrema impij excidium, vel poſtremò impij ſuccidentur,

*In pſal.*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E *In pſal. 36. Noli ęmulari: vbi dicitur in poſtilla: Deſine ab ira, & derelinque furorem.*

ADDITIO PRIMA.

¶ Verba. ſ. deſine ab ira, & derelinque furorem: non videntur propriè exponi in poſtilla. Tum quia maligni de quibus loquitur, non ſolum ſequuntur paſſiones iraſcibilis, ſed potius & frequentius cōcupiſcibilis, quæ ſunt magis connaturales. Tum quia impropriè dicitur, quòd homo deſinat ab ira alterius; vel derelinquat furorem eius: ſecundum enim iſtum intellectum deberet dici; Recede ab ira, & caue furorem, & huiuſmodi. vnde melius habetur in glo. vbi ſic: Deſine ab ira. i. non iraſcaris de flore malorum; quia inde iraſci, & indignari eſt contra Deum murmurare, & propriè blaſphemare. Similiter, & derelinque furorem, eſt eadem ſententia ſub aliis verbis: & quia ex tali ęmulatione murmuratiua homo efficitur malignus, ideo ſubditur: Noli ęmulari vt maligneris.

*In eod. pſal. 36. vbi dicitur in poſtilla: Mutuabitur peccator, & non ſoluet.*

ADDITIO II.

Mutuari peccatorem ¶ Licet peccatores in inferno recipiunt pœnas pro ſuis demeritis, non tamen ex hoc propriè poſſunt dici mutuari. De ratione enim mutui eſt, quod obligat recipientem ad reſtituendum illud quod recepit vel ęquiualens: ſed conſtat, quòd peccatores in inferno non tenentur ſoluere pœnas quas recipiunt, licet ſemper remaneant obligati ex demeritis præteritis. Sed magis propriè dicendum eſt ſecundum glo. ſ. ſic. Mutuabitur peccator, quia accipit corpus & mentem &c. à Deo. Et non ſoluet, quia de receptis non facit ſecundum Dei præcepta. Iuſtus autem miſeretur & tribuet de his, quæ accepit à Deo, & ſic ſoluit mutuum. Et ſequitur: Quia benedicentes ei. ſ. in omnibus gratias agentes & iuſſa ſequentes, hæreditabunt terram ſcilicet viuentium.

*In eod. pſal. 36. vbi dicitur in poſtilla: Iunior fui, etenim ſenui &c.*

ADDITIO III.

¶ Hæc expoſitio non videtur ſufficiens. Tum quia manifeſtum eſt per experientiam, quòd ita frequenter contingit, vt filij iuſtorū mendicent ſicut & impiorum: immo quidā philoſophorum aſſerebant, quòd omnis diues eſt iniquus, aut hæres iniqui. Tū quia licet quandoque illud quod modicum eſt quaſi nihil reputetur: tamen valde inconueniens videtur, quòd Dauid ita ſpecialiter teſtetur, quòd nec in iuuentute, nec in ſenectute vidiſſet iuſtum quærentem panem: cùm ipſemet in perſona propria oppoſitum fuiſſet expertus, vt patet in locis allegatis in poſtilla. Vnde melius videtur dicendum cū glo.

F ſecūdum quam panis in hoc loco intelligitur cibus ſpiritualis. iuxta
Eccl. 15. a illud: Cibabit illum pane vitę, & intellectus: quod ſemper eſt cum iuſto, & cum ſemine eius deſcendēte per imitationem. Nec mirum G ſi in hoc loco panis ad literam intelligatur pro cibo ſpirituali, quia in hoc pſal. cum dicitur terra: ſimpliciter intelligitur terra ſpiritualis. ſ. terra viuentium vt ibi: Suſtinentes autem dominum ipſi hæreditabunt terram: Quod exponitur etiam à poſtillatore de terra viuentium. Vnde, & poſtillator in fine huius pſalm. dicit, quòd tota eius expoſitio eſt moralis, ſeu ſpiritualis &c.

REPLICA.

IN pſal. Noli emulari. Burgen. notat poſtill. ſine cauſa. Cū enim exponeret illum paſſum: Deſine ab ira &c. ſecundum continuationem, vt qui prohibetur, ne ęmuletur prauos ſuis paſſionibus continuò prohibetur, ne ęmuletur eorum iram & furorem. ideo dicitur: Deſine ab ira &c. Burgen. neſcio quid ſuſurrans de proprietate vocis, quòd magis propriè debeat dici: Recede ab ira, & caue furorē: tamen ita propriè & magis, dicitur quis non ęmulari irā aliorum, ſicut recedere ab ira aliorum. Nec verum dicit Burgen. quia maligni frequentius mouentur paſſionibus concupiſcibilis, quàm iraſcibilis. Nam motus inordinati concupiſcibilis potius attenduntur penes fragilitatem, quàm malignitatem. Motus autem iraſcibilis attenduntur penes violentiam, iniquitatē, & iniuſtitiam, et malignitatem, quæ hic deſcribuntur. Et quod notat de mutuatione peccatorum, & de ſolutione iuſtorum, ſtat bene ſecundum vtramque expoſitionem. Illud autem quod dicitur: Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Burgen. exponit de pane ſpirituali: poſtillator autem de pane corporali. Et ſic experientia oſtendit dicendum contrarium, vt patet in Reg. reſpondit poſtillator, quòd illa expoſitio debet intelligi vt in pluribus, quod enim modicum eſt, pro nihilo computatur. Nam quamuis iuſti aliquando egeant pane, finaliter tamen nō fraudantur, nec egeſtate pereunt. Ideo dixit pater ſanctus Franciſcus: Non eſt formidandum, quòd filij ęterni Regis fame pereant, quia in paupercula religione ſunt generandi &c. Sed expoſitioni Burgen. occurrit difficultas, quia Chriſtus clamauit in cruce ad Dominum: Quare dereliquiſti me: ideo vult poſtillator, quòd ſubaudiatur finaliter iuſtos derelinqui. Sed de pane ſpirituali maior difficultas eſt: Non enim puto illum fore iuſtum qui panem ſpiritualem non continuò requirat, & quærit. De illo enim dicitur: Qui edunt me, adhuc eſurient &c. Niſi fortè Burgenſ. velit recurrere ad forum ſpiritus libertatis in quo datur apex perfectionis vltrà quam proficere non poteſt: de quo errore loquitur Clementina, Ad noſtrum: de H hæreticis.

GLO. ORDIN.

a *Pſalmus Dauid. Aug. Caſſ.* Vt peccatum quod prorſus fugere
In expoſition. pſal. 37. nequimus, ſemper in memoria habeamus, vt nos ab eo ſaltem temperemus. Hic pęnitentiæ inducit multis modis cruciatum, ita vt ipſum Iob videatur proponere tyronibus in exemplum, vt cruciatus amplectantur, minores quidem meritis, quibus ab ęterna pęna liberamur. *Sabbathum. Aug.* Eſt requies ęternitatis, quam perdere formidat peccati conſcius: & habere deſiderat grauiter afflictus.

Ibidem. ſ. ad memorandum, vel reducendum in memoriā, die ſabbathi

GLO. ORD. PSAL. XXXVII.

b *Domine ne in furore, &c. Caſſ.* Primùm captat miſericordiā per pęnas ſummatim.

Vbi ſupra. c *Arguas me, &c. Caſſ.* Vt pœna ſit à miſericordia ad correctionem: non ab ira ad vltionem.

d *Quoniam ſagittæ, &c. Aug.* Vindictę quas minabaris Adæ, dicens: In quacunque die comederis, morte morieris. Quia comedit, infixæ ſunt & nobis: & nō ad horā, ſed confirmaſti vt ſint vſq; in finē ſeculi. *Aug. Caſſ.* Qm̄ ſagittæ.
Vbi ſupra. Gen. 2. c

a ¶Pœnitentia, qui in malis poſitus peius timens, & inde lugens, ſabbathi ęterni recordatur, quo timet priuari, peccati conſcius, deſiderat ſiui grauiter afflictus.

a Pſalmus Dauid † in rememoratione, die ſabbathi XXXVII.

¶Caſſ. ſim inter eos quibus dices: Eſuriui. & non de. mi. man. ite maled. in ignem ęternum. ¶ Aliàs indignatione tua.

b DOmine ne in furore tuo a

a ¶Caſſ. nec inter eos ſim qui per ignē emēdati ſaluabuntur. ſed hic emēda, quia tunc grauior ignis. b ¶Aliàs emendes.

c arguas me, neque in ira tua cor-

a ¶Aug. Vindictæ Dei, dolores animi & corporis: vel, verba Dei, quæ infixa cordi, faciunt recordari ſabbathi, & quia nondum habet quod amat, gemit, & cognoſcit non eſſe ſalutem carnis comparatione futuri.

d ripias me. Quoniam ſagittæ b

*procedendi videtur Caſſiodorus proſequi. Sed ſaluo meliori iudicio omnes iſtæ expoſitiones videntur miſticæ & morales: propter quod dicendum, quod Dauid fecerit hunc pſal. de ſeipſo, ad recordandum propria peccata notabilia corā Domino. Licet enim fuiſſent dimiſſa quantum ad culpam, & pp ipſa ſuſtinuiſſet aliquā pœnā: timebat tñ ne adhuc alia adderetur ſuper ſe, vel ſuper populū ſuū. Et dato quod fuiſſet certificatus de dimiſſione totius culpæ & pœnæ: tamen vtile foret ſibi ad ſui humiliationem corā Deo talia recordari. Igitur ſecundum hoc pſal. iſte diuiditur in duas partes: quia primò ponitur huiuſmodi recordatio: ſecundò intenta concluſio in fine pſal. ibi: Ne derelinquas. Circa primum ſciendum, quod Dauid legitur peccaſſe notabiliter: primò in facto Vriæ Ethei, ſecundò in numeratione populi. Primò igitur Dauid recordatur ſecundū, & ſecūdò primum, ibi: Miſer fa. Et circa vtrunq; recordatur culpā commiſſam & pœnam inflictā. Sciendum etiā, quod licet de vtroque fecerit pſal. ſpeciales, fecit tamen hunc pſal. de vtroque ſimul. Et primò recordatur vltimum tanquam magis vicinum tempori, in quo fecit hunc pſalmum, dicens;*

a Domine ne in furore, etc. *i. non punias me ſecundum rigorem iuſtitiæ tuę, quia hoc eſſet mihi importabile: ſed magis ſecundum temperamentum miſericordiæ tuæ. Notandum etiam, quòd eodem modo incipit pſal. ſextus quem fecit in anxietate poſitus ex populi percuſſione pro iſta numeratione, vt dictum fuit ibidem.*

b Quoniam ſagittæ tuæ, etc. *Id eſt pœna mibi denunciata ex parte* ¶ tua

NIC. DE LY. PSAL. XXXVII.

DOmine ne in fu. etc. *Huic pſal. pręmittitur talis tit. in Hebr. Pſal. Dauid ad recordandum: in trāſlatione verò Hier. iuxta Hebraicum ſic hr̄: Canticum Dauid in commemorationem ſabbathi: Quòd autem Hier. addidit ſabbathi: forſitan fuit ad denotādum, quod iſte pſal. cantabatur à Leuitis in diebus ſabbathorū: tñ Hebræi de hoc nil dicunt quod viderim. Ex tit. verò Hebraico apparet autor pſal. ſ. Dauid.*
Materia pſalmi. *De materia autem pſal. dicit Ra. Sal. quod Dauid fecit hunc pſal. in perſona totius populi Iſrael collectiuè ad recordandum peccata populi corā Deo ad humiliationem, & diuinæ miſericordiæ impetrationem: Fuit enim conſuetum apud Heb. ſic recordari commune peccatum populi. Aliqui verò expoſitores Latini dicunt, quod Dauid fecit hunc pſal. loquēs in perſona peccatorū diuiſiuè tamen: ita quod poteſt exponi de quolibet peccatore. Alij autem dicunt, quod fecit hunc pſal. loquens in perſona beati Iob: & hunc modū procedendi*

MORALITER.

✱ *Domine ne in fu. &c.* In expoſitione literali dixi, quod Dauid dictauit hunc pſal. ad recordandum peccata propria coram Deo pro ſua humiliatione, & veniæ poſtulatione. Moraliter autem poteſt eſſe oratio cuiuslibet peccatoris verè pœnitentis, et peccata ſua coram Deo recordantis humiliter, et veniam poſtulantis, dicentis,

a *Domine ne in fu. tuo ar. &c.* i. ne in rigore tuæ iuſtitiæ me punias, ſed cum tuæ miſericordiæ dulcore.

b *Quoniam ſagittæ tuæ, &c.* i. ſententiæ tuæ contra peccatores in veteri ac nouo teſtamento ſcriptæ incuſſerunt mihi timorem.

✱ a *Et confir-*



ſagittæ. Numerat quæ patitur, vt quia multa ſunt, ſatis ſint

A Deo ne peiora patiatur. Portat enim corpus mortale tot miſeriis ſubditum: quod & cum ſanum dicitur: non verè ſanū eſt, quod leuiter poteſt lædi. Vnde:

a *Non eſt ſanitas in carne mea.* Ab inſtantia vindictæ in Adam exertæ. Vel timore futuræ iræ terretur, ſic vt non ſit ſanitas in carne more verecundi: qui futuris flagellis iam affligitur. Vel, à facie iræ, quia præuidi faciem iræ. i. quod minaris ne videam iram.

b *Non eſt pax oſſibus meis.* Grauis dolor ad interiora peruenit à facie peccatorum: quia ſanctus ſuper pęnas corporis affligitur peccatis, putās ſe grauiora mereri. *Non eſt ſanitas. Caſſ.* Captat hic miſericordiam à poteſtate iudicis, & ab infirma perſona ſua. Non eſt pax oſſibus. *Caſſ.* Accipit oſſa pro carne. Et exponit quod dixerat, aliud addens. ſ. à facie peccatorum.

c *Supergreſſæ ſunt. Aug.* Vel ſuſtulerūt. i. quia iniquitas eleuauit caput ſuperbi contra Deum, Deus grauauit, vt faſce, & compreſſit, ne iam erigatur.

d *Putruerunt. Caſſ.* Narratio in qua enumerantur miſeriæ.

e *Cicatrices meæ. Aug.* Vel liuores mei. Alia litera. i. peccata mea. Non eſt ſanus qui cicatrices habet, quæ putruerunt, & fœtent: vt ab eis auerſi adoremus ſabbathum, & gemamus currentes cum ſponſo poſt odorem vnguentorum.

f *Miſer factus ſum. Aug.* Dicto qualiter iniquitates ſupergreſſę: dicit quomodo aggrauatæ.

g *Quoniam lumbi mei. Caſſ. Aug.* Non ſolùm mea infirmitate pecco, ſed & diabolus qui corpus affligit, & animam fatigat vanis imaginationibus: & per hoc non eſt iterum ſanitas, ſicut & ſu-

B prà per ſagittas. *Aug.* Lumbi, vel anima impleta eſt: & ita non eſt in toto homine vnde ſit lętitia, donec anima exuatur illuſionibus, & corpus induatur ſanitate. Illuſiones animæ infinitæ ſunt, quæ aliquando vix orare ſinunt, imagines corporum occurrunt & tranſis de hac in illam: venit; obliuio, recordaris hoc pro illo, & huiuſmodi, hæ pellentur, cùm videbimus veritatem vt eſt.

h *Rugiebam à gemitu cordis mei. Caſſ. Aug.* Gemitus corde, rugitus voce: à ſimilitudine beſtiarum, quibus ſe comparat: vt fortior gemitus oſtendatur: virtus patientiæ, quòd in gemitum, non in verba prorumpit.

a ¶Diu & in multis.

tuæ † infixę ſunt mihi, & confirmā- a

a ¶Eo vſque confirmaſti quod.

a ſti ſuper me manum tuam. Non b

eſt † ſanitas in carne mea † à facie c d

a ¶Quæ non eſt iniuſta quia pro peccatis. ¶Nec ratio ni eſt pax: quia caro impugnat. b ¶Ab inſtantia ſuggeſtionum mearum.

b iræ tuæ: non eſt pax oſſibus me-

¶Aliàs vultu.

is à facie peccatorum meorum.

a ¶Non eſt pax: quia peccatum regnat in mortali corpore. b ¶Quod nec iniuſtè paſſus, ſed peccatis imputo, vnde melius captat.

c Quoniam iniquitates meæ ſuper- e

¶Rationem.

greſſæ ſunt caput meum, & ſi- f

a ¶Aug. Leues iniquitates dum ſunt, tandem afflictionibus onerantur.

cut onus graue † grauatæ ſunt ſu-

a ¶Caſſ. Supergreſſæ, quia planè per baptiſmum ſanatæ computruerunt: cum iam peccato conſentitur: Ruptæ ſunt, dum ad actum ducitur. ¶Aug. Aliis per exemplum.

d per me. † Putruerunt, & corru- g

a ¶Vt ſupra, peccatorum

e ptæ ſunt cicatrices meæ, à facie h

a ¶Caſſ. & hoc per ſtultitiam, quia non ſum vſus viribus in baptiſmo receptis. b ¶Non Deo imputo. b ¶Ideo. ¶Miſeriis afflictus.

f inſipientiæ meæ. † Miſer factus i

b ¶Aug. ab elatione.

¶ Omnis qui ſe exaltat hu. ¶ Adeo vt non poſſit ſe erigere: ſicut curua mulier, quàm poſt decem & octo annos dominus erexit. ¶ Aug. Vel terrenis deditus vnde triſtis.

ſum, & curuatus ſum vſque in fi- k

a ¶Vſque in mortem. b ¶Tota vita. ¶Iugiter. c ¶Non deſperans. ¶Quia ſabbathi memor.

nem: tota die † contriſtatus ingre- l

a ¶Viam huius vitæ. b ¶Ideo. c ¶Aug. Carnalitas. i. ſenſualitas.

g diebar. Quoniam lumbi mei im- m

a ¶Diabolicis. b ¶Quoniam. ¶Vnde: Quis me liberabit de corpore mortis huius. Rom. 7. d.

pleti ſunt † illuſionibus, et non eſt n

a ¶Quam diabolus affligit. b ¶Corpore. ¶Contriſtatus.

ſanitas in carne mea. † Afflictus o

a ¶Per pœnitentiam. ¶Animo vt nihil ſit in me liberum à pœna. b Quia vndique eſt calamitas.

ſum, & humiliatus ſum † nimis: p

a ¶Caſſ. i. cum magno deſiderio quærebam animæ refectionem. ¶A ſimilitudine leonis. ¶Aug. omnis gemitus qui de exterioribus eſt carnis eſt, qui pro ſabbatho, quod cito non obtinet, cordis eſt: quem non nouit homo, ſed o domine ante te omne deſi. me. qui vides cor.

h rugiebam à gemitu cordis mei. q

a ¶Hiero. i. nihil deſidero niſi eſſe ante te.

i k Domine ante te omne deſiderium r

*uerſarios tuos, aut tribus diebus erit tibi peſtilentia in terra. Vnde Dauid iſtis ſagittis percuſſus, dixit: Coarctor nimis vndique.* C 2. Reg. 24. c

a Et confirmaſti ſuper me manum tuam. *i. firmiter diſpoſuiſti me puniri altero iſtorum trium modorum.*

b Non eſt ſanitas in carne mea. *i. punitionis tuæ, quia Dauid videns angelum cædentem populum fuit ſupramodum perterritus, & ex hoc in parte ſecuta eſt in carne eius tanta frigiditas, quòd non caleſiebat veſtibus, vt dictum fuit.* 3. Reg. 1. a

c Non eſt pax. *quæ ſunt fortiora carne.* † vultu

d A facie pec. &c. *i. propter peccata mea: per hoc inſinuās, quod multò plus dolebat de culpa, quàm de pœna, ideo ſubditur:*

e Quoniam iniquitatem &c. *i. non ſum ſufficiens ad ſatisfaciēdum. Vnde & propter hoc peccatū Dauid Deus percutiebat populum, quod erat ipſi Dauid valde graue. ideo ſubditur:*

f Sicut onus. *Intantum, quòd dicebat Domino. Ego ſum qui peccaui, & ego qui iniquè egi: iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? vertatur: obſecro, ira tua contra me, & contra domum patris mei.* 2. Reg. 24. c

g Putruerunt. *Quia peccatū adulterij quod commiſerat cum Bethſabee quodammodo redijt in peccato de populi numeratione, ideo ſubditur:*

h A facie &c. *i. propter inſipientiam meam. De peccato enim huius numerationis dixit Dauid: Peccaui valde in hoc facto: ſed precor Domine vt transferas iniquitatem ſerui tui, quia ſtultè egi nimis.* 2. Reg. 24. b

i Miſer factus ſum. *Hic conſequenter Dauid recordatur peccatum de adulterio cum Bethſabee, & ex quæ ſecuta fuerunt ad illud.* Miſer factus ſum. *Quia Deo ingratus cecidi in tam enorme peccatum.*

K Et curuatus ſum. *i. deiectus ſum totaliter à rectitudine iuſtitiæ.*

l Tota die. *Ad locum ſolitarium pœnitentiæ, quia poſt quam reprehenſus fuit à Nathā propheta de illo peccato, & Vriæ homicidio, quod ſecutū fuerat adulterium, dr̄ de Dauid. Et ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terrā: Et ſubdit cauſam di.* 2. Reg. 12. d D

m Quoniam lumbi mei. *ſecundum quod dicit Greg. Luxuria virorum viget in lumbis: & ideo lumbi Dauid illuſionibus fuerunt repleti, quando per illuſionem dęmonis incurrit crimen adulterij, in tranſlatio. Hieron. iuxta Hebraicum habetur ſic: quoniam lumbi mei impleti ſunt ignominia, quia valde ignominioſum fuit Dauid incurrere tantum flagitium. Poteſt etiam hoc reduci ad fœditatem, quā fecit Abſalom accedens publicè ad vxores patris ſui ad ignominiam eius, quod contingit Dauid propter peccatum adulterij cum Bethſabee & homicidij Vriæ, ſicut prædixit ei Nathā propheta. Hæc dicit Dñs: Ecce ego ſuſcitabo aduerſum te malum de domo tua. Et pp hoc recordatur hic Dauid perſecutionem, quā ab Abſalō ſuſtinuit: quia fuit in pœnā peccati prædicti.* Greg. ho. 32 2. Reg. 16. d 2. Reg. 12. c

n Et non eſt ſanitas in carne mea. *Quia ex infirmitate carnis procedit luxuria. Lumbi autem, & caro ipſius Dauid dicuntur non ſolùm pro perſona ſua, ſed & pro perſona filij ſui Abſalom: quia filius eſt de ſubſtantia patris.*

o Afflictus ſum. *De malitia filij mei Abſalom.*

p Et humiliatus ſum nimis. *Quia per eum fugitiuus factus ſum de metropoli ciuitate regni mei. ſ. de Ieruſalem.* 2. Reg. 15. e

q Rugiebam etc. *Dauid dolorem in corde ſuo exiſtentem per ſigna exteriora manifeſtabat, nec omnino celare poterat.*

r Domine ante te omne deſiderium meum, etc. *Quia te non latet aliquod ſecretum.*

¶ a Et gemitus

i *Ante te omne. Caſſ.* Tale eſt, quòd meretur eſſe ante te, quia pro peccatis petit. *Aug.* & ideo non eſt abſconditus, ſed auditus gemitus, quia pius eſt pro liberatione animæ: alios non curat Deus.

K *Deſiderium meum. Aug.* Eſt oratio, nec vnquam deſinit orare, qui non deſinit amare: charitas clamor eſt.

a *Cor meum*

NICOLAVS DE LYRA.

¶ *tua per Nathan prophetam dicentem: Hæc dicit Dominus: aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus menſibus fugies aduerſarios*

MORALITER.

✱ a *Et confirmaſti ſuper me &c.* Quia diſpoſuiſti, quòd dedecus culpæ non remaneat ſine iuſtitiæ decore.

b *Non eſt ſanitas &c.* Propter fomitem ex carne naſcentem,

c *A facie iræ tuæ.* Quando conſidero tuæ iuſtitiæ rigorē, & peccatorum meorum horrorem nihil in me remanet virtutis. Et ſubditur cauſa, cùm dicitur:

e *Quoniam iniquitates meæ &c. Putrue. & corru. ſunt cicatr. meæ.* Per recidiuationem frequentem in lapſum culpæ.

h *A facie inſipientiæ meæ.* Talis enim recidiuatio contingit propter defectum ſapientiæ.

i *Miſer fa.* Miſeria culpæ. *Et curuatus ſum.* A rectitudine iuſtitiæ.

K *Vſque*

K *Vſque in finem.* i. vltra modum communem.

l *Tota die &c.* Propter remurmurationem ſyndereſis contra malū. Non eſt pax impiis, dicit Dominus. Eſa. 48. d

m *Quoniam lumbi mei imp. ſunt illuſ.* i. libidinum incentiuis.

n *Non eſt ſanitas in carne mea.* Nam in totum corpus redundant huiuſmodi incentiua.

o *Afflictus ſum.* Ex talibus incentiuis.

p *Et humiliatus &c.* Quia talis motus eſt beſtialis.

q *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Ratione contradicente & non præualente. Et quoniam homo poſitus in tali languore neceſſe habet ad Deum recurrere, ſubditur.

r *Domine ante te &c.* Suſpirādo tuum auxilium. Et ſubditur

✱ b *Cor meum*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Cor meum conturbatum eſt.Caſſ.* Exponit dolores animi, quia virtus patientiæ reliquit. Conturbatum, quia mens ſuccubuit paſſioni ſuæ. *Lumen.i.*ratio nuper turbata, quam non habet ſecum pro ingentibus moleſtiis.

*Vbi ſupra.*

b *Amici mei & proximi mei &c.Caſſ.* Et pro his duobus ſolatiis gaudet humanitas, ſed huic ſunt cumulus paſſionis. *Aug.* Amici mei. Hactenus confeſſus eſt, quæ patitur à ſe intus, nunc quæ à foris, vnde: Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo: Vt enim caput dicit peccata noſtra ſua, ſic nos paſſiones eius, quæ hic ponuntur, dicamus noſtras, quia vna vox totius: & hæc etiam cuique verſanti inter homines conuenit.

c *Surdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Caſſ.* Ad iniquitatem conſilentium nō aperiens. Quia mutus, & ſi non clarè loquitur, vel balbutiendo remurmurat: is ergo nihil aſperum, nihil contra Deum dixit: Similatus ſum diſſimulanti audire cōuitia ſua, in quo homo eſt rationalis, ne per hoc cadat in peius. Contra iniquas ſuggeſtiones tacet ſuprà, contra dolores corporis rugiebat.

d *Quoniam in te domine ſperaui, &c. Caſſ.* Quia inter tot mala ſperauit in Domino. Affirmat ſe audiendum in cōmemoratione emendationis. Sperauì: Salutaris medicina malis, ſperare, non deficere. In te Domine, qui mutas triſti in læta.

e *Quia dixi, ne quando ſupergaudeant inimici mei. Aug.* Item caput de infirmis pedibus, cùm ſit in cœlo, non deſerit illud quod habet in terra.

f *Dum commouentur pedes mei. Caſſiod.* Si commouentur aliquando humana infirmitate, irrident impij vnde dolent pij.

g *Paratus ſum.Caſſiod.* Sciens me deliquiſſe. Dolor, quia deliquit, impius ſe defendit, iuſtus contra ſe iraſcitur.

h *Quoniam iniquitatem meam, &c. Caſſiod.* Duo modi perfectæ pœnitentiæ, confeſſio & emendatio, per fletus, eleemoſynas, & huiuſmodi.

a *Viuunt*

Marginalia: *Vbi ſupra.* — *Pſal. 18. d De occultis & alienis actione.* — *Ibidem.* † ipſū non ſunt mecū, i. lumen & oculi — † propinq — *Ibidem.* — *Ibidem. Modi perfectæ pœnitentiæ.*

meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Cor meum † conturbatum eſt, dereliquit me † virtus mea, & lumen oculorum meorum, & † ipſum non eſt mecum. Amici mei & proximi mei † aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Et † qui iuxta me erant de longe ſteterunt, & † vim faciebant, qui quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt † vanitates, & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus † non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Quoniam in te Domine † ſperaui, tu exaudies me Domine Deus meus. Quia dixi, nequando † ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me † magna locuti ſunt. Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam

Interlinear glosses: ¶Caſſ. Si deſiderium ante Deum, ergo & gemitus qui cum eo. ¶Et ſi ab hominibus. — ¶Aug. Quia non pro terrenis, ſed pro cæleſtibus. ¶Aug. pauor vndique, & ſollicitudo incutitur. ¶Vnde? ¶Si virtus tranſiſſet, nihil terreret. Cor & hæc reliquit. — ¶Aug. quia lumen defecit, ex quo Adam ad vmbram fugit timens à facie Dei. — ¶Aug ficti. ¶Cognati Iudæi. — ¶Exprobrando. ¶Crucifigentes. ¶Conſiliis ac dolis. ¶Perſeueranter. ¶Apoſtoli. ¶Vbi & vxor. vnde Halitum meum exhorruit vxor mea. Iob 19.c. — ¶Timentes mori. ¶Crucifigebant. — ¶Caſſ. Diabolus cum miniſtris, qui tanto magis moliuntur mortem animæ, quanto magis vident. ¶Tollere non imitari. — ¶Aug quia non inueniebant crimina. ¶Aug. vt vxor & amici qui conſulentes corpori, animæ cōtraria ſuggerunt vt loqueretur in Deum. — ¶Finxerunt falſa. ¶Aliàs vanitatem. — ¶Fallacias: quot falſa teſtimonia ante crucem finxerunt, & poſt reſurrectionem, corrupti cuſtodibus. de quibus Eſa. Ponam malos pro ſepultura eius. ¶Non reſpondebis quaſi non audiret. — ¶Caſſ. magna virtus audire noxia, & non reddere contraria. ¶Alias: velut. — ¶Non ſolum non audiebam, ſed quaſi nec poſſem audire. ¶Aug quaſi nō eſſet vnde illos argueret, quod ante fecerat, ſed implendum erat. Sicut ouis corā tondente ſic non aperuit os ſuū. Eſa. 53.c. — ¶Caſſ. Sic tacui quaſi non eſſet, quod iuſte redderem. ¶Sed. — ¶Ideo tacui in paſſione. ¶Cui bona eſt conſcientia, nihil eſt in mendum. — ¶Ideo audies. ¶Caſſ. ſi nulla cadet ſancti, maxime ne de lapſu eius gaudeant inimicus. — ¶Aug. hoc dixi & tamen hoc euenit fortaſſe ad emendationem. — ¶Aug. Aliquando in aliquod peccatum labitur & tunc inſurgunt linguæ nequiſſimæ, cum fuiſſet potius miſerendum. ¶Actus. — ¶Dolent impij, ſed ideo etiam exaudies. ¶Aug. quaſi ad hoc natus ſum, vt flagella feram: flagellat enim Deus omnem filium quem recipit: & ideo non inſultent inimici. — ¶Aug. Vnde dolor: Non de flagello quod medicina, ſed de peccati vulnere, niſi enim doleret, non ſic ſe accuſaret.

m Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. *Id eſt me audire diſſimulabam, patienter ſuſtinens eius maledictionem, vnde Abiſai volenti ipſum interficere dixit: Dimitte eum vt maledicat &c. Ex hoc patet ſententia vſque ibi:*

o Quoniam in te Domine ſperaui, tu exaudies me Domine Deus meus. *id eſt exaudias: Hebræi enim non habent optatiuum, ſicut ſupra dictum eſt: ſed vtuntur futuro indicatiui loco eius.*

q Ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei. *Id eſt ne aliquando me teneant pro voluntate ſua ad me interficiendum, quod ſummè deſiderant.*

r Et dum commouentur pedes mei, &c. *Fugiendo propter Abſalom de ciuitate regali.*

s Super me magna locuti ſunt. *Sicut patet de Semei, vt dictum eſt & ſimiliter Achitophel dixit ab Abſalom. Eligam mihi duodecim milia virorum, & conſurgens perſequar Dauid hac nocte, & irruens ſuper eum, quippe qui laſſus eſt, & ſolutis manibus, percutiam eum. Et ſic iſte iactabat, ſe, quòd percuteret Dauid fugientem.*

t Quoniam ego in flagella paratus ſum. *Promptus animo ad ſuſtinendum flagella, quæ Dominus mihi voluerit inferre. Vnde dixit ad Sadoch: Reporta arcam Dei in vrbem: ſi inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & oſtendet mihi eam, & tabernaculum ſuum: ſi autem dixerit mihi, non places, præſto ſum, faciat, quod bonum eſt coram ſe.*

u Et dolor meus. *Quia ſcio me meruiſſe pro peccato adulterij cum Bethſabee & homicidij Vriæ, & per talem modum loquitur infra pſal. 50. Peccatum meum contra me eſt ſemper, &c.*

y Quoniam iniquitatem meam, &c. *Statim enim eam recognouit ad reprehenſionem Nathan prophetæ. Et pro expiatione eius multa poſtea obtulit ſacrificia, quæ quodammodo annunciabant peccata, pro quibus offerebantur: quia alia ſacrificia offerebātur pro peccatis ex certa malitia commiſſis, & alia pro peccatis ignorantiæ, vt patet in Leuit.*

a Et cogitabo

## NICOL. DE LY.

a Et gemitus meus à te non eſt abſcōditus. *q.d. appone mihi remedium.*

b Cor meum conturbatum eſt. *Propter prædicta.*

c Dereliquit me virtus mea. *Quia fugiens de Ieruſalem propter Abſalom aſcendebat cliuum oliuarum ſcandens & flens, & operto capite, & nudis pedibus incedens. Et ſic fuit multùm fatigatus in illo itinere, maximè cùm eſſet iam ſenex, & ætatis prouectæ.*

d Et lumen oculorum meorum. *Quia ſicut erat fatigatus in corpore, ita turbatus in oculis ex labore, & ſenectute. poteſt etiam hoc referri ad oculos mentis, quia in illa fuga turbatus & minus prævidens præcipitanter dedit hæreditatem Miphiboſeth iuſti, Sibæ ſeruo eius peſſimo detractori.*

e Amici mei & proximi mei aduerſ. &c. *Hoc apparet de Abſalom filio eius, & Amaſa nepote ſuo, & Achitophel conſiliario ſuo, qui perſequebantur Dauid vſque ad mortem.*

g Et qui iuxta me erant, &c. *Ante perſecutionem Abſalom.*

h De longe ſteterunt, &c. *Id eſt à me receſſerunt propter timorem Abſalom.*

i Et vim faciebant, qui quærebant animam meam. *Quia Abſalom, & ſui complices toto conatu ſuo quærebant Dauid ad mortem.*

K Et qui inquirebant mala mihi. *Sicut Semei & conſimiles.*

l Locuti ſunt vanitates, &c. *Falſa mihi improperantes. Dicebat enim ei Semei: Egredere vir ſanguinum, & vir Belial:*

m Ego

Marginalia: 2.Reg.15.f — † magnificauerunt ſub linguā ſuam, vel inſultant mihi — † c[l]andicationem, in terram, i. vt paterer mala formatur, ſū — 2.Reg.16.a — 2.Reg.16.b

## MORALITER.

b * *Cor meum conturbatum eſt.* Scilicet mentalium.

† *Et ipſe non eſt mecum.* Propter turbulentiam paſſionum.

e *Amici mei.* i. affines & conſanguinei.

f *Aduerſum me appropinquauerunt.* Frequenter enim in via morum impediunt.

g *Et qui iuxta me erant.* i. eſſe debebāt ad me dirigendum & confortandum in bono, cuiuſmodi ſunt eccleſiæ miniſtri.

h *De longe &c.* Quia de animabus parū, & de pecuniis multùm curant: quod ſignificatur in parabola ſauciati quem ſacerdos, & Leuita tranſierunt abſque cura.

i *Et vim faciebant &c.* i. dæmones tentationes horridas immittentes.

K *Et qui inquirebant mala mihi.* ſ. homines maligni qui ſunt membra diaboli.

l *Locuti ſunt &c.* i. mendacia contra me.

m *Ego autem &c.* i. ſic patienter ſuſtinui, ac ſi eſſem ſurdus & mutus.

n *Et factus ſum &c.* Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionem. Et quoniam iniuſtè patientibus & de Deo confidentibus ipſe ſuccurrit, ſubditur.

o *Quoniam in te Domine ſperaui.* In oratione te deprecando.

q *Ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei.* Id eſt dæmones de lapſu hominum gaudentes.

r *Et dum commouentur pedes mei.* Id eſt ſi viderent me à rectitudine iuſtitiæ declinare.

s *Super me &c.* Id eſt loquerentur quaſi tenentes deuictum.

t *Quoniam ego &c.* i. ſuſtinere patienter quicquid inflixeris.

u *Et dolor meus.* De peccatis meis commiſſis.

x *In conſpectu meo ſemper.* Per cordis contritionem.

y *Quoniam iniquitatem meam, &c.* In vera confeſſione.

* a Et co-



a *viuunt. Auguſt.* Fruuntur mundo. firmati in mundanis, & quotidie plures fiunt.

b *Ne derelinquas. Aug.* De præteritis abſolutus: cum actione gratiarum autorem ſalutis profitens Deum, lætus exclamat, ne iam relinquatur. *Caſſ.* quia grauior offenſio poſt veniam. *Aug.* Exultatiua concluſio, vt certa ſpes ſit imitantibus.

c *Ne diſceſſeris à me.* Quomodo ergo ſuprà, vt quid me derelinquas. Vox eſt veteris hominis, qui cum eo crucifixus, hic autem in perſona propria loquitur.

annūciabo, & † cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt, & † cōfirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt qui oderunt me † iniquè. Qui retribuunt mala pro bonis, † detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne diſceſſeris à me. † Intende in adiutorium meū, dñe Deus ſalutis meæ.

Interlinear glosses: ¶Et quia non ſufficit confiteri, addit: annunti. id eſt confitebor. ¶Caſſ. ſedule agam pro ſanando. ¶Alias pronunciabo & curam geram. ¶Solicitus ero. — ¶Tua permiſſione ad probationem mei miſeri miſſi. ¶Bene eſt eis in ſeculo, vbi laboro & rugio. — ¶In perſecutione. ¶Et hoc valet ad impetrandum. ¶Quod grauius. — ¶Et non pauci: quod grauiſſimum. ¶Dantes mala pro bonis. — ¶Etiam. ¶Aliàs: Detrahebant mihi qui retribuunt mala pro bonis, quoniam perſecutus ſum iuſtitiam. — ¶Ideo dixi mala pro bonis. ¶Cur. — ¶Sed quia hæc homini intolerabilia. ¶Hoc dicimus in illo qui pro nobis interpellat. — ¶Et ſi ad horam relinquis. ¶Penitus. — ¶Potius. ¶Aug. dum pugno contra hoſtem. — ¶Dator. ¶Æternæ. ¶Aug quia & animum ſeruauit, & à paſſionibus liberauit.

f Detrahebant mihi. *Me perſequendo.*

g Quoniam ſequebar bonitatem. *Id eſt pro bonis quæ feceram eis, iſta mihi inferebant tanquam ingratiſſimi.*

h Ne derelinquas me Domine. *Hic ponitur huius pſalmi concluſio intenta, in qua Dauid Deum deprecatur, vt eum præſeruet à recidiuo in præterita mala di. Ne derelinquas me Domine. ſ. in prædicta mala reincidere.*

i Deus meus, ne diſceſſeris à me. *Quaſi dicat, ſi ad modicum dimiſeris me fragilitati meæ, non potero tentationibus reſiſtere, & ideo ſubditur:*

K Intende in adiutorium meum. *Continuè præſtando mihi auxilium.*

l Domine Deus ſalutis meæ. *Id eſt à quo efficienter, & in quo obiectiuè conſiſtit ſalus vitæ æternæ: Ad quam nos perducat qui ſine fine viuit & regnat.*

† ſaluò

## NIC. DE LYRA.

a Et cogitabo pro peccato meo. *Cauendo diligenter à recidiuo.*

b Inimici autem mei etc. *Scilicet Abſalom & Achitophel & eorum complices propter quorum poteſtatem, cui non poterat reſiſtere, compulſus erat fugere.*

c Et multiplicati ſunt, etc. *Vnde dicitur: Cumq; immolaret victimas, facta eſt coniuratio valida, ſcilicet contra Dauid, populusq; concurrens augebatur cum Abſalom: & ibidem ſubditur: Venit igitur nuncius ad Dauid dicit. Toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalom,*

d Qui oderunt me iniquè. *Quia Dauid multa bona fecerat eis, & ideo ſubditur:*

e Qui retribuunt etc. *Me proſequendo.*

f Detra-

## MORALITER.

* a *Et cogitabo pro peccato meo.* Id eſt pro eius ſatisfactione. q. d. hæc faciam ad hoc, quòd exaudias me.

b *Inimici autem mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me.* Id eſt temporaliter proſperantur & contra me mala machinātur pro bonis à me ſibi collatis, ideo concluditur.

h *Ne derelinquas me Domine Deus meus.* Subtrahendo auxilium tuum, quoniam in neceſſitate poſitus ſum.

*In pſal. 38. Domine ne in furore: vbi dicitur in poſtilla: De materia autem eius dicit Rabi Salomon.*

## ADDITIO.

Hæc expoſitio videtur rationabilior: quia contenta in hoc pſal. communia ſunt peccatoribus, à Deo in hac vita flagellantur propter peccata commiſſa, & etiam poſt remiſſionem vnius peccati in aliud reincidunt, & iterum pœnitent ſicut communiter contingit in hominibus, præterquam in viris valde perfectis: vnde non oportet appropriare iſtum pſal. Iob, nec alicui perſonæ ſingulari. Et hanc expoſitionem videtur ſequi glo. ad quam litera faciliter eſt applicabilis: & ſecundum hoc propriè ponitur inter pſalmos pœnitentiales.

REPLICA.

## REPLICA.

In pſalmo Domine ne in furore ſecundò. Poſtillator inter multas expoſitiones eligit, & proſequitur illam de perſona Dauid multum eleganter. Sed Burgenſ. prælegit illam Rabi Salomon expoſitionem, quæ eſt de tota congregatione populi. Et ideo Burgenſes dicit eum eſſe pſalmum pœnitentialem. Et fortaſſe mouetur rationibus, quibus ſuprà circa pſal. Beati quorum remiſſæ ſunt, &c. Sed quantùm rationes ſuæ concludant, vide ibi. Et mirum, quòd Burg. hic Rabi Salomonem ſequitur, quem ſemper reprobare conſueuit. Et puto nullam aliam habuiſſe cauſam, niſi quia poſtillator hic ipſum reliquit.

## GLO. ORDIN.

a *In finem canticum Dauid &c. Aug.* Quia hic eſt de æterna beatitudine, pro qua iucundum eſt tranſire: & ſi graue ſit carni: Docet autem inde de mundo ad Deum tranſire: Tranſitor autē de bona opinione ſemper contrahit inuidiam iniquorum & calumniam: vnde deliberat inter malos tacere, ne quid dicat malè.

b *Idithun. Aug.* Tranſilies eos, id eſt remanentes in mundo. *Caſſ.* In primis de continentia linguæ inter blaſphemos, & calumnioſos: vnde & optat noſcere finem vbi hæc non ſunt.

† In finem canticum Dauid pro Idithun.

¶Id eſt de tranſiliente.

### Pſal. XXXVIII.

Dixi, Cuſtodiam uias meas,

¶Deliberaui. ¶Graue enim eſt hoc. ¶Aug quia forſitan iam lapſus in lingua. ¶Iam foris.

*Idithun canticum Dauid. In biblijs autem noſtris communiter dicitur ſic. In finem canticum Dauid pro Idithun. Et in iſtis ti. eadem penitus eſt ſententia ſicut in titu. Hebraico, vt patet ex dictis hic, & ſupra pſal. 4. per hunc igitur tit. apparet autor pſal. & per quos erat decantandus, & modus cantandi, ſed materia non apparet: propter quod de hoc variè dicitur apud Hebræos & Latinos. Et omiſſis multis propter prolixitatem vitandam accipiam duos modos exponendi, quæ videtur mihi magis literæ propinqui. Vnus modus eſt quē proſequitur Ra. Sal. di. q Dauid fecit hunc pſal. pro tribulationibus venturis filijs Iſrael, vel ſuper populū Iſrael, maximè tempore captiuitatis Babylonicæ: quam præuidit Dauid in ſpiritu. Et ideo in hoc pſal. oſtendit, q debeāt eam patienter ſuſtinere cum deprecatione ad Deum pro eius terminatione. Et ſecundū hoc exponit̄ iſte pſal. ſic, q Dauid loquebat̄ in perſona populi captiuitatis di.*

a Dixi, Cuſtodiam vias meas. *Vt non delinquam in lingua mea. q.d. ne aliquo modo murmurem de diuinis iudicijs, quando dimittit Gentiles, & idololatras dominari, & filios Iſrael pro peccatis ſuis ad tempus affligi, & captiuari: poſui ori meo cuſtodiam cum conſiſteret peccator. i. populus Babylonicus idololatriæ deditus. Aduerſum me. Cùm ei populus Iſrael erat ibi in captiuitate, inſidiabantur Babylonij aliquid rapere de ore eius vt poſſent eum accuſare: propter quod oportebat eum tunc maiorem cuſtodiam ori apponere. Obmutui & humiliatus ſum coram Babylonijs. Et ſilui à bonis. i. à lege diuina, vt dicit Ra. Sal. quia de ea non audebat loqui corā Babylonijs. Et dolor meus renouatus eſt: quia prius doluerat de ſua captione, & iterum de legis Dei depreſſione. Concaluit cor meum intra me: quia ira eſt accenſio ſanguinis circa cor. etiam illa quæ eſt per zelum qualis eſt iſta: & ſic cauſabat calorem intrà. Locutus ſum in lingua mea.*

## GLO. ORD. PSAL. XXXVIII.

Dixi, Cuſtodiam vias meas. *Aug. Caſſ.* Monet hic pſalmus inter blaſphemos, iniquos, & calumnioſos, linguæ continentiam, certamina, rixas, comprimere: hoc enim ſilentium multū eſt vtile. *Caſſiod.* Dixi in corde deliberaui: vbi ſapientes prius deliberant, quàm loquant̄.

a *Vias meas. Hieron.* Id eſt actiones, & verba. Vt non delinquam, per fatua, vel otioſa.

a *In lingua*

## NIC. DE LY. PSAL. XXXVIII.

Dixi, Cuſtodiam uias meas. *Huic pſal. præmittitur talis ti. in Hebræo. Ad victoriam Idithun pſal. Dauid. Iſtis tamen nominibus Idithun, & Dauid præmittitur litera ל lamed, ad deſignandum q ſunt datiui caſus. Ad intellectum autem huius tit. conſiderandum, q ſicut dicitur. Dauid conſtituit cantores ad diuinas laudes 288. qui per vices canerēt diuinas laudes in templo: & in iſtis fecit tres principales cantores. ſ. Aſaph, Heman & Idithun. Fecit etiam pſal. ab iſtis cantoribus decātandos, ſecundum quod habetur in Paralip. & Eſd. Eſt igitur ſenſus huius tit. Pſalmus Dauid. i. ſibi appropriatus tanquam autori. Idithū. i. appropriatus cantoribus exiſtentibus ſub Idithun, per eos decantandus. Ad victoriam. i. cum quodam conatu, inquantum vna pars cantorum nitebatur ſuperare aliam, prout expoſitum fuit ſupra pſal. 4. In tranſlatione verò Hier. iuxta Hebræum ponitur talis tit. Pro victoria Idithun*

## MORALITER.

* a *Dixi, Cuſtodiam vias meas.* Rab. Sal. dicit, q Dauid fecit hunc pſalmum præuidens in ſpiritu captiuitatem Babylonicam, in qua populus Iſrael fuit in tanto timore, q de iniurijs illatis ſibi non audebat conqueri, vel murmurare. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet poſito pro peccatis ſuis in afflictione corporali: de quibus tamen pœnitet, & petit à Deo miſericorditer liberari, licet ſuſtineat patienter. Dicit igitur: *Dixi, Cuſtodiam &c.* id eſt firmiter propoſui cauere à recidiuo peccati.

* a *Vt non*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *In lingua mea. Aug.* Non fruſtra eſt lingua in verbo: quia facilè labitur.

E

*Vbi ſupra.* b *Poſui ori meo cuſtodiam. Aug.* Poſtquam tranſiui terrenas delectationes, & ex verbis bonis cõtraho inuidiam, ſufficit intelligẽtia coram Deo, ne loquẽdo dem aditum calumnioſis: in quo fit ſæpe perturbatio, vt dicant non dicenda: contra quod melius remedium eſt ſilentium, ſed dum nimis timeo ne loquar mala, tacui bona: & quia non erogo talentum mihi creditum pauperibus, non committet mihi diues dñs: & hoc eſt, obſurdui. i. cœpi iam non audire. confitetur ſe paſſum, docens nos cauere hoc non imitari. *Caſſiod.* Poſui vſq; eò q obmutui. Humiliatus, vt purum intelligas, ſilẽtium non doloſum. Et ſilui à bonis, ne docerem contemnentem, qui cauſam contentionis quærit.

*† Seruabo os meum capiſtro, cum ſteterit impius coram me*

*† ſilentio. i. diutino ſilentio factus ſum velut mutus*

c *A bonis. Caſſiod.* Annuntiandis, vel à bonis hominibus, pro porcis, & canibus, quibus ſanctum non eſt dãdum. vnde dolor, quia negat cõſeruis cibaria vitæ. Et ideo: Cor meum concaluit, omni parte igne Dei. Intra me: in ratione, vt de cęleſtibus cogitaret: Intra prius, quàm extra exiret loquẽdo, vel in ęterna gratia ſanctiſpiritus. In meditatione mea, ex. i. conſilio, ne inſanus eſſe ęſtus videretur, poſtquam intrà. etiam in lingua mea. i. tranſiliẽtium locutus ſum. *Aug.* Quod eſt malis inuitus ſilui, ſed dño locutus eſt ęſtu charitatis agẽte iſtud. Notum fac finem. i. Chriſtum qui eſt finis noſter. Et numerum dierum non deſiderio huius vitæ, ſed deſiderio Chriſti, vt appareat ſi eius aduentum poterit videre, ante quem multum deeſt ad vitam: quia ante eum ſunt veteres dies Adæ, qui ducunt ad mortem, & non noua regeneratio. Et ſubſtantia, quæ Adam peccante damnata eſt, nihil eſt ante Deum, & ſi actus tranſilientis aliquid ſunt.

*Vbi ſupra.* *† turbatus eſt* *Vbi ſupra.*

*Ibidem.* d *Dolor meus renouatus eſt. Aug.* Si damnabitur piger qui non erogat, quid ille qui per luxuriam conſumit: poſitus enim tranſiliens inter Deum diuitem, & hominem pauperem, vt à Deo accipiat, & homini diſtribuat. Sed dũ timet eſſe prodigus & diſſipator, fit auarus diſpenſator.

F

e *Locutus ſum. Aug.* Non auditori erudiendo, ſed exauditori Deo à quo intus audior.

f *Et numerum &c. Hier. Aug.* Numerus dierum qui modo ſunt non eſt verè tranſilienti, hærenti autem eſſe videtur.

a Ecce

a ¶Aug. perfectus eſt vir. qui non peccat in lingua. ¶Quod difficile. b ¶Mei iuris.

a vt nõ delinquam in lingua mea. a

a ¶Et. b ¶Ne incongrua exirent. ¶Non propter ſtudioſos ſed. c ¶Cũ maxime opus eſſet. ¶Cũ mora.

b † Poſui ori meo cuſtodiam, cũ cõ- b c

a ¶Caſſ. quærens calumnias à quo decipitur per ſilentiũ. ¶Aug. qui non percipit quæ ſunt Dei & calumniatur, turgidis & litigioſis nil dicendum, ut & agnus ſine voce coram tondente ſe obmutuit. ¶Aliàs conſiſtit.

ſiſteret peccator aduerſum me. Ob- d

a ¶Vel obſurdui. b ¶Non me humiliaui. ¶Caſſ. improperia ſuſtinui ab eis. c ¶Dum timeo ne dicam mala.

mutui † & humiliatus ſum & ſilui e f

a ¶Ita. b ¶Caſſ. quem paſſus eſt in loquendo, a quo quieuit in ſilentio. c ¶Aug. dolet tacuiſſe dicenda, quia vidit mala, tacuit etiam bona & bonis. vnde: Zelus domus tuæ comedit me. id eſt amor proximorum, quibus bona tacui angit me.

c d à bonis, et dolor meus † renouatus g

a¶ Aug. cœpit inquietũ eſſe cor, vidẽs hincinde eſſe pericula. ¶id eſt ex omni parte caluit igne Dei. i. amore cœleſtium.

eſt. Cõcaluit cor meũ intra me, & in h

meditatione mea † exardeſcet ignis.

a ¶Sed. ¶Aug. in hac fluctuatione dicendi & tacendi inter calumnioſos & audire paratos: in hoc æſtu quæſiui meliorem locum vbi hoc non patiar. ſ. finem. i. vitam æternam. Et hoc eſt no. ſ. &c. b ¶Hoc. ¶Aug. ſi multa tranſiliã reſtat finis vbi non ſunt ſcandala. noto fine plus deſiderat & omnia tranſilit & no.

e Locutus ſum in lingua mea: notum i k

fac mihi domine finem meum, &

a ¶Hier. Aug. hic eſt numerus ſine numero. b ¶Vere nõ tranſit. ¶Vel qui.

f numerum dierum meorũ, quis eſt: l

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ mea, i. tacitè orando. Notum fac mihi domine finem meum. i. finem huius captiuitatis, vt ſi poßim manifeſtè & publicè promere verba diuinæ laudis vel legis. Et numerum dierum meorum quis eſt. i. dierum huius captiuitatis. Vt ſciam quid deſit mihi. i. quantùm diſto à redemptione huius captiuitatis. Et pro acceleratione redemptionis allegat breuitatem vitæ humanæ di. Ecce menſurabiles. in Heb. habetur: Ecce palmos. palmos autem eſt menſura breuis: propter quod Hier. in tranſlatio. iuxta Hebręũ dicit: Ecce breues &c. idem ſignat quod dicitur hic. Ecce menſurabiles, quia res breuis eſt de facili menſurabilis. Poſuiſti dies meos. q. d. niſi citò terminetur iſta captiuitas in ea moriar: ex quo ita breues ſunt dies mei. Et ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te: quia illud quod eſt modicum quaſi nihil reputatur. ideo ſubditur: Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuẽs, ex quo vita eius eſt ita breuis, & ſicut eſt paruę durationis: ita eſt paruę cognitionis. ideo ſubditur: Veruntamẽ in imagine pertranſit homo. In Hebræo habetur: In obſcuritate, & idem ſignat quod dicitur hic: In imagine: quia illud quod tantùm cognoſcitur in ſua imagine, cognoſcitur imperfectè. Et ſicut homo eſt paruę cognitionis, ita & frequenter inutilis & noxiæ ſollicitudinis. ideo ſubditur: Sed & fruſtra conturbatur. i. vana ſolicitudine anxiatur. cuius cauſa ſubditur: Theſaurizat cum magna ſolicitudine, & ignorat cui congregabit ea: quia forſitã citò morietur, & theſaurus ſuus ignotis relinquetur. & ideo concluditur, q ſolicitudo & ſpes hominis ponenda eſt in Deo, cùm dicitur: Et nũc quæ eſt expectatio mea: nonne dñs? q. d. ſic. Et ſubſtantia mea apud te eſt: & accipitur hic ſubſtantia pro diuitijs. Diuitiæ enim iuſtorum reſeruantur apud Deum, ſecundùm illud: Oculus non vidit, nec auris &c. Et quia ex confidentia diuina inſurgit homo ad deprecandum ipſum Deum, ideo deprecando dicit: Ab omnibus iniquitatibus meis erue me. non ſolũ quantùm ad culpam, ſed etiam quantùm ad iſtius captiuitatis pœnam. vnde ſubditur: Opprobrium inſipienti dediſti me. i. populo Babylonico idololatriæ dedito. Obmutui & non aperui os meum ad reſpondendum contra illatum mihi opprobrium. Quoniam tu feciſti, ſubijciendo me eius ſeruituti, ideo ſubditur: Amoue à me plagas tuas. i. pœnas iſtas à te mihi inflictas: quarum grauitas allegatur, cùm ſubditur: A fortitudine manus tuę. i. punitionis tuę. Ego defeci, quaſi non potens, vel ſaltem cum difficultate ſuſtinere. Et hic terminatur verſus in Hebræo, & in tranſlatio. Hieron. iuxta Hebræum, & verſus ſequens incipit, cùm dicitur: In increpationibus, i. duris punitionibus. Propter iniquitatẽ corripuiſti hominem. i. Iſraelem. q. d. licet punitio tua ſit dura, tamen eſt iuſta. Et tabeſcere feciſti ſicut araneam. In Hebræo, & in tranſlatione Hiero. iuxta Hebræum habetur, ſicut tineam animam eius. i. vitam eius reddidiſti contemptibilem & conculcatam coram Babylonijs. Veruntamen vanè conturbatur omnis homo. q. d. licet iuſtè poſueris nos in captiuitate, tamen Babylonij abutuntur noſtra ſeruitute, & contra nos prouocantur ſine cauſa. ideo ſubditur deprecatio de liberatione ab ea, cùm dicitur: Exaudi orationem meam &c. Ne ſileas. i. ne diſſimules audire. Quoniam aduena ego ſum in terra Babylonis. Apud te. q. d. tamen ibi colo te, Et peregrinus ſicut omnes patres mei. ſ. Abraham, Iſaac, & Iacob, peregrinati ſunt in terra aliena, vt patet in Gene. Remitte mihi culpam, & captiuitatis pœnam. Vt refrigerer, per tuam conſolationẽ. Priuſquam abeam de vita præſenti per mortem. Et amplius non ero. ſ. in ſtatu merendi, vel in ſtatu quo poſſim in regnum Iudeæ reuerti. Alio modo poteſt exponi pſal. iſte de ipſo Dauid, ita q fecerit ipſum poſitus in fuga à facie Abſalom filij ſui, poſtquam audierat vituperia ſibi illata à Semei. Sicut enim pro perſecutione Saulis fecit multos pſal. vt ex dictis ſuprà patuit, & infrà: & adhuc patebit, ſic & de perſecutione ſibi mota ab Abſalom. Et videtur mihi, q hęc expoſitio ſecunda eſt magis rationabilis & magis conſona literæ, quàm præcedens. Et ſecundùm hoc pſal. poteſt diuidi in tres partes: quia primò deſcribitur ipſius Dauid patientia. & ſecundò eius confidentia, ibi: Locutus ſum. tertiò orationis inſtantia, ibi: Exaudi ora. &c. Circa primùm dicit ſic: Dixi. i. firmiter in corde meo propoſui. Cuſtodiã etc. murmurando cõtra Deũ de afflictione mea.

G

b Poſui ori meo. *id eſt Semei mihi maledicens, & lapides, & terram contra me proijciens, vt habetur in Reg.*

d Obmutui &c. *Nihil reſpondendo ſibi.*

e Et hu. &c. *Magna. n. humiliatio erat, q Rex patienter talia ſuſtineret.*

f Et ſilui &c. *Iſte enim Semei erat dignus morte pp crimen læſæ maieſt. pp quod dixit Abiſai. Quare maledicit canis moriturus dño meo Regi? Vadam, & amputabo caput eius. Dauid autem non dedit ſibi licentiã, ſed magis prohibuit. Et ſic ſiluit à bono iuſtitiæ fiendæ: non tñ peccauit, quia illa iniuria erat contra perſonam ſuam: & ſic poterat ſine læſione iuſtitiæ dimittere vindictam, vel differre: ſed magis meruit ſuſtinendo patienter ex humilitate. Vnde ſubditur ibidem: Dimitte eum, vt maledicat, ſi fortè reſpiciat dominus afflictionem meam, &c. De duobus enim bonis vnum eſt melius altero. vnde dicit Apoſtolus: Qui iungit virginem ſuam matrimonio, bene facit: & qui non iungit melius facit.*

H

g Et dolor meus. *Quia tunc recoluit in ſpeciali de malitia filij ſui Abſalom. Ecce filius meus qui egreſſus eſt de vtero meo, quærit animam meam, quantò magis nunc filius Iemini: de qua malitia valde dolebat: vnde & mortuo Abſalom in ſua malitia dicebat: Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te fili mi Abſalom? lugens eius damnationem, ſicut expoſitum fuit ibidem.*

h Concaluit cor meum intra me, etc. *Ex charitate enim, quam habebat ad filium, dolebat de eius culpa magis, quàm de perſecutione ab eo contra ſe mota.*

i Locutus ſum in lingua mea. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Dauid confidentia. & primò deſcribit humanum defectum. ſecundò ex hoc concludit, quòd de ſolo Deo eſt confidendum, ibi: Et nunc. Deſcribendo autem humanum defectum, primò incipit à ſeipſo dicens:* Locutus ſum etc. *te deprecando corde & ore.*

K Notum fac mihi &c. *i. terminum perſecutionis in qua ſum.*

l Et numerum &c. *i. quot diebus ſtabo, in iſta tribulatione.*

¶ a Vt ſciam

## MORALITER.

a *Vt non delinquam &c.* Murmurando contra iudicia diuina.

b *Poſui ori meo.* Per circumſpectionem.

c *Cum conſiſteret &c.* i. diabolus, vel homo malus.

d *Obmutui, &c.* id eſt ab expreſſione pœnitentiæ meæ, & afflictionis grauitate.

g *Et dolor meus.* Nam augmentatur, cum in corde clauſus tenetur, ſicut apoſtema grauius affligit, antequam aperiatur. ideo ſubditur:

h *Concaluit cor meum.* Ex doloris augmento.

i *Locutus ſum in lingua mea.* Tacitè orando.

K *Notum fac mihi.* ſ. quantùm ad afflictionem præſentem:

a *Vt ſciam*



A a *Ecce menſurabiles. Caſ.* Quaſi noto fine, & diebus, qui ſunt, attendit ad hæc quæ reliquit, & comparat inuicem.

b *Et ſubſtan. &c. Aug.* Qui videt nihil eſſe hanc ſubſtantiam, ante videt: vbi oculi tui ſunt, non vbi humani. i. tuæ viſioni concordat. vel, antè. i. contuitu illius, quæ ante te erit.

c *Veruntamen. Caſ.* Videns aduẽtũ Chriſti redit ad infirmitatẽ, quam inter virtutes habet dicens: *Aug.* Magna ſunt, quę diximus, & credimus: ſed tñ nondum eſt illud æternũ, ſed vniuerſa vanitas: Et pro mutabilitate deſiderans æternam: exprobrat humanæ vitę, cui ſubeſt, qđ dicit: Ne quis putet ſanctos à tentationibus alienos. *Aug.* Vel, licet menſurabiles dies, licet ſubſtantia: nihil tamen vniuerſa vanitas eſt in rationali creatura, quę ſecundum diuerſos vniuerſam appetit creaturam. *Aug.* Veruntamen. Quamuis tanta tranſilui, quamuis æternis inhio, tamẽ dum hic viuo, vbi tot ſcandala, vbi tẽtatio, vniuerſa vanitas: Ois homo, & tranſiliens, & hærens. i. ad vniuerſam vanitatem adhuc pertinent: quia omnia vanitas ſub ſole eſt omne viſibile. Inuiſibilia non ſunt ſub ſole. i. fides, ſpes, charitas: hæc habet Idithun vltra ſolem, cuius conuerſatio in cęlis eſt.

d *Omnis homo. Aug.* Si malus, in ſecularibus vanus eſt, ſi bonus, cum Chriſto volenti eſſe, vana eſt vita. Veruntamẽ. *Aug.* Diapſalmus. Quomodo omnes ſub vanitate & caſu: & inde opponit ſe expectare dominum, & petit liberari.

e *In imagi. pertranſit. Aug.* Quamuis ita ſtudeat vanitati: tñ citò tranſit corporaliter, imagine ſpeculi, quæ citò euaneſcit. Vel ipſe poſitus i imagine Dei. i. in ratione, & ita mirum q hoc non retrahit eum à vanitate: ſed conturbatur, id eſt à puritate mentis in actibus ſeculi deducitur: quia cum miſeria & labore appetit terrena.

B

f *Theſaurizat. Aug.* De cæteris vitijs elegit propheta auaritiam, ad oſtendendum quod intendit: ipſa enim eſt radix omnium malorum.

g *Expectatio. Aug.* Primi aduentus, vel ſecundi, qui cum mora, quia multa ſuſtinet. Verè tu ò domine es expectatio, quia ſubſtantia apud te conſiderata eſt. Vel quia præuideo meã ſubſtantiam apud te futuram. Vel ſubſtantia non illa Adæ, ſed conſcientiæ bonæ poſſeſſio qua ſuſtentatur & paſcitur, quæ eſt ante Deum cui placet, non in ſacculis noſtris.

h *Ab om. iniq. meis erue me. Caſ.* Non ſolùm ab eis ne reuoluar in ea quæ trãſiliui, ſed ab omnibus omnino. Imperfectus enim eſt homo: quia non accepit quod optat: perfectus qui ſcit hoc ipſum quod ſibi deficit.

i *Obmu. Caſ.* Habitus opprobrio obmutui: non egi contentioſè contra illos, vel murmure contra Deum: quia tu feciſti dans mihi patientiam: Et quia talis es, amoue plagas, quod potes, quia feciſti eas, & neceſſe eſt, quia defeci.

K *Amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defe. Aug.* Quia tu feciſti me, noli exterminare, tantùm cede, vt proficiam, non vt deficiam: tantùm tunde, vt producar, non vt comminuar.

l *Increpationibus propter iniquitatem.* Quibus humanum genus increpuiſti: quod tamen ex merito noſtro, propter iniquitates noſtras increpuiſti, quæ ſunt ad correctionem, aliter enĩ iniquitas incorrecta permaneret.

m *Corripui hominem. Auguſt.* Eſt dolor informis, qui non emendat. Formatus, qui eruditionibus formam præſtat. Et talis dolor eſt præceptum, id eſt vicem & imaginem pręcepti habet.

n *Et tabeſcere feciſti. Aug.* Siccatam ab amore virtutum, & cognitionis. Sicut aranea texit inanem telam in congregatione tem

a ¶Quantum. vnde humilio eſt homo. b ¶Hic in præſenti. c ¶An deeſt? quaſi quia vtique. ¶Quid enim de iſtis diebus tranſitorijs ſenris.

a † vt ſciã qđ deſit mihi. Ecce † mẽ a b

a ¶Aug. alias veteres, quia corrumpuntur corpora peccato & pœna. ¶Breues, inanes. b ¶Qui dederas immenſurabiles ſi homo perſtitiſſet.

b ſurabiles poſuiſti dies meos, & c

a ¶Aug. citò tranſit: & quandiu eſt, nihil eſt. ¶Aug. actus quidem boni ſunt aliquid.

† ſubſtantiã mea tãquam † nihi- d

a ¶Ex ſe. b ¶Qui vere vides. c ¶In hoc gemit, ſicut in ſuperna, id eſt ſupernorũ amore exardeſcit. d ¶Ipſa, non modo vanus, & de hoc per exaggerationem.

c lum ante te. Veruntamẽ vniuer- e

a ¶Non Deus, non ſpiritus. b ¶Quaſi iucunde in mundo cui ſeruit.

d ſa vanitas, omnis homo † viuens.

a ¶Aug. Quanquam in imagine, ſcilicet Dei, homo ambulet quæ eſt vltra ſolem: & veritas quia vera & inuiſibilia bona appetit: tamen vane turbatur, id eſt vanis deſiderijs, de victu, & veſtitu, & huiuſmodi.

e * † Veruntamẽ † in imagine per- f

a ¶Inutiliter.

tranſit homo, ſed & fruſtra con- g

a ¶Aug. inde eſt vana perturbatio quia. b ¶Aug. neſcit enim ſi filius poſſidebit, qui & tranſit.

f turbatur. Theſaurizat, & igno- h

a ¶Viſa hac vanitate reſpiciens veritatem in medio poſitus, ait ergo: Et nunc quæ eſt expec.

rat cui congregabit ea. Et nunc i

a ¶Nemo hic perfectus. ¶Finis.

g quæ eſt expectatio † mea, nonne

a ¶Qui ſuper omnia. b ¶Caſ. iam ad te tendens. aliquantulum eſſe incipit.

dominus? & ſubſtantia mea † a- k

a ¶Sed quia nullus ſine peccato quantacunque tranſilierit, peto. ¶Quia multæ etiam inſto.

h pud te eſt. Ab omnibus iniqui- l

tatibus meis erue me, opprobriũ m

¶Caſ. ¶Stultus irridet bonis moribus. ¶Caſ. quia remanet in vanitate. b ¶Quia ſic ago. ¶Ideo debes quia. c ¶Dediſti me op. inſi &c. ¶Contra quem ſequitur.

i inſipienti † dediſti me. Obmu- n

a ¶Nec conatus ſum loqui. ¶Quia fruſtra loqueret.

tui, & non aperui os meum, quo o

a ¶Me. ¶Aug. qui creauit, ipſe recreet. b ¶Erue ab iniquitate, & amoue paſſionem, & mortem.

k niam tu feciſti: amoue à me pla- p

a ¶Grauiter illatas. b ¶Enim. ¶A forti potentia.

gas tuas. † A fortitudine manus q

a ¶Aug. id eſt cum arguis me, defeci, arguere autem tuum, eſt propter iniquitatem erudire.

l tuæ ego defeci † in increpationi-

a ¶Aug. Et non ſine cauſa, quod defeci, & infirmus ſum, pro iniquitate eſt, & in hoc erudiſti, non damnaſti, & pœna eſt, & gratia eſt. vnde alibi: Qui fingis dolorem in præcepto, id eſt formas dolorem, quem intuliſti. ¶Alias pro iniquitate.

m bus: propter iniquitatem corri- r s

a ¶Alias eruuiſti. b ¶Adeo corripuiſti hominem. ¶Ita erudiſti vt anima tabeſceret, quaſi aranea qua nihil eſt tabidius. eruditur enim anima infirmitate, & humilitate, vt non de ſe præſumat, quæ diſplicuit fortitudine, & ſuperbia.

n puiſti hominem. Et tabeſcere fe- t

ciſti ſicut † araneam animã eius:

† menſurã quatuor digitorum

† nihil

† ſtans) per manẽs, vel quantumlibet cõſiſtere videat. Ecce t.

† velut vmbra ambulat (vel imaginariã vitã ducit homo,

† mea. domine, ſpes mea in te eſt

† ante te, ſemper

Ibidem. 2. Reg. 16. b

## NICOLAVS DE LYRA.

C

¶ a Vt ſciam quid deſit mihi. *id eſt quantum oportebit me vlterius ſuſtinere. q. d. cum difficultate poſſum iſta ſuſtinere: & ideo deſidero finem ſcire.*

b Ecce menſurabiles. *id eſt breues, vt ſuprà expoſitũ eſt. Poſuiſti dies meos. ideo ſubditur:*

c Et ſubſtantia mea. *i. vita mea, vt habetur in tranſlatione Hiero. iuxta Hebræum.*

d Tanquam nihilum ante te. *Quia quod modicum eſt, quaſi nil reputatur. Secundò procedit ad oſtendendum humanum defectum generaliter, dicens:*

e Veruntamen vni. va. &c. *Quia omnis homo eſt ita breuis vitæ, quòd quicquid contingit in ea debet reputari, inane, & ſicut eſt modicæ durationis, ita eſt paruæ cognitionis. ideo ſubditur:*

f Veruntamen in ima. &c. *Etiam inutilis, & frequenter noxiæ ſolicitudinis. ideo ſubditur.*

g Sed & fru. con. &c. *Et exponatur ſicut in præcedenti expoſitione dictum eſt.*

i Et nunc. *Hic conſequenter concludit quòd de ſolo Deo eſt confidendum, ex quò defectus humanæ fragilitatis tantus eſt d. Et nunc quæ eſt expectatio mea &c. & exponatur ſicut in expoſitione præmiſſa. Et quia de ſolo Deo eſt confidendum, ideo conuertit ſe ad ipſum deprecandum dicens:*

l Ab omnibus iniqui. &c. *Non ſolum quantum ad culpam, ſed etiam quantum ad pęnam mihi à te inflictam: quæ non ſolum erat dura, ſed etiam ignominioſa. ideo ſubditur:*

m Opprobrium inſipienti dedi. me. *Scilicet Semei mihi maledicenti, vt patet ex prędictis.*

n Obmutui. *Patienter ſuſtinendo, vt prędictum eſt.*

o Quoniam tu fe. *Vnde dixit Dauid. Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid: tamen peccauit Semei hoc faciendo, quia iniqua voluntate hoc faciebat. Dominus enim aliquando malis hominibus vtitur ad bonum, vt diffuſius fuit ibi dictum.*

D

p Amoue à me pla. tu. *Id eſt pęnas mihi iuſtè inflictas: à quibus non poſſum liberari niſi per te.*

q A fortitudine ma. tuæ. *Id eſt punitionis tuæ: exponatur ſicut prius vſque ibi:*

s Corripuiſti ho. *Id eſt meipſum ex fragilitate humana peccantem:*

t Et tabeſcere feciſti &c. *Id eſt animã meã, vel perſonam reddidiſti cõtemptibilem coram Abſalom & eius complicibus.*

¶ a Veruntamen

## MORALITER.

a *Vt ſciam quid deſit mi. &c.* i. quandiu durabit. Et pro acceleratione termini allegat breuitatem vitæ di.

b *Ecce menſurabiles po. dies meos.* i. valde breues: quia res breuis de facili mẽſuratur.

c *Et ſubſtantia mea tanquam ni. ante te.* i. res tam modica, quòd quaſi nihil eſt reputanda. Et non ſolus ego ſum huius conditionis, ſed etiam.

e *Omnis homo viuens.* Quãtùm ad corpus.

f *Veruntamen in ima. pertran. homo.* i. in anima imagine Dei inſignita pertranſit homo à corruptibili vita, nam ipſa eſt immortalis.

g *Sed & fru. contur.* De ſolicitudine circa bona præſentis vitæ. ideo ſubditur:

h *Theſaurizat & igno. cui congre. ea.* Quia forſitan fures capient, vel eius aduerſarij poſſidebunt, propter quod concluditur:

i *Et nunc quæ eſt expe. m. nonne dominus.* q. d. ſic.

k *Et ſubſtantia m. apud te eſt.* i. omnes diuitiæ meæ.

l *Ab omnibus iniquita. me.* Propter quas.

m *Opprobrium inſi. dedi. mi.* i. maligno me perſequenti.

n *Obmutui &c.* i. patienter ſuſtinui propter te quæ voluiſti. ideo:

p *Amo. à me pla. tu.* i. afflictiones iſtas, quarũ grauitas allegat cũ dr.

q *A fortitudine ma. tuæ &c.* Quia tñ Deus agit oĩa iuſtè. ſubditur:

r *Propter iniqui. cor. ho.* id eſt meipſum.

t *Et tabeſcere fe. ſicut ara. ani. eius.* i. vitam meam, quæ nomine animæ ſignificatur: reddidiſti, ſicut rem vilem & abominabilem.



* *Veruntamen*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ne temporalium. Vel dum extrahit à ſe iniqui tatem (ſicut aranea egeſtione viſcerum) moritur. *Caſ.* Velaran ea tenue corpus habet, nec in terra ſed in alto ſtat, telas egeſtione viſcerum, ſic anima conuerſi & afflicti terrena deſerit, ſubtiles operationes timore Dei tabificata perficit.

*Vbi ſupra.*

*Vt ſup.ibi.* a *Veruntamen. Aug. Caſ.* Licet increpetur licet tabefiat, tamen humana infirmitate varijs rebus cõfunditur, niſi qui Deum pura mente contemplatur.

† vanitas * Sela. ſuprà pſal. 3.

b *Exaudi ora. Caſ.* Diapſalmus. Inter mala ſeculi petit ſibi adeſſe, & peccata dimitti, vt proſpero fine exeat. *Caſſiod.* Sed quia ego iſta nõ petò, ne ꝑ eis triſter, exaudi. Quantò plura nouit, tantò plus ſupplicat. Oratio eſt quando vota Deo pandimus. Deprecatio frequens ſupplicatio ab imo cordis: Ne putes eum tantum verbis, & ore orare, addit, & lachrymas, quę violentæ ſunt in precibus ad mouẽdam miſericordiam.

*Oratio deprecatio* * & ad † inquilitinus *Iac. 7. g Matt. 25. c*

c *Ne ſileas.* Dic mihi: Remiſſa sũt tibi pctã: vel, Venite bene &c.

d *Quoniam aduena ego ſum. Aug.* iam apud te, ſed adhuc inquilinus: qa hic tranſiturus ad ęterna, vbi non ero inquilinus. Aduena apud te. *Caſ.* Non in diaboli ciuitate, ſed in tua receptus, de Babylonia ad Ieruſalem translatus. Sicut omnes patres, ne quis ab hac conditione putetur exceptus. Aduena, meum regnum pro tuo deſero. Peregrinus, adhuc nõ eligens mihi ſedẽ hic.

e *Remitte mihi. Caſſiod.* Hic ſibi petit dimitti, vt certus ad iudicium perueniat.

a ¶Aug. Licet correctus.

a veruntamen † vanè conturbatur omnis

a ¶Viuens in incerto. b ¶Aug. Inter hæc ergo poſitus tranſiliens, iam in ſuperioribus ſpe agens: Exaudi inquit.

b homo. Exaudi orationem meam domine, & deprecationẽ meam: auribus per-

a ¶Aug. Licet tot, tranſilierit, habet, quod fleat, quia abeſt, quod deſiderat: quia crebreſcunt ſcandala, abundat iniquitas, refrigeſcit charitas. b ¶Id eſt fac vt audiam. ¶August. Quia Deus loquitur occulte in corde: Salus tua ego ſum, quam vocem ille optat.

c cipe * lachrymas meas. Ne ſileas, quo-

a ¶Scilicet apud te, quia ſunt peregrini cum diabolo. ¶Quia ibi patria.

niam † aduena ego ſum apud te & pere-

a ¶Aug. Qui migrauerunt: conſtat ergo idem de me.

grinus, ſicut omnes patres mei. † Remit-

a ¶Ideo. Aug. Quia migraturus ſum, reſtat hoc petere. b ¶Caſ. qui curis vror. ¶Quia habet æſtas vitiorum. vnde dic: Dimitte nobis debita noſtra. Matth. 6. b ¶Aug. Ne cum peccatis eam: quaſi: Si non dimittis, vt refrigerer, ibo & iam non ero amplius, vero eſſe, quod eſt cum Deo.

te mihi, vt refrigerer priuſquam abe-

a ¶Ab hac vita. ¶Alioquin.

am, & amplius non ero.

b Exaudi. *Hic vltimo ponitur inſtantia orationis ipſius Dauid, cum dicitur: Exaudi &c. per effectum liberationis meæ.*

c Auribus perci. la. me. *Fleuit enim Dauid in illa perſecutione: ſecundum quod dicitur. Dauid aſcendebat cliuum oliuarum flens, & operto capite, & nudis pedibus incedens.*

d Ne ſile. *Ne tardes ſeu diſſimules audire deprecationem meam.*

e Quoniam adue. *Hoc dixit, quia erat fugitiuus de ſua ciuitate regia.*

f Sicut omnes pa. me. *i. patriarchę ſancti qui in terra aliena fuerunt aduenę & peregrini, vt prędictum eſt.*

g Remitte mihi. *ſ. adulteriũ cum Bethſabee, & homicidium Vrię: propter qđ ſciebat Dauid perſecutionem Abſalom eueniſſe ſibi, prout Nathan propheta ſibi prędixerat. Hęc dicit dominus: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua &c.*

h Vt refrigerer. *Per tuam cõſolationẽ.*

i Priuſquam abeam. *De vita pręſenti per mortem.*

K Et amplius non ero. *ſ. in ſtatu merendi: & propter hoc nunc eſt tempus remittendi, quia poſt mortem non fit peccati remiſſio.* Moraliter. *poſſet exponi pſal. iſte de quolibet fideli exiſtente in afflictione temporali pro peccatis ſuis: qui & ſuſtinet eam patienter, & confidens de diuina miſericordia, ipſam implorat deuotè & inſtanter. Et conſideratis prędictis, litera huius pſalmi poteſt ad hoc de facili applicari.*

## NICO. DE LYRA.

*2. Reg. 15. c*

¶ a Veruntamen vanè conturbatur omnis homo. *ſ. de Iſrael, ſecundum quod dicitur. Toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalom: Et iſti vanè conturbantur contra Dauid. Tum quia non habebant cauſam iuſtam. Tũ quia non habuerunt intentum, ſed magis confuſionem.*

b Exaudi.

## MORALITER.

* a *Veruntamen va. cont. &c.* De vitæ præſentis afflictionibus. ni omnia fiunt ad bonum electorum. Quia tamen nullus ceſſare debet à Dei deprecatione, ideo ſubditur:

b *Exaudi orationem meam &c. ne ſile.* id eſt diſſimules te audire.

e *Quoniam adue. ſum.* In vita præſenti.

g *Remitte mihi.* Culpam & pœnam.

h *Vt refrigerer.* Per tuam conſolationem.

i *Priuſquam abeam.* De vita præſenti.

K *Et amplius non ero.* In ſtatu merendi.

*In pſal. xxxviij. Dixi cuſtodiam. vbi dicitur in poſtil la: Ad intellectum autem huius tituli.*

### ADDITIO. I.

Ex hoc tit. poteſt ſumi argumentum pro opinione B. Aug. dicentis, quòd omnium pſal. autor eſt Dauid. Et ratio quare aliquando intitulantur filijs Core, Aſaph, & huiuſmodi eſt, quia approprianrur eis tanquam cantoribus: quod patet manifeſtè in hoc pſal. cuius autor eſt Dauid, & tamen appropriatur Idithun tanquàm cantori, & ſic de alijs intelligendum eſt, licet non ita exprimatur.

*In eo. pſ. xxxviij. vbi dr̃ in poſtilla. Accipiam duos modos exponẽdi.*

### ADDITIO II.

Neuter iſtorum modorum vr̃ rationabilis ſeu conſonus lr̃æ huius pſal. Modus. n. Ra. Sa. non conſonat principio huius pſal. cũ dr̃: Dixi cuſtodiã &c. Et, Poſui ori meo cuſto. &c. qđ exponit in pſona populi exiſtentis in captiuitate Babylonica: qui diligenter cuſtodiebãt ſe à murmuratione de diuinis iudicijs, cum Deus permitteret idololatras dñari, & filios Iſrael affligi &c. Nam hoc eſt manifeſtè

*4. Reg. 10. 2. Para. 20.*

contra illud quod continetur in Reg. & Paral. in quibus locis, & alijs quamplurimis teſtatur litera, ꝙ captiuitas Babylonica proceſſit ex vera iuſtitia in vltionem præuaricationum magnarum à populo Iſrael & regibus eorum continuè commiſſarum. Hæc etiã hr̃

*Dan. 9. a*

in Dan. vbi Daniel in oratione ſua expreſsè profitebatur diuinã iuſtitiam circa deſtructionem Ieruſalem, & tranſmigrationem populi: vnde de hoc nullus locus erat murmurationi. Similiter & quod dicit. Notum fac mihi finem meum, quod exponit de fine illius captiuitatis, non vr̃ rõnabiliter dictum: nam finis Babylonicæ captiui

*Hier. 29. b*

tatis fuit notificatus à Deo per Ieremiam, vbi dr̃: cum cœperint impleri in Babylone. lxx. anni, viſitabo vos &c. Vñ non oportebat orare: Notũ fac mihi finẽ meũ. Similiter cũ dicit, ꝙ populus ille nõ audebat loqui de lege diuina coram Babylonijs, nullum habet fundamentũ in litera. Similiter qđ introducitur: In imagine pertranſit homo, ſed fruſtra conturbatur &c. qđ exponitur de vanitate ſolicitudinis humanæ: licet ſit in ſe verũ, tñ omnino vr̃ impertinens huic propoſito, & ſic de multis alijs in hoc pſal. contentis. Scđs etiã modus exponendi, ad quem magis inclinatur poſtil. ſ. ꝙ Dauid fecerit hunc pſal. poſitus in fuga Abſalom &c. non vr̃ rõnabilis: nã de illa perſecutione Abſalom, ſimiliter & de iniurijs ſibi illatis à Semei, iam fecerat pſal. tertium & ſeptimum, qui de ipſa propria materia intitulantur: vñ non vr̃ rationabile, ꝙ iſte pſal. de eadem perſecutione exponatur. Tum quia non vr̃ ratio quare alij pſal. prædicti de hoc intitularentur expreſsè, & nõ iſte pſal. Tum quia applicare huiuſmodi pſal. ad aliquam ſingularem hiſtoriam, cum poſſet intelligi ad literam de vniuerſaliori materia: non eſt aliud q̃ lucernam accenſam ſub modio includere, quod eſt inconueniens. Cõſtat autẽ, ꝙ vniuerſaliora ſunt potiora & diuiniora q̃ particularia ſeu ſingularia inquãtũ hmõi, ſm Philoſophum. Tum quia Dauid fuit autor pſal. ipſi intitulatorum tantum, & non aliorum prout poſtil. opinatur, & de iſtis maior pars applicatur caſibus ſingularibus, qui ipſi Dauid contigerunt, prout ipſemet poſtil. in hoc pſal. & in alijs pluribus videtur velle, ſequeretur ꝙ filii Core, & Aſaph plures pſal. cõpoſuiſſent de myſterijs Chriſti, & eccleſiæ, & de multis vniuerſalibus ad diuerſos ſtatus eccleſiæ pertinentes, quem ipſe Dauid, qui pro maiori parte de ſuis ſingularibus caſibus, vt plurimum tractat ſecundum opinionem poſtil. prout patet diſcurrenti per pſal. intitulatos ipſi Dauid, & per proprias expoſitiones eorum à poſtil. aſſignatas. Hoc autem videtur valde inconueniens, cum de Dauid ſingulariter legatur, quòd fuit egregius pſaltes Iſrael, & doctores etiã ipſum dicãt eximium prophetarum, quod magis conueniret filijs Core & Aſaph, ſi huiuſmodi applicationes ſingulares poſtil. eſſent veræ. Tum quia ſunt ibi aliqui verſus valde impertinentes propoſito, ſicut vniuerſa vanitas omnis homo: & in imagine pertranſit homo, & theſaurizat, & ignorat, cui cõgregabit, & hmõi, quæ et ſimilia verba licet ſint in ſe vera, ſunt tñ in hac materia impropria, et impertinẽtia. Vñ melius vr̃ dicendũ, ꝙ hic pſal. non applicat̃ alicui hiſtorię pręteritę, vel futuræ in ſingulari, ſed ĩtelligit̃ indiſtinctè de quolibet pœnitente, qui mundana contẽnens, quæ hoĩes cõiter ſequuntur, & magnis plagis ſeu turbationibus afflictus, à Deo petit ſuã liberationẽ. vñ pſal. iſte in xj. particulas diuiditur. Primò. n. quia ſm Philoſophum: homines iraſcuntur pręcipuè contra eos qui deſpiciunt ea circa quæ ipſi maximè ſtudent. Idcirco pœnitẽs iſte qui de contemptu mundi principaliter intendebat loqui, meritò timebat calumnioſos, & litigioſos. vñ dicit: Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. non ſolum per fatua et otioſa, ſed etiam per vera eloquia: quæ non pacificè tolerantur à calumnioſis diligentibus mundum, et ideo ſequitur: Poſui ori meo cuſtodiam, dum conſiſteret peccator, id eſt mundanus, aduerſum me. Secundò, quia ex hoc ſilentio ſequebatur quòd ẽt à bonis alijs annuntiandis abſtinebat, ita ꝙ non poterat bonos docere, ideo dolor ei renouatus oſtenditur. vnde dicit: Silui à bonis, et dolor meus renouatus eſt. Tertiò, quia ex hac taciturnitate ſequebatur in corde ſuo et animo magnus æſtus et ardor, iuxta illud. Fuit in corde meo quaſi ignis æſtuans etc. ideo conſequenter quaſi compulſus habuit loqui. vnde dicit. Concaluit cor meum intra me etc. et locutus ſum in lingua mea: quæ quidem locutio non hominibus mundanis



A mundanis & contumelioſis, ſed Deo à quo cum ſilentio audiri poterat, dirigebatur. Vnde conſequẽter quartò explicat Deo ſuam locutionem quæ talis eſt: Notum fac mihi dñe finem meum &c. Ad quod ſciendum, ꝙ iſte pœnitens mundana contemnebat, reputans ea vana ex ſui breuitate & varietate: & ideo ſoli Deo loquebatur, dicens: Notum fac mihi dñe. i. tu qui ſcis vniuerſa, fac mihi notum finem meum, & numerum dierum meorum, vt ſciam quid deſit mihi. i. quantum debeo durare in hoc ſeculo, & ſic poſſem ſcire breuitatem & diuturnitatem meæ durationis. Ad quod rñdet: Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos. i. breues. & quia ẽt in illa modica duratione non eſt ſtabilitas, ſed magna mobilitas & varietas. iõ dicit: Et ſubſtantia mea tanq̃ nihil ante te eſt: quia ẽt breuis illa duratio in qua homo vr̃ ſubſiſtere, tanq̃ nihil ante te eſt, quia duratio mobilitatis quæ ſucceſſiua eſt tanquã nihil reputatur reſpectu ęternitatis, in qua eſt tota ſimul interminabilis vitæ poſſeſſio ſm Boetiũ, & ſic cõcludit. Veruntñ vniuerſa vanitas oĩs homo viuens. Quintò oſtendit mundana eſſe contemnenda ex hoc ꝙ in homine eſt aliqđ perpetuò manẽs. ſ. aĩa, ſcđm quã eſt ad imaginem Dei: in qua imagine de hac vita tranſit cæteris mundanis exterioribus oĩno dimiſſis: iõ ſubdit: Verũtñ in imagine pertranſit homo. i. hõ de hac vita in ſola imagine tranſit ad aliam vitam, exteriora mundana totaliter relinquens, & ẽt corpus proprium, qđ nõ eſt de eſſentia imaginis. vnde dicit: Et fruſtra conturbatur. ſ. in actionibus, & deſiderijs mundanorum. Sextò quia fortè quis diceret non eſſe fruſtrabilia iſta mundana: quia licet hõ in ſe ipſo non poſſet ea diuturnè poſſidere per ſe, poſſet tñ per filium, vel hæredem, qui reputatur eadem perſona cũ pſ eo: iõ concludens hũc errorẽ dicit: Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea: neſcit. n. ſi filius in eis ſibi ſuccedat, an inimicus, & ſic concludit ꝙ turbatio humana circa talia acquirenda vel cõſeruanda eſt fruſtrabilis. Septimò ex prædictis concludit, ꝙ in rebus mundanis non eſt ponenda ſpes ſed in Deo, apud quem ſubſtantia hominis eſt: & hoc eſt qđ dicit: Et nunc quæ eſt expectatio mea, nõne dñs? & ſubſtantia mea apud te eſt. Et nota ꝙ in Hebręo non ponitur eadem dictio, vbi hic dr̃. Et ſubſtantia mea apud te eſt. & ſuprà vbi dr̃: Et ſubſtantia mea tanq̃ nihil ante te eſt: ſed ponuntur diuerſæ dictiones, quæ bene conſonant huic expoſitioni, vt patet in illa lingua erudito. Octauò, quie nemo ſine pctõ eſt, vt expectatio ſua in Deo ſit certa, petit erui ab oĩbus iniquitatibus. ſ. culpæ. vñ dicit: Ab omnibus iniquitatibus meis erue me. Et quia ſtultus, qui rema-

B net in vanitate mundana, irridet iuſtis & bonis, ideo ſequitur: Opprobrium inſipienti dediſti me. q. d. ideo debes me eruere, quia dediſti me opprobrium inſipienti, eo mõ quo dr̃ alibi: Non erubeſcãt in me qui expectãt te Deus Iſrael. Qđ quidẽ opprobriũ (quia nõ ex culpa deprecantis inſurgeret) oſtendit di. Obmutui, & non aperui os meũ. i. non egi contentioſè, ſed tacui. Et quæ ſit cauſa huius taciturnitatis virtuoſę, ſubdit cum dicit: Qm̃ tu feciſti. ſ. me, talem dans mihi patientiam, ſeu diſcretionem, ad talia toleranda ſeu euadẽda. Nonò poſtq̃ petiuit remiſſionem culpæ petit remiſſionẽ pęnæ. vñ dicit: Amoue à me plagas tuas. Et vt oſtenderet illas plagas eſſe grauiter illatas, ſic ꝙ vix poſſet eas tolerare, ſubdit: A fortitudine manus tuæ ego defeci. q. d. plagæ tuæ ſic moderentur erga me, vt proficiam, non vt deficiã. Decimò, ne fortè quis æſtimaret qđ hmõi plagæ fortiter illatæ excederent rationem iuſtitiæ, & eſſent quaſi vindicatiuæ, ideo ſubdit: In increpationibus, propter iniquitatem corripuiſti hominem. q. d. Hæc increpatio tua iuſta eſt, quia propter iniquitatẽ. Et pia eſt, quia ordinatur ad correctionẽ. vnde dicit: Corripuiſti hominẽ. Et modũ correctionis oñdit eſſe valde afflictiuũ, cũ dicit: Tabeſcere feciſti ſicut araneam aĩam eius. Nam aĩa pœnitentis in talibus plagis grauibus in hac vita conſtituta tabeſcit & attenuatur, ſentiens maximã fragilitatẽ ſuã. Et ex his ſequitur, ꝙ homo ex tali increpatione correctiua quantũcunq; grauis, nõ rõnabiliter cõqueritur ſeu conturbat̃, ſed ex fragilitate humana. vñ dicit: Veruntñ vanè conturbatur oĩs homo. ſ. ſic correctus, licet affligatur & tabeſiat. Vndecimò inſtanter petit ſuam liberationem tribus modis. Primò. ſ. p orationẽ, quæ eſt eleuatio mentis in Deum, ſcđò per deprecationem, quæ eſt frequens ſupplicatio. tertiò per lachrymas, quæ in præcibus ad impetrãdũ miſericordiam ſunt efficaces. vnde

C dicit: Exaudi orõnẽ meã dñe, quoad primũ, & deprecationẽ meã, quoad ſcđm: auribus percipe lachrymas meas, quoad tertiũ. Et reddẽs rõnẽ quare exaudiri debet, dicit: Ne ſileas, qm̃ ego aduena ſum apud te & peregrinus: hoc eſt dicere: ego iam ſum apud te in ſpe, licet adhuc ſum aduena & peregrinus in hoc ſeculo, in quo non habeo quietam manſionẽ, ad Hebr. & ſequitur: Quaſi omnes patres mei. iuxta illud Apoſtoli. Quamdiu enim ſumus in corpore, à domino peregrinamur. & quæ ſit ſua peritio, ſubdit d. Remitte mihi vt refrigerer. hoc eſt dicere, remitte mihi iniquitates. ſ. culpæ, & plagas. ſ. pœnæ, de quibus ſuprà dixerat. Vt refrigerer per miſericordiam ab æſtu vitiorum & pœnarum. Priuſquam abeam, ab hac vita vbi nunc peregrinus ſum. Et amplius non ero, ſcilicet in ea.

*Heb. 13. 2. Cor. 5. b*

### REPLICA.

Circa pſal. Dixi cuſtodiam. Cum poſtil. ex multis expoſitionibus vnam prælegiſſet, ſ. ꝙ exponatur pſal. iſte de Dauid exiſtente in fuga tpe perſecutionis ab Abſalom filio eius illatæ, & ad illum caſum pſal. hunc pertinenter applicaſſet. Burgen. ſe putans lucernam accendere, dicit hunc pſal. exponi debere, non de vno particulari, ſed de quolibet pœnitente indiſtinctè: habens pro ratione principali, quia vniuerſaliora ſunt potiora particularibus & magis diuina, allegans ad id Ariſtotelem. 1. Eth. Sed hæc ratio qua Burgen. vtitur frequenter, brocardica vr̃: quia non diſtinguit de vniuerſali in eſſendo, prædicando, & cauſando. Nam in eſſendo cõſtat particularia vniuerſalibus potiora: quia quicquid tale vniuerſale perfectionis includit, includit particulare, & vltrà. Idcirco vulgatum verbum eſt, quòd priora communitate ſunt potiora perfectione. Simile iudicium eſt de vniuerſali in prædicando, ſed de vniuerſali in cauſando puto Burgen. nolle dicere: quia propoſito minimè ſeruit. Nec allegat Ariſt. in eo ſenſu in quo ipſe allegata verba ſcribit: quia intentio Ariſto. eſt quòd bonum de quanto communius de tanto diuinius. Nunc autem per communius non intendit vniuerſalius ſed communicabilius. Et cùm Burgen. aliquem paſſum ſacræ ſcripturæ, præſertim pſalmorum, exponit de pluribus vel de omnibus peccatoribus: quem poſtil. ſecundũ ſonum primarium terminorum ſine abſurditate exponit de vno ſingulari peccatore, alijs tamen bene applicabilis per modũ exempli, ſemp ipſe Burgen. adducit pro regula illud Ariſto. contra ipſius intẽtionem: Vniuerſalia ſunt potiora ſingularibus, putans ſe accendiſſe lucernam, & aliquid diuinum in medium deduxiſſe. q. d. de pluribus peccatoribus ſit aliquid diuinius quàm dicere de vno, vel quaſi plures peccatores ſint aliquid plus boni quàm vnus ſingularis: quod quãtum ſeruit literali expoſitioni, penſent huius Burgen. amatores eius fraſcas grandipendentes. Cæterum putat Burgen. aliquid diuinum adduxiſſe arguendo contra poſtil. quia primò literaliter exponit multos pſal. de ſingularibus caſibus ipſius Dauid,

*Ariſt. 1. Ethic.*

*Ariſtoteles*

D volens ſecundum opinionem beati Hier. quam ſequitur poſtil. de autoritatibus pſalmorum: quia tunc filij Core, Aſaph, Idithum &c. plura myſteria Chriſti & eccleſiæ deſcripſerunt quàm Dauid, qui vt plurimum ſecundum expoſitionem poſtil. de ſe ſuiſque caſibus ſcripſit. Reſpondeo ꝙ quamuis poſtil. primò ad literam ſecundum quod termini cõiter prętendunt, ſine abſurditate multos pſal. exponat de Dauid ſingulariter, non intendit tñ excludere ſenſus literales eorundem pſal. principales, qui ſunt de Chriſto & eccleſia, quorum typum Dauid gerit: Typum inquam Chriſti aliqñ in regẽ conſtituti, aliqñ per malos tribulati, aliqñ vt victoris de tribulationibus liberati &c. Typum etiam gerit, eccleſiam in ſua perſona deſcribens: nunc à Deo electam, nunc à prauis abiectam, nunc tribulatã, nunc de tribulatione gratias agentem &c. qui ſunt ſenſus, ab autore ſpirituſancto principaliter intẽti, licet ſint alij ſenſus priores, ſed non digniores per voces primò ſine abſurditate ſignificati. Et per ea dicta ſoluuntur multę differẽtiæ circa pſalterium inter Burgen. & poſtil. quorum alter refert ſe ad caſum ſingularem per voces primò ſignificatum, alter ad ſenſum exemplarem per ſpiritũſanctum principaliter intentum. Et correctorium volo ad omnes differentias huiuſmodi referri, vt non oporteat inutiles fieri repetitiones.

## GLO. ORDIN.

a *In finem pſal. Caſſiod.* Primam inducit eccleſiam expectaſſe dominum, & accepiſſe eum, & ab eo nouum teſtamẽtum, quod & multi ſecuturi ſunt: vnde percutit omnes ſuperſtitiones, & inuitat ad mirabilia Dei.

Caſſiod. Hic Chriſtus ex membris.

## GLOSSA ORDIN.

## PSAL. XXXIX.

Expectans expec. *Caſſiod.* Expectat & ingratus. ſed expectans expecta. *Aug.* Autoritas ab antiquis in Abraham, & cæteris aſſiduè expectaui: non legem, non aliud, ſed dominum qui ſaluare poteſt, & dominus fuit intentus, & beneuolus eis, audiens eos educendo de profundo cõcupiſcentiarum, & de malis operibus, qui pedes affectuum inquinant, & retinent, & ſunt vilia, vt fex comparatione vini: Canticum lętitiam de noua gratia, non vetus de lege quod placet Deo: qui noſter eſt cultum, non aliorum.

a Dominum.

a ¶De mutatione veteris teſtamenti in nouum.

† In finem pſalmus

a ¶Chriſto, qui ſaluat, quod non lex, nec dij gentium.

Dauid XXXIX.

a ¶In promiſſione prophetarum. ¶Caſ. Miris cum deſiderio. ¶Alias, Suſtinens ſuſtinui.

† Expectans expecta-

## NIC. DE LYRA.

## PSAL. XXXIX.

Expectans ex. *Huic pſal. premittitur talis ti. in Hebr. Ad victoriam pſal. Dauid. in tranſlatione verò ¶ Hier. iuxta*

## MORALITER.

* a *Expectans &c.* Pſalmus iſte literaliter exponitur de Chriſto. Moraliter autem exponi poteſt de catholico doctore de Gentilitate vocato, cuiuſmodi fuerunt ſancti, Diony. Amb. Aug. & plures alij. Et primò confitetur gratiam ſuæ vocatio- * nis di.

† Suſtinẽs ſuſtinui



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

A a *Dominum. Auguſt.* Non hominem, qui poteſt fallere & falli, & qui mecum indiget.

*Vt ſup. ibi.* b *Intendit. Aug.* mihi, vt prodeſſet non me, vt & malos.

c *Lacu. Aug.* Tenebræ iniquitatum, infidelitatis, ſcilicet & ignorantiæ. Lutum carnalis concupiſcentia, dupliciter dat Deus profutura. Primum educit de miſeria ſeculi, quæ eſt lacus & lutum fecis. Deinde ſuper petram ſtatuit, cū in præceptis Chriſti ambulamus: peccata ſicut lutum laci fetēt, & mergūt, petra contra lutum. *Hiero.* In lacu verò & in luto, gentes idola colentes: vel, omnes terrena amantes.

†attendit

*Super pſ.39.* † deprecationē meā † ſonitus, (ſtrepitus)

d *Carmen. Hiero.* Non turpe, non theatrale, ſed per nouum teſtamentum.

*Vbi ſupra.* e *Videbunt. Caſſiod.* Mirabilia tempore incarnationis facta. Auguſt. videbunt, hoc quod primò de prioribus dixi, videbunt multi populi poſteri.

f *Nomen. Aug.* Qđ eſt ſaluator. q. Beatus &c. qui non temporalia ſperat ab eo, ſed ſalutem: quod eius nomen indicat. In Heb. ſæpe duplicantur hoc modo genitiui. Vel beatus eſt cui eſt nomen, ideſt in quo eſt laus Dei, vt ab eo ſolo credat ſalutē vnde eſt & ſpes eius.

g *Inſanias. Caſſiod.* Idola quæ fallunt à veritate, vel inſaniæ, in ſpectaculis fallacibus: Ideo pluraliter, vt de omnibus accipiatur. Hæc falſa, ſed opera tua mirabilia, cęlum, terra, elidit ſuperſtitiones.

† qui poſuit dominum ſpem ſuam.

h *Non eſt qui ſi. &c. Aug.* Nulli auctores artium. *Aug.* Salus verax, inſania mendax, non eſt quod putatur, *Hiero.* Vana sūt terrena, inſaniæ, iræ & rixæ &c.

*Matt.14.e* i *Mirabilia tua. Aug.* Petrum ambulare ſuper aqua in ſigno, non in ſeculo, id eſt fluctibus ſeculi.

† ad ſuperbos & declinantes ad mendacium (vel ad vana)

☞ a *Annuntiaui*

a ¶Et quid ille? b ¶Non auertit. c ¶Qui prophetis ſe abdidit.
ui dñm, et † intendit mihi. Et ex-
a ¶A quibus expectans non ceſſat. b ¶Quid fecit.
audiuit † preces meas, et eduxit
a ¶Aug. De profundo iniquitatis, ex carnalibus concupiſcentijs. ¶Inferno.
me de lacu † miſeriæ, & de luto
a ¶Limi. b ¶Vt iam ambulem proficiendo. c ¶Chriſtum. d ¶Qui prius cum diabolo. ¶Senſus.
fecis. Et ſtatuit ſuper petram pe-
a ¶Ne retro aſpicerem. b ¶Operum.
des meos, & direxit greſſus me-
a ¶Statuit, direxit, & ſic. b ¶Quod nouus homo attulit. ¶Aug. Prædicationem noui teſtamenti.
os. Et immiſit in os meum can-
a ¶Nouus noua cantat. ¶Noua facta ſunt omnia. b ¶Scilicet. ¶Alias hymnum. c ¶Non dijs alienis.
ticum nouum, † carmen Deo no-
a ¶Præcedentem ſequaces imitando. ¶Hier. Veniſſe prædictum Chriſtum ¶Populi. b ¶Iam ſequi malas vias. ¶Quia peccatores.
ſtro. Videbunt multi & time-
a ¶Caſſ. Facti Chriſtiani. b ¶Remiſſionem. c ¶Non in præcedentibus patriarchis, ſcilicet & prophetis
bunt, & ſperabunt in † domino.
a ¶Etiam. b ¶Ipſum Deum, non aliud ſperat ab eo.
Beatus uir † cuius eſt nomen do-
a ¶Poſt. b ¶Quo plures ſunt.
mini ſpes eius, & non reſpexit
a ¶In voluptatibus.
† in uanitates & inſanias † falſas.
a ¶Aug. Qui iam illa non reſpicit habet qui eū ſpectet. ¶Aug. In corporalibus & ſpiritualibus.
Multa feciſti tu domine Deus
a ¶Quis conſiliarius eius fuit? ¶Non alieno conſilio, ſed tua ſapientia.
meus mirabilia tua, & † cogita-
a ¶In illis omnibus.
tionibus tuis non eſt qui ſimi-

## NIC. DE LYRA.

B *Hiero. iuxta Hebr. ſic habetur. Pro victoria canticum David, & idem penitus ſignat. Expoſitio autē huius tituli patet ex dictis ſuprà pſal. xij. vbi ponitur conſimilis titulus. Ex titulo autem iſto apparet autor pſal. ſcilicet David: ſed materia non apparet, & propter hoc variè exponitur. Dicit autem Ra. Sa. quòd David fecit hunc pſal. pro beneficio exhibito populo Iſrael in exitu de Aegypto, quia tunc fuit eductus de ſeruitute dura & vili: quod notatur cum dicitur: Et eduxit me de lacu mi. & de lu. fe. &c. Et tunc tranſito mari*

*Exod.15.a* *rubro cecinit canticum nouum d. Cantemus domino glorioſè &c. Et ſic literam ſequentem applicat ad ea quæ facta ſunt populo Iſrael in deſerto. Sed huic expoſitioni videtur repugnare manifeſtè quod ſubditur: Sacrificium, & oblationem noluiſti &c. in quo deſcribitur euacuatio ſacrificiorum, & oblationum veteris teſtamenti, vt magis patebit proſequendo. Iſta autem non fuerunt tunc reprobata, ſed magis à Deo inſtituta in monte Sinai: propter quod aliter exponitur à doctoribus catholicis. Et dicunt aliqui, quòd David fecit hunc pſal. pro gratiarum actione de ſua liberatione à perſecutione filij ſui Abſalom. Sed contra hoc videtur quod circa principium huius pſal. dicitur: Miſit in os meum canticum nouum &c. quia David fuit liberatus per mortem Abſalom, de qua non cecinit carmen lætitiæ, ſed planxit & luxit di. Abſalom fi-*

*2.Reg.18.g* *li mi, quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te. Item hęc expoſitio & con-*

*Hebr.10.a* *ſimiles, videntur eſſe contra intentionē Apoſtoli manifeſtè Hebr. x. vbi inducit literam huius pſal. dictam ad literam in perſona Chriſti, vt patebit infrà literam huius pſal. proſequendo. propter quod dicere quòd ad literam intelligatur de David ſeu quocunque alio, & myſticè tantum de*

*Duæ regulæ ad exponendum ſacram ſcripturam requiſitæ.* *Chriſto, videtur eſſe quædam Iudaici erroris confirmatio. Ad exponendum autem hunc pſal. de Chriſto, duæ regulę exponendi ſacram ſcripturam, quas cum alijs expoſui in principio ſuper Gen. ſunt hic repetendę. Prima eſt de domino & eius corpore, quod eſt eccleſia, ſeu fidelium congregatio. Quia propter connexionē capitis ad corpus, & econtra, ſacra ſcriptura frequenter ſub vno contextu tranſit de vno ad aliud: loquens*

*Iſa.61.d* *quaſi de vna perſona, ſicut Eſa. Induit me veſtimento ſalutis, & indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Quia enim dicitur, quaſi ſponſum decoratum corona, referendum eſt ad Chriſtum, & quod ſubditur. quaſi ſponſam &c. ad corpus eius myſticum, quod eſt eccleſia, ſe-*

*Auguſt.3.de doct.Chriſt.* *cundum quod dicit Aug. 3. de doct. Chriſtiana. Hoc patet etiam clarius*

*Act.9.a* *in nouo te. vbi dicitur: Saule Saule quid me per. id eſt corpus meum myſticum. Saulus enim non perſequebatur Chriſtum in perſona propria, ſed eius fideles. Quod autem ſtatim ſubditur: Ego ſum Ieſus Nazarenus: ad perſonam domini refertur. Alia regula eſt de corpore domini bipertito: quia in corpore domini myſtico continentur ſimul mali* C *cum bonis vſque ad diem iudicij: ſed tunc ſegregabuntur, ſicut paſtor ſegregat oues ab hędis: & ratione huius commiſtionis aliquando vituperantur boni cum malis, ſicut Eſa. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus preſepe domini ſui: Iſrael autem me non co. & po. non in. Aliquando autem mali econtra commendantur cum bonis, ſicut Oſ. Puer Iſrael, & dilexi eū. His igitur premiſſis pſal. iſte diuiditur in tres partes: quia primò ponitur circa myſterium incarnationis gratiarum actio ex parte corporis myſtici. ſecundò huius myſterij ratio ex perſona Chriſti, ibi: Sacrificium. tertiò deuota deprecatio pro ſtatu corporis myſtici, ibi: Tu autem domine. Circa primū dr̄ in perſona corporis Chriſti myſtici: Expectans exp. do. qꝛ ſancti patres de corpore Chriſti myſtico exiſtentes, pꝫ fidem cum magno deſiderio expectauerunt Chriſti aduentum, vn̄ dicebant. Vtinam dirumperes cœ. & de.*

a Et inten. *i. orationi fideliū de aduētu Chrī.*

b Et exau. pre. me. *In mundum veniendo.*

c Et eduxit me de la. mi. *Quia reſurgens à mortuis eduxit ſanctos patres de inferno.*

d Et ſtatuit ſuper pe. *i. Chriſtum, ſecundum quod dicit Apoſtolus petra autem erat Chriſtus.*

e Pedes me. *i. affectus quibus anima graditur. per prędicationem enim Chriſti & Apoſtolorum cœperunt homines contemnere temporalia, & totū affectū ſuum ponere in Deū.*

f Et direxit greſ. me. *i. actus meos in vitam ęternam, & hoc per legem euangelicam quæ introducit ad beatitudinem, quod lex vetus facere non poterat, ſecundum quod dicitur: Nihil ad perfectum adduxit lex.*

g Et immiſit in os &c. *Iſtud impletum fuit qn̄ Apoſtoli & alij diſcipuli recepto ſpiritu ſancto in ſigno viſibili loquebantur varijs linguis magnalia Dei.*

h Videbunt multi. *Quia ad vocem Apoſtolorum aliorumq́, cum eis Deum laudantium, & conuenit multitudo, & mente confuſa eſt præ nimia admiratione, vt ibidem dicitur.* D

i Et timebunt &c. *Quia auditis verbis beati Petri, multi compuncti ſunt corde de Chriſti morte, & conuerſi ſunt ad fidem, & appoſitę ſunt in die illa animę circiter tria milia, vt ibidem dicitur. vnde & ſubditur:*

K Beatus vir cuius eſt nomen domini. *ſcilicet Ieſu Chriſti.*

l Spes eius. *Quia ſecundum quod dicitur. Non eſt aliud nomen ſub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.*

m Et non reſpexit in vani. *i. in leges Gentilium idololatrię deditarū.*

n Et inſanias falſas. *id eſt errores Iudæorum contra Chriſtum obſtinatorum, qui propriè dicuntur inſanię, quia auertunt à mentis ſanitate. Conſequenter oſtenditur magnitudo myſterij incarnationis, cum dicitur.*

o Multa feciſti tu domine Deus &c. *mundum creando & gubernando, ſed ſatis magis fuit mirabile, ipſum recreando per tuam benedictam incarnationem & paſſionem. ideo ſequitur:*

p Et co. tu. *Quibus ab æterno diſpoſuiſti myſteriū tuę incarnationis.*

q Non eſt qui ſimilis ſit tibi. *Quaſi diceret hoc mirabile excedit omnia alia. In Hebræ. habetur: Et cogitationes tuæ nobis, id eſt pro nobis, ſecundum quod transfert Hieronimus in tranſlatione iuxta Hebręum, & eſt ibi finis verſus, & exponatur ſicut prius. Et*

¶ *cogitationes*

## MORALITER.

✱ nis di. Expectans expectaui do. Id eſt deſiderio deſideraui cognoſcere fidei veritatem.

a *Et intendit mihi.* vocando me ad ipſum.

c *Et eduxit me de la. mi.* ſcilicet infidelitatis.

d *Et de lu. fe.* id eſt carnalibus vitijs, quæ licita Gētilitas reputabat.

e *Et ſtatuit ſuper petram pedes meos*, id eſt ſuper Chriſtum.

f *Et di. greſ. &c.* in via morum.

g *Et immiſit in os meum canti* ſcilicet gratiarum actionis pro beneficio diuinæ miſerationis. Vnde in beati Auguſtini conuerſione, Te Deum laudamus, dicitur factum fuiſſe.

h *Videbunt multi.* nam ex conuerſione tanti viri multi mouentur ad deuotionem fidei.

k *Beatus vir cu. eſt &c.* & non vanitates mundi huius, ideo ſequit:

m *Et non reſpe. in va.* vitæ præſentis.

n *Et inſa. fal.* i. errores Gentiliū & Iudæorū, niſi ad eos deſtruendū.

o *Multa fe. d. m. &c.* in tua incarnatione, reſurrectione, & aſcenſione, & ſimilibus.

p *Et cogitationibus tu.* id eſt ſapientia tua.

q *Non eſt qui ſimilis ſit tibi.* nam ipſa eſt infinita.

✱ *Annuntiaui*



☞ a *Annuntiaui. Aug.* Hic Chriſtus in capite & membris. *Aug.*

A Hæc ſunt mira Dei, hæc cogitationes quibus nemo eſt ſimilis. *Caſſiod.* Ecce mirabilia, incarnatio, iuſtitia prædicationis, liberatio hominum ab iniquitatibus, cōfuſio inimicorum, lætitia ſperantium. Primò rudes & incompoſiti præparati ſunt, vt verba Chriſti libenter ſuſciperent. *Aug.* Vide mirabilia Dei. Annuntiaui prius per prophetas, & poſt locutus egomet.

b *Multiplicati ſunt ſuper numerum. Hie. Aug.* Super numerum ſaluandorum, vel ſuper hoc, quod aliquis enumerare poſſit: vel, me loquēte plures quàm olim crediderunt.

c *Sacrificium & oblationē nolu. Aug.* vt venit res, noluit quaſi verba promittentia, tādiu eſt promiſſor, donec det, vt dedit mutat verbum, nō dicit dabo, ſed dedi. Ipſo ergo veniente, noluit ea quæ erāt eius figura: quaſi, Quę neceſſitas annuntiandi, cum ſufficerent legalia? quia ſacrificium & holocauſtum. Poſuit Deus in Cain ſignum vt nemo eum occideret. Manet Iudeus cum ſigno circūciſionis, & alijs huiuſmodi: & nondum eſt occiſus, habens ſignum ſuum maledictus eſt à terra. i. eccleſia, quæ ſanguinem excepit, quem ille fudit: & de hac terra clamat ille ſanguis ad Deum, ſed ille qui fudit, ſurdus non audit.

d *Aures autem perfeciſti mi. Aug.* id eſt pfectè me intelligere feciſti: quid velles. Vel corpus aptaſti mihi, vt ait Apoſtolus ad Hebræos: id eſt corpus aptum ad offerendum mihi dediſti.

e *Holocauſtum.* Holocauſta etiam nō petiſti pro peccato.

f *Pro peccato.* Quod ſupra oblationem, vt de hirco emiſſario, qui

B cum peccatis populi in deſertum mittebatur: vel poſſunt eſſe duæ dictiones pro peccato.

g *Ecce venio. Caſſ.* Cùm ſacrificia ceſſent, conſtat venire Chriſtum.

h *In capite libri ſcriptum eſt de me* Ecce ſtatim venio vt facerem voluntatem tuam: quia in capite huius libri. Vel ſic eſt prefinitum apud Deum patrem qui eſt caput mei, qui ſum liber, id eſt forma iuſtitiæ hominibus.

i *Eccleſia magna. Aug.* Toto orbe terrarū, non parua vt prius: & ſiquidem inſurget timor non prohibebit loqui.

c Anima mea ad Deum fortem viuum. *ſic eſt in Hebræo, & in trāſlatione Hiero. iuxta Hebraicum. Sed vitio ſcriptorum poſitum eſt hic, fontem, in libris noſtris communiter propter literarum ſimilitudinem, vel ex imperitia aliquorum correctorum, qui ex ignorantia veritatis Hebraicæ poſuerunt hic fontem, eò quòd pręmittitur: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum &c.*

d Quando ve. & ap. an fa. &c. *ideſt in loco cultus diuini. Hoc modo loquitur ſcriptura in Exo. Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram Domino Deo tuo.*

e Fuerunt mihi. *Hic conſequenter deſcribitur tædium dilationis, & primò ex temporis longitudine, ſecundò ex afflictionis multitudine, ibi: Abyſſus &c. prima in duas, quia primò exprimitur tædium, ſecundò ſubditur aliquale ſolatium, ibi: Quare triſtis es. Circa primum dicitur: Fuerunt mihi la. meę. quia populus deuotus frequenter lachrymabatur in Babylone pro captiuitatis longitudine, magis amore cultus diuini, quam patriæ: vtrunque enim erat tunc deſertum.*

f Panes &c. *q. d. iſtę lachrymę ex tedio procedentes auferebant mihi appetitum comedendi, ſicut dicitur de Anna. Porrò illa flebat, & non capiebat cibum.* 1.Reg.1

g Dum dicitur &c. *à Babylonijs mihi exprobrantibus.*

h Vbi eſt Deus tuus? *q. d. nullius uirtutis eſt, quia nō pōt populū ſuū à captiuitate liberare: et de talib. blaſphemijs cōtra Deū affligebant boni Iudęi ſupra modum, iō ſubditur:*

i Hæc recor. &c. *cū lachrymis orando. Hoc modo dicebat Anna, quę flendo orabat. Vinum, & oē qđ inebriare pōt non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu Domini.* 1.Reg.1

K Qm̄ tranſibo &c. *i. in Ieruſalem, ubi Dauid primò fecit tabernaculum ad reponendum arcam Dei.*

l Admirabilis. *quia ibi dabantur diuina reſponſa, & mirabilia.*

m Vſq; ad do. Dei. *quia ibi fuit ędificata domus Dei per Salomonem, ad quam tranſlata fuit arca de tabernaculo quod Dauid fecerat, vt habetur 3. Reg. 8.*

n In vo. exul. &c. *ſ. diuinę laudis: ibi. n. Leuitę diuinas lau. cātabāt cū mētis exultatione.*

o Sonus epu. *In tranſlatione Hiero. iuxta Hebr. hr̄: Multitudinis feſta celebrantis, & tunc eſt plana lr̄a. Ad idem aūt pōt referri, qđ dr̄ hic: Sonus epulantis: quia nō ſolùm Leuitę diuinas laudes cantabant in pacificorum oblatione, ſed etiam offerentes: quorum vna pars illius oblationis erat, de illa epulabantur lętanter coram Domino.*

p Quare triſtis. *Hic conſequēter ponit aliquale ſolatiū: qđ ſurgebat ex hoc quòd populus deuotus firmiter ſperabat ab illa captiuitate liberari, ſicut per Ieremiā, et alios prophetas fuerat dictum: propter quod ſic dicebat populus deuotus loquendo ſibijpſi: Quare triſtis es anima mea. q. d. recipias conſolationem. Et ſubdit cauſam.*

q Spera in Deo. *firmiter ab eo expectando liberationem.*

r Qm̄ adhuc confite. illi ſalutare. *confeſsione laudis in loco deputato ſuo cultui, & qualis futura ſit hęc confeſsio, ſubditur:*

a Salutare

## NICOLAVS DE LYRA.

*Hæc eſt doctrina fratrum minorum. Sciendum igitur, quòd licet filij Core primò fuerint cum patre ſuo in illa rebellione contra Moyſen, de qua habetur Numeri xvj. tamen audita reprehenſione Moyſi pęnituerūt: alijs tamen ſe elongantibus à tabernaculo Core, & ſibi adhęrentium remanſerunt, vt perſuaderent patri, quòd pęniteret & obediret Moyſi: quo non acquieſcente, rupta fuit terra & Core cum ſibi adhęrentibus pereunte factum eſt grande miraculum, vt filij eius non perirent, ſecundum quod dicitur Numeri xxvj. vbi iſtud miraculum fuit plenius expoſitum, & infrà plenius dicetur pſal. xlv. Extunc autem filij Core totis viſceribus conuerſi ſunt ad Dominum, & Deus dedit eis ſpiritū propheticum, & multa de futuris prophetauerunt, & pſalmos fecerunt, quorū iſte eſt vnus, in quo agitur de ſtatu populi Iſrael exiſtentis in captiuitate Babylonica quam pręuiderunt in ſpiritu. Et diuiditur in duas partes: quia primò à dicta captiuitate liberatio poſtulatur. & ſecundò ad hoc ratio allegatur, ibi: Iudica me Deus: qui licet ſit pſal. diſtinctus ab iſto apud nos, & in tranſlatione Hiero. in qua ponitur xiij. propter qđ ſic quotaui, quamuis aliter non diſtinxerim, tamen non diſtinguitur apud Hebręos. Prima in duas: quia primò deſcribitur deſiderium liberationis, ſecundò tedium dilationis, ibi: Fuerunt mihi lachrymæ. Circa primum in perſona deuotorum Iudæorum in captiuitate Babylonica exiſtentium dicitur: Quemadmodum deſiderat ceruus &c. Qui vexatus à venatoribus & calefactus, multum deſiderat aquam.* Nume.16. Diuiſio.

a Ita deſiderat &c. *id eſt, vt reducat ad locum tui cultus, ſcilicet in Ieruſalem: quam Deus ad hoc elegerat, vt habetur. ij. Paral.* 2.Para.6.b

*b* Sitiuit.

## MORALITER.

a *Ita deſiderat animam &c. i. vt* ad te veniam per apertam viſionem, & plenam fruitionem. ideo ſubditur:

d *Quan. veniam & ap. ante fa.* Et ſicut hæc viſio eſt deſiderata, ſic eius dilatio eſt anxia, propter quod ſubditur:

e *Fuerunt mihi la. meę pa. die ac nocte.* i. pro dilatione ſuæ viſionis, flebam etiam tempore comeſtionis, & dormitionis.

d *Dum dicitur mihi quo.* in meditationibus meis.

h *Vbi eſt Deus tuus.* quia non habetur in vita præſenti. Exod. 33. d. non uidebit me homo & viuet.

i *Hęc re. ſum &c.* per gemitum, & lachrymationem.

K *Quo. tranſibo in lo. &c.* i. per talem luctum cum Dei gratia. Merebor tranſire ad locum fruitionis diuinæ. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. *Matt.5.a*

n *In vo. exul. &c.* nā in illa fruitione beata erit laus continua. Pſal. Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Et quoniam ſpes aſſequendi hanc fruitionem dat internā conſolationem ſequitur: *Pſal.83.a*

p *Quare tri. es ani. m. &c.* Sequitur:

q *Spera in Deo qm̄ adhuc &c.* confeſſione laudis cōtinuè cū beatis.

*Ad meipſum*



a *Ad meipſum.* Conuerſus ad Deum dicit ex ſeipſo conturbationes, ex Deo finem earum: vnde in eo eſt ei ſpes: Et hoc eſt ad meipſum, vel à meipſo. *Caſſ.* Ecce qui ſuperius corrigebat animam ad conditionem hominis, reuerſus dicit hic animam à ſe turbari, quæ, niſi vitia carnis eſſent, tranquilla permaneret. Ecce ex qua diuerſitate conſtat homo. Q. propterea id eſt propter conturbationes animæ, memor ero. *Auguſtinus.* Id eſt feſtino ad te, quia excludis mala omnia. Ecce remedium quo euadat conturbationes: vnde pro quibus ſit memor, ſubdit: de terra Iordanis: vbi Dominus conſecrauit baptiſmum, in quo humiliati lauantur, & fiunt terra fructifera. *Caſſiodorus.* horum memor malis non turbatur.

b *Propterea memor. Auguſtinus.* Quia ad me turbatur aīa, ideo memor &c. nemo currit ad remiſſionem, niſi qui ſibi diſplicet, niſi qui ſe fatetur peccatorem: quod notat Hermonijm: nemo confitetur, niſi ſe humiliet, quod notatur in modico.

c *Iordanis. Auguſtinus.* Deſcenſio. Deſcende ergo vt eleueris. *Caſſiodorus.* In Iordane Dominus baptiſma conſecrauit, in quo humiliati lauantur, & fiunt terra fructifera, quæ reddit fructum triceſimum, ſexageſimum, & centeſimum.

d *Hermonijm. Auguſtinus.* Paruus mons iuxta Iordanem, & interpretantur anathematizatio. Anathematiza ergo te, diſplicēdo tibi, vt placeas Deo: Anathematiza etiam diabolum abrenuntiando ei. Et eſt ſenſus: Memor ero tui de &c. Hermonijm à mon. mo. i. qui feciſti me mihi diſplicere, & diabolo abrenuntiare, & in virtutibus altum, & tamen humilem: quia nō in ſuperbis, ſed in humilibus memor Dei eſt.

e *Abyſſus abyſſum. Auguſtinus.* Decet, vt ſim memor. Nā ad hoc abyſſus abyſſum inuocat, id eſt euangelium, & lex in eo concordant, in voce cataractarum, id eſt per doctrinam prophetarum, & Apoſtolorum, de quibus fluenta Dei manant. & ideo memor, quia omnia excelſa, id eſt maior & minor pœna, quæ me ſuperabant ſic tranſibunt: Ideo etiam memor, quia in die, id eſt in proſperis præcepit Deus mala ferre, quod eſt miſericordia, & in aduerſis exultare: & propter hęc omnia oro in aduerſis: & hoc eſt, Apud me oratio. *Auguſtinus.* Vel abyſſus abyſſum inuocat, id eſt iudicium quod intulit Deus peccanti: vnde eſt nobis hic labor & mors, inuocat abyſſum, id eſt oſtendit aliud iudicium quo mali damnabuntur: hoc timuit iſte dicens: Ad meipſum anima mea con. eſt: & ideo humilis eſt, quia timet iudicia.

f *Cataractarum.* Cataractæ ad literam ſunt oſtia fluuiorum.

g *In die. Auguſt.* ideſt in proſperis: mandat Deus & docet miſericordiam, quia liberat de tribulatione: ſed non declarat illam miſericordiam, id eſt fructus eius, niſi in nocte aduerſitatis. Tūc ei ſubuenit & verum probat Deus, quod die mandauit: ergo vt formica in proſperis debemus diſcere, & colligere, vnde viuamus in aduerſitate.

h *Apud me ora. Aug.* Oratio in conturbationibus eſt mihi: & hæc eſt apud me.

a *Quare oblitus.*

a ¶Ex forma noſtra quam aſſumpſit. b ¶Eſt etiam. c ¶Creator meus.

a ¶Aug. Ad me conturbatur, quæ ad Deum reficitur, non enim mihi firmitas, vel ſpes in me, ideo nunquam preſumo de me, ſed ſperabo in Deo.

**† Ad meipſum anima mea conturbata eſt, propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm à monte modico.**

a ¶Domine.

a ¶Aug. De baptiſmo, vbi remiſſio peccatorum.

a ¶Scilicet. b ¶Per humilitatem.

a ¶Memor Dei admirans Deo dicit, Abyſſus. ¶Aug. Homo hominem cuius neutrius cor poteſt ſciri, vocat dum aliquid veritatis predicat. ¶Huiuſmodi perturbant.

**Abyſſus abyſſum inuocat, in voce cataractarum tuarum. † Omnia excelſa tua, & fluctus tui, ſuper me † tranſierunt.**

a ¶Non ſua, ſed catarac.

a ¶Aug. Quæ minaris futura. ¶ Aliàs omnes ſuſpenſiones tuę.

b ¶Quos ſentio in te.

a ¶Non me premunt, quorum alterum de primo, alterum de futuro iudicio mihi eſt. b ¶Augu. Sed quo crebriora mala, dulcior miſericordia. ¶ In quieto tempore dicitur lex Domini, ſed in aduerſis fructus eius declaratur.

**In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte † canticum eius.**

a ¶Vnde, Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulationis, ſicut nubes pluuię in tempore ſiccitatis.

a ¶Hęc finitur. ¶ Quid ergo agis in hac peregrinatione. ¶Caſ. Intus habeo quod offeram, vnde Deum placare non extra quęro. b ¶ Id eſt, qui dat vitam.

**Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo † ſuſceptor meus es.**

a ¶Aug Cum per baptiſmum, ſuſcepiſti in patria tua collocandum.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Salutare vultus mei. *Id eſt dans mihi lætitiam ſalutis.*

b Et Deus meus. *tu es ſupple, & non alius.*

c Ad meipſum anima mea conturbata eſt. *propter prędicta.*

d Propterea. *ad aliqualem meam conſolationem.*

e Memor ero tui de terra Iordanis. *Ideſt beneficiorum, quę feciſti in terra Iordanis, quando feciſti patres noſtros tranſire per alueum arentem: & poſtea aquę iuerunt ſecundum curſum ſuum.* Ioſue 3.

f Et Hermoniim. *Id eſt de mirabilibus factis in terra Hermonijm, quę ſic nominata eſt à monte Hermon: & eſt prope Iordanem.*

g A monte modico, *quia ille mons Hermō eſt modicus reſpectu mōtium in terra illa exiſtentium. Dicit tamen Ra. Salo. quòd mons modicus hic dicitur mons Sinai, qui eſt modicus reſpectu montium, in quibus mortui ſunt Aaron & Moyſes. In illo autem monte dedit Deus populo Iſrael beneficium legis, vt habetur in Exo: Iſtorum autem beneficiorum recordabantur Iudęi in captiuitate Babylonica poſiti ad ſuam conſolationem, quia ex illis habebant ſpem ſuę liberationis. Quia ſicut dicit Greg. hom. j. Sequentium rerum certitudo eſt præteritorum exhibitio.* † Omnes mundationes tuæ Exo.19.& 20. Grego.ho.1.

h Abyſſus. *Hic conſequenter deſcribitur tedium dilationis ex afflictionis multitudine: & miſtim deſcribit hic multiplex afflictio, & interpoſita conſolatio. Dicit ergo: Abyſſus abyſſum inuocat. Id eſt vna afflictio aliam. Dicitur enim communiter, quòd vnum damnum ſiue malum non venit ſolitarium, ſed adducit ſecum alia; & ſic fuit in propoſito: quia cum malo captiuationis de terra propria euenit Iudęis malum oppreſſionis in ſeruitute, & laboribus duris, & contemptibilibus verbis, & huiuſmodi.*

i In voce cataractarum tuarum. *Cataractę Dei dicuntur feneſtrę cœli, quę per quandam ſimilitudinem videntur aperiri in voce tonitrui, & fulguris, & pluuiarum magnarum in talibus deſcendentium, ſecundum quod dicitur, de diluuio. Et cataractę cœli apertę ſunt. Et per hanc ſimilitudinem denotatur multitudo, & magnitudo afflictionum, quę ſuper populum Iſrael venerunt tempore captiuitatis Babylonicę, iuſto Dei iudicio pro ſua iniquitate. ideo ſubditur:* Gen.7.b

K Omnia excelſa tua, & fluctus tui. *Id eſt pœnę inflictę à ſuperioribus, & inferioribus.*

l Super me tranſierunt. *ſicut aquę nimię terram cooperiunt. Veruntamen quia in talibus debet haberi patientia. ideo ſubditur:*

m In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam & nocte canticum eius. *Per diem intelligitur tempus proſperitatis, & per noctem tempus aduerſitatis. Eſt igitur ſenſus, quòd ſicut Deus in proſperitate oſtendit miſericordiam ſuam hominibus, ita tempore aduerſitatis quo oſtendit iuſtitiam ſuam, non debet omitti canticum laudis eius, ſecundum quod dictum fuit ſuprà. Benedicam Dominum in omni tempore, id eſt tempore proſperitatis, & aduerſitatis. ideo ſubditur,* Pſal.33.a

o Apud me oratio Deo vitæ meæ. *Id eſt directa Deo qui eſt autor & conſeruator vitę meę.*

p Dicam Deo ſuſceptor meus es. *quia populum Iſrael ſuſcepit tanquam ſibi peculiarem, educendo de Aegypto mirabiliter, & dando ei legem.*

a Quare oblitus

## MORALITER.

a *Ad meipſum anima mea conturbata eſt.* Id eſt in meipſo contriſtor pro dilatione gloriæ.

d *Propterea.* ad aliqualem conſolationem.

e *Memor ero tui de terra Iordanis.* Id eſt beneficiorū tuorum in terra Iordanis collatorum. nam ibi Chriſtus inſtituit baptiſmi ſacramentum: per quod habetur ingreſſus ad Deum in cœlum. Ioh. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto, non poteſt introire regnum Dei.

f *Et Hermonijm à monte modico.* Iſte mōs poteſt intelligi mons Caluariæ, qui eſt modicus reſpectu aliorum montium circa Ieruſalem, & etiam mons Hermoniim, i. damnationis: nam ibi puniebantur damnati ad mortem: & ibi paſſus eſt Chriſtus, cuius beneficii memores eſſe debemus.

g *Abyſſus abyſſum &c.* Hic deſcribitur tædium proueniēs ex prędicta dilatione, quod prouenit ex multiplicatione malorum in hac vita, quæ deſiderantibus vitam beatam grauia ſunt ad videndum. ideo dicitur: Abyſſus abyſſum inuocat, i. culpa culpam. Vnde dicit Grego. Peccatum quod non per pęnitentiam diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Grego.

i *In voce cata. tu.* Cataractæ ſunt nubes ex quibus procedunt tonitrua, grandines fulgura: per quæ ſignificātur multiplices pęnę, multiplicationi culparum debitæ, ideo ſubditur:

K *Omnia ex. tua & fluctus tui.* quia propter peccata à ſuperioribus creaturis & inferioribus pœnæ infliguntur. Sap. v. d. Armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Quia tamen iſtæ pęnæ patienter ſunt tolerandæ, ſubditur:

m *In die mandauit Do.* i. tpe proſperitatis exercere opera pietatis.

n *Et nocte canticum eius.* Ideſt tempore aduerſitatis exercere canticum diuinæ laudis publicè, & ſecretè. ideo ſubditur:

o *Apud me ora.* id eſt in ſecreto.

p *Dicam Deo ſuſ. me. es.* in publico.

*Quare oblitus*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Quare oblitus. Caſ.* Quare nunc me pateris his miſerijs vexa-
E ri? Videbat quæ dulcedo patriæ, & pericula mūdi horrebat.
Vbi ſupra. Vbi ſuprà. b *Dum confringuntur. Aug.* Quaſi oſſa franguntur, dum virtus patientia affligitur, quod irrident mali: Hæc eſt exprobratio illa dum dicitur mihi, vbi eſt? vel nullus eſt: vel de te non curat.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Quare obli. es mei. *dimittendo me tandiu in captiuitate. Licet enim obliuio non cadat in Deo, tamen ad modum obliuiſcentis ſe habet, quando petentibus auxilium non præbet.*

† mœrens

b Et quare con. in. *per viam huius vitæ.*
c Dum affli. me ini. *populus Babylonicus.*
d Dum con. oſſa mea. *laboribus duris & verberibus, ſicut in Aegypto fuerāt afflicti.*
e Exprobrauerunt mihi. *verbis duris, & blaſphematorijs. ideo ſubditur:*
f Dum dicunt mihi. *& exponatur ſicut ſuprà.*
g Quare tri. es ani. mea. *Hic interponitur conſolatio ex ſpe liberationis: & exponatur ſicut ſuprà.*

† Chal. interpr. Tanquam occiderent oſſa mea & opprobriū illud quo afficiunt me inimici mei

## MORALITER.

-qui tribulant me
Eſa. 57.
† Domino

✱ a *Quare oblitus es mei.* in miſeriis me relinquendo.
b *Et quare contri. incedo.* per viam huius vitæ, cum poſſis me ſtatim liberare.
d *Dum confrin. oſſa mea.* ideſt virtutes in quibus conſiſtit robur mentis, quę tamen aliquando turbantur ex afflictionibus vitæ præſentis.
e *Exprobrauerunt mihi qui tri. me ini. mei.* id eſt dæmones & homines mali, qui ſunt eorum miniſtri.
f *Dum dicunt mihi per ſin.* quia tentant me deſperare de tua viſione: Sed quia talis tentatio eſt ſimpliciter repellenda, ſubditur:
g *Quare triſtis es ani. mea.* de talibus tentationibus.
h *Spera in Deo quo. adhuc con. illi.* confeſſione laudis continuę, cum
F ad tui conſpectum adduxeris vultum meum.

a ¶Ergo. b ¶Aug. dum differs promiſſa, & hoc eſt labor. c ¶Repetita conſortatio.
a Quare oblitus es mei, & † quare
a ¶Secundum ſenſus carnis. b ¶Ad te. c ¶Id eſt quia. d ¶Aug. Dum abundante iniquitate refrigeſcit charitas multorum. ¶Tentando, tribulando.
† contriſtatus incedo, dum affli-
a ¶Diabolus. b ¶Ita affligit inimicus. c ¶Aug. Quia & fortes eccleſiæ cedunt ſcandalis.
b git me inimicus? † Dum con-
a ¶Etiam.
fringuntur oſſa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt mihi
a ¶Aug. Caſ. Hoc maxime in tentationibus eccleſię dicitur fidelibus. ¶Aug. Quaſi, vel nullus eſt, vel de te non curat, & ſi curat liberet te ſi poteſt.
per ſingulos dies, vbi eſt Deus
a ¶Aug. Quia propter hoc anima turbata eſt ad me. quod ei ſup addam, niſi quod & ſupra.
tuus? quare triſtis es anima mea,
a ¶Sed ne dicas ideo turbor, quia hæc mala patior, potius. ¶Repetita confortatio.
& quare conturbas me? Spera in
a ¶In futuro, vel nunc. b ¶Quid? quod ipſe eſt.
† Deo, quoniam adhuc confitebor
a ¶Ideo ipſam confeſſionem, repetit ſpei confirmationē.
illi ſalutare vultus mei, & Deus meus.

*In pſal. xlj. Quemadmodum, vbi dicitur in poſtil. Iſte pſal. denominatur à filijs Core.* H

## ADDITIO.

¶ Non habetur in litera in j. Paral. xxvi. quòd filii Core ſic ſimpliciter nominati fuiſſent ianitores, ſed quidam Coreitarū de filiis Aſaph. vnde ſicut ex hoc, quòd aliqui de filiis Aſaph, fuerunt ianitores nō habetur, quòd Aſaph non eſſet de cantoribus: ſic eadem ratione ex hoc quòd aliqui Coreitæ erant ianitores, non ſequitur, quòd omnes filij Core eſſent ianitores. vnde illa autoritas per poſtil. allegata, non facit contra opinionem beati Auguſt. Multi enim doctores Hebræorum maioris autoritatis apud eos quàm Ra. Sa. tenent Dauid fuiſſe autorem omnium pſalmorum. Dicere autem quòd filii Core à tempore perditionis patris eorum, quod fuit in deſerto, habuerunt ſpiritum propheticum, videtur omnino irrationabile. Tum quia ſine fundamēto alicuius autoritatis ſacræ ſcripturæ. Tum quia non eſt veriſimile, quòd in tam longis tēporibus, quæ fluxerunt à tēpore Moyſi vſq; ad tēpus Dauid, non fuiſſet facta aliqua mentio in aliqua hiſtoria Ioſue vel Iudicū, vel Samuelis de ipſis filiis Core ſi fuiſſent prophetæ, prout poſtil. ſequēdo Ra. Sa. vr velle. Item de Aſaph, Hemā, & Idithun, non legitur aliquod miraculū in litera, nec in dictis expoſitorum, & tñ eis intitulantur plures pſalmi, vt patet pſ. diſcurrenti. Et ideo iſta quæ de prophetia filiorū Core narrantur, videntur magis fictitia quàm vera: ex quibus cum aliis quæ dicta fuerunt in additione ſuprà primum pſal. videtur, quòd opinio Aug. ſtat in ſuo vigore.

## REPLICA.

Circa pſal. Quemadmodum. mouet Burgen. differentias inter beatum Hier. & beatum Auguſt. de autoribus pſalmorum, de quibus vide circa pſal. primum. G

## GLOS. ORDIN.

In enarr. pſ. 42. to. 8.

a *In finem pſalmus Dauid. Aug.* Corporis Chriſti, quod hic gemit inter zizania. i. inter malos, habens cum eis multa communia, naſci, mori, proſpera, & aduerſa: cū quibus (quia non habet cōmunem cauſam meritorū) exclamat. *Auguſt.* Pſalmus iſte contra preſſuras, ne & ipſæ retrahant nos à Deo. *Ca.* Conqueritur de cōmiſtione malorū, & precatur ſeparationē.

In exp. pſ. 42
† Titulus nullus apud Hebr. cohęret autem ſententia huius pſalmi cum pſal. præcedenti
In exp. pſ. 4.

## GLOS. ORDINARIA PSALMVS XLII.

Iudica me. *Caſ.* non petit peccata ſua diſcuti, quod periculoſum eſt: ſed cauſā ab impijs ſeparari, vt ſit cum electis: vñ addit, & diſcerne. Gens nō ſancta eſt iniquus, & doloſus à quibus in iudicio ſeparat: ſed & hic, ne ab eis corrumpatur.

† eripe
In enarr. pſ. 42. to. 8.

c *Quare triſtis incedo. Aug.* Cauſam triſtitiæ quærit, quæ eſt peccatū, vt cauſa lætitiæ iuſtitia. Eſaias propter peccatum, modicum, quidem contriſtaui illum: ſic enim punit Deus.

† vt quid

d *Emitte lucem tuam. Caſ.* Quia eo veniente tolletur oīs triſtitia confuſionis. *Aug.* Quia certi iā pignus habemus, quia capſā. i. lux, & veritas, deduxerunt à peccatis in eccleſiam pręſentem, quę eſt tabernaculum.

a *Et introibo*

a ¶Tendens. b ¶Id eſt corporis Chriſti. ¶Id eſt eccleſiæ, quę hic loquitur.
a † In finem pſalmus Dauid XLII.
a ¶Aug. videns miſericordiam non timet iudicium.
b Iudica me Deus, &
a ¶In futuro ſeparando à malis. ¶Hinc interim. b ¶Merita mea.
† diſcerne cauſam
¶Si non locum. a ¶Cum qua eſt mihi par infirmitas, ſed diſpar conſcientia, & deſiderium. b ¶Aug. Hæc eſt gens non ſancta.
meā de gente nō ſancta: ab hoīe ini
a ¶Qui aperte mala facit. b ¶Caſ. Qui occulte. c ¶Hic in pręſenti ne ab eis corrumpar. ¶In futuro in iudicio. d ¶Aug. Non mihi arrogo fortitudinem, qua opus eſt inter hæc ſcandala.
quo, & doloſo † erue me. Quia tu es
a ¶Miratur, cum Deus ſit eius fortitudo, quare modo videtur repelli, deſiderans enim, ſe repulſum putat, quia non ſtatim habet quod optat.
Deus fortitudo mea: † quare me re-
a ¶Aug. Quia & ſi non vincitur, ſaltem periclitatur.
c pulisti, & † quare † triſtis incedo
a ¶Quia. b ¶Tentationibus. ¶Hic quod non ibi. c ¶Vt autem excludatur inimicus.
d dum affligit me inimicus? Emitte
a ¶Ad iudicandum. ¶Augu. Lux & veritas Chriſtus eſt, qui veniens modo diſcernit cauſam, & eruet ab iniquo & diabolo: quia mittit angelos ſeparatores, qui ſeparabūnt triticum à paleis.
te lucem tuam, & veritatem tuam:

## NICO. DE LYRA. PSAL. XLII.

Iudica me Deus &c. *Poſtquam poſtulata eſt liberatio, hic conſequenter ad hoc allegatur ratio: & accipitur ex malitia gentis Babylonicæ, quæ erat dedita idololatriæ: & ideo rationabile videbatur, quòd populus Deum colens, ab eius ſeruitate liberaretur: et hoc ē qd dr:*
a Iudica me Deus. *ideſt ſecundum iudiciū tuum iuſtum libera me.*
b Et diſcerne cauſam meam de gē. *ideſt Babylonica idololatrꝗ dedita.*
d Ab homine iniquo & do. *quia populus Babylonicus non ſolum malè ſe habebat erga Deum per idololatriam, ſed etiā erga homines per iniuſtitiam: Et cauſa dictę liberationis allegatur, cùm ſubditur:*
e Quia tu es Deus fortitu. mea. *quaſi diceret: Non poſſum liberari per me, ſed ſolùm ex tua fortitudine.*
f Quare me repuliſti, *à ciuitate et terra deputata tuo cultui.*
g Et quare triſtis incedo, dum afflig. me inimicus? *exponatur ſicut ſuprà.*
h Emitte lucem tuam. *ad educendum nos de terra Babylonica, ſicut emiſiſti ad educendum pr̄es noſtros de Aegypto. Nunquā defuit columna nubis per diem, neque columna ignis per noctem coram populo.*
i Et ve. tuam. *qua promiſiſti p Moyſen nos liberare de captiuitate, qū reuerteremur ad te. Si ad cardines cœli fueris diſſipatus, inde retrahet te Dominus Deus tuus ad terram quam poſſederunt patres tui.*

† defende

¶ a Ipſa

## MORALITER.

✱ a *Iudica me Deus &c.* Apud Hebr. pſ. iſte non diſtinguitur à precedenti: propter quod vr̄ ad eandem vel conſimilem ſuiam referri. Sicut. n. dilatio vitæ futuræ redditur tædioſa ex afflictionibus deſuper, vel deſubtus venientibus: ita ſimiliter ex moleſtia ab infidelibus. ideò dicitur: Iudica me Deus, & di. cau. meam. ipſam approbando.
c *De gente non ſan.* ab infideli ipſam condemnando.
d *Ab ho. ini.* nā infideles iniquitates, & dolos cogitāt cōtra fideles.
e *Quia tu es etc.* i. potēns me taliter liberare ab eorum nequitia.
f *Quare me repuliſti.* me dimittendo in afflictione tali.
h *Emitte lucem tuam.* ſcilicet gratiæ tuæ.
i *Et veritatem.* iuſtitiæ tuæ.

c *De gente*

✱ *Ipſa*



a *Et introibo.* ſicut pontifex ad ſancta ſanctorum. *Caſ.* Et in-
A troibo, de lætitia finali pro qua laudat, in tribulatione qui ſuprà triſtis erat, vnde & ſe confortat.
b *Confitebor tibi in. Aug.* Qui præcepta Dei facit & non patitur. in pſalterio confitetur. Qui verò facit & patit: quod eſt ex inferiori natura in cithara, quę ab inferiori reſonat ſicut pſalterium à ſuperiori.
c *In cithara. Caſsio.* Ecce qui ſuprà fuit triſtis de malis ſeculi, de bono intellectu ſibi gaudium facit.
d *Quare con. me. Caſ.* Frequenter, & vehementer perſuadet ſeculi triſtitiam fugiendam, quæ patientiam, charitatem, & ſpem extinguit, & totam vitam confundit.
e *Salutare vul. mei. Aug.* Et alibi: Miſerere mei ſana aīam meā, qa peccaui tibi. hæc vox tuta eſt fratres: ſed & in bonis operibus vigilate. Tange pſalteriū obediendo, tange citharā paſſionis tolerādo. Frange eſurienti panē tuū inquit Eſaias. Ne putes ieiuniū ſufficere ſine eleemoſyna & orōne. Ieiunium te caſtigat, ſed alterum nō reficit. Fructuoſæ erunt anguſtię tuę ſi alteri præſtiteris latitudinē: aliis ergo da qđ tibi denegaſti: quā multos enim pauperes ſaginare pōt itermiſſum hodie prādium. Ita ergo ieiuna, vt alio manducante prandiſſe te gaudeas. Si panē dederis triſtis, & panē, & meritum perdidiſti. Ergo ex aīo fac, & inſta orōnibus. Iuſtitia. n. hoīs in hac vita: ieiunium, eleemoſyna, & oratio, quæ illis duabus alis volat ad Deū.

ipſa me † deduxerunt, & † ad-
a ¶Eccleſiam.
duxerunt in montem ſanctum
a ¶Aug. Vbi poſiti hoc ſperamus ¶Aug. Quę ſunt peregrinantium & militantium.
a tuum, & in tabernacula tua. † Et
a ¶Aug. Ad illud inuiſibile, quo non accedit iniuſtus: qui vero accedit, ſumitur in holocauſtum diuino igne totus incenſus.
b ¶Exponit altare.
introibo ad altare Dei ad Deum,
a ¶Aug. Nouitatem, qui ante contriſtauit vetuſtatem.
qui lætificat † iuuentutem meam.
a ¶Et ideo. ¶Augu. Gratias agam in tribulatione vnde ſuprà: Triſtis incedo.
Confitebor tibi in cithara, Deus
a ¶Sed. b ¶Ergo. c ¶Caſ. Vult eam erigere ad meliora, vel forſan, quia non poteſt vitare omnia peccata timet.
Deus meus, † quare † triſtis es anima mea, & † quare conturbas me?
a ¶Rationem. ſ.
b ¶Potius ¶Aug. Non in te Quid. n. es in te, quid es de te? Ille ſit ſanitas in te, qui ſuſcepit vulnera de te propter te.
Spera in Deo, quoniam adhuc
¶Hoc. ſ. ¶Tu me ſaluabis.
e confitebor illi, ſalutare vultus mei,
¶Quia creaſti.
& Deus meus.

e Ad Deum qui læti. *Iuuentus autem populi Iudaici fuit in exitu de* C
*Aegypto, ſecundum quod dicit Dominus per Ier. Recordatus ſum adoleſcentiam tuam, quando ſecuta es me in deſerto. Et iſta iuuentus fuit quodammodo renouata in liberatione populi de captiuitate Babylonica, ſecundum quod dicitur infra. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Ier. 2. a / Pſal. 102. a
f Con. tibi in ci. *quia diuinæ laudes cantabantur à Leuitis, nō ſolum humanis vocibus, ſed etiam muſicis inſtrumentis, vt habetur. j. Para. xxv.* † perduxerunt
g Quare tri. *exponatur ſicut ſuprà. Myſticè poſſet exponi Pſal. iſte à principio. Quemadmodum deſiderat &c. de qualibet perſona deuota, quæ conſiderans miſeriam præſentis vitæ, reputat ſe eſſe in captiuitate Babylonis, quæ confuſio interpretatur: & ideo totis pręcordijs ſuſpirat de præſenti ſeculo nequam eripi, & ad terram ſuam (quæ eſt terra viuentium) perduci, ſecundum quod dicebat Paulus Apoſtolus de ſeipſo. Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et ideo talis perſona ſic deuota plangit ſe eſſe in miſeria vitæ præſentis, & deprecaī perduci ad gloriam cęleſtis vitæ: vbi Deum ſuū videbit facie ad faciem, & vbi erit laus iugis, ſecundum quod dicitur infrà. Beati qui habitāt in domo tua dñe: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Et huic ſententiæ conſideratis prædictis poſſet litera huius pſalmi faciliter applicari propter quod pertranſeo: & quia ſenſui literali inſiſtere propono ſecundum gratiam à Deo mihi datam.* Myſticè / Philip. 1. d / † vel vt introitum / † vide verſum textū pſal. 41. / Pſ. 83. a

## MORALITER.

✱ a *Ipſa me deduxerunt.* Per viam morum.
a *Et addu. in montem ſan. tuum.* ideſt ad eccleſiam militantem per fidem charitate formatam.
c *Et in taber. tua.* ideſt ſanctorum collegia.
d *Et introibo ad altare Dei.* offerendo deuotionis ſacrificia.
e *Ad Deum qui lęti. iu. &c.* per ſpiritus renouationem. ad Cor. Sed licet is qui foris eſt homo noſter corrumpatur, tamen qui intus eſt, renouatur de die in diem. 2. Cor. 4.
f *Confitebor tibi in cithara.* quæ eſt figuræ triangularis, ideo per ipſam ſignificatur fides trinitatis, quoniam Deus trinus & vnus eſt confitendus.
g *Quare tri. es &c.* Exponaī ſicut pſalmo præcedenti fuit expoſitū. D

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Ipſa me de. & ad. *ideſt deducent: loquitur propheta de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Et hic modus loquendi frequens eſt in prophetis. Vnde Eſa. ix. b. dicitur de Chriſto pro tunc futuro: Paruulus natus eſt nobis.*
b In montem ſan. tuum. *Iſte eſt mons Moria, vbi Salomon ędificauit templum.*
c Et in taberna. tua. *Dicuntur hic tabernacula loca, quæ erant circa templum orationi deputata.*
d Et intro. ad &c. *i. ad offerēdū ſacrificia et oblationes, quę offerebanī*
B *in altari holocauſtorū, et ad offerendum thymiama ſuper altare incenſi.*

e Ad Deum

## GLOS. ORDIN.

a ¶ *Ad intelle. Aug.* Non ſic quærant ſibi fieri ſicut rudibus factum eſt, illis proſpera vt crederent, iſtis aduerſa vt futura quærant. Sciant per tēpalia illorum figurari ſua ſpiritualia: & eſt confortatio infirmorum. Ideo non audit Deus ad tēpalia, vt ab eo deſiderent ęterna & hæc non ament. *Caſ.* Diſtinguit beneficia Dei, quę incipientibus data ſunt in mundo, perfectis in cęlo. Vt magis ſit mirum relinqui præſentes, recoluit præterita.

## GLOS. ORDINARIA PSALMVS XLIII.

Deus auribus. Primum dicit: Deus, quod facere ſolet lętus, vel grauiter afflictus.
b *Audiuimus.* vt maior fides ſit rei, ne putetur ambigua.
c *Patres.* Non iuuenes vt videantur veri noſtri, qui ſuis certa dicerent.
d *Opus quod operatus es in diebus eorum, & cæt.* Et ſi ſemper.

operetur

¶Chriſtum. ¶Paſſionis.
a † In finem filijs Core pſalmus † ad
¶Cur martyres relinquere videtur, cum patres iuuit in manu valida?
intellectum XLIII.
a ¶Caſ. Diſcretione rationis intelleximus cum patres docerēt nos.
a Deus auribus noſtris au-
a ¶A quibus audiſtis?
b diuimus patres noſtri
a ¶Retulerūt: Opus quod ope &c. ¶Quid? b ¶Aug. Vt eſt eductio de Aegypto. & in terram promiſſionis inductio.
c annuntiauerunt nobis. Opus

## NICO. DE LYRA. PSAL. XLIII.

Deus auribus no. *Huic pſalmo præmittitur talis titulus in Hebręo: Ad victoriam filijs Core eruditio. Et exponatur ſicut titulus pſal. præcedentis, qui eſt idem in ſñia cum iſto & etiā in verbis, niſi quòd hęc dictio eruditio ponitur hic in fine: ibi autem ponitur in ſecundo loco. De materia autē huius pſal. dicunt aliqui, quòd pſalmus iſte eſt de ſtatu captiuitatis Babylonicę, quę pręuiſa fuit à filijs Core, vt ſuprà dictum eſt: ita quòd in hoc pſal. recordantur beneficia populo Iſrael pręſtita, & miſerię in quibus erat in Babylone: & petitur liberatio ab ipſis: Sed Secundū hoc pſ. iſte non differt à pręcedente in ſententia, niſi fortè modicum: propter quod alij exponūt de ſtatu populi captiuitate facta per Romanos, in qua ſunt modò. Sed hoc nō videtur rationabiliter dictum, quia ab iſta captiuitate non reducentur ad terram natiuitatis ſuę. vnde dicitur de iſta captiuitate. Captiui ducentur in oēs gētes, & Ieruſalem à gentibus calcabitur, donec impleantur tēpa nationum. Et ideo de iſta captiuitate non diceret propheta illud quod ponitur in fine huius pſal. Exurge Dñe adiuua nos, & redime &c. Et ideo ſaluo meliori iudicio, mihi videtur melius dicendū. quòd pſal. iſte ſit factus de perſecutione quam ſuſtinuit populus Iudaicus ſub Antiocho nobili, vt habeī j. & ij. Macha. quam in ſpiritu pręuiderūt filij Core. Secundum hoc igitur iſte pſal. diuiditur in tres partes, quia primò deſcribitur antiquorum Dei beneficiorum recordatio. Secundò, pręſentium malorum deploratio, ibi: Nunc autem repuliſti. Tertiò pro liberatione deprecatio, ibi: Hęc omnia. Prima adhuc in duas, quia primò recordantur preterita facta, ſecundò verba, ibi: Tu es ipſe. Circa primum dicitur:* Diuiſio.
a Deus au. *Secūdum quod dicit Rab. Sa. & bene: ex iſta litera patet quòd filij Core non loquebantur pro ſeipſis: quia mirabilia quę fecit Deus in exitu de Aegypto & in deſerto populo Iſrael, non cognouerunt per narrationem patrum ſuorum, quia ipſimet proprijs oculis viderunt & ideo loquuntur pro populo tunc futuro, quod impletum fuit tempore Machabęorum, quo populus exiſtens in magna afflictione, recolebat beneficia antiquis patribus collata. Vnde dicitur de Iuda Machabęo: Admonuit autem eos & de auxilijs Dei quę facta ſunt erga parentes, & quòd ſub Sennacherib. clxxxv. milia perierunt &c. ideo ſubditur.* Subdiuiſio. / 2. Mac. 8. d
b Opus quod operatus es in diebus eorum &c. *Id eſt Moyſi & Ioſue, & aliorum patrum.*

¶ b Manus

## MORALITER.

✱ a *Deus auribus noſtris &c.* Pſal. iſtum literaliter expoſui de filiorum Iſrael afflictione per Antiochum nobilem. Myſticè verò poteſt exponi de perſecutione Chriſtianorum per Saladinum & eius gentem, vt ſic in perſona Chriſtianorum dicatur: Deus au. no. au. pa. no. an. no. Opera magna per te facta pro populo Chriſtiano in terra promiſſionis tempore Godefridi de Bullione.

✱ *Et in diebus*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

operetur, tamẽ operari dicitur, quando aliquod ſignum nouitatis oſtendit.

Vbi ſupra. a *Sed dextera tua. Auguſtinus.* id eſt bonus ſucceſſus, quem eis dediſti.

b *Et brachium tuum, & illuminatio vultus tui, &c.* id eſt fortitudo, & illuminatio, id eſt ſapiens conſilium, quod totum feciſti ex beneuolentia tua.

c *Tu es ipſe rex meus, & Deus meus. Auguſtinus.* Tempora mutata ſunt, autor non mutatur.

d *In te inimicos noſtros ventilabimus &c. Auguſtinus.* Quod illis tunc, nobis in iudicio. vnde hic afflicti ſe conſolantur, & reſumunt animum.

Vbi ſupra. e *Arcu. Caſsio.* Minor virtus hominis, quia minus valet in bello.

f *Gladius.* maior virtus quæ in bello plus creditur valere. *Aug.* Vel, gladius meus non ſaluabit me, ſed tu, quia & in hoc ſeculo ſaluaſti, ne nos traherent poſt ſe, & eos pudere feciſti: & ideo tunc laudabimur.

Nota. g *Saluaſti &c. confu. Aug.* Nota etiam præterita dicta pro futuris eſſe accipienda.

h *Nunc autem repuliſti. Caſsiod.* Diapſalmus. Enumerat mala, quæ hic fecerunt boni. non tamen obliti Dei. *Caſsiodorus.* Exaggerat mala, vt beneuolentiam iudicis impetret. Confudiſti, dum hic iniquis habentur opprobrio. *Aug.* Hæc verè futura, illa à patribus audita: nunc autem in medio temporis repuliſti, & confudiſti, vt doceres hæc ſpernere, æterna quærere: hic eſt intellectus tituli. Et etiã ideo, vt appareat an gratis colatur Deus, à quo gratis eſt homo ſaluatus: non eſt pro terrenis colendus Deus, vel quia ſimilia his in æternum ſit daturus. Noli ergo talia ſperare à Deo danda, qualia hic iubet contẽnere. Qui enim ita colit Deum laudabilis non eſt. Sicut non laudatur in illo ieiunium, qui ad luxurioſam cœnam ſeruat ventrem ſuum: hoc eſt ieiunium non abſtinentiæ, ſed luxuriæ.

i *Auertiſti. Caſsiodo.* pro deficientibus. Vel auerti eſt hoſtem fugere. vnde: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.

K *Diripiebant.* hoc fugatis contingit vt cadant in prædam, qui hoſtibus nequeunt reſiſtere.

a *Dediſti nos*

quod operatus es in diebus eorum,
a Pro, id eſt, vel ſcilicet. b Augu. Vt eſt creatio cœli, & terræ, quæ omnia ſpiritualiter implentur in nobis. c Scilicet hoc. Id eſt poteſtas.
et in diebus antiquis. † Manus
a Terræ promiſſionis. b Morte & alijs modis.
tua gentes diſperdidit, & planta-
a Patres. b Non facile: quia fortes erant, qui aliter non crederent. c Amorrhæum, Heuæum, Hethæum, & alios. d A terra promiſſionis.
ſti eos: afflixiſti populos, & expu-
a Tu non enim ipſi. quia forſitan putarentur ex ſe fortes.
liſti eos. Nec enim in gladio ſuo
a Robur.
poſſederunt terram, & brachium
a Auguſt. Nec per ſe habuerunt terram nec per ſe ſunt ſaluati. b Potentia.
eorum non ſaluauit eos. Sed de-
a Aug. Filius. Saluauit eos. Aug. Ideo talibus ſignis eis affuit Deus, vt præſens intelligeretur, qui nobis non niſi effectu miraculi præſentiam oſtendit.
xtera tua & brachium tuum, &
a Aug Propitiatio præſentiæ tuæ.
illuminatio vultus tui, quoniam
a Non merito ſuo, ſed quia. Vt illis ſolis faceres. Auguſt. Id eſt ſic egiſti cum eis, vt aliis complaceres in eis: vt qui eos attenderet, diceret: vere Deus cum illis eſt. b Quæ hæc illis feciſti.
† complacuiſti in eis. Tu es ipſe
a Qui ſoles regere & ſubuenire. b Caſ. Ne dubites de Chriſto Deo, id eſt quin Chriſtus de quo loquitur ſit Deus.
rex meus, & Deus meus, qui † man
a Corporales. b Aug. Illis antiquis per creaturam, non per te viſis illis quod ſeruatur in reſurrectione iuſtis. Quæ tunc illis temporaliter, hæc nobis in futuro. c Quaſi, ſicut illos inuiſti, eodem modo nos.
das ſalutes Iacob. In te inimicos
a Aug. Sicut paleam à granis ſeparantes. b Fortitudine.
noſtros ventilabimus cornu: & in
a Id eſt per hoc quod dicimur de tuo regno, valemus. b In futuro. Aug. Quia tunc non valebunt lædere mali ſpiritus. c Nunc.
nomine tuo † ſpernemus inſurgentes in nobis. Non enim in
a Merito hæc nobis facies. a Aug. Vt nec patres in ſuo.
arcu meo ſperabo, & gladius meus
a Id eſt ſtabis. In iudicio. Aug Præteritum pro futuro, adeò certum, vt quod fuit non poteſt non fuiſſe.
non † ſaluabit me. † Saluaſti
a Caſ. Ab immundis ſpiritibus qui hic affligunt.
enim nos † de affligentibus nos,
a Id eſt confundes. Quando damnabuntur. Et tunc.
& † odientes nos confudiſti. † In
a Non arrogat ſibi de gloria per futura, quæ miſcet. b Perpetuitate, quæ non eſt interpoſita noctibus. c Pro id eſt.
Deo laudabimur tota die, et in
a Caſ. Quia ex omnibus eruiſti. Id eſt laudabimus te, quæ eſt eorum gloria.
nomine tuo confitebimur tibi in
a Id eſt ſine fine. Ita in futuro, ſed: Nunc. b Aug. Quia differtur promiſſio.
ſeculum. ✱ Nunc autem repu-
a Aug. Non in conſcientia, ſed in facie hominum. b Euidenter. Vlterius ſicut olim Iudæis.
liſti, & confudiſti nos, & non e-
a Id eſt exercitibus. Aug. Per hoc inualidi ſumus contra inimicos noſtros.
gredieris Deus † in virtutibus
noſtris. † Auertiſti nos retror-
a Quia illi victores, non victi.
ſum poſt inimicos noſtros, &
a Aug. Id eſt in caſtra iniquitatis ſuæ attrahebant.
qui oderunt nos diripiebant ſi-

## NICO. DE LYRA.

b Manus tua gentes diſperdidit. *quæ habitabant in terra promiſsionis, quod impletum eſt tempore Ioſue.*

c Et plantaſti eos. *ſcilicet filios Iſrael in eadem terra.*

d Afflixiſti populos. *quia aliqui eorum fuerunt in prælijs trucidati, vtpote Chananæi, et Iebuſæi.*

e Et expuliſti eos. *quia aliqui eorum receſſerũt præ timore ante ingreſſum filiorum Iſrael, ut dictum fuit in libro Ioſue. Sed quia victoriæ iſtæ fuerunt factæ diuina virtute magis quàm humana, ideo ſubditur:*

f Nec enim in gladio ſuo poſſed. terram, *& patet litera.*

h Tu es ipſe. *Hic conſequenter recoluntur antiquorum verba: quia Ioſue & alij bellatores illius temporis videntes victorias mirabiles quas Deus dabat eis, attribuebant eas diuinæ virtuti, & ita ſperabant de futuris, & ideo ſic dicebant: Tu es ipſe rex meus. per ſpecialem gubernationem, propter quod etiam Deus dedit illi populo legem, ſecundum quod dicitur infrà pſ. 147. b Non fecit taliter omni nationi, et iudicia ſua non manifeſtauit eis. Et hoc fuit, quia Chriſtus de illo populo erat naſciturus.*

i Et Deus meus. *per ſpecialem cultum.*

K Qui mandas ſalutes Iacob. *i. victorias in bellis. Populus. n. Iudaicus exiuit de Iacob per duodecim patriarchas, à quibus denominatæ ſunt duodecim tribus Iſrael.*

l In te. *id eſt per tuam virtutem.*

m Inimi. no. ventil. *i. fugere faciemus.*

n Cornu. *i. poteſtate nobis à te data. Sicut enim de præterito, & de præſenti habebãt victorias virtute Dei, ita ſperabant de futuro.*

o Et in no. tuo ſper. &c. *i. nullo modo timebimus de eorum inſultibus, de tua virtute confidentes. ideo ſubditur:*

p Non enim in arcu meo &c. *& patet litera vſque ibi:*

q In Deo laudabimur tota die. *id eſt ſi laudemur de talibus victorijs, totum attribuatur Deo, & non nobis.*

r Et in nomi. tuo confit. *confeſsione laudis pro beneficijs collatis nobis.*

s In ſeculum. *hoc eſt ſemper in futuro.*

t Nunc aũt repu. *Hic conſequenter recolũtur miſeriæ, in quibus erat populus Iudaicus tempore Antiochi regis, cùm dicitur: Nunc autem repu. quia videbatur gens Iudæorum à Deo repulſa, ſicut mulier cui dabatur libellus repudij.*

u Et confudiſti nos. *Vnde dicitur. Et vniuerſa domus Iacob induit confuſionem: & maximè quia Antiochus rex poſuit abominandum idolũ deſolationis ſuper altare Dei, vt dicitur ibidem.*

x Et non egre. Deus &c. *In Hebræo, & in translatione Hiero. hr̃: In exercitibus noſtris. & idem eſt. Tum quia Iudæi non poterant tunc congregare exercitum. Tum quia ſi tũc congregarent pugnare tamen contra Antiochum regem non auderent.*

y Auertiſti nos retrorſum &c. *id eſt fugere nos feciſti, & inimicos noſtros nos inſequi. Vnde dicitur: quòd Mathathias, et filij eius fugerunt ad montes. & quod multi ſecuti fuerunt eos.*

z Et qui ode. nos &c. *Quia Antiochus, et milites ſui rapiebant bona Iudæorum.*

a Dediſti

## MORALITER.

✱ a *Et in diebus antiquis.* ſcilicet tempore Ælij Adriani imperatoris, qui Ieruſalem à Tito deſtructam reædificauit, & eius habitationes Chriſtianis conceſſit, & prohibuit Iudæis.

b *Manus tua gentes diſperdidit.* i. Saracenos veniente dicto Godefredo cum exercitu Chriſtiano contra eos.

c *Et plantaſti eos.* ſcilicet Chriſtianos, qui terram de manibus Saracenorum ereptã tenuerunt 88. annis.

d *Afflixiſti populos.* Saracenorum.

f *Nec enim in gladio ſuo poſſede. terram.* Licet enim haberẽt exercitum magnum & fortem, tamẽ victoria virtute Dei principaliter fuit facta. Nã die qua capta fuit Ieruſalem, Chriſtianis propter nimiã afflictionem uolentibus retrocedere ab inſultu, apparuit angelus in ſpecie hominis ſuper montem Oliueti, eos ad prœlium reuocantis, & ſic ciuitas fuit capta. ideo ſubditur:

g *Sed dextera tua &c.* i. populo Chriſtiano ſupplantatori vitiorum.

l *In te inimicos noſtros &c.* quia poſt captionem Ieruſalem dedit Deus Chriſtianis plures victorias contra Saracenos inſurgentes cõtra eos, de quibus Deus erat laudandus. ideo ſubditur:

q *In Deo laudabi. &c. Nunc autem repu. nos & con. nos.* ſcilicet tempore Saladini, & ſucceſſorum eius.

✱ Dediſti



a *Dediſti nos tanquam oues eſcarum. Caſ.* perſiſtentes in fide. Hic diuerſi martyres, id eſt diuerſa martyrij genera, alii eſca feris, alij traditi gentibus in ſeruitutem. vnde dicit, tanquam oues eſcarum. vbi notatur quorundam mactatio.

b *Vendidiſti populum tuum ſine pretio. Caſ.* Dum dantur alienigenis, & nullus acquiritur: quod fit ad probationem, vel correctionẽ: vel nullus pro eis acquiritur, vel ſi quis, pauci tamen.

c *Opprobriũ vicinis. Caſsio.* Grauis afflictio, à uicinis ingeritur: quia non tranſitoriè dicitur, quòd à circunſtantibus irrogatur.

d *Deriſum his qui in circuitu. Caſ.* Deriſus eſt vox confuſa lætitiæ inſultationem immoderata hilaritate denuntians. Contemptus eſt abiecta vilitas.

e *In ſimi. gentium. Caſ.* In ſimilitudine Chriſti gentibus ſunt appoſiti, quando eos comparibus pœnis affecerunt.

f *Exprobrantis. Caſſio.* Exprobrare eſt in faciem maledicere. Obloqui eſt abſenti detrahere & doloſè mordere.

g *Venerunt ſuper nos.* quia non erant in nobis per culpam.

h *Non receſſit. Caſsio.* Ita quòd retroiret, & ſi aliquando deſcendit a cõtemplatione deitatis.

i *Declinaſti. Auguſti.* Semitæ noſtræ erant in voluptatibus, & proſperitatibus ſeculi: ſed tuliſti eas de ſua via, & oſtendiſti arctam viam, quæ ducit ad uitam. *Hiero.* Vel, & declina, ideſt opera noſtra de lege tua pendere feciſti. Vel, non declinaſti. alia litera, ideſt non permiſiſti declinare, & deuiare ſemitas noſtras. *Hiero.* ideſt opera, à uia tua. ideſt à lege, ideo quoniam hu.

K *Vmbra mortis. Auguſtinus.* Vel, hæc mortalitas, vmbra mortis eſt. Vera autem mors, eſt damnatio cum diabolo.

l *Si obliti ſumus nomen Dei. Auguſtinus* Iſte eſt intellectus filiorum Core, qui propter hæc omnia mala non obliuiſcuntur Deum, ſcientes quia Deus requiret iſta.

m *Nouit. Auguſt.* Noſcere dicitur Deus, & quod nouit, & quod te facit noſcere. *Aug.* Nouit quoniam requiret propter te, vt tu inuenias te, & gratias agas ei qui te fecit, vt in Petro actum eſt, qui probauit quid poſſet.

n *Propter te mortificamur. Caſ.* Non pro criminibus noſtris, ſed vt fides tua gentibus augeatur.

a *Exurge. Caſ.*

a Caſ. Quia omnia poteſtate Dei fiunt. b Auguſt. Plangit eos, qui ſic paſſi ſunt, vt in corpus gentium verterentur. c Id eſt quæ ad eſcas ſunt, non ad fœtus ſpiritualium operum.
bi. Dediſti nos tanquam oues eſca-
a Perſecutio notatur.
rum, & in gentibus diſperſiſti nos.
a Aug. Videmus quos dediſti, ſed non quos accepiſti. Martyres.
Vendidiſti populum tuum † ſine pre-
a Aug. quia tempore perſecutionis non congregabantur ad iubilandum Deo, vt fit in pace. Alias iubilationibus.
tio: & non † fuit multitudo in cõmu-
a Fræter dura, turpia etiam patimur. b Fixos in hoc.
tationibus eorum. Poſuiſti nos † op-
a Iamiam conuertendis. b Naſo contracto.
probrium vicinis noſtris, † ſubſanna-
a Qui fit ore. b Nunquam nobiſcum.
tionem & deriſum his qui in circui-
a Vt de nobis formam maledictionis ſumant ſuper alios di, Sic pereas, vt Laurentius.
tu noſtro ſunt. Poſuiſti nos in † ſimili-
a Ad inſultandum. vt & Chriſto in paſſione, mouentes capita ſua.
tudinem † gentibus, commotionem
a Caſ. Grauis verecundia, quæ permanet tota die, hæc enim erat cõtra ſanctos, vel coram, id eſt ante oculos ſanctorũ, quando, quos impios ſciebãt, ſibi inſultare videbant, vel contra quia bonus erat. Deſcribit verecundiam: Et quodam pallio confuſionis vultum dicit opertum, dum nube ſanguinea facies inflammata rutilat: ſed cum dicit operuit me, non ſolum vultus, ſed totius corporis indicauit horrorem.
capitis in populis. Tota die verecun-
a Contra hoc, quod ego putaui, cum eſſem bonus.
dia mea † contra me eſt, & † confuſio
faciei meæ cooperuit me. † A uoce ex-
a Inſultantis. b Crimen imponentis. c Inſtantia.
probrantis & † obloquentis, à facie
a Odio habentis: b Actu. c Non ſeparatim.
inimici & perſequentis. Hæc omnia
a Aug Vt fera vel torrens. b Ecce quanta firmitas martyrum. Aug. Quia intelligimus gratis colendum te propter te.
venerunt ſuper nos, † nec obliti ſumus
a Quomodo non obliti: quia. b Lege vel pacto quod pepigimus tecum in baptiſmo.
te, et † iniquè non egimus in teſtamen
a Caſ. Deſperando de bonitate Dei. b Ratio.
to tuo. Et non receſſit retro cor no-
a Aug. Dum ſic in anguſta via ambulamus in deli.
ſtrum, et † declinaſti ſemitas noſtras
à via tua. Quoniam † humiliaſti nos
a Caſ. Id eſt in mundo: vnde naſcitur compunctio & pœnitudo, extabis autem in loco fortitudinis ſcilicet in futuro.
in loco † afflictionis, & † cooperuit
a Id eſt homines per ignorantiam morientes, & alios ad ſuæ mortis tenebras trahentes. b Non obliti quia ſi eſſemus: vel ſed.
nos vmbra mortis. Si obliti ſumus
a Caſ. Id eſt ſi nos cum operibus idola coluimus.
nomen Dei noſtri, & ſi expandimus
a Caſ. deſcriptio orantis, qui tentis manibus crucem efficit quam fronte recipit.
manus noſtras ad Deum alienum.
a Caſ. Quaſi graue eſt apud Deum in ſua religione peccare, quod pondere acutæ pronuntiationis oſtenditur. b Manifeſta, quia etiam occulta.
Nonne Deus requiret iſta? ipſe enim
a Quo magis religio geritur quam deuotione corporis. b Quæ abſcondita?
nouit abſcondita cordis. Quoniam
a Caſ. Longis paſſionibus. Quaſi morimur, videt homo: ſed cur, non niſi Deus.
Propter te † mortificamur tota die:

## NIC DE LYRA.

a Dediſti nos tanquam oues eſcarum. *quæ interficiuntur vt edantur: Sic tempore Antiochi multi de Iudæis valde fuerunt interfecti.*

b Et in gentibus diſperſiſti nos. *quia multi de eis tunc fuerũt capti, & alijs gentibus in ſeruitutem venditi.*

c Vendidiſti populum tuum ſine pretio. *Tot enim de Iudæis vendebantur, quòd dabantur pro modico pretio, quod quaſi pro nihilo reputabatur. ideo ſubditur:*

d Et non fuit mul. *ſcilicet pecuniæ vel ementium.*

e In commutationibus eorum. *& propter hoc, pretium erat modicum & quaſi nullum, quia pauci erant emptores reſpectu vendentium. De hac autem venditione Iudæorum, & captiuatione & occaſione dicitur. Erant autem toto triduo lxxx. milia interfecti. xl. milia vincti, non minus autem venundati.*

f Poſuiſti nos opprobrium. *Id eſt Gentilibus qui erant circa terram promiſsionis: qui gaudebant de infortunio Iudæorum, exprobrantes eis, & deridentes eos. ideo ſubditur:*

g Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus. *Quando enim loquebantur de infortunio aliquorum, ponebant pro exemplo vel ſimilitudine infortunium Iudæorum.*

C

h Commotionem capitis in populis. *Solent enim homines mouere capita præ admiratione, quando vident aliquid magnum repente deiectum & annihilatum, qualis erat ſtatus Iudæorum.*

i Tota die verecun. mea contra me eſt. *Id eſt occurrit mihi occaſio verecundandi.*

K Et cõfuſio faciei meæ cooperuit me. *Homo enim confuſus ſolet faciem operire, & ſe quantùm poteſt, abſcondere.*

l A voce exprobrantis & obloquentis. *Contra populum Iudaicum.*

m A facie inimici & perſequentis. *quia non ſolùm moleſtabant eos verbis, ſed etiam factis.*

n Hæc omnia. *Hic conſequenter ponitur deprecatio pro liberatione. & primò ad hoc allegatur ratio ex parte populi afflicti, ſecundò ex parte Dei, ibi: Exurge. Ratio autem quæ debet mouere Deum ad liberandum populum afflictum, ex parte eius eſt, quando ſuſtinet patienter, & non mouetur à lege Dei. Sic fuit in propoſito: quia in perſecutione regis Antiochi, licet aliqui Iudæi legẽ dereliquerint: tamen maior pars ſatis ſtetit in lege Dei: & pro ea ſuſtinens afflictiones, & tormenta exquiſita, & hoc eſt quod dicitur hic: Hæc omnia. ſcilicet mala ſuprà dicta.*

1. & 2. Machab.

o Venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te. *quia colimus te ſicut Deum noſtrum.*

p Et iniquè non egimus in teſtamento tuo. *mandata legis tuæ tranſgrediendo.*

q Et nõ receſſit retro cor noſtrum. *per apoſtaſiam à fide.*

r Et declinaſti ſemitas noſtras à via tua. *quia per afflictiones quas ſuſtinemus, videtur quòd repuleris nos à te.*

D

s Quoniam humili. &c. *quia Iudæi tempore illo fugerunt ad loca deſerta, quæ erãt afflictiua, ita quòd habebant afflictionem ſuper afflictionem. Vnde dicitur: Iudas autem Machabæus ſeceſſit in deſertum locum, vbi inter feras vitam in montibus cum ſuis agebat, & fœno cibo veſcentes demorabantur. Vnde hic in Hebræo, & in translatione Hiero. iuxta Hebraicum habetur, in loco draconum: pro quo nos habemus, in loco afflictionis.*

2. Mac. 5. d

t Et cooperuit nos vmbra mortis. *quia in quolibet momento erant in mortis periculo.*

u Si obliti ſumus. *eius recordationem debitis temporibus omittendo.*

x Et ſi expandimus ma. *ſcelus idololatriæ committendo.*

y Nonne Deus requiret iſta *ad puniendum ſuo iuſto iudicio. quaſi dicat ſic. vnde ſubditur:*

z Ipſe enim nouit. *Hoc dicitur contra errorem Gentilium quorundam, qui negabant diuinam prouidentiam ſe extendere ad actus hominum.*

a Quoniam propter te. *Id eſt propter cuſtodiam legis tuæ.*

b Mortificamur tota die. *Iuſſerat enim Antiochus interfici Iudæos, qui nollent ad ritum Gentilium tranſire.*

1. Mac. 1. b

a Exurge

## MORALITER.

✱ a *Dediſti nos tanquam oues eſcarum.* quia multi Chriſtiani fuerunt occiſi, & multi capti, & in ſeruitutem venditi, & pro paruo pretio quaſi nullius reputationis.

i *Tota die &c.* quia ſepulchrum Chriſti & ciuitas ſancta ſunt in manu populi Saraceni.

n *Hæc omnia vene. ſuper nos.* quæ ſunt valde grauia.

p *Nec obliti ſumus te.* recedendo à catholica fide.

r *Et declinaſti ſemitas noſtras à via tua.* non enim poſſumus prohibito noſtro accedere ad ſepulchrum tuum, & ad alia loca ſancta. Cætera patent de afflictione Chriſtianorum vſque ibi:

✱ Exurge quare

a *Exurge. Caſ.* Precatur auxilium, vt hic afflictus tpe reſurrectionis ſubueniat. *Aug.* Hactenus nõ obliti, & vt pſeuerem⁹. Exurge qa pp te mor. *Aug.* Hiero. Et ſi ſciunt Chrm nõ dormire, & ſibi reſurrexiſſe, pcanĩ tñ reſurgere p fidẽ, nõ ſibi ſed gẽtibus q̃ putãt mortuũ. Si n. & illi crederẽt ſurrexiſſe, credẽtes i eũ nõ pſequerenĩ, ſed et ipſi crederent. *Auguſt.* Vel exurge, conforta.

*Vbi ſupra. Aug. enar. pſal. 43. to. 8 Hier. exp. pſ. 43. to. 7.*

b *Obdormis.* negligere videris. Quare et ſi neſciamus, tu ſcis quare, vel pro culpa, vel pro vtilitate. Quòd ſi p culpa, vtinã abeſſet: ſi pro vtilitate, vtinã adeſſet. Quoſdã repellis: qa faciẽ.i.cognitionem tuam ab eis ſubtrahis: obdormis quibuſdam qui gemunt de malis.

† Euigila

† expergiſcere, ne obliuiſcaris, repellas, in æternum

† vſque

c *Quare &c. obliui.* i. non das ſpiritũ fortitudinis, ſine quo inopes.

d *Et tribulationis.* quia eã nõ mitigas: & hoc quare, quaſi nos neſcim⁹, ſed inquiramus, qa nõ niſi iuſtè & piè auertis faciẽ: qa ſubtracta cognitiõe tua, aĩa humiliata in cogitatione mũdanorũ, & venter.i.ſenſualitas hæret eis: & cũ ita neceſſe, fac ſurgere, & erectos adiuua, & adiutos libera, vt ſine metu ſim⁹. Et hoc pp nomẽ tuũ.i.gratis, nõ p merito. Poſt morã auditionis ſancti nõ deſperant, ſed cõtinuant orõnem. Cinere ſup ſe ſparſo, aĩam pctõrũ memoria cruciãt. Cinis.n. & cilicium ſunt arma pœnitentiũ: adhæſit venter terræ, vt ſit proſtratis, qui tota corporis effuſione tenduntur. Vel nõ ſolũ pro nobis oramus, ſed & pro his qui facilè cedunt illicitis motibus. & hærent terrenis.

† depreſſa eſt nunc

† adhæſit

† miſericordiã tuã *Vbi ſupra.*

e *In terra venter. Aug.* Qui genua figit terræ, hẽt quò plus humilietur: qui verò plus humiliatur, vt & venter hæreat terræ, non habet vltrà quo plus humilietur. Exprimit ergo nimiã humiliationem, vt quia venit ad ſummam, iam adſit Dei miſeratio. *Aug.* vel plangit eos qui ſunt venter, ideſt carnales: & hæſerunt. i. conſenſerunt iniquis.

f *Exurge Do. ad.* Hic ſine dormitione exurge ponitur, quod ad reſurrectionẽ ptinet, ĩ qua eſt ſpes oĩum fideliũ, ĩ qua humana deſtruitur captiuitas, per quã ſumus adiuti & liberati.

a ¶Caſ. ſine aliqua reluctatione occiſi.

æſtimati ſumus ſicut oues † occiſionis. † Exurge, quare obdormis

a ¶Aug. confortando ſtantes per fidem. ¶Aug. Non in nobis, ſed in gentibus, quæ non credunt. b ¶Dum differs quod expectatur.

a ¶Reducendo deficientes. ¶Aug. Si ſurgit, in gentibus ceſſat perſecutio. b ¶Et ſi hoc, non in finem.

domine? † exurge, & ne repellas

a ¶Enim. ¶Nõ eſt querela, ſed ſupplicatio pia puri cordis. b ¶Caſ. vt videtur, dum differt ſubuenire.

in † finem. Quare faciem tuam

a ¶Aug. quaſi non adſis. b ¶Quaſi oblitus ſis noſtri. c ¶Aug. cui conſueuiſti ſubuenire,

auertis, obliuiſceris † inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ? Quo-

a ¶Cuius ſemper clemens es inſpector. b ¶Ideo ne obliuiſcaris

a ¶Inter manus pulueris, vt te inuocemus in auxilium. ¶Super aſperſo cinere. b ¶Aug. puluis nos perſequitur, id eſt mali. de quibus dicitur. Non ſic impij non ſic, ſed tanquam pul. Inſal. 1. b.

niam † humiliata eſt in puluere anima noſtra, † conglutinatus eſt

a ¶Aug. gentibus per fidem, quibus ceſſantibus a perſecutione: & qui terræ hæſerant eruti, & pœnitentes, redduntur corpori Christi.

in terra venter noſter. Exurge domine, adiuua nos, & † redime nos

a ¶Non propter meritum noſtrum.

propter † nomen tuum.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Exurge. *Hic conſequenter ad liberationem populi allegatur ratio ex parte Dei cui ſeruiebat populus Iudaicus, & ipſe poterat eum liberare in momẽto. iõ dr: Exurge. et loquit de Deo more humano, quia ille qui oppreſſo vult auxilium ferre, ſurgit ad iuuandum ipſum.*

b Qua. ob. do. *Deus enim ad modum dormientis dicitur ſe habere, quando permittit malos dominari, & iuſtos tribulari: vnde quando aliqua talia videntur, communiter dicitur: Deus dormit.*

c Exurge. *repetitur hoc verbũ ad exprimendum deſiderium liberationis.*

d Et ne re. *ſcilicet preces noſtras.*

e In finem. *ideſt finaliter.*

f Quare fa. tu. auer. *loquitur de Deo more humano, quia quandiu orationem aliquorum non exaudit, faciem ſuam auertit.*

g Obliuiſce. inno. no. *in tãta eñ inopia erãt, quòd fœno cibo veſcebantur, vt prædictum eſt.*

h Et tribula. no. *quia multis modis, & varijs tribulabantur.*

i Quo. hu. &c. i. *vita nrã. Tũ quia in ſignũ humilitatis nrã, vel humiliationis ponebant cinerẽ ſup capita ſua, ſicut mos erat Iudæorũ. Tũ quia habitabant in montibus inter feras, vt dictum eſt: vbi non habebant lectiſternia, ſed iacebant in pulueribus: & ideo ſubditur:*

K Conglutina. *i. immediatè adhærens.*

l In ter. ven. no. *quia nec & paleas habebant, quas inter ſe, et terram ponerent: iõ concludit:*

m Exurge &c. *tantis malis oppreſſos.*

n Et redi. nos. *quod colimus, ne ex malis quæ ſuſtinemus, veniat apud Gentiles in cõtemptũ.*

Moraliter *poteſt exponi pſal. iſte de quolibet fideli in magna afflictione poſito mentis, vel corporis, vel vtroque modo: qui tñ patienter ſuſtinet priſtina beneficia Dei ſibi collata, recolens vt ſe oſtendat gratum, & per conſequens diſpoſitum ad alia in futuro recipienda, & ſic vlterius explicat mala, quæ ſuſtinet coram Deo, petens humiliter, & deuotè ab eis liberari diuina miſericordia, & virtute.*

## MORALITER.

✻ a *Exurge qua. ob. do.* dicitur. n, Dominus dormire ſecundũ cõem modum loquendi, qñ diſſimulat mala magna, & publica punire.

## GLOS. ORDIN.

a *In finem &c. Aug.* Epithalamium. i. laus thalami. Canticum pro commutandis, & pro dilecto. i. pro ſponſa & ſpõſo ſcribitur filijs Core, vt venerentur. Hic enim deſcribitur per quem cõmutabuntur, quia laus ſpõſi, & ſponſæ hic cantatur. *Caſ.* Propheta præconia Dei ſe eructaturũ promittit.

*In expoſ. pſ. 44. to. 8.*

*In diuiſ. exp. pſ. 44.*

† vide ſuprà pſal. 4.

† ſup ſoſannim nomẽ inſtrumẽti muſici, qđ interpretatur lilia *Vbi ſupra.*

## GLOS. ORDINARIA.
## PSALMVS XLIIII.

Eructauit. *Aug. Hier.* Intus. n. ſatur propheta laudem eructat, licet qdã magis ſuperſtitioſè q̃ verè, non cõſiderantes textum, ex perſona pr̃is hæc arbitrãtur intelligi, ſic: Eructauit, ex plenitudine mea & ſecreta eſſentia genui verbũ, per quẽ notus dico. i. diſpono omnia, & per eum loquor, & hoc eſt lingua mea, & hic eſt calamus mei ſcribæ, vt ſcriba nil ſine calamo, & calamus ſine ſcriba, ſic cooperantur pr̃ & filius. Cor meũ eructat. Q. non extrinſeco coniugio genui, ſed de corde: ſicut homo generat cõſilium de corde, antequam ſit, quod facturus eſt. Conſilium verò patris eſt verbum.

a ¶Conſummationem æternæ beatitudinis vel Chriſtum. b ¶De veteri homine in nouum.

† In finem † pro his qui commutabũtur, filijs Core † ad intellectũ,

a ¶Pſalmus hic ſcriptus eſt. ¶Chriſti b ¶Tanti myſterij, tanti decoris. ¶Scilicet coniunctionis Chriſti & eccleſiæ.

a ¶De quo hic eſt filius meus dilectus. ¶Chriſto.

canticum † pro dilecto. XLIIII.

a ¶Secundum diuinam naturam. ¶Q. aũ de pleno. ¶Mens in... plena.

Eructauit cor

☞ a Bonum

dictum: *Victoria ſuper lilia. Quicquid tamen ſit de ſignificatione iſta, vel illa, non mutatur tñ ſñia apud Hebræos, nec apud Latinos: quia ſecundũ Hebræos per lilia, vel roſas hic intelliguntur filij Iſrael, qui alios populos in fide excellebant, & cultu vnius Dei. & in pſalm. iſto. exprimitur proſperitas filiorũ Iſrael, quæ fuit præuiſa in ſpiritu à filijs Core: & hoc ab vno eorum, vel pluribus, ſicut expoſitum fuit ſuprà pſal. xl. Tamen de iſta proſperitate variè dicitur ab Hebræis. Dicunt enim aliqui, quòd fuit illa quam habuerunt ſub rege Aſuero ad procurationem reginæ Eſther, Et ſecundum hoc pſal. iſte loquitur ad literam de rege Aſuero, & regina Eſther, et ſtatu proſpero Iudæorum tempore illo. Alij dicunt, quòd loquitur de proſperitate, quæ fuit ſub Salomone, q̃ ſatis apparet. 3. Reg. & 2. Paral. Et ſecundum hoc pſal. iſte loquitur ad literam de rege Salomone, & filia Pharaonis eius vxore. vel ſecundum alios de regina Saba quæ venit ad regem Salomonem, & dedit ei. cxx. talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretioſas, vt ibi habetur. Aliqui aũt doctores catholici dicunt, quòd pſal. iſte loquitur ad literam de rege Dauid & Bethſabee, ex quibus deſcenderũt multi reges boni & iuſti, vt Ezechias, & Ioſias, & plures alij, qui per roſas, vel lilia deſignant. Sed oẽs iſtæ expoſitiones, vel conſimiles excluduntur p hoc, q̃ de rege de quo ſit mentio in hoc pſ. infrà dicitur: vt patet ex decurſu lit.: Sedes tua Deus in ſeculũ ſeculi, virga directionis &c. Item poſtea ſubditur de rege & regina ſimul: Audi, & vide, & inclina aurem tuã &c.*

¶ & ſubditur:

## NICO. DE LYRA. PSAL. XLIIII.

Eructauit. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo: Ad victoriam ſuper ſoſannim filijs Core eruditio cantici dilectionum. Circa quòd ſciendum, q̃ Iudæi moderni dicũt, quòd hoc nomen* שושנים *ſoſannim ſignificat roſas in plurali. Hier. aũt transfert lilia, qui ponit hic talem tit. Victori pro lilijs filiorum Core eruditionis canticum amantiſſimum. Credo tñ q̃ Hiero. melius dicit in propoſito: & q̃ tpe ſuo Iudæi dicebant ſignificationem dictæ dictionis lilia in plurali: & liliũ qñ ponitur in ſingulari ipſius: vnde in toto veteri teſtam. vbicunque eſt iſta dictio Hebraica in plurali, vel ſingulari. Hiero. transfert lilia vel lilium: & in quadam glo. Hebraica ſuper locum iſtum ego reperi ſic dictum:*

## MORALITER.

✻ a *Eru. cor.* Pſal. iſte de Chriſto loquitur & eccleſia ſecundũ ſenſum lr̃alem. Moraliter aũt exponi põt de quolibet bono pontifice, & eius eccleſia, quæ eſt ſua ſponſa. Igitur Pſalmiſta præmittit quandam præfationem dicens: Eructauit cor me. ver. bo. verbum propriè dictum eſt conceptus mentis, cuius expreſſiuum eſt verbum vocis. Cor autem in ſacra ſcriptura, & in communi modo loquendi frequenter accipitur pro mente. Eſt igitur ſenſus: Eructauit cor meum ver. bonum. i. mens mea concepit conceptum bonum.

✻ Dico ego



☞ a *Bonum.* Quo omnia bona facta ſunt.

b *Dico ego opera mea regi.* i. verbum profero, idẽ hic qđ prius: ſed in ipſo verbo omnia opera Dei eſſe dicit. vnde: Quod factum eſt in ipſo vita erat, vt nihil ſit in opere, quod nõ prius fuit in conſilio. De hoc dicitur: Semel locutus eſt Deus.

c *Calamus ſcribæ, &c.* Non ſono qui tranſit comparat verbum, ſed ſcripto quod manet. Vel, velociter, quia non aliud poſt aliud, ſed omnia ſimul in vno verbo æterno.

d *Velociter ſcribentis.* Virtus prophetiæ quæ non ſub cruciatu humano cogitat, quod de arcano diuinitatis aliis diuulgat.

e *Speciosus forma &c. Caſſ.* Incipit de laude ſponſi prius à forma.

f *Benedixit te Deus. Caſſ.* Priora dixit propheta ex perſona Dei, hæc ex ſua, vel omnia ex ſe. Vel eructat verbum, qui dicit Deo hymnum. *Dico opera. Aug.* Ad laudem eius qui ex eo. *Lingua calamus.* Quia quod dico, & ſcribo. Vel, velociter: quia citò ventura quæ ſcribo. *Caſſ.* In labiis, quia eo loquente, mundus gratiam reconciliationis accepit.

g *Accingere gladio tuo. Caſſ.* Hic laudat eum à poteſtate, & tu talis accingere.

h *Specie tua. Caſſ.* Species ad humanitatem, in qua mundo apparuit. Pulchritudo ad deitatem, qua omnia decora.

i *Intende &c.* Hominem pereuntem, miſeratus reſpice.

K *Proſperè.* i. liberans homines.

l *Procede.* de vtero virginis vt ſponſus, vel ab his victis ad alios vincendos.

m *Regna.* In fide hominum tuam potentiam oſtende, qui ſemper regnaſti. Et per hoc, quia & per te, & per tuos veritatem doces, quia falſitatem noſtram deſtruis. Et quia manſuetus ferendo malos, vt quando pro inimicis orauit, ſic & ſui. Et quia iuſtitiam vitæ oſtendit. Et quia deducet te inoffenſè per curſum totius vitæ, vel de populo ad populum.

☞ a *Mirabiliter*

a ¶Filium Dei, qui ſolus bonus.

meum uerbum bonum, dico ego

a ¶Hanc pſal. hanc enim prædicationem quam mente acceperat, Regi dicere geſtiebat. b ¶Ne cũ aliquid putes a ſe dicere calamo ſe cõparat: a ſpiritu n. ſancto regitur.

opera mea regi. † Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis.

a ¶Dixit, & facta ſunt omnia.

a ¶Secundum humanã naturam. ¶Immunis à peccato. b ¶Aug. Hieron. cum ipſe homo, non eſt tamen vt quilibet homo: & ideo vt eum in ſuo genere commendaret, non ait hic, præ angelis.

Speciosus forma præ filiis hominum: diffuſa eſt gratia in labiis tuis,

a ¶Et. b ¶Aug. Lex per Moyſen, gratia per Chriſtum. quæ peccata ſoluit. Ioan. 1. b.

a ¶Aug. Propter gratiam, qua regnum cœlorum datur, cum olim terra. b ¶Hominem.

propterea benedixit te Deus in æternum. Accingere gladio tuo, ſuper

a ¶Dando tibi regnum, cuius regni non erit finis. b ¶A ſimilitudine pugnaturi. c ¶Aug. Quo diuidit filium à patre, nurum à ſocru, ideſt verbo Dei quo & hoſtes ſtrauit.

a ¶Carnem. b ¶Caſſ. vt ſm carnem venerandũ habeas. c ¶Aug. i. iuſtitia, vt pro eodem accipiantur.

femur tuum potentiſſimè. Specie

a ¶Et accinctus intende. ¶Hominem pereũtem miſeratus reſpice.

tua & pulchritudine tua, † intende,

a ¶Aug. Vt regnes per fidem in gentibus, quod iam factum eſt. b ¶Quia impletæ ſunt promiſſiones.

proſperè procede, & regna. Pro-

a ¶Quia paſſi ſunt martyres: vnde regnum creuit, vt & ipſe prior paſſus eſt.

pter veritatem & manſuetudinem,

d Speciosus forma &c. *Hic conſequenter ponitur narratio. & primò deſcribitur Regis Chriſti magnificentia. ſecundò ſponſæ decentia, ibi: Aſtitit Regina. tertiò prolis conuenientia, ibi: Adducentur. Circa primũ primò deſcribitur Chriſti magnificentia quantùm ad humanitatem. ſecundò quantũ ad deitatem, ibi: Sedes tua Deus. Iſta tamen diuiſio non eſt præciſa, quia in prima parte fit aliqua mentio de deitate, & in ſecunda de humanitate, ſed eſt à pluri. Circa primum ſciendũ, q̃ ſpecioſitas optimè ſedet in principe, propter quod dicit: Species Priami digna eſt imperio. & quantũ ad hoc dr̃ de Chriſto.* Speciosus forma, &c. *Fuit enim ſpecioſus præ alijs ex parte corporis, quia corpus eius fuit formatum ſpiritusſancti virtute, in cuius opere non poteſt eſſe error nec defectus. Similiter ex parte animæ, quia ab inſtanti creationis fuit repleta omnibus gratijs, virtutibus, & ſcientiis: ſecundum quod dr̃, q̃ datus eſt ei ſpiritus non ad menſurã. Secundò in principe ſedet optimè eloquẽtiæ claritas. & quantùm ad hoc ſubditur:*

*Porphyr. in prædi. 2. c. 2. de ſpec.* *Chriſtus ſpecioſus dicitur ſecundũ corpus, & animam.*

*Ioan. 3. d*

e Diffuſa &c. *vnde dr̃: Mirabantur omnes in verbis, quæ procedebant de ore eius.* *Luc. 4. d*

f Propterea. *Iſta benedictio eſt gloriæ corporis collatio, & ad cœlum aſſumptio: quam non habuit Chriſtus à principio, ſed ex virtutis merito. Tertiò in principe requiritur probitas. & quantùm ad hoc ſubditur:*

g Accingere gladio tuo. *non materiali, quo Chriſtus non fuit vſus, immo vſum eius prohibuit Petro. Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladium tuum in vagina. Et ideo gladius hic intelligitur verbũ Dei, ſecundum quod dicit Apoſtolus. Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Et iſto gladio vſus fuit Chriſtus ſuo verbo, præſcindens vitia, & errores.*

*Ioan. 18. b*

h Sup fe. *Per femur vbi viget vis gñatiua intelligitur humana natura, in qua Chriſtus prædicauit & docuit. conſequenter redit ad deſcribendum expreſſius ſpecioſitatẽ, dicens:*

† & in decore tuo proſperare, equita ſuper verbum veritatis & manſuetudinis & iuſtitiæ, & docebit te terribilia dextera tua, i. cũ ſplendore feliciter ingredior, & vehere velut quadriga, fide, manſuetudine & iuſtitia, & per omnia diriget te miranda dextera tua)

i Specie tua & pulchritudine tua. *Circa quod ſciendum, quòd ſpecioſitas propriè conſiſtit in viuacitate coloris, & proportione membrorum: ſed ad pulchritudinem cum iſtis requiritur debita perfectio quantitatis. vnde quarto Ethic. dicitur, quòd parui poſſunt dici formoſi & commenſurati, non tamen pulchri. In Chriſto autem nihil defuit de his, quæ pertinent ad debitam formoſitatem, & perfectionem corporis, & animæ: ideo non ſolùm à ſpecie, ſed etiam à pulchritudine commendatur.*

l Intende, proſperè. *Id eſt proſperitas populi tui. ad hoc enim tendebat intentio Chriſti.*

m Procede. *Per viam mortalis vitæ.*

n Et regna. *Quia ea finita obtinuit regnum quantum ad executionem, propter quod in ſua reſurrectione dixit Apoſtolis: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et quia gloriam corporis quam tunc habuit ex merito præcedenti acceperat, vt iam dictum eſt, ideo ſubditur:* *Epheſ. 6. c* *Ari. 4. Eth.* *Matt. 28. d*

o Propter veritatem, *Scilicet vitæ & doctrinæ.*

p Et manſuetudinem. *Quia moleſtias, & iniurias ſuſtinuit ſine mentis perturbatione, ſecundum quod prædixerat Eſa. Non erit triſtis, neque turbulentus.* *Eſa. 42. a*

¶ a Et iuſtitiam.

## NICOL. DE LYRA.

¶ *& ſubditur: Et concupiſcet Rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. Et in tranſlatione Hieron. iuxta Hebræum habetur: Et concupiſcet Rex decorem tuum, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adora eum. De Aſſuero autem, vel Salomone, vel Dauid, ſeu quocunque alio Rege mortali non poteſt dici, quòd ſit Deus & latria adorandus. Item Apoſtolus allegat hunc pſalmum dictum ad literam de Chriſto, dicens: Ad filium autem. Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi, propter quod pſal. iſte loquitur ad literam de Rege immortali Ieſu Chriſto, qui eſt verè Deus latria adorandus, & de ſua ſponſa eccleſia tanquam de Regina. Item in tranſlatione Chaldaica, quæ apud Hebræos eſt authentica, & vocatur Targũ, vbi nos habemus in hoc pſalmo. Speciosus forma præ filijs hominum, habetur ſic: Pulchritudo tua Rex Meſſia maior quàm filiorum hominis. Ex quo patet, quòd pſal. iſte intelligitur de Chriſto etiam ſecundum Hebræum. Igitur ſecundum hoc poteſt exponi tit. prædictus. Ad victoriam ſuper lilia &c. vt ſit ſenſus: pſal. iſte eſt eruditio facta per ſpiritumſanctum filijs Core cantici dilectionum ſuper lilia. i. de cantico dilectionum Chriſti & eccleſiæ per lilia deſignatorum: quia Chriſtus virgo eſt, & eccleſia mater, & virgo, & hic pſal. idem eſt, quòd iſtud canticum decantandum ad victoriam. i. cũ quodam conatu Leuitarum, ſicut frequenter ſuperius expoſitum eſt, & ad eundem intellectum de facili poteſt reduci tit. Hieron. vt patet de ſe. Secundum igitur hunc ſenſum pſal. iſte diuiditur in duas partes, quia primò præmittitur quædam præfatio. & ſecundò ſubditur narratio, ibi: Speciosus forma. Præmittitur autem præfatio, quia de maxima re loquitur pſal. iſte, ſcilicet de dulciſſima dilectione Chriſti & eccleſiæ. In qua præfatione primò ponitur principale agens huius pſalmi, ſcilicet ſpiritusſanctus in quadam plenitudine, cùm dicitur:* Eructauit cor meum. *Sicut enim venter ex plenitudine cibi corporalis emittit eructuationem, ſic cor prophetæ ex plenitudine gratiæ ſpiritualis emiſit hunc ſermonem. ideo ſubditur:*

a Verbum bonum. *Quia eſt miſterij Chriſti & eccleſiæ expreſſiuum, & ideo non ſolum bonum, ſed etiam optimum: & in hoc quodã generali tangitur materia huius pſal. Tertiò oſtenditur intentio, cùm ſubditur.*

b Dico ego opera mea regi. *Id eſt ad laudem Regis Regum Ieſu Chriſti. Quartò modus loquendi, cùm dicitur:*

c Lin. mea etc. *i. ſpiritusſancti, qui in docẽdo non indiget interuallo tpis.*

d Speciosus

## MORALITER.

✻ b *Dico ego opera mea regi.* Id eſt verbo vocis exprimo cõceptus meos bonos ad laudem Regis omnium. Sed quoniam cor & lingua prophetæ in hoc mouebantur à ſpiritusſancto, ſubditur:

c *Lingua mea cal. ſcribæ. &c.* Id eſt ſpiritusſancti, qui temporis interuallo non indiget ad docendum.

d *Speciosus forma præ filijs hominum.* Hic pſal. accedit ad narrationem, in qua primò deſcribit ſponſi. ſ. pontificis conditionem, dicẽs: *Speciosus forma &c.* Quia pontifex debet præcellere ſubditos in decore ſanctitatis. Greg. in paſtorali: Tantùm actionẽ populi tranſcendere debet actio præſulis, quantum diſtat à grege vita paſtoris. *Greg. in Paſtor.*

e *Diffuſa eſt gratia in lab. &c.* Nam labia pontificis debent eſſe gratioſa in diuinorum celebratione & in efficaci prædicatione.

f *Propterea benedixit &c.* Per hoc enim meretur à Deo benedici per gratiam in præſenti, & per gloriam in futuro.

g *Accingere gladio tuo.* Scilicet gladio verbi diuini ad præſcindendum errores circa fidem, & circa mores.

i *Specie tua.* Quantùm ad puritatem mentis.

K *Et pulchritudine tua.* Quantum ad honeſtatem conuerſationis.

l *Intende, proſperè.* Ideſt ad proſperitatem eccleſiæ.

m *Procede.* De bono in melius.

n *Et regna.* Fideliter eccleſiam regendo.

o *Propter veritatem.* Oris.

p *Et manſuetudinem.* Cordis.



✻ a *Et iuſtitiam.*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

E a *Mirabiliter dextera tua*. Quia omnes mirabuntur, vel quia miracula faciet.

In marrat. pſal.44.10.B — b *Populi ſub te*. Inimicorum Regis. *Aug*. Id eſt multi de ſuis inimicis ſupponent ſeſibi, & hoc ratione vel voluntate: Hoc eſt quod titulus dixit: pro his qui commutabuntur ex filijs Core.

c *In corda inimicorum Regis*. *Caſſ*. Id eſt inimicorum tuorum, vt ſint amici ſicut Saulus.

Vbi ſupra. — d *Sedes tua Deus*. *Caſſ*. Hic à iudicio ſedes, ad iudicium pertinet.

e *Virga regni tui*. *Caſſ*. Regula diuinæ ęquitatis, quæ verè recta & nūquam curuat: hæc iuſtos regit, iniquos percutit. *Aug*. Nemo ſibi multum de miſericordia præſumat, blādiatur: quia virga directionis ſi alios regit, alios conterit: regit ſpirituales, conterit carnales.

f *Dilexiſti iuſtitiam*. *Aug*. Vel, quia Dilexiſti iuſtit. & odi. reddita ſunt hæc præmia, fecit te regem, dando nomē quod eſt ſuper omne nomen.

† impietatem — g *Et odiſti iniquitatem*. Si homo iniquitatem in ſe odit, cum Deo facit, odit Deus iniquitatem, oderis & tu.

h *O Deus d*. *Aug*. Bis ponitur in Græco apertè, alter vocatiuus, alter nominatiuus. Iſte vnctus eſt, ille lapis, quē Iacob vnxit.

† principibus ſodalibus) — i *Myrrha & gutta*. *Caſſ*. Hic laudat propheta ſponſum ab vxore & ornatu, primò ab ornatu. *Auguſt*. Myrrha & gutta. Odores bene adhibentur nuptiali thalamo. Gutta, quæ & amoniaca. Caſia, quæ & fiſtula. i. diuerſa virtutum odoramenta. Myrrha eſt carnis amaritudo, quæ pellit vermes malorum deſideriorum & malę conſcientiæ, & ſeruat à putredine vitiorum. Gutta pellit omnes inflaturas, & tumores. i. humilitas quę curat duritias cordium, ita duritiam cordium prædicatio Chriſti. Caſia in aquoſis naſcitur, & creſcit in immenſum, & reddit odorē: fides, quæ per baptiſmum creſcit: veſtis à qua hæc fluūt, eccleſia quam ſanguine abluit à macula: extendit in cruce à ruga duplicitatis. Vel veſtis qua celatur deitas, corpus Chriſti ab hoc venit myrrha, quia mortuus pro omnibus. Gutta, quia duritiā cordium prædicatione reſoluit. Caſia, id eſt redemptio per aquam baptiſmi.

† aloes (ſtacten)

Caſiæ natura, & quid ſignificet.

F

Sup.44.pſal. verſu 7. — K *Eburneis*. *Hieron*. In ebore caſtitas, quod prius obſcurum ſerris & limis lucidum fit, ita ſancti per ſectiones & attritiones diuerſorum ſuppliciorum elimati virtutum varietate fiunt lucidi.

l *Filiæ Regum in honore tuo*. *Aug*. Terrenorum non curantes honorem patrum, ſed Chriſti. Vel, Regum. i. Apoſtolorum. In lege ſcriptum eſt: Si mortuus fuerit frater, accipiat vxorem frater eius, & ſuſcitet ſemen, nō ſibi, ſed fratri ſuo: & habeat natus nomē defuncti. i. Chriſti crucifixi. nam à Chriſto Chriſtiani fideles dicuntur, non à Petro Petrini, vel à Paulo Paulini, qui tū defuncto Chriſto tanquam fratres ſpōſam eius. i. eccleſiam regendam, & ad ſemen excitandum ſuſceperunt.

Matth.22.b

m *Aſtitit Regina &c*. *Caſſ*. Hic ab vxore cōmendat ſponſum.

a *Varietate*

a ¶Aug. Quia veniet, vt iudicet ſm opera vniuſcuiuſque.

& iuſtitiam, & deducet te mirabili-

a ¶Potentia verbi. b ¶Et. ¶Caſſ. Verba quæ corda penetrāt, & velociter quo vult perueniunt, & lōge diſtgunt: Supra gladius poſitus eſt. qui prope ferit: & ſic incōprehenſibilis potentia Chriſti oſtēditur.

ter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ,

a ¶Per eas vulnerari. b ¶Aug. Vbi ſe erigebant contra Chriſtum. ibi cadunt ante eum.

(populi ſub te) cadent, in † corda

a ¶Regni. Id eſt iudiciaria & regalis poteſtas.

inimicorum Regis. Sedes tua Deus

a ¶Caſſ. quicquid conſtituit, non mutatur. ¶Quod te decet. b ¶Aug. quæ diſtortos dirigit.

in ſeculum ſeculi: virga † directionis

a ¶Gubernatio. ¶Sceptrū. b ¶Verè directionis, quia c ¶Non ſolum iuſtus in te, ſed etiā in aliis diligis iuſtitiā.

virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam,

a ¶Aliter non perfectè diligit iuſtitia. b ¶Non homines.

& odiſti † iniquitatem: propterea

a ¶Vt diligeres iuſtitiam & odires iniquitatem. b ¶Quia homo Deus. ¶Secundum hominem, regem & ſacerdotem ſignificat. c ¶O ¶Pater. d ¶Spirituali. e ¶Pro puritate conſcientiæ & plenitudine gratiæ.

vnxit te Deus, Deus tuus † oleo læti-

a ¶Apoſtolis & aliis in quos ab eo vnctio gratię efflueret.

tiæ præ † conſortibus tuis. Myr-

a ¶Mortificatio carnis. b ¶Boni odores virtutum his aromatibus ſignantur. vnde: Chriſti bonus odor ſumus. 2. Cor. 2. d. ¶Humilitas. c ¶Fides. d ¶Spirabunt aliis per exemplum.

rha & † gutta & caſia † à veſtimētis

a ¶Ab eccleſia. ¶Aug. Cordibus ſanctorum: quibus inhabitat Deus. b ¶Aug. Propter caſtitatem, vel virtutum decorem. c ¶Odoramentis.

tuis, † à domibus eburneis, ex qui-

a ¶Apoſtolorum: vel ad literam, terrenorum.

bus delectauerunt te filiæ regū † in

a ¶Qui primus frater. ¶Id eſt Chriſti. b ¶Qua ſub lege regit. Sponſa, eccleſia. c ¶Quæ à ſiniſtris, non eſt regina, ſed ancilla. ¶In æternis ſpe.

honore tuo. † Aſtitit † regina à de-

G

*duæ naturæ inſeparabiliter coniunctæ in vno ſuppoſito. Dicit igitur*: Sedes tua Deus. *Id eſt maieſtas regia. vnde in Hebræo, & in tranſlatione Hieron. iuxta Hebręum ponitur: Thronus tuus Deus. Thronus autem dicitur propriè ſedes regiæ maieſtatis.*

*b* In ſec. &c. *In Heb. hř,* עולם ועד *holam vahed: & ſignificat in ſeculum ſeculi, & vltrà: & eſt regula apud Hebręos, quòd vbicunque ſic ſcribitur, intelligitur duratio perpetua à parte finis, & aliquando ab vtraque parte. Ex quo patet, quòd hic fit ſermo de regno Chriſti, de quo ſcribitur in Dan. Poteſtas eius poteſtas ęterna, quæ nō auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.*

*i* Virga. *Diſtinguitur enim regnum à tyrannide, per hoc quod tyrannus quęrit vtilitatē propriam per ſubditorum oppreſſionē: Rex autem bonum commune ſubditorū per eorū directionē ſecūdū lineā veritatis & iuſtitiæ.*

*l* Dilexiſti. *Hoc autem dř de Chriſto ratione humanitatis, propter illud quod ſubditur:*

*n* Vnxit te Deus, &c. *Chriſtus enim in humana natura vnctus fuit plenitudine gratię ab inſtanti creationis animæ.*

*o* Præ conſortibus. *i. omnibus intellectualibus creaturis: propter quod dicitur Io. 3. d. quòd datus eſt ei Spiritus, non ad menſuram.*

*p* Myrrha &c. *Per iſtas ſpecies aromaticas poſſunt intelligi aromata, quæ ſanctæ mulieres emerunt ad vngendū corpus Dñi: quia de talibus ſpecieb. erāt confecta. Et quia corpus dñicū erat quaſi veſtimentū deitatis, ſecundū qđ ſcribit. Habitu inuētus vt homo, iō ſubdit*

*q* A veſtimentis. *Et dicitur in plurali propter diuerſas partes corporis.*

*r* A domibus. *Domus eburneę ſunt pyxides factę de ebore, vel alabaſtro, quod eſt ſimile ebori, in quibus illa aromata erant repoſita ſicut in domibus ſuis.*

*s* Ex quibus. *Quia deuotio illarum mulierū fuit accepta à Chriſto, licet non vnxerint corpus eius, quia non inuenerunt eum in ſepulchro: iam enim ſurrexerat teſte angelo.*

*u* Filiæ regū. *Inter. n. mulieres illas fuerunt Maria Iacobi & Maria Salome, q̄ fuerūt ſorores B. Virg. Mariæ ex parte matris: de qua certū eſt, quòd deſcēdit de ſtirpe Dauid, et aliorū regum à Dauid deſcendentiū: & idē veriſimile eſt de ſuis ſororibus, ideo dř hic:* Filiæ reg. *Quia illā vnctionem facere volebant ad Chriſti honorē.*

H

*x* Aſtitit Regina. *Hic conſequenter deſcribitur Reginę decentia, cùm dicitur:* Aſtitit Regina. *ſ. eccleſia, Chriſti ſponſa.*

*y* A dextris. *i. in potioribus bonis eius: quod patet de eccleſia triūphāte, quæ eſt cū Chriſto in bonis cęleſtis glorię, ſimiliter de militante, quę aſtat ipſi Chriſto in bonis gratiæ, quę ſunt maxima bona præſentis vitæ.*

¶ *a* In veſtitu.

## NICO. DE LYRA.

¶ *a* Et iuſtitiam. *Abundantem quam fecit in ſua paſſione, offerendo ſeipſum Deo patri pro offenſa generis humani: & fecit reconciliationem per viam iuſtitiæ.*

*b* Et deducet te mirabiliter *Per dexteram quæ eſt pars nobilior, & fortior intelligitur diuinitas Chriſti, cuius organo coniuncta erat humanitas: & ideo in omnibus mouebatur ſecundum motum deitatis.*

*d* Sagittæ. *ſecundū quod dicit Ra. Sa. litera iſta eſt reuerſata, ſicut & in pluribus locis ſacræ ſcripturæ: & ad habendū planum intellectum eius ſic eſt ſituanda: Sagittæ tuæ acutæ cadent in corda inimic. reg. populi ſub te. Per ſagittas quæ miſſæ à longe feriunt, intelliguntur Apoſtoli à Chriſto miſſi ad prædicandum & deſtinati. Marc. Euntes docete omnes gentes. Et iſtæ ſagittæ ceciderunt in corda inimicorum Chriſti, ita penetrantes corda infidelium, & Gentilium, quòd multi conuerſi ſunt ad fidem per orbē vniuerſum, & ſic facti ſunt de inimicis amici, ideo ſubditur:*

Marc.16.d

*f* Sub te cadent &c. *Id eſt ſub obedientia tua Chriſte.*

*g* Sedes tua Deus. *Hic conſequenter deſcribitur magnificentia Regis quantum ad deitatem, tamē cum hoc adiungitur de humanitate: quia iſtæ*

*duæ*

## MORALITER.

✻ a *Et iuſtitiam*. Operis.

b *Et deducet te*. Per viam vitæ præſentis ad gloriam vitæ cœleſtis.

c *Dextera tua*. Id eſt Chriſtus qui eſt beatitudo tua, quæ per dexteram deſignatur.

d *Sagittæ tuæ acutę*. i. doctrinæ tuæ ſint efficaces ad penetrandum.

e *Populi &c*. i. vulgares ab hæreticis decepti obedient tibi.

f *In corda &c*. i. hæreticorum, qui ſunt inimici Regis omnium.

g *Sedes tua Deus &c*. Hic accipitur Deus ſecundum moralem ſenſum denominatiuè, ſicut pſal. 81. b. Ego dixi dij eſtis &c. nam homines perfecti, participatione dicuntur dij.

i *Virga directionis*. In moribus & fide.

K *Virga regni tui*. Ad hoc enim pontificis regimen ordinatur.

l *Dilexiſti iuſtitiam*. Nam iſtæ ſunt duæ partes iuſtitiæ.

m *Propterea vnxit te Deus, &c*. Vnctione gratiæ.

o *Præ conſortibus tuis*, i. clericis & capellanis tuis.

p *Myrrha &c*. Per has ſpecies aromaticas ſignantur virtutes, ex quibus procedit odor bonæ famæ, qua debet pontifex redolere.

r *A domibus eburneis*. Id eſt religioſis, quæ dicuntur eburneæ, propter obſeruantiam caſtitatis.

s *Ex quibus*. Scilicet bonis odoribus.

t *Delectauerunt te &c*. Id eſt perſonæ deuotæ, quæ ſunt patris & filij & ſpiritusſancti filiæ. licet enim tres perſonæ ſint vnus Rex ſicut vnus Deus, tamen ſunt tres vnum regnum habitantes: & bona fama talium ſubditorum delectat bonum prælatum, hoc etiam cedit ad honorem ſuum, ideo ſequitur: In honore tuo.

x *Aſtitit Regina, &c*. Deſcripta ſponſi conditione ponitur hic conſequenter deſcriptio ſponſæ. ſ. eccleſiæ ſuæ, cùm dicitur: *Aſtitit Regina*. i. eccleſia, quæ ſtare debet per virtutis eminentiam, & non iacere per puſillanimitatem. ideo ſubditur:

y *A dextris tuis, &c*. i. in proſperitate virtutis. ideo ſubditur:

✻ a *In veſtitu*.



a *Varietate*. *Caſſ*. Et ſi ſit vnitas in charitate, tamē auro, id eſt doctrina apoſtolorum, cocco martyrum, gemmis virginum, purpura pœnitentium ornatur.

A

b *Audi filia*. *Caſſ*. Laus ſponſæ ſummiſſior, ſed quadruplex, à forma, à gloria, ab adoleſcentulis, à prole. *Aug*. *Audi filia*. Alloquitur propheta Reginam tanquā vnus de patribus. Iudæi viderunt, & occiderunt. tu audi euangeliū, & credendo videbis Deum: hic per imaginem, in futuro per ſpeciem. vel, Audi prophetias, quæ incarnationē prędixerunt, & vide impletas.

c *Et concupiſcet Rex &c*. *Caſſ*. Hic laudat eam à forma.

d *Tyri*. *Caſſ*. Per Tyrum vicinam Iudeæ gentes deſignat. vnde mulier Chananea eccleſiæ figura. *Caſſ*. Tyri gentium, à parte totum.

e *In muneribus*. *Aug*. Vt ſe offerant, vel eleemoſynas faciant. Filiæ Tyri. ſ. omnes diuites plebis, nobiles, ſapientes, & huiuſmodi. Vel, filiæ Tyri. i. anguſtiæ. ſ. peccatorum, gentes. ſ. quæ ſunt in anguſtia peccatorum.

f *Omnis gloria*. *Caſſ*. A gloria ſponſæ, vt ſupra à poteſtate ſponſi.

g *Abintus*. *Aug*. Vel intrinſecus. *Aug*. Sit ergo eleemoſyna in occulto, vbi Deus videt. Vel non in circumciſione manufacta ſicut in veteri lege, ſed in ſpiritualibus.

h *Fimbriæ*. *Caſſ*. Finis veſtis ſignificat finem mundi, vel hominis.

i *Aureis*. Non deauratis, vt ſuprà ſed aureis, quia in fine tota perfectio eſt, vbi charitas inuenitur plena.

K *Adducentur*. *Caſſ*. Hic laudatur ſpōſa ab amicabus, vt ſupra à iudicio. *Caſſ*. Adducētur oportuna prædicatione.

B

l *Poſt eam*. *Caſſ*. Prius vnitas dicitur, poſt enumeratio partiū eſt diſtincta, cum dicitur: Virgines & proximæ.

m *Afferentur in lætitia*. *Caſſ*. Importuna prædicatione conuerſi, vel adducentur virgines, vt robuſti, afferētur proximæ imbecillitate fatigati.

n *In templum Regis*. *Aug*. Quia ſunt & hæreticæ virgines extra templum, cuius iunctura eſt charitas.

o *Pro patribus tuis*. *Caſſ*. Quantò incremento profecerit in prole. *Caſſ*. Vel, pro antiquis patribus idolorum cultoribus, nati ſunt apoſtoli, principes, prædicationes. *Auguſt*. Vel poſt prophetas Apoſtoli, poſt Apoſtolos alij. Cantatur hic pſal. de feſto beatæ Mariæ Virginis, quia quæ de eccleſia generaliter hic dicuntur, ad Mariam ſpecialiter referri poſſunt.

Cantatur

a ¶Caſſ. Bonorum operum. b ¶Non aureo, ne ſola ſit charitas, ſed & cætera quæ charitas ornat. ¶Aug. Doctrina ſapientiæ omnibus linguis variata, & tamen veſtis catholicæ doctrinæ vna eſt.

xtris tuis † in veſtitū deaurato circū-

a ¶Meritorum. b ¶Et ò Regina. c ¶Mea prædicatione genita. d ¶Deum ipſum. e ¶Parum eſt audire, niſi humiliter audieris.

data varietate. Audi filia & vide, et

a ¶Ritus legis vel idololatriæ, per quos ſeruis Regi Babyloniæ. b ¶Aug. Babyloniæ, vnde creuit eccleſia.

inclina aurē tuā, & obliuiſcere po-

a ¶Babyloniam quæ eſt contra Ieruſalem. ¶Conuerſationem & conſortium. b ¶Diaboli.

pulum tuum, & domum patris tui.

a ¶Quem ipſe fecit in te. ¶Quod eſt magnum.

† Et concupiſcet Rex † decorem

a ¶Non qualiſcunque Rex. ¶Non prior pater. ſ. diabolus. b ¶Non modo ſponſus.

tuum: quoniam ipſe eſt Dominus

a ¶Omnes populi de quibus facta es. b ¶Regem tuum.

Deus tuus, & † adorabunt eum.

a ¶Etiā. b ¶Aug. Quia vult vt in cœlo theſaurizemus & largiendo temporalia. c ¶Vultus eccleſiæ prodeſt eleemoſynas facientibus, ne extrapoſiti faciāt, vt ſit gloria Dei non ſua. ¶Conformitatem.

Et filiæ Tyri in muneribus vul-

tum tuum deprecabuntur, omnes

a ¶Hæ ſunt filiæ Tyri. b ¶Concupiſcet Rex decorem tuum qui non eſt niſi intus.

diuites plebis. † Omnis gloria

a ¶Aug. In conſcientia. b ¶In doctrina ſapientiæ. ¶In fine ſeculi vel cuiuſque hominis, quando perfecta erit charitas.

eius filiæ Regis abintus, † in fim-

a ¶Quæ eſt Regina. b ¶Caſſ. Varietas linguarum decus doctrinæ: ſed non prodeſt niſi ſit in tua gloria. ¶Virtutum, vel gentium.

briis aureis, circumamicta varie-

a ¶Caſſ gratia Dei, nō enim à ſe. b ¶Caſſ. Pudicæ mētes.

tatibus. † Adducentur Regi uirgi-

a ¶Primum. b ¶Caſſ. Non alienæ ab ea, ſed ad eā pertinentes. ¶Viduæ caſtę quæ gradu ſecundo. ¶Reginæ.

nes poſt eam, proximæ eius affe-

a ¶Miniſteriis angelorum. b ¶O Rex. c ¶Caſſ. quia ſexus ille fragilis vincit graues paſſiones corporis.

rentur tibi. † Afferentur in lętitia &

a ¶Caſſ. Non ſolum ad conſpectum, ſed in penetrabilibus regum, id eſt Ieruſalem futuram. ¶Tanquam viui lapides. b ¶Aug. in eccleſiam præſentem.

exultatione: † adducentur in tem-

a ¶Adducētur nam. b ¶Aug. apoſtolis, epiſcopi quos eccleſia genuit, & in ſede patrum conſtituit.

plum Regis. † Pro patribus tuis

C

*e* Et vide. *Intelligendo.*

*f* Et inclina aurem tuam. *Ad obediendum opere adimplendo.*

*g* Et obliuiſcere etc. *i. Iudaicum populum, de quo deſcendit primitiua eccleſia, ſicut patet in Apoſtolis qui fuerunt natione Iudæi.*

*h* Et domum patris tui. *i. ſynagogam ſiue templum in quo conueniebāt Iudæi ad ſacrificia offerendum, quæ ceſſauerunt, eò quòd eſſent figuræ oblationis corporis Chriſti in cruce: & ideo illis ſacrificijs legalibus & imperfectis ſucceſſit ſacrificium vnū perfectiſſimum. ſ. Euchariſtię ſacramentum.*

† circundata varietate

*i* Et concupiſcet &c. *Quia Chriſtus Rex delectatur in cultu ſpirituali eccleſiæ, quæ eſt pulchrior, quàm cultus exterior ſynagogæ in auro templi & ſimilibus conſiſtens.*

*l* Quoniam ipſe &c. *Propter hoc Chriſtus dicebat. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorāt, in ſpiritu & veritate oportet adorare.* Ioan.4.d

*m* Et fil. Tyri. *Tyrus fuit ciuitas gentium: & ideo per filias Tyri intelliguntur ciuitates Gentilium, deſignando à parte totum. Et multæ ciuitates Gentilium cōuerſæ ſunt ad fidem per prædicationem Apoſtolorum, offerentes Chriſto munera deuotè.* Tyrus.

† ſpeciem tuam

*n* Vultum. *Videmus enim adimpletū, quòd principes mundi & potentes honorant Chriſtum & eccleſiam ſuā humiliter ſe ſubijciendo eis.* † incuruate ei

*o* Omnis gloria. *Gloria. n. eccleſiæ conſiſtit in ornatu interiori chariſmatum & virtutū, & non in magno apparatu exteriori: ſicut ſinagoga gloriabatur in parietibus tēpli deauratis, & vaſis aureis & cæteris pretioſis in miniſterium templi deputatis. ideo ſubditur:*

*p* In fimbriis aureis. *i. ſapientiæ doctrinis.* † vel. Tota glorioſa eſt filia regis intrinſecus.

*q* Circumamicta varietatibus. *ſ. diuerſorū ſtatuum, quæ ſunt in eccleſia Dei, & in varietatibus chariſmatum, & virtutū, quę ſunt in perſonis huiuſmodi ſtatuum.*

† palis aureis inducta, vel ex texturis auri veſtimentum eius

*r* Adducē. re. *Deſcripta magnificentia Regis et Reginæ in ſeipſis, hic conſequenter idē oſtēditur in prole procedēte ab eis, nō per carnalē gnationē, ſed ſpiritualē. ſ. per fidē et ſacra. Et primò agitur de filiabus, ſecundò de filijs, ibi: Pro patribus. Circa primùm dř* Adducē. re. *loquitur hic de ſponſa per ſimilitudinē Reginæ quā ſequuntur domicellæ ad eius honorem. vnde in Heb. dř ſic: In brodatis ducetur ad Regem, virgines ſequuntur eam. & in tranſlatione Hieron. iuxta Heb. habetur: In ſcutulatis ducetur, hoc eſt in veſtibus pulchrè & variè depictis & ornatis ducetur eccleſia ſponſa ad Regem Chriſtū, & virgines ſequūtur eā, quia multæ nobiles puellæ ſpreto maritali thoro virginitatem ſuam conſecrauerūt Chriſto: quod cedit ad honorem eccleſiæ.*

Diuiſio.

D

*t* Proximæ eius. *Et in tranſlatio. B. Hieron. habetur: Amicæ eius ducentur tibi. huiuſmodi enim virgines conſecratæ ſunt amicæ eccleſiæ: & totum ordinatur ad honorem ſponſi Chriſti.*

*u* Afferē. in læ. *ſ. mentis. aliter. n. talis conſecratio non placet Chriſto, vtpote ſi fieret per violentiam, Poteſt etiam dici aliter:* Afferen. &c. *Quia talia facta perfectionis fiunt angelis ſanctis procurantibus, qui de talibus lætantur & exultant: quia ſcribitur, quòd gaudent de pœnitentia peccatorū, & per conſequēs de promotione iuſtorum ad opera ſupererogationis.* Luc 15.b

*y* Adducentur in templum Regis. *i. ad ſeruiendum Chriſto Regi: aliter non ei placerent, ſed magis diſplicerent, ſicut patet de virginibus, quæ conſecrabantur ad ſeruiendum deæ Veſtæ.*

*z* Pro patribus tuis. *Hic conſequenter agitur de filijs, & conuertit pſal.*

¶ *verbum*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* In veſtitu. *Per hoc intelligitur decor ſapiētiæ, q̄ refulget in eccleſia.*

*c* Circundata varietate. *ſ. chariſmatum & virtutum.*

*d* Audi filia. *Legem euangelicam. ſicut enim eccleſia eſt Chriſti ſponſa, ita & eius filia.*

*e* Et vide.

## MORALITER.

✻ a *In veſtitu*. Scilicet virtutum, quæ ſunt veſtes animæ.

b *Deaurato*. ſ. charitate quæ eſt forma virtutum.

c *Circundata varietate*. ſ. bonorum operum. Et quia ſemper niti debet ad proficiendum, ſubditur:

d *Audi filia*. Chriſtum in Euangelio loquentem.

e *Et vide*. Conſiderando eius vitam.

f *Et inclina &c*. Ipſum imitando per obedientiam perfectam.

g *Et obliuiſcere &c*. i. omnem carnalem affectum deordinantem.

i *Et concupiſcet Rex*. ſ. cœleſtis.

K *Decorem tuum*. Coniungendo te ſibi per cultum latriæ valde deuotum. ideo ſubditur:

l *Quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus*. Latria adorandus.

m *Et filiæ Tyri*. Tirus fuit ciuitas populoſa multis diuitiis & mercatoribus plena, vt patet Ezech. 27. & ideo Tyri filiæ dici poſſunt perſonæ diuites, operibus tamen miſericordiæ intendentes: propter quæ preces eorum exaudibiles ſunt apud Deum.

o *Omnis gloria eius filiæ Regis abintus*, i. in puritate conſcientiæ. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.

p *In fimbriis aureis*. Per quas ſignatur honeſtas conuerſationis.

q *Circumamicta varietatibus*. id eſt bonis operibus.

r *Adducentur Regi &c*. Deſcriptis conditionibus boni pontificis, & eccleſiæ, hic conſequenter deſcribitur fructus vtriuſque, qui conſiſtit in multiplicatione cælibatus in perſonis vtriuſque ſexus, quod notatur, cùm dicitur: *Adducentur Regi*. Id eſt conſecrabuntur Chriſto per obſeruantiam caſtitatis.

s *Poſt eam*. Quia quælibet talium perſonarum eſt eccleſiæ domicella: & ſic ei proxima.

u *Afferentur tibi in lætitia*. Id eſt deuotione mentis.

x *Et exultatione*. Quia feruēs deuotio interius reſultat ad corpus exterius. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Pſal.83.a

y *Adducentur &c*. Ad deſeruiendum ſibi obſequio deuotionis. Conſequenter agitur de cælibatu in virili ſexu, cùm dicitur:

z *Pro patribus tuis &c*. Pontificum patres ſunt Apoſtoli, quorum ſunt ſucceſſores: vt habetur in Decr. diſt. xxj. in nouo teſtamento, & boni diſcipuli pontificum ſuccedent eis in regimine eccleſiarum,



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E cantatur etiam pro virginibus, quia ibi dicitur: Adducentur Regi virgines. Et pro Apoſtolis, quia ibi dicitur: nati ſunt tibi filij. Item de natiuitate Domini, quia ibi agitur de laude ſponſi & ſponſæ, & de nuptiis Chriſti & eccleſiæ, quarum deſponſatio facta eſt in verbi incarnatione.

*inſcripto dimiſerunt, reduxerunt & reducent ad memoriam facta Regis* G *Chriſti generationibus ſibi ſuccedentibus vſque ad finem mundi.*
d Propterea populi. *Credentes per eorum doctrinam.*
e Confitebuntur tibi. *Confeſſione laudis.*
f In ęternum etc. *Quia iſta laus non ſolum eſt in præſenti, ſed erit potior in futuro, ſecundum quod dicitur infrà, Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.* Pſal.

† erunt filij tui,

† nati ſunt tibi filij, conſtitues eos
a ¶Non in vno loco eccleſia.
principes ſuper omnem terram.
a ¶Principes ſuper omnem terram. ¶Caſſ. Memores dicit populos Chriſtianos, qui in eorum prædicationibus per omnes ſucceſſiones perſeuerant.
Memores erunt nominis tui dñe in
omni generatione & † generatione.
a ¶Aug. Vna confeſſione. ¶Aug. Hæc confeſſione vnitatis valet.
Propterea populi confitebũtur tibi
a ¶Præſentis ſeculi. b ¶Vbi ęterna laus. ¶In futuro:
in ęternum, & † in ſeculum ſeculi.

† vltrà vel in ſempiternum

## NICOL. DE LY.

*verbum ſuum ad regem Chriſtum, dicit:* Pro patribus tuis. *i. loco patrum tuorum ſecundum humanam naturam, qui fuerunt patriarchæ, reges ſancti & prophetæ, ex quibus deſcendit Chriſtus ſecundum carnem.*
a Nati ſunt tibi filij. *id eſt Apoſtoli & ſeptuagintaduo diſcipuli, qui patriarchis & prophetis ſucceſſerunt.*
b Cõſtitues eos principes ſuper omnem terram. *In ſpiritualibus, quia conſtituti ſunt epiſcopi per diuerſas orbis partes.*
c Memores erunt &c. *Quia per doctrinam quam ſeminauerũt, & quã in ſcripto*

## MORALITER.

✻ ideo dicitur: *Pro patribus tuis, &c.* i. loco patrum ſuccedentes: Vel: *Pro patri. tu.* i. propter merita patrum. Et quoniam hæc inſtitutio principaliter eſt à Chriſto, & ad eius obſequium ordinata, ſubditur:
c *Memores erunt &c.* i. in futuris generationibus ſibi ſuccedentibus.
d *Propterea populi.* Ab eis edocti.
e *Confitebuntur tibi.* Fidei cõfeſſione in præſenti, et laudis perpetuæ in futuro.

## GLO. ORDIN.

a *In finem. Caſſ.* Pſalmus Dauid, alicuius fidelis de Iudęa, vt ſit certius teſtimonium.
In expoſitio. pſal. 45.
b *Filijs Core. Caſſ.* Filij crucis de arcanis, id eſt de aduentu Chriſti loquitur.
c *Pro arcanis.* Pro manifeſtatione arcanorum, quòd Deus ſit homo, ꝙ ſalus promiſſa vtrique populo, quòd cæcitas contingit in Iſrael, ꝙ Apoſtoli tranſierunt ad gentes, quòd pax in terra. vnde: Cõflabunt gladios ſuos in vo. & lanceas ſuas in falces.

† vide pſ. 4
† ſuper alamoth (inſtrumenti muſici nomen, quod occultas iuuenculas, ſiue virgines interpretatur)

*per iuuentutes canticum, vt ſit ſenſus, Pſalmus iſte appropriatur filijs Core vt autoribus, qui eſt canticum ſuper iuuentutes, ſcilicet filiorum Core miraculosè ſaluatos, vt dictum eſt. Ad victoriam, id eſt qui eſt pſalmus decantandus à Leuitis cum quodam conatu victoriæ, ſicut frequenter ſuprà expoſitum eſt. Dicit autem Rabi Salomon vlterius, quòd in hoc pſalmo denunciauerunt filij Core ſimile ſignum in futuro fiendum: de quo dixerunt: Non timebimus, dum turbabitur terra &c. Sed quia tale ſignum non legitur poſtea factum maxime tempore filiorum Core, videtur melius dicendum, quòd fecerunt hũc pſalmum, gratias agentes Deo de liberatione ſua: & cum hoc denunciantes aliqua circa filios Iſrael de proximo ventura. Et primò ponitur primum, ſecundò ſecundum, ibi: Fluminis impetus. Circa primùm dicitur:* Deus noſter, etc. *Per veram fidem & confeſſionem.*
b Refugium et virtus. *Supple es nobis, ideo ſubditur:*
c Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. *In hoc, quòd terra aperta eſt ſub pedibus noſtris, & ſaluaſti nos pereuntibus alijs.*
d Propterea non timebimus, dum turbabitur terra. *Id eſt non timuimus, videntes manifeſtè auxilium gratiæ tuæ. Et loquuntur de pręterito per modũ futuri: & hic modus loquendi eſt frequenter in prophetis, ſicut econuerſo frequenter in prophetis loquuntur de futuro per modum pręteriti. Vel aliter, vt ſit locutio de futuro, vt ſit ſenſus: Propterea quia ſaluaſti nos in terręmotu tam mirabili & horribili. Non timebimus dum turbabitur terra, id eſt ſi accidat caſus ſimilis, vel etiam magis horribilis, & hoc de tua bonitate & potentia confiſi.*
e Et transferentur montes in cor maris. *Id eſt ſi contingeret motus terræ tam horribilis, quòd ex hoc montes propinqui mari caderent in mare, ſicut aliquando contingit in terræmotibus magnis. Et quia ex tali caſu cauſatur ſonus terribilis, & turbatio aquarũ maris, ideo ſubditur:*
a Sonuerunt

† In finem filiis Core pſalmus
Dauid † pro arcanis. XLV.
a ¶Communis. b ¶Non modo Iudęorum. c ¶Aug. alij dij non ſunt refugium. ¶Dñs de periculo liberat. d ¶Aug. Quia eſt refugium vbi plus timetur: quo quis confugerit plus infirmatur. Non eſt refugium noſtrum tale, ſed refugium noſtrum virtus.
Eus noſter refugiũ, & † uirtus, adiutor in tribulationibus, quæ
a ¶Ideo ad te fugiẽdũ. ¶Es. b ¶Quia iuuat vincere eas.
a ¶Aug. Quæ enim intus ſunt à nobis nimis ſunt: ſed & hic adiuuat, quia peccata dimittit. ¶Aug. non nos eas, vt per nos pœniteremus: vbi tamen & ille rogandus: ſed & ipſæ tribul. nos inuene. aliis monentibus pœnitere. b ¶Quia hic perimus. c ¶Caſſ. quia talis eſt ſecuritas
inuenerũt nos nimis. Propterea nõ
a ¶Aug. Nos qui mõtibus conſentimus, timeãt contrarij. b ¶Caſſ. De nouitate tanti miraculi in aduentu Chriſti.
timebimus, dũ † turbabitur terra: &
a ¶Ideſt Apoſtoli, ſecundùm illud: Quia repuliſtis verbum Dei, ecce conuertimur ad gentes. b ¶Quia gentes credunt eis. ¶Aug. In fidem gentium.
transferentur montes in cor maris.

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. XLV.

Eus noſter. *Caſſ.*, *Aug.* In aduentu Domini omnis ſpes habenda oſtenditur: etiam in tranſitu Apoſtolorum ad gentes.
Rom. 11. c
d
Eſa. 2. a
Vbi ſupra.
In enarrat. pſal. 45. no. 8
e *Inuenerunt nos nimis. Aug.* Nos enim fugiebamus eas. Vel, inuenerunt nos
F expoſitos per Adam. Nimis, tantò potentior qui liberat.
f *Terra. Caſ.* Iudæa, quaſi arida: ſine idololatria, amaritudine gentium circundata. Vel, mare. *Aug.* ſeculum.
g *Cor maris.* Immanitas gentium.
a *Sonuerunt*

## NIC. DE LY. PSAL. XLV.

a Eus noſter. *Huic pſalmo præponitur talis titulus in Hebręo: Ad victoriam filijs Core ſuper* עלמות *alamoth canticum. Et dicunt aliqui Hebrei, quòd alamoth eſt nomen muſici inſtrumenti, ſuper quod, vel in quo cantabatur pſalmus iſte. Alij verò dicunt, quod eſt nomen commune, & ſignificat iuuentutes in plurali, & iſti melius dicunt, vt credo, & hunc ſenſum ſequitur Hieron. in translatione iuxta Hebræum, vbi ponit talem titulum: Victori filiorum Core pro iuuentutibus canticum. Dicunt autem aliqui expoſitores catholici, quòd Dauid fecit pſalmum hunc, confitens diuinam protectionem circa ſe, & circa regnum ſuum. Sed quo tempore Dauid, vel filij eius fuerit talis terræmotus, qualis deſcribitur in principio huius pſalmi, cùm dicitur: Propterea non timebimus, cùm turbabitur terra & transferentur montes &c. non inuenitur, propter hoc dicit Rabi Salomon, & alij Hebræi, quòd filij Core fecerunt hunc pſalmum, quando miraculosè fuerunt ſaluati pereunte Core, id eſt patre eorum cum alijs multis, ſecundum quod dicitur. Et factum eſt grande miraculum, vt pereunte Core, filij eius non perirent. Dicit autem Rabi Salomon, & ſatis veriſimiliter, quòd illud miraculum fuit, quia ad dictum Moyſi alij receſſerunt à tabernaculis Core, & ſociorum eius. Filij autem Core remanſerunt ſuadentes patri, vt obediret Moyſi: & tunc ipſo non acquieſcente ſubitò aperta fuit terra, & Core cum ſuis complicibus ad infernum deſcendentibus, filij eius diuina virtute ſteterunt in aere in medio illius aperturæ, quouſque terra ſub pedibus eorum fuit recluſa, & hoc fuit grande miraculum. Si enim cum alijs receſſiſſent de tabernaculo patris ſui ante terræ aperturam, nullum fuiſſet miraculum de ſalute eorum, ſicut neque de ſalute aliorum. Viſo igitur hoc miraculo Dei circa ſe, conuerſi fuerunt ad Deum toto corde, & requieuit in eis ſpiritus prophetiæ, & fecerunt hunc pſalmum. Et in iſtis bene dicit Rabi Sal. vt credo: & ad hoc concordat titulus pſalmi ſuprà poſitus: Ad victoriam filijs Core ſuper iuuen-*

Num. 16. b
Num. 16. d
Miraculum de filijs Core ipſa abſorpta.

## MORALITER.

✻ a *Deus noſter.* Pſalmus iſte literaliter exponitur de filiis Core quantùm ad tria. Primum eſt eorum liberatio mirabilis, eorum patre cum adherentibus ſibi pereunte. Secundum eſt eorum prophetia de mirabili tranſitu Iordanis per alueum arentem. Tertium eſt eorum prophetia de debellatione Chananæorum futura. Quantum autem ad primum moraliter exponi poteſt de liberatione Iudæorum in Chriſtum credentium, aliis per Romanos deſtructis. nam credentes fuerunt præmoniti per angelum, vt tranſirent in Agrippæ regnum, qui confœderatus erat Romanis: & ſic fuerunt ibi ſaluati, propter quod in eorum perſona poteſt dici: *Deus noſter,* in quem credimus corde, et confitemur ore.
b *Refugium & virtus.* Supple factus es nobis: ſaluans nos modo dicto,
d *Propterea non timebimus, dum turbabitur terra.* Scilicet Iudæa ex Romanorum impugnatione.
e *Et transferentur montes in cor maris.* Per montes intelliguntur Iudæorum principes, qui per Romanos fuerunt ſic abſorpti, ſicut ſi fuiſſent in mare demerſi.
✻ a *Sonuerunt*



a *Sonuerunt.* Contradicentes gentes, vel Apoſtoli prædicãdo.
A b *Et turbatæ ſunt aquæ eorum.* Ad ſenſum fit relatio, non ad vocem. i. aquæ maris. ſ. populi, vel doctrinæ eorum, quæ infatuatæ ſunt coruſcante doctrina Saluatoris. Vnde: Abſorpti ſunt iuncti pet. iud. eo. Et hæc eſt virga Moyſi, quæ vorauit virgas magorum.
c *Fluminis impetus. Caſſ.* Diapſal. Quia eccleſia in Chriſto fundatur, cui gentes, & regna ſubiiciuntur. *Aug.* quaſi dicat. Ita ſæuit mare, ſed inter hos fluctus & ſonitus non timent qui ad illud refugium confugerunt.
d *Adiuuabit eam Deus. Caſſ.* Vel, vultu, id eſt, demonſtratione auxili ſui, cùm adiuuando ſe indicat.
e *Mane diluculo. Caſſ.* In ipſo boni operis principio. & hoc: *Diluculo.* id eſt per illuminationẽ ſanctiſpiritus, qui eſt lux quaſi diei.
f *Dedit.* Quaſi magnum præmium.
g *Vocem ſuam, &c.* Prædicationem ad quam tremuit terrenus. Tremet metu iudicis.
h *Dominus virtutum. Caſſ.* Breuiter diffinit quid ſit Chriſtus.
i *Nobiſcum. Caſſ.* Q. qui miſit angelos, iam ipſe venit, & eſt nobiſcum, quia nobiſcũ ſuſceptor, ergo: Venite quaſi iam ſecuros vos inuito.
K *Suſceptor noſter. Caſſ.* Non niſi filiorum crucis.
l *Deus Iacob.* Qui tanta nobis dedit, quanta dedit Iacob: non enim illius tantùm eſt Deus.
m *Venite & videte opera Domini. Caſſ.* Diapſal. Magnalia incarnationis.
n *Quæ poſuit. Caſſ.* Quaſi ſigna ad vocandum populum.
o *Prodigia ſuper terram.* Vt de partu virginis & ſtella & cæteris.
p *Auferens bella &c. Auguſt.* Quia per aduentum idololatria, & ſuperſtitio totius orbis periit, vel tunc temporis
B per eius præſentiã orbis pacatus fuit.
a *Vocate*

a ¶Quaſi transferentur montes in qua tranſlatione.
† Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ
a ¶Aliàs eius, maris, populi, ſeculi. b ¶Poteſtates ſeculi. i. exterius Apoſtoli territi ſunt.
eorum, & conturbati ſunt montes in fortitudine eius. Fluminis
a ¶Nimia perſecutione. b ¶Dei qui refugium, & virtus, vel maris. c ¶Sed. ¶Aug. Spiritusſancti inundatio.
a ¶Sanctam eccleſiam.
† impetus lætificat ciuitatem Dei,
a ¶Et. b ¶Caſſ. Eccleſiam, vel corpus quod aſſumpſit.
† ſanctificauit tabernaculum ſuum
a ¶Manet. b ¶Aug. Aequè omnibus non accepit perſonas. c ¶Ciuitatis.
altiſſimus. Deus in medio eius
a ¶Et ideo. b ¶Illa ciuitas. ¶Portæ inferi non præualebunt aduerſus eum. c ¶Caſſ. In labore ſeculi.
non commouebitur, adiuuabit eã
a ¶Caſſ. Aliàs vultu ſuo. i. præſentia incarnationis. b ¶Ideo ſalubriter.
Deus † mane diluculo. Conturbatæ ſunt gentes, et † inclinata ſunt
a ¶Etiam. b ¶Vt adorent non erecta per ſuperbiam.
a ¶Quia. ¶Intonuit de nubibus.
regna, dedit vocem ſuam, † & mota
a ¶Id eſt terrenis. b ¶Quis dedit vocem ſuam? c ¶Cęleſtium. d ¶Caſſ. Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus. ¶Carne aſſumpta: & per hoc.
eſt terra. Dominus † virtutum nobiſcum, † ſuſceptor noſter Deus Iacob.
a ¶Aug. Nulla ergo terreat infirmitas.
a ¶Aug. Quid fecit ſuſceptor? ¶Ergo. ¶Fide. b ¶Intelligite. c ¶Caſſ. Hiero. Quæ tempore incarnationis fecit, vt de nimia pace & huiuſmodi.
✻ Venite & uidete opera Domini, † quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferens bella uſq; ad fines ter-
a ¶Aug. Quia aliquid portendebant, hæc ſcilicet auferens &c. b Totam.
a ¶Ecce opera. b ¶Spiritualia. ſcilicet malę voluntatis. c ¶Hoc iam factum eſt quibuſdam non repugnantibus Deo.

*rabilis. Secundum autem fuit deſtructio Chananęorum terribilis. & primò denunciatur primum. ſecundò ſecundum: ibi: Conturbatæ ſunt gẽtes: Circa primum ſic dicitur:* Fluminis &c. *i. curſus Iordanis impetuoſus.* C
e Lætificat ciuitatem Dei. *i. lætificabit populum Iſrael, qui dicitur ciuitas Dei. Ciuitas enim eſt ciuium vnitas. populus autem Iſrael vnitus erat in cultu vnius veri Dei: & ideo meritò vocatur ciuitas Dei: Quam ciuitatem lætificat curſus Iordanis dupliciter. Vno modo, quia ſtetit vt populus tranſiret per alueũ ſiccum. Alio modo quia poſtquam tranſierat populus Iordanis iuit curſum ſuum ſicut ante fecerat.* Ioſue 3. A Ioſue 4. c.
f Sanctificauit tabernaculum ſuum. *Hic accipitur tabernaculum pro arca. ſ. continens pro contento, ſicut aliquando fit econuerſo, ſicut communiter dicitur: Dolium eſt bonum ratione bonitatis vini in eo contenti. Arcam autẽ teſtamenti tunc Deus ſanctificauit. i. eius ſanctitatem oſtendit, quia ſtatim cùm ſacerdotes eam portantes poſuerũt pedes in aqua Iordanis, curſus aquæ ſuperuenientis ſtetit: & quando exierunt de Iordanis alueo, curſus Iordanis ſolitus reincepit.* Ioſ. 3. & 4.
g Deus in medio eius &c. *i. in medio populi Iſrael, qui dicitur ciuitas Dei, ita quòd dimittat eam, ſubtrahendo ſuum auxilium. ideo ſubditur:*
h Adiuuabit etc. *i. valde promptè & citò.* † mota
i Conturbatæ ſunt. *Hic denunciatur ſecundum. ſ. deſtructio Chananæorum, & aliorum in terra promiſſa habitantium: quia cum audierunt ſiccationem Iordanis diuina virtute pro trãſitu filiorum Iſrael, diſſolutum eſt cor eorum, & non remanſit in eis ſpiritus, timentes introitum filiorum Iſrael. & hoc eſt quod dicitur:* Conturbatæ ſunt gentes. *in terra promiſſa habitantes.* † defluxit Ioſue 5. a
K Et inclinata ſunt regna. *i. deiecta ſunt ab audacia & fortitudine ſua. Et dicit regna in plurali, quia triginta Reges & vnus fuerunt debellati à Ioſue & filijs Iſrael.* Ioſue 12.
l Dedit vocem ſuã. *ſ. Dominus. & per hoc ſacerdotes qui de præcepto eius in circuitu Iericho tubis clangebãt, & in die ſeptimo ex tali clãgore & populi clamore muri Iericho funditus euerſi corruerunt, & quia hoc factum fuit per terræmotum à Deo immiſſum, ideo ſubditur:* D Ioſue 6. c
m Mota eſt terra. *Iſte verò terræmotus non contigit à cauſa naturali, ſed diuina virtute. ideo ſequitur.*
n Dominus virtutum. *i. acceptator deprecationum noſtrarum.*
p Venite. *Per deuotionem.*
q Et videte. *Per attentionem.*
r Opera Domini. *Quia illud factum cõtigit virtute diuina, nõ humana.*
s Quæ poſuit prodigia. *In Hebræo & in translatione Hieron. iuxta Hebræum habetur: Solitudines, quia ciuitas Iericho fuit poſita ſub maledicto ad reædificandum. Maledictus vir coram Domino qui ſuſcitauerit & reædificauerit ciuitatem Iericho.* Ioſue 6. d
t Auferens bella vſque ad finem terræ. *Quia habitatores terræ promiſſionis ita fuerunt debellati per Ioſue & filios Iſrael, quòd nullus audebat bellum mouere contra eos, ſecundum quod dicitur in Ioſue. Quieuitq; terra à prælijs. ideo ſubditur:* Ioſue 11. A
a Arcum

## NICOLAVS DE LYRA.

a Sonuerunt & turba &c. *Ex dictis patet, quòd iſte pſal. eſt primus inter illos quos fecerunt filij Core, quia fecerunt ipſum pro gratiarum actione ſuæ liberationis & ſaluationis, & tunc primò requieuit in eis ſpiritus prophetiæ, vt prædictum eſt, tamen non eſt ſcriptus in primo loco, quia pſalmi ſcripti fuerunt in libro pſalmorum ſecundum ordinem, quo reperiebantur: & aliquando priores poſterius reperiebantur: ſicut fuit dictum in principio huius libri.*
d Fluminis impetus &c. *Hic conſequenter deſcribitur futurorum prænunciatio in ſpiritu prophetico. Circa quod ſciendum, ꝙ dicta terræ ruptura contigit, quando filij Iſrael erant in deſerto. Primum autem mirabile, quòd Deus fecit eis in exitu de deſerto, fuit tranſitus Iordanis mirabilis.*

## MORALITER.

✻ a *Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum.* Id eſt populi principibus ſubiecti. Aquæ ſuper quas mulier ſedet, populi ſunt. Et iſti populi Iudæorum per clamorem ſonuerunt, quando partim occiſi, & partim captiuati fuerunt.
b *Conturbati ſunt montes.* Id eſt Iudæorum principes.
c *In fortitudine eius.* ſ. Romani exercitus, qui dicitur Dei fortitudo, eò quòd erat eius inſtrumentum in punitione Iudæorum.
d *Fluminis impetus &c.* Hic ponitur ſecundum. ſ. prophetia de mirabili trãſitu Iordanis, per quem ſignificatur baptiſmus quem Chriſtus inſtituit in Iordane. & ſic dicitur: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.* Id eſt virtus baptiſmi lætificat eccleſiam & ſanctificat, quæ eſt Dei ciuitas & tabernaculum.
g *Deus in medio eius non commouebitur.* Ab ea recedendo. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad finem ſeculi.
h *Adiuuabit eam Deus mane diluculo.* Id eſt velociter in his quę ſpectant ad eccleſiæ ſalutem.
i *Conturbatæ ſunt.* Hic ponitur tertium. ſ. prophetia de debellatione Chananæorum per Ioſue & eius exercitum, qui figuram Chriſti geſſit in geſtis & nomine, ſecundum quod dicit Hieron. in epiſtola ad Paulinum: & ideo per factum Ioſue ſignificata fuit infidelium conuerſio per doctrinam Chriſti & ſuorum diſcipulorum, quæ dicitur infidelium deiectio. eo modo loquendi quo dicitur in Prouer. Verte impios, & non erunt. ſ. impij. & ſic dicitur: *Conturbatæ ſunt gentes.* Idola colentes, quarum plures in principio prædicationis fuerunt turbatæ contra diſcipulos Chriſti, vt patet in Actibus Apoſtolorum, & in legendis ſanctorum: quia tamen finaliter Chriſto crediderunt, ſequitur: Prou. 22. a
K *Et inclinata ſunt regna.* Ad obediendum Chriſto.
l *Dedit vocem ſuam.* Per ſe et diſcipulos prædicando.
m *Et mota eſt terra.* Id eſt habitantes in terra ad credendum Chriſti myſteria. Et ſubditur modus motionis, cùm dicitur in perſona diſcipulorum prędicantium:
n *Dominus virtutum nobiſcum, &c.* Confirmans ſermones noſtros virtute miraculorum. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Mar. 16. d
o *Suſceptor noſter.* Ad gloriam vitæ cœleſtis poſt laborem vitæ præſentis. Et quoniam iſta ſunt diligenter attendenda, ſequitur:
p *Venite & videte opera Domini.* Id eſt aliàs non viſa, Prodigium enim dicitur quaſi procul à digito.
t *Auferens bella vſque ad fines terræ.* Quia multitudo gentium non eſt ad fidem conuerſa per violentiam armorum, ſicut multitudo Saracenorum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Vacate & videte: quoniam ego &c. Aug.* E Si combuſta ſunt arma, vacate, non habentes vnde pugnetis.

*Vbi ſupra.*

† haſtam plauſtra.

## NICOL. DE LY.

¶ a Arcum conteret, etc. *Quoniam per talia non potuerunt reſiſtere filij Iſrael & quia iſta fiebant diuina virtute, ideo ſubditur in perſona Domini;*

b Vacate & videte, &c. *Per diligentem attentionem.*

c Quoniam ego ſum Deus. *Cuius virtuti nullus poteſt reſiſtere.*

d Exaltabor in gentibus. *In earum mirabili contritione.*

e Et

† ceſſare, quieſcite, & cognoſcite.

a ¶Quia. ¶Inſidias.

ræ. Arcum conteret, & confrin-

a ¶Publicam impugnationem. b ¶Vanæ præſumptionis protectionem. c ¶Spiritu.

get † arma, & ſcuta comburet igni.

a ¶Aug. Dedit vocem: Quam? Vacate ab armis diaboli. ¶Infirmaris de te vt fortis ſis de eo. b ¶Intelligite. c ¶Aug. Non vos, ſed ego qui feci & reficio, non de veſtris operibus extolliamini.

† Vacate & videte: quoniam ego

a ¶Ille quem vos deludebatis. b ¶Quando ad fidem conuertentur.

ſum Deus: exaltabor in gentibus,

a ¶Poſtquam plenitudo gentium intrauerit. Rom. 11. d. b ¶Aug. Iudæa, gentes, mare. c ¶Ergo licet dicere.

et exaltabor ĩ terrã. Dominus virtu

a ¶Caſſ. Qui ferit vincere populum Chriſtianum, licet ſit poſterior.

tũ nobiſcũ, ſuſceptor nr̃ Deus Iacob.

e Et exaltabor in terr[illegible] *Quia p[illegible] videbitur, quòd nullus poteſt ei reſiſtere.*

f Dominus virtutum nobiſcum ſuſceptor noſter Deus Iacob. *Iſtud verbum eſt filiorum Core, confitentium in fine pſalmi ſe ſaluatos de terra apertura diuina virtute.*

## MORALITER.

✱ a *Arcum conteret, & confringet arma, &c.* Nam multi perſequentes Chriſtum in ſuis fidelibus poſtea animo prompto paſſi ſunt pro eo. Et quoniam talia Chriſti diuinitatem declarant, ſubditur: Vacate & videte &c.

## GLO. ORD. PSAL. XLVI.

a *In enarrat. pſal. 46. 1. 8. 4. Reg. 2. d*

O*Mnes gentes. Auguſt.* Q. Et ſi inſultant pueri dicentes: Calue, calue. vos omnes gentes ad quas tranſiuit gratia. *Plaudite &c. Aug.* Gentes ad quas trãſiuit gratia, & quos in priori pſal. ad fidem vocauit, inuitat ad laudẽ.

*Super pſal. 4. 10. 7.* b *Excelſus. Hieron.* potens quod vult.

*Super pſal.* c *Terribilis, Rex magnus &c.* Remi. quia iudicaturus in poteſtate.

† vide pſ. 4.

d *Subiecit populos. Caſſ.* Hoc hominibus fidelibus cõuenit, quibus omnes extrinſeci ſubiecti ſunt, vel ſibi ſubiecit nobis aſſociãdos. Populos, Iudęos.

*In expoſitio. pſal. 46.* e *Nobis, & gentes. Caſſ.* Vniuerſali. ſ. eccleſiæ: hoc dicere conuenit omnib. fidelibus, quib. extrinſeci ſubiecti ſunt.

† laudis. f *Sub pedibus noſtris. Caſſ.* Per pedes, prędicatores accipe, quibus populi ſubiecti ſunt. *Aug. Sub pedibus &c.* Sic eſt exaltata eccleſia, vt nondum credẽtes, ſub pedibus habeat.

*Vbi ſupra.*

g *Elegit nobis.* Vel in perſona apoſtolorum, elegit nobis dare hæreditatẽ ſuam, multorum populorum, vt colamus eam, gladio prædicationis corda eorum ferientes, & malitiam deſtruentes.

F

h *Hæreditatem ſuam. Aug.* Cœleſtis hæreditas, pulchritudo eſt Chriſtiani populi, in qua ſpecioſus erat fulgens vt ſol, qui nunc eſt abiectus.

i *Speciem Iacob. Aug.* i. ſimiles Iacob, vel ſignatos per Iacob, qui terrena dant pro cœleſtibus, vt Iacob fecit, ꝙ fuit gratia Dei, quia eum dilexit, Eſau reprobato.

K *Aſcendit Deus. Caſſ.* Diapſalma. Aſcenſio & regnum Dei deſcribitur, vnde inſtanter monet pſallere.

¶ a *In iubilo,*

a ¶Pro conuerſis gentibus dirigendis in finem.

† In finẽ pro filiis Core pſal. XLVI.

a ¶Non modo Iudæi. b ¶Gaudete. ¶Aug. Bonis operibus.

O Mnes gẽtes plaudite ma-

a ¶Hieron. Concorditer manus & lingua illa operetur hæc confiteatur.

nibus, iubilate Deo in vo-

a ¶Hæ ſunt cauſæ iubilandi & plaudendi. b ¶Hic quem irriſerunt.

ce † exultationis. Quoniam Do-

a ¶Aug. Aſcendendo cœlum qui prius deſpicabilis. b ¶Quia ſuos regit.

minus excelſus, terribilis, Rex

a ¶Aug. Non tantum Iudæos.

magnus ſuper omnem terram.

a ¶Ideo etiam plaudite quia. b ¶Gentium. c ¶Apoſtolis qui de Iudæa.

Subiecit populos nobis, & † gen-

a ¶Aug. Paſſi a ſuis, honorãtur à gentibus. ¶Prædicatione noſtra. b ¶Non merito, ſed gratia dicit eccleſia.

tes ſub pedibus noſtris. Elegit

a ¶Dare. b ¶Etſi ad Iudæos venit. ¶Vitam æternam. ¶Vt colamus. c ¶Quam? ¶Aug. pulchritudinem.

nobis hæreditatem † ſuam, † ſpeciẽ

a ¶Poſterioris populi. b ¶Iacob. ¶Vel quam ſcilicet ſpeciem. c ¶Nobis ſubiicit quia. d ¶Chriſtus.

Iacob quẽ dilexit. ✱ Aſcendit Deus

e Subiecit populos nobis. *i. Chananæos & Amorrhæos, alioſq; qui habitabant in terra promiſſionis: In Heb. autem hr̃: Peſtilentiauit populos nobis. i. peſtilentia eos percuſſit pro nobis, vt haberemus victoriã: & hoc factum fuit pugnante Ioſue contra eos, ſecundum quod dicitur in Ioſue: Cumq; fugerent filios Iſrael & eſſent in deſcenſu Bethorõ, dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cælo vſque ad Azecha, & mortui ſunt multò plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percuſſerant filij Iſrael.*

f Et gentes ſub pedibus noſtris. *Hoc fuit impletum in quinque Regibus, qui tunc fugerunt in ſpeluncam, vt ibidem habetur: & poſtea inde educti ſunt ad Ioſue, & ait ad principes exercitus qui ſecum erant: Ite, & ponite pedes veſtros ſuper colla regum iſtorũ. & ſequitur poſtea: Sic enim faciet Dominus cunctis hoſtibus veſtris, contra quos dimicabitis.*

g Elegit nobis hæreditatem ſuam. *Dicebatur enim terra promiſſionis ſpeciali modo hæreditas Dei, eò ꝙ ibi viguit cultus Dei.*

h Speciem Iacob. *In Heb. habetur: Gloriã Iacob. De hoc enim gloriatus fuit Iacob patriarcha, quòd illa terra fuit ſibi & ſuo ſemini promiſſa. Vel poteſt ibi accipi Iacob pro populo Iſrael deſcendente à Iacob: & ſic eſt ſenſus: Speciẽ Iacob. i. terram ſpecioſam, quam dedit populo deſcendenti de Iacob.* H

i Quem dilexit. *Et iſtud poteſt referri ad perſonam Patriarchæ Iacob, de quo dixit Dominus: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui, vel ad populum deſcendentem de Iacob, qui fuit populus peculiaris ipſius Dei, vt habetur in Deuter.*

K Aſcendit Deus. *Iſte aſcenſus fuit quando habita eſt victoria de populis habitantibus in terra promiſſionis, ſecundum quod dicitur in Ioſ. Quieuitq; terra à prælijs: Filij autem Iſrael poſuerunt tabernaculum Domini in Sylo, vt habetur in Ioſue. Congregati ſunt omnes filij Iſrael in Sylo: ibi fixerunt tabernaculum teſtimonij, & fuit eis terra ſubiecta. Sylo autem eſt in ſorte Ephraim, quæ eſt terra montoſa. Tabernaculum autem fuit apportatum de Galgalis, qui locus eſt prope Iordanem, & ſic demiſſior, propter quod portantes tabernaculum & arcam ad locum Sylo incedebant aſcendendo: & per talem modum dicitur Deus aſcendiſſe, quia propitiatorium quod erat ſuper arcam, erat*

¶ *quaſi*

## NIC. DE LY. PSAL. XLVI.

¶ a O Mnes gentes. *Huic pſal. præponitur talis tit. in Hebræo: Ad victoriam filijs Core pſalmus. Et patet ſenſus huius tit. ex ſupradictis. In hoc autem pſal. ſpiritu prophetico ponitur gratiarum actio à filijs Core pro victoria futura ſub Ioſue de populis habitantibus in terra Chanaan. Circa quam exprimuntur hic aliqua Dei beneficia in ſpeciali, quæ non fuerunt expreſſa pſal. præcedenti. Et diuiditur in duas partes: quia primò populus Iſrael ad Dei laudem inducitur. & ſecundò ad hoc ratio inducitur, ibi: Quoniam Dominus. Circa primũ dicitur:* Omnes gentes, *i. omnes tribus Iſrael. vnde in Hebræo habetur: Omnes populi, & ſimiliter in tranſlatione Hieron. iuxta Hebræum. Hoc enim nomen gentes communiter accipitur pro gentibus, qui non erant de filijs Iſrael: ſed hoc nomen populi indifferenter accipitur pro Iudæis & Gentilibus.*

*Diuiſio.*

b Plaudite manibus. *In ſignum exultationis. In Hebræo habetur: Tangite manibus. ſ. inſtrumenta muſica, in quibus diuinæ laudes canebantur à Leuitis: & cum hoc etiam vocibus humanis, ideo ſubditur: Iubilate Deo in voce exultationis.*

c Quoniam Dominus terribilis. *Hic conſequenter ratio ad hoc inducitur. & ſecundò diuina laus reſumitur, ibi: Pſallite. Circa primum primò accipitur ratio diuinæ laudis ex ſua excellentia, cùm dicitur:* Quoniam Dominus etc. *Quia tranſcendit omnem intellectum creatum, & per conſequens omnem laudem ſibi oblatam, ſecundum quod dicitur in Eccleſ. Benedicentes Dominum exaltate eum quantum poteſtis: maior eſt enim omni laude. Secundò adducitur ratio ex eius beneficijs, cùm dr̃:*

*Diuiſio.*

*Eccl. 43. A*

d Terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram. *Scilicet hoſtibus noſtris, quod magis exprimitur, cùm dicitur:*

e Subiecit

## MORALITER.

✱ a *Omnes gentes &c.* Iſte pſal. ad literam eſt actio gratiarum à filiis Core pro victoria Ioſue, quam in ſpiritu præuiderunt. Myſticè verò eſt gratiarum actio à fidelibus pro victoria Chriſti, cuius figura fuit Ioſue. Et ſic dicitur: *Omnes gentes* Chriſto credentes.

b *Plaudite manibus.* Quia feruens deuotio mentis reſultat ad membra corporis.

c *Quoniam Dominus.* ſ. Ieſus Chriſtus, eſt ſupple.

d *Excelſus Rex magnus.* Habet in femore ſcriptum, Rex Regum & Dominus Dominantium.

*Apo.*

e *Subiecit populos nobis &c.* Multi namque de Iudæis, Saracenis & gentibus aliis ſubiecti ſunt Chriſtianis, vt patet in Hiſpania & in aliis pluribus locis.

g *Elegit nobis hæreditatem ſuam.* i. vitam beatam.

h *Speciem Iacob.* i. viſionem Chriſti claram in deitate & humanitate, quæ dicitur Iacob, eò quòd diabolum ſupplantauit.

K *Aſcendit Deus in iubilo.* i. Chriſtus Deus & homo aſcendit in iubilo angelorum. Et quoniam eccleſia militans cõformari debet triumphanti, ſequitur:

✱ a *Pſallite*

[illegible] ium admirantium apoſtolorum non [illegible] uit vox tubæ. i. angelorũ manifeſta, clamans [illegible] æi quid ſtatis aſpi. &c. Eſt. n. iubilus ineffabile gaudium, quod nec taceri poteſt, nec exprimi valet.

b *Pſallite. Caſ.* Operibus laudate: valde eſt ſalutare quod tam crebrò repetitur, quia Deus eſt qui creat, & rex creata gubernans.

c *Omnis. Caſſi.* Non vt Iupiter Cretæ, Mars Thraciæ,

d *Sapien.* Docet quomodo ſit pſallendum: olim ſine ſenſu pſallebant: dum lapides colerẽt. *Aug.* Nemo ſapienter facit quod non intelligit.

e *Regnabit. Auguſt.* Modo impleta eſt hęc prophetia: Deus ſedet ſuper ſedem ſan.

f *Sedem ſanctam. Aug.* Throni, virtutes & ſancti.

g *Principes po. Caſ.* primitiui omnium gentium conuenerunt credendo in Chriſto: quia expulſis Iudæis, gentes in filios Abrahę ſuccedunt, habentes promiſſionem, quia Iudæi ſuperbierunt. *Hier. Caſſi.* Vel dij fortes apoſtoli. ſ. quos neque mors neq; vita ſeparabit à charitate Chriſti. Eleuati miraculis, & doctrina.

a ¶Caſ. Vt mundus firmius crederet, quod tales præcones confirmarent.

in † iubilo, & dominus in voce tu-

a ¶Ergo. b ¶Aug. quem vt hominem irriſerunt alieni, ſed eſt Deus.

bæ. Pſallite Deo noſtro pſallite,

a ¶Chriſto. b ¶Aſſidue.

pſallite regi noſtro pſallite. Quo-

a ¶Caſ. iam omnis: quia ab omni agnoſcitur.

niam rex omnis terrę Deus: pſallite

a ¶Alias intelligenter. b ¶Caſ. quaſi qui humilem contẽnunt, poteſtati ſuccũbunt. c ¶Qui olim ſuper vnã. ¶Vel dominus.

† ſapienter. † Regnabit Deus ſuper

a ¶Omnes. b ¶Aug. ad dexterã patris regnans per ſecula. c ¶Cęlos angelos vel iuſtas animas.

gentes, Deus ſedet ſuper ſedem

a ¶Quomodo regnabit? b ¶Aug. omnium, non vnius tantum. ¶Etiam.

ſanctam ſuam. Principes popu-

a ¶Alias conuenerunt. ¶i. in Chriſto, qui eſt Deus Abrahæ. a ¶Qui habet filios de lapidibus.

lorum congregati ſunt † cum Deo

b ¶i. Iudæi præſumentes de terra.

Abrahãm, quoniam † dij fortes ter-

a ¶Aug. i. Valde ſuperbierunt, quaſi fracti ſunt rami vt humilis oleaſter inſeratur.

ræ vehementer † eleuati ſunt.

a Pſallite. *Hic pro prædictis Dei beneficijs laus eius reſumitur, cum dicitur: Pſallite Deo noſtro: Et dicitur quinquies pſallite, ad maiorẽ inuitationem ſecundũ numerum quinq; librorum Moyſi. cuius cauſa ſubditur,* C

*Pſallite quaſi quinquies dicatur*

b Quoniam rex omnis. *ideo excellenter laudandus, ideo ſubditur,*

c Pſal. ſa. *i. maturè & deuotè, & non inſolenter ſeu diſſolutè.*

d Regnabit Deus &c. *licet enim modo regnet, tamen perfectius apparebit regnum ſuũ in futuro iudicio.*

e Deus ſedet ſuper. *id eſt ſuper propitiatorium ſecundum modum prædictum. Vel ſuper cęlum empyreum, quod figurabatur per ſancta ſanctorum, in quo erat propitiatoriũ, ſicut plenius dictum fuit.*

f Principes po. *i. duodecim tribuum Iſrael.* *Exo. 25. e*

g Congregati ſunt. *i. ad locum diuini cultus in Sylo, vbi congregati fuerunt principes populi Iſrael, vt dictum eſt ſupra. Et dicitur Deus Abraham, quia Abraham primò publicè fidem vnius Dei prædicauit ſeu confeſſus eſt alij: ad idololatriam declinantibus.* † Regnauit

h Quoniam dij fortes terræ. *iſti ſicut iudices terræ Iſrael, de quibus dicitur. Dijs non detrahes, & principi populi tui nõ maledices.*

i Vehementer eleuati ſunt. *fuerunt multũ eleuati, quando terra fuit ſubiecta filijs Iſrael, & locus diuini cultus in Sylo ſtabilitus.* *Exo. 22. d* † populus Dei

## NIC. DE LYRA.

¶ *quaſi ſedes Dei, ſicut dictum fuit Exo. 25. Illa autem deportatio fuit cum iubilo diuinarum laudum, quæ cantabantur vocibus humanis, & muſicis inſtrumentis: & licet hoc non ſit ſcriptum Ioſue 17. tamen hoc probabiliter dicitur ex alijs locis ſcripturæ, in quibus arca legitur deportata cum tali ſolemnitate, vt quando arca fuit deportata ad locum quem parauerat Dauid, & ſimiliter 3. Reg.*

a Pſallite.

## MORALITER.

✱ a *Pſallite Deo noſtro.* i. in puritate mentis quia nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.

† Dei ſunt ſcuta (protectores) *Eccl. 15. b*

f *Princi.* i. apoſtoli & alij perfecti qui iam deceſſerunt.

g *Congregati &c.* in beatitudine celęſti. Fit autem ſpecialis mentio de Abraham, quia locus beatorum ſinus Abrahæ nominatur.

h *Quo. dij for. ter.* i. apoſtoli qui dicuntur dij fortes terræ participatiuè, eò ꝙ in terra fecerunt miracula magna. *Luc. 16. f*

i *Ve. ele. ſunt.* i. valde cũ dño noſtro Ieſu Chriſto regnãtes in æternũ.

*In pſal. 46. Omnes gentes plaudite &c.*

### ADDITIO

B ¶ Licet litera huius pſalmi quantum ad plura in eo cõtenta aliqualiter poſſet tolerare expoſitionem poſtil. & Ra. Sa. quem in hoc loco ſequitur, non tamen ex toto. vnde apud catholicos verius & magis proprie exponitur ad literam de aſcenſione Chriſti, & de eius ſeſſione in cęlo, & de regno eius. Ad quod ſciendum, ꝙ licet propitiatorium quod erat ſuper arcam, ſit quaſi ſedes Dei, prout poſtil. allegat, ex hoc nullo modo ſequitur, ꝙ propitiatorium dicatur Deus, ſic ꝙ cum dicitur: Aſcendit Deus in iubilo, ſit idem acſi dicitur: Aſcendit propitiatorium arcæ in iubilo, prout poſtil. vult. Legitur. n. de cęlo ꝙ ſit ſedes Dei: nunquam tamẽ ad literam cęlum dicitur Deus: ſimiliter & arca fęderis cum ſuo propitiatorio in tranſitu Iordanis, vbi maximè fuit glorificata propter miraculum ibi factum. vt patet Ioſue 3. non tamen ibidem vocatur Deus, ſed dicitur: Ecce arca fęderis dominatoris omnis terræ. vnde præſuppoſita catholica fide iſte pſal. ad literam intelligitur in perſona eccleſiæ reddentis gratiarum actiones Deo pro aſcenſione Chriſti ad cęlum: & hoc cum dicit: Aſcendit Deus in iubilo &c. quia in iubilo angelorum dicentiũ: Viri Galilæi quid aſpicitis in cęlum, &c. Dominus in voce tubæ ſcilicet apoſtolicæ: quia tempore aſcenſionis apoſtolis fuit iniunctum prædicationis officium vniuerſaliter, Marc. Euntes in mundum vniuerſum, prædicate euangelium &c. Similiter eccleſia reddit gratias de ſeſſione Chriſti in cęlum, cum dicit: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Similiter & de extenſione regni Chriſti ſuper omnẽ terram, & ſuper gentes &c. cum dicit. Rex omnis terræ Deus, & regnabit Deus ſuper omnes gentes, iuxta illud. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo, & in terra. Similiter & de hoc ſcilicet, ꝙ principes populorum. ſ. apoſtoli, de quibus dicitur: Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Conuenerunt, credendo. Cum Deo Abraham. i. cũ Chriſto, qui eſt Deus Abrahæ. qui. ſ. Abraham habuit duos filios, vnum de ancilla, & alium de libera, quod allegorizatur ab Apoſtolo, de duobus teſtamẽtis, & ſic eccleſia reddit gratias Deo ſpeciales de hoc, ꝙ principes populorum. ſ. apoſtoli congregati fuerunt cum Chriſto Deo Abraham, coniungendo ſimul duo teſtamenta contra Deos fortes terræ. ſ. Iudæos terrena ſapientes, qui de ſe præſumentes vehementer eleuati ſunt, i. valde ſuperbierunt: Quæ quidem beneficia eccleſiæ collata ſunt tam maxima, vt pro eis condecenter eccleſia inuitat omnes gentes ad laudem Dei & ſæpe replicat: Pſallite pſallite ſapienter. Cætera autem quæ in hoc pſal. continentur, faciliter huic propoſito poſſent applicari. Et ſic expoſitio hæc debet teneri apud catholicos non ſolum vt vera, ſed etiam vt propriè literalis, tanquam ex prima & propria ſignificatione literæ conſurgens, & fidei veritati omnino conſona: cum hoc tamen ſtare poteſt, ꝙ ex ea fortè non ſumatur argumentum efficax contra infideles, prout contingit in multis locis ſacræ ſcripturæ.

### REPLICA.

IN expoſitione pſal. Omnes gentes. Burg. adducit contra poſtillatorem, ꝙ ad literam ſecundum primum ſonum vocis debeat exponi de Chriſti aſcenſione. Poſtil. autem generaliter exponit de Deo ſecũdum veram tranſſumptionem, quòd videlicet quis videtur aſcendere ipſo aſcendente, in quo creditur reſidere. vnde Burgenſis in fine ſuæ expoſitionis fatetur ex ſua expoſitione contra infidelem argumentum efficax ſumi non poſſe, quod verum eſt ſignum, expoſitionem Burg. literalem non eſſe. Ex poſtillatoris autem expoſitione etiam infidelis conuincitur, ꝙ Deus Iſrael ab omnibus ſit venerandus, quia eſt terribilis rex magnus, prout patet ex miraculis in expoſitione poſtil. deductis: quæ negari non poſſunt. Sed ad argumentum Burg. commune eſt contra iſtam ipſius expoſitionem: Conſueuit enim arguere: Vniuerſalia ſunt particularibus magis diuina, ſed poſtil. exponit vniuerſaliter de Deo, vbi Burg. particulariter arctat ad Chriſtum, igitur expoſitio poſti. eſt melior & diuinior: Sed argumentum reputo modicum hic ſicut alibi propter ea quæ ſuperius dicta ſunt.

## GLOSSA ORDIN.

a *Pſal. vel laus can. fi. Co. ſe. Aug.* Primo die fecit Deus lucẽ, & diſcreuit à tenebris.

¶Vel omm.

Pſalmos vel laus cantici filijs Core

a ¶Quia factum eſt firmamentum. i. cęlum. i. agens de eccleſia quæ poſt Chriſti reſurrectionem eſt confirmata: quam vocat ciuitatem.

ſecundã ſabbathi.

### XLVII.

a ¶Caſ. Quia omnia potenter facit. ¶Aug. Qui prius humilis.

M Agnus dominus, & lau-

## NIC. DE LY. PSAL. XLVII.

¶ a M Agnus dominus et lauda. *Huic pſal. in Hebræo & in tranſlatione Hieron. iuxta Hebræum præponitur talis titulus: Canticum pſal.* *pſal. filiorum Core, & patet ſententia ex ſupradictis. De materia verò huius pſalmi*

¶ *dicunt*

## MORALITER.

✱ a *Magnus do.* Pſalmum iſtum literaliter expoſui de honore ciuitatis Ieruſalem in aduẽtu Chriſti. nam in ea fuit ob

✱ *latus*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nebris. Sic dominico die Chriſtum ſuſcitauit, & à mortalitate diſcreuit. Secundo die firmamentum, i. eccleſiam fecit corpus capiti, quę eſt firmata poſt Chriſti reſurrectionem ſupra firmam petram, à qua dimoueri non poteſt. de qua hic cātatur filijs Core. *Caſſ.* De fundatione ciuitatis quam commendatiuè deſcribit. *Aug.* Commendat ciuitatem & dominum ciuitatis, vt omnes eum amplificent. Quinq; modis commendat ciuitatem. ſcilicet à dignitate conditoris, à ſitu, ab amplitudine, à benignitate regis, à ſtabilitate æterna.

*Vt ſup. ibi.* *Ciuitas Ieruſalem.* † valde

a *In monte ſancto &c.* *Aug.* Hic eſt mōs ille, qui (vt ait Daniel) fuit paruus lapis pręciſus de monte ſine manibus, qui creuit in montem magnum poſtea, & impleuit omnem terram, ideſt Chriſtus de gente Iudęorū ſine virili ſemine natus, ſup quę fundata eſt eccleſia.

*Dan. 2. e* † noſtri

b *Fundatur ex. Hier.* Q. quæ prius maledictionibus ſubiecta, ſterilitatis opprobrio dolebat, nunc prole fęcunda vbique exultat.

a ¶Caſſi. quia pulchre & mire fecit. b ¶Caſſ. ſine termino & fine. c ¶Vbi. ¶In malis enim blaſphemarūt Deus. ¶Non in Babylonia.

dabilis † nimis in ciuitate Dei no-

a ¶Aug. Quæ eſt in monte, nec poteſt abſcondi omnibus diffamata. Hic eſt mons qui creuit & impleuit omnem terram. Ne autem non putes non vbiq; eſſe addit: Fundatur. b ¶Quæ ciuitas.

ſtri, in monte ſancto eius. † Fūdatur

NICO. DE LYRA.

¶ dicunt communiter expoſitores noſtri, quòd pſal. iſte loquitur ad literam de magnificētia ciuitatis Ieruſalem, & templi, quæ Salomon rex valde magnificè fecit ædificari, vt habetur 3. Reg. & 2. Paral. & hoc ad Dei cultum & honorem: quod præuidentes in ſpiritu filij Core dixerunt, vel Dauid ſecundum alios: Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri, ideſt Ieruſalem, quam Deus elegit ad cultum nominis ſui, vt habetur 2. Paral. In monte ſancto eius. quia in monte Moria ſiue Sion erat templum & regale palatium. Fundatur exultatione vniuerſę terræ. Tota enim terra Iſrael exultauit in templi & ciuitatis ædificatione, & conſummatione. multi etiam de alijs terris aliquando veniebant ad templum cauſa deuotionis. Mons Sion latera aquilonis, quia Sion eſt in parte aquilonari ciuitatis Ieruſalem, vt dicunt aliqui, ſecundum alios magis eſt in parte auſtrali: & ſic litera eſſet exponenda: Mons Sion, ſcilicet à parte auſtrali. Latera aquilonis, ideſt pars ei oppoſita in Ieruſalem. Ciuitas regis magni, ideſt faciunt ciuitatem regis noſtri, ideſt Dei, ad cuius cultum eſt electa cauſa deuotionis. Deus in domibus eius cognoſcetur: quia in ædificijs ad diuinum cultum deputatis, non ſolum fiebant ſacrificia, ſed etiam ibi vigebat doctrina legis & prophetarum. vnde & Chriſtus in euangelio frequenter legitur docuiſſe in templo, & in ſanctaſanctorum dabantur diuina reſponſa. Cum ſuſcipiet eam: promouendo ciuitatem ad hanc gloriam: vnde & in tranſlatione Hieron. habetur ſic: Deus in domibus eius agnitus eſt in auxiliando. Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt &c. quia multi reges audientes famam Salomonis, veniebant ad audiendum eius ſapientiam, & ad videndum ipſius & ciuitatis magnificentiam. Ipſi videntes ſic admirati ſunt, quia maiora videbant quàm audierant: & ideo multum admirabantur, ſecundum quod dicitur de regina Saba. Conturbati ſunt & commoti ſunt, quia ipſi vel ſaltem multi eorum inuidia percuſſi turbabantur, vt dicunt iſti. Tremor apprehendit eos, quia timebant de ſuis regnis expelli per potentiam Salomonis, & ſic torquebantur doloribus multis. ideo ſubditur: Ibi dolores vt parturientis, in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. Iſtud refertur ad Ioſaphat regem Iudæ, qui ad ſimilitudinem Salomonis fecit naues ad afferendum aurum de Ophir: ſed tempeſtate inſurgente confractæ ſunt, eò quòd contraxerat amicitiā cum Ochozia rege Iſrael peſſimo. Sicut audiuimus ſic vidimus. Iſta ſunt verba hominum tempore Salomonis exiſtentium, qui videntes ciuitatis Ieruſalem magnificentiam, dicebant ſe videre impletum quod à filijs Core, & alijs prophetis audierant eſſe prædictum. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam &c. quia in templo à Salomone ædificato dabantur diuina reſponſa & alia beneficia. Secundum nomen tuum Deus, quod eſt immenſum. Sic & laus tua in fines terræ, ſcilicet diffuſa eſt. vnde dixit Dauid. Domus quam ædificari volo domino, talis debet eſſe, vt in omnibus regionibus nominetur. Lætetur mons Sion, ideſt habitantes in eo, propter loci magnificentiam. Et exultent filiæ Iudæ, ideſt ciuitates Iudæ. Propter iudicia tua domine, per quæ ſubiecisti nobis gentes in circuitu noſtro. Circundate Sion, & complectimini eam validis muris, & munitionibus. Narrate in turribus eius, laudes Dei, cuius beneficijs hæc fiunt. Ponite corda veſtra in virtute eius, totum ei attribuendo. Et diſtribuite domos eius, ideſt diſtinctis officijs ad Dei gloriam diſponite, vt enarretis in progenie altera, ideſt filijs veſtris ſuccedentibus Dei beneficia. Ideo ſubditur: Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter, &c. Licet autem hæc expoſitio videatur in pluribus literæ concordare, tamen in aliquibus diſcordat, ſcilicet ab illo cum dicitur: Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt, quod non videtur poſſe intelligi ad literam de regibus venientibus ad regem Salomonem: vt audirent eius ſapientiam, quia de illis dicitur. Omneſque reges terrarum deſiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent eius ſapientiam. Deſiderium autem ſi compleatur, delectat animam, vt habetur in Prouerbijs: & ideo valde diſſonat quod ſubditur in hoc pſalmo: Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt &c. imò magis de eius viſione gaudebant, & de eius amicitia acquiſita lætantes recedebant, [illegible] de regina Saba. Et idē probabiliter intelligitur de [illegible] cauſa ad Salomonē veniebant. Item quod ſequitur, in ſpiritu vehementi, dicit referri ad Ioſaphat, quod non videtur conuenienter dictum, eò quòd fuit quintus rex à Salamone, propter quod fictitium videtur, quòd ſcriptura in eodem contextu faciat talem ſaltum, propter quod & aliqui alij Hebræi exponunt pſal. iſtum de rege Meſſia, per quem intelligunt Chriſtum futurum, in cuius aduentu expectant Ieruſalem, & templum reædificari magis magnificè, quàm vnquam fuerit: & ſic exponunt literam iſtam: Magnus dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri. vſque ad locum illum: Reges terræ, qui exponunt locum illum de regibus Gog, & Magog, & alijs regibus ſibi adiungendis, quos dicunt venturos contra Ieruſalem ſic reædificatam: ſed deſtruentur per regem Meſſiam. Et ad hoc inducunt ſcripturam. Ezech. 38. a. vſque ad finem eiuſdem libri. Ideo ſubditur: Conturbati ſunt, commoti ſunt &c. Et quia non ſolum venient per terram, ſed etiam per mare in nauibus ſuis, quas conteret dominus. Ideo ſubditur: In ſpiritu vehementi conteres, & tunc filij Iſrael videntes iſta Dei beneficia, dicent: Sicut audiuimus, ſcilicet per dicta prophetarum. ſic vidimus in ciuitate Dei noſtri eſſe adimpletum: & ſic applicant literam ſequentem ad ſuum propoſitum. Sed expoſitio hæc eſt erronea: quia ſupponit Chriſtum venturum in mundum, ſicut probaui diffuſius per ſcripturas veteris teſtamenti, in quadam quæſtione, quam diſputaui de aduentu Chriſti, quæ in pluribus locis habetur. propter quod ſaluo meliori iudicio videtur mihi melius dicendum, quòd iſte pſalmus exponendus eſt ad literam de Chriſto, cuius aduentus iam tranſijt: in quo aduentu ciuitatem Ieruſalem & templum magis glorificauit ſine comparatione, quàm vnquam fuerit: quia ibi fuit oblatus à beata virgine. & ibidem pluries docuit, & in Ieruſalem cum diſcipulis ſuis imminente paſſione cœnauit, & in Ieruſalem pro nobis morti fuit adiudicatus, & prope portam ciuitatis paſſus: Ioan. 19. In ciuitate autem Ieruſalem primò diſcipulis ſuis manifeſtauit ſuam reſurrectionem, & de monte Oliueti, qui eſt iuxta Ieruſalem, aſcendit in cælum, & apoſtolis in monte Sion exiſtentibus miſit in ſigno viſibili ſpiritumſanctum, ſecundum quod dicit Hieron. in epiſtola ad Paulinum, de omnibus diuinæ ſcripturæ libris 7. cap. quę epiſtola ponitur in principio bibliarum noſtrarum tempore moderno, & propter iſta & alia multa in quibus Deus noſter & homo in vna perſona ciuitatem glorificauit & templum, vt dicitur Haggai 2. Adhuc vnū modicum eſt. Et ſubditur, Et veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit dominus exercituum. Et ibidem ſubditur, Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimę plus quàm primę, & certum eſt, quòd propheta loquebatur de templo quod rędificabatur poſt reditum de captiuitate Babylonica. & iſtud quaſi nullius reputationis fuit reſpectu templi primi, quod ędificauerat Salomon in ędificijs & huiuſmodi, propter quod in nullo poteſt verbum prophetę verificari, niſi per hoc quòd Chriſtus glorificauit ipſum per prędicta: adhuc enim ſtabat illud templum. Igitur ſecundum hunc ſenſum pſalmus iſte diuiditur in tres partes. quia primò ponitur prophetię denuntiatio. ſecundò eiuſdem denuntiationis impletio, ibi: Sicut audiuimus. tertiò impletionis publicatio, ibi: Circundate Sion. Circa primum dicitur: Magnus domi. & hoc ex ſuis magnis beneficijs.

a In ciui. Dei no. ſ. *Ieruſalem: quæ fuit electa ad cultum Dei.*

b In mon. ſan. eius. *quia in parte ciuitatis in qua erat mons Sion, erat templum diuino cultui deputatum, & ideo dicebatur mons ſanctus, quia ſanctum in vna ſignificatione idem eſt quod diuino cultui deputatum: propter quod veſtes ſacerdotales dicuntur ſanctę: & cętera diuino cultui deputata. In locis autem iſtis fuerunt prędicta beneficia ad Dei laudem exhibita. Ex hoc eccleſia,*

c Fundatur. *in fide catholica per Chriſtum ibidem prędicantem in perſona propria, etiam miracula facientem, & per apoſtolos poſtea.*

¶ a Exul.

MORALITER.

* latus in templo, & ibidem prædicauit, & plura miracula fecit, & in ſigno viſibili ſpiritumſanctum apoſtolis miſit. Myſticè vero exponi poteſt de eccleſia, quæ ciuitas dicitur Dei, ideſt ciuiū vnitas per gratiam, et ſacramenta, et Ieruſalem allegoricè, quam honorauit Chriſtus. et honorat quotidie per effectus gratiarum et miraculorum. Et ſecundum hoc dicitur, Magnus do. et laudabilis nimis, ideſt ſuper virtutem creatam. Eccleſiaſtici 43. d. Maior enim eſt omni laude.

a *In ciuitate Dei noſtri.* ideſt in eccleſia, vt prædictum eſt.

b *In monte ſancto eius.* Dicitur enim eccleſia mons ſanctus, ſicut et ciuitas Dei, Eſa. 2. a. Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in verticem montium etc.

c *Fundatur exultatione vniuerſa.* 1. Corin. 3. c. dicitur: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Et ipſe eſt exultatio vniuerſæ terræ cauſaliter, Luc. 1. b. Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni



exultat. Et comendatur hic ab amplitudine. Vel fundator exultationis vniuerſæ &c. Q. dominus eſt magnus, dominus dico, fundator exultationis vniuerſæ terræ, cui cōcordat alia tranſlatio. Alij ſic transferunt: Dilatans exultationes vniuerſæ terræ ipſe eſt Chriſtus, qui per vniuerſam eccleſiam gaudia dilatat.

a *Mons Sion la. Aug.* Quicunq; alicui hęrent latera eius dicuntur, ita gentes, diaboli latera. Per montem Sion, Iudæos ſignificat, per latera aquilonis gētes, quæ adhærēt diabolo: qui per aquilonem ventum frigidum & durum ſignificatur. Ipſe nanque ait: Aſcendā in cęlum & ponam ſedem meam ab aquilone &c. de quo: Surge aquilo & veni auſter. Item: Ab aquilone pandetur omne malum &c.

b *In domibus.* Vel, in gradibus, ideſt ſecundum gradus meritorum, quia in ſingulis diſtinctim dabit cognitionem ſui.

c *Cum ſuſci. Aug.* tutandam. & quid opus eſt? Quoniam reges contrà: Sed videntes per fidem, ſic ſcilicet quòd tam digna eſt hæc ciuitas, admirati ſunt &c.

d *Reges. Auguſt. Caſſiod.* Principes Iudæorum.

e *Congregati.* ab Herode ſciſcitante locum natiuitatis.

f *Conuenerunt.* concorditer dicendo: In Bethlehem Iudæ ſecundum ſcripturas.

g *Videntes.* quæ in prophetis legerant.

h *Admira. ſunt.* de tanta gloria, non leuiter vel otioſè.

i *Sed con.* pro peccato, &

K *Commoti,* ad fidem, & tantus fuit pauor, vt corpus tremeret.

l *Ibi dolores, vt parturientis.* pęnitentię, videntes ita. Sed:

m *In ſpiritu vehemen.* Herodis.

n *Conteres naues Thar.* quia in Tharſo Ciliciæ, quæ magos tranſpoſuiſſe in patriam ſuam credebant vt confractæ ſunt ab Herode. Tharſis. *Aug.* Cilicia regio a Tharſo metropoli Tharſis dicitur: Vel, Tharſis eſt Chartago quæ nauibus floruit ad mercandum: quibus ſuperbia gentium ſignatur, quę in incertis diuitiarum, vt in flatibus venti, confidit: ſed iam firma ſedes in Sion, non in mari. Conteres. à ſimilitudine naufragantium vel iuxta interpretationem nominis. Interpretatur enim Tharſis exploratio gaudij: Naues Tharſis. diſcurſores in diuerſis experientijs gaudia mundi explorantes. Decurſis omnibus concludit. Ergo.

o *Sicut audiuimus.* in ciuitate domini virtutū, quia ibi cuſtodes angelos deputat. Repetit.

p *In ciuitate domini &c.* ideſt catholica eccleſia, ne ſibi hoc nomen conuentus hæreticorum vſurpet. Ne autem putetur temporalis, addit,

q *Deus fun.* non ad horam, vt prius tabernaculum Moyſi.

a ¶Vel nis.

exultatione vniuerſæ terræ,

a ¶Per partes oſtendit quod dixerat. ¶Duo parietes conuenerunt in lapidem angularem, qui fecit vtraque vnum, vt eſſet vnus paſtor & vnum ouile.

mons Sion latera aquilonis ci-

a ¶Ideſt Dei. b ¶Etiam.

uitas regis magni. Deus in do-

a ¶Quia iam plures. ¶Alias gradibus.

mibus eius cognoſcetur, cum

a ¶Sed hoc per gratiam ſuſcipientis. ¶Vt medicus. ¶In æterna beatitudine. ¶A benignitate regis. b ¶Hæc ſunt latera aquilonis.

† ſuſcipiet eam. Quoniam

a ¶Cæteris fidelibus.

ecce reges terræ congregati ſunt:

a ¶Non eſt locus hæreticis, per partes praui dogmatis conciſis, dicens: ecce hic eſt, ecce illic. ¶In lapidem angularem, ideſt vnitatem fidei & morum. a ¶Etiam ſic. ſ. per fidem.

† conuenerunt in vnum. Ipſi

a ¶Facti. b ¶Et. ¶Scilicet vidente. c ¶De gloria & miraculis Chriſti.

videntes ſic admirati ſunt, con-

a ¶Aug. Poſt admirationem glorię & miraculorum Chriſti. ¶Aug. Pro peccatis. b ¶Ad bona mutati. ¶Aug. Pro conſcientia delictorum.

turbati ſunt, † commoti ſunt, tre

a ¶Aug. Tantus erat pauor, quod etiam corpore tremebant. b ¶Pęnitentiæ.

mor apprehendit eos. Ibi dolo-

a ¶Graues, ſed vtiles. ¶Caſſi. Quia inde fructus prouenit. ¶Vnde: A timore tuo domine concepimus, & parturiuimus ſpiritū ſalutis. ¶Quomodo? b ¶Per ſpiritum ſanctum. ¶Aug. In forti timore indicaturi.

res vt parturientis, † in ſpiritu † ve

a ¶Euertes ſuperbiam gentium.

hementi conteres naues † Thar-

a ¶Quia ita eſt: ergo. ¶Aug. In promiſſionibus propheticis, ſicut eſt illud: In ſemine tuo bene. omnes gentes.

ſis. Sicut audiuimus, † ſic vi-

a ¶Aug. In exhibitione. ¶Omnes enim reges, omnes gentes adorant Chriſtum: Chriſtus regnat in cęlis ad dexteram patris. b ¶Aug. Qui in hac ciuitate eſt, audit & videt: qui extra eſt, cæcus eſt.

dimus in ciuitate domini † virtu

¶Eccleſia. ¶Ipſe.

tum, in ciuitate Dei noſtri: Deus

† vēto, noto orićtali † violento † maris † ita † exercituum

a ſu-

NICO. DE LYRA.

¶ a Exul. vni. ter. i. *ad exultationem vniuerſæ terræ: quia fides catholica de Ieruſalem ad alias partes orbis per prædicationem diſcipulorum Chriſti eſt deriuata, ſecundum quod erat per Eſaiam prædictum. De Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem: quod eſt cauſa exultationis omnibus fidelibus.*

b Mons Sion latera aquilonis. *quia ſicut dictum eſt, mons Sion eſt in aquilonari parte Ieruſalem.*

d Deus in do. *Chriſtus enim Deus & homo in templo fuit cognitus à ſancto Symeone iuſto & ab Anna prophetiſſa & alijs fidelibus.*

e Cum ſuſ. eam. *ſcilicet Ieruſalem promouendo eam ad talem gloriam. vnde & in tranſlatione Hieron. iuxta Hebræum habetur: In auxiliando.*

f Quo, ecce re. ter. *Iſti fuerunt tres reges, qui venerunt ad adorandum Chriſtum natum.*

g Ipſi videntes ſic admirati ſunt. *ſcilicet videntes ſtellam ductricem ad puerum Ieſum, & eius matrem.*

i Contur. ſunt, commoti ſunt. *Iſtud refertur ad Herodem regem & ſuos fautores, qui audientes verba prædictorum fuerunt valde conturbati, ſecundum quod dicitur, Audiens autem Herodes rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. Et quia aduentus regum fuit cauſa turbationis Herodis & ſuorum, vt dictum eſt, ideo ſub eodem contextu ponitur vnum iuxta aliud ſicut effectus iuxta cauſam, & econuerſo, & etiam ſecundum modū loquendi ſcripturæ, qui variatur de bonis ad malos: ſecundum illam regulam exponendi ſacram ſcripturam, quam poſui in principio Gene. quæ eſt de corpore domini bipertito, quia in eo continentur boni, & mali. propter talem coniunctionem in vno corpore frequenter fit tranſitus de vno ad aliud. Et hoc modo ſponſa in Canticis dicit: Nigra ſum, ſed formoſa, nigra propter peccatores, formoſa propter iuſtos, ſicut ibidem plenius fuit expoſitum. Et hoc modo poteſt dici in propoſito, quòd ſcriptura ſub vno contextu loquendo de regibus cupientibus Chriſtum adorare, tranſit ad loquendum de Herode, & ſuis fautoribus quærentibus eum occidere.*

l Tremor apprehendit eos. *eò quòd Herodes timuit regnum ſuum perdere. Et quia ex hoc interius torquebatur. ideo ſubditur,*

m Ibi dolores vt parturien. *vel iſtud poteſt referri ad dolores matrum, quorum filios Herodes occidi fecit propter Chriſtum.*

n In ſpiritu. *in Hebræo & in tranſlatione Hieron. iuxta Hebræum habetur: In ſpiritu vredinis. & dicitur ab vro vris. Herodes enim audiens quòd magi rediſſent in terram ſuam per mare in nauibus Tharſis, iratus eas ſuccēdit, vt habetur in Scholaſtica hiſtoria: & ſic adimpleta eſt prophetia iſta.*

o Sicut audiuimus. *Hic conſequenter ponitur prophetiæ adimpletio, cum dicitur, Sicut audiuimus. ſcilicet à filijs Core vel alijs prophetis.*

p Sic vidimus in ciuitate domini, *adimpletum in aduentu Chriſti, & loquitur hic pſal. in perſona fidelium, qui dicebant adimpletum Chriſti myſterium.*

q In ciuitate do. vir. *ideſt angelorum. Angeli enim ſancti propter reuerentiam diuini cultus frequentabant locum illum.*

r Deus fundauit eam in æternum, *quia Chriſtus Deus, & homo fundauit eam in fide catholica, vt prædictum eſt, quæ fundatio ſtabilis eſt in æternum.*

¶ a Suſcepimus

MORALITER.

* ni populo, quia natus eſt nobis hodie ſaluator mundi, qui eſt Chriſtus &c.

b *Mons Sion.* quæ ſpecula interpretatur. ideo per ipſam ſignantur contemplatiui.

c *Latera aquilonis.* quæ ſunt expoſita borealibus ventis: ideo per ipſa ſignificantur actiui, qui ſunt ſolicitudinibus & turbationibus expoſiti. Luc. 10. Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. Ex iſtis verò ſ. contemplatiuis & actiuis conſtruitur eccleſia, quæ eſt ciuitas regis magni.

d *Deus in do.* licet autem vniuerſalis eccleſia ſit vna, habet tamen multas eccleſias ſingulares, de quibus dicitur: Deus in do. &c. cum ſu. ſ. deprecantem.

d *Benigne fac. Caſ.* Iam gaudens de ędificatione Ieruſalem prophetat, vbi ſacrificium iuſtitiæ. *Aug.* ſuprà vnus precabatur propheta. ſ. pro ſeipſo. Ecce iam hic eſt typus eccleſiæ, huic Sion, benignè fac, quæ aliquid ſpeculatur, quod ſperat.

e *Muri. Auguſti.* Munimenta immortalitatis noſtræ conſtruantur in fide, ſpe, & charitate.

f *Tunc acceptabis ſacrificium. Augu.* Modò ſacrificium pro iniquitate: Cor contri. & humilia, tunc ſolius laudis: quod eſt ſacrificiũ iuſtitiæ vel cũ eccleſiam conſtruxeris: tunc iuſtitia erit ſacrificium. oblationes minores, ſancti holocauſta, perfecti.

† Sacrificia Dei.

g *Tunc impo. Caſ.* Sacerdotes, vitulos innocẽtes adultos ſine iugo peccati. Vel, vituli prædicatores, qui orbem mugitibus implent. Super altare. i. eccleſiam. Vel, vituli qui ſe offerũt in ſacrificium Deo. i. martyres. Vel ſacrificiũ iuſtitiæ, paſſio Chriſti. Oblationes & holocauſta ad fideles pertinent. Et eſt: Tunc acceptabis ſacrifi. iuſti. i. tibi erit accepta paſſio Chriſti. & acceptabis obla. & holo. ideſt, fideles pro tuo nomine patientes, tibi erunt grati.

† Bene fac

h *Altare. Augu.* Cęleſtem Ieruſalem.

a ¶Caſ. etiam cordis arcanum.

ries, & òs meum annuntiabit

a ¶Hoc optando: quia non vis ſacrificia pecodum. ¶Videbat tempus, quo hæc figuratiua ceſſarent.

a laudem tuam. † Quoniam ſi vo- a

a ¶Sed. ¶Nec etiam: b

luiſſes ſacrificiũ, dediſſem, vtiq;

a ¶Quæ in aduentu Chriſti reſpuuntur.

holocauſtis non delectaberis.

a ¶Hiero. Quid ergo offerendum? ¶Autem. ¶Peccatorum quod Deo placet. ¶Eſt.

b ¶In quo ſpes veniæ conuertendis ſi pœnitere velint.

b c † Sacrificium Deo ſpiritus cõtri

a ¶Pœnitentia. b ¶Deo confitendo. non elatum peccatum. excuſando: non poteſt cor humiliari niſi contritum.

bulatus: cor contritum & † hu-

a ¶Aug. Spernit taurum & hircum &c. quæ tempora habuerunt, cum aliquid futurum promitterent.

miliatum Deus non deſpicies.

a ¶Quod ſacrificium vt tibi fiat: Benigne. Mitte filium, dimitte peccata. b O.

d † Benignè fac domine in bo- c

a ¶Augu. Non ſibi tribuat aliqua merita. b ¶Eccleſiæ. c ¶Vel &

na voluntate tua * Sion: † vt d e

a ¶Per primum hominem deſtructi.

e ædificentur muri Ieruſalem.

a ¶Muris ædificatis.

f Tunc acceptabis ſacrificium iu- f

a ¶Aug. Vt diuinus ignis eos toto abſumat. & ſic leuetur holocauſtum vt abſorbeatur mors in victoria.

ſtitię, oblationes, & † holocauſta:

a ¶Angeli meſſores. b ¶Super fidem vel Chriſtum.

g h tunc imponent ſuper altare tuũ g

a Aug. Innocentiam nouæ ætatis: colla libera a iugo legis & peccati. ¶Nouos populos.

vitulos.

## NIC. DE LYRA.

B ¶ a Quoniam ſi voluiſſes &c. i. *paratus erã & ſum facere. Circa quod ſciendum, q̃ ſacrificia veteris legis non erant Deo accepta de ſe, ſed tantùm ex fide & deuotione offerentium: propter quod dicitur in Gen. Reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius: quia non reſpexit ad munera niſi propter bonitatem offerentis: & ideo Dauid ante remiſſionem peccati non erat in ſtatu offerẽdi: ita q̃ ſuę oblationes eſſent Deo acceptæ: remiſſio autem* C *peccati acquiritur ex contritione ſufficienti, ideo ſubditur:*

*Gen. 4. a*

b Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus &c. *quia ſacrificia Deo oblata non erant accepta, niſi præcedente contritione debita. Quarta autem perſuaſio accipitur ex diuina veritate: quia Deus ante promiſerat Dauid templum ędificandum per filium ſuum naſciturum, quod impletum non fuiſſet, ſi Dauid propter peccatum Vriæ mortuus fuiſſet, ſecundum rigorem iuſtitię. Et quia decet Deum adimplere promiſſum, ideo hoc allegat Dauid dicens:*

c Benigne fac domine in bona voluntate tua. *id eſt procede magis ſecundum dulcorem miſericordię, quàm ſecũdum rigorem iuſtitię.*

d Sion. i. monti Sion. *Et quę ſit illa bona voluntas, oſtendit dicens:*

e Vt ædifi. mu. Ie. *i. templi in Ieruſalem per filium meum: quod fuit ędificatum in illa parte vbi eſt mons Sion: tamen cum hoc clauſit Salomon Ieruſalem triplici muro: vt dictum fuit.*

f Tunc acce. ſa. iu. *i. poſt reſtitutionem iuſtitię meę, ſacrificium meum erit tibi acceptabile. vel poteſt hoc referri ad ſacrificia Salomonis oblata templo ædificato, quorum acceptationẽ Deus oſtendit per deſcenſum ignis de cælo ſuper ea:*

g Tunc impo. *extunc enim cum maiori deuotione, & fiducia obtulerunt ibi ſacerdotes ſacrificia.*

## MORALITER.

* a *Quoniam ſi vo. ſa.* ſ. veteris legis paratus eſſem offerre tibi: Sed quoniam de illo dicitur: Sacrificium, & oblationem noluiſti pſal. xxxix. pœnitentia verò peccatoris eſt ſacrificium tibi acceptum, prout ſubditur:

b *Sacrificium Deo ſpi. contri.* ideo illud offero tibi peccatores ad pęnitentiam inducendo. Et quoniam hoc dependet à bonitate diuina. Sequitur: D

c *Benigne fac do. in bo. vo. tua. Sion.* i. eccleſiæ, cuius ruinæ reparãtur per reuerſionem peccatorum ad dominum, ideo ſubditur:

f *Tunc accep.* Nam opera verè pœnitentium Deo ſunt ſacrificia accepta.

*In pſal. l. Miſerere mei Deus: vbi dicitur in poſtil. Licet autem iſta duo ſint idem in re.*

## ADDITIO. I.

Ex hoc q̃ culpa non remittitur, niſi per gratiam iuſtificantem: non ſequitur, quòd iuſtificatio per gratiam, & remiſſio culpæ ſint idem in re, prout poſtil. videtur arguere, ſed potius oppoſitũ: nam cùm gratia iuſtificans ſit cauſa remiſſionis culpæ, ſequitur quòd iuſtificatio per gratiam ſe habeat ad remiſſionem culpæ, ſicut cauſa ad effectum, & ſic ſequeretur quòd differret in re, cum idem nõ ſit cauſa ſuiipſius: Sed veritas huius eſt, quòd ſi gratiæ infuſio, & remiſſio culpæ ſecundum ſubſtantiam actus conſiderentur, idem ſunt: cum eodem actu Deus largitur gratiam, & remittit culpam: Si verò conſiderentur ex parte obiectorum, ſic differunt ſecundum differentiam culpæ, quæ tollitur & gratiæ quæ infunditur. prima ſecundæ q. cxiij.

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtil. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.*

## ADDITIO. II.

Promiſſio facta ipſi Dauid à Deo ante peccatũ, de hoc q̃ firmaret regnum eius ad poſteros, & q̃ filius ſuus ędificaret templum domini, poterat adimpleri abſque hoc q̃ Deus remitteret Dauid culpam quam incurrerat. Dato enim q̃ Dauid fuiſſet æternaliter condemnatus, poſſet ex eo deſcendere Salomon, vel alius filius qui ędificaret templum, & ad poſteros deſcẽdere regnum ſuum etiam vſque ad Chriſtum. Chriſtus enim ex multis deſcẽdit peccatoribus, vt patet in eius genealogia: vnde hoc quod dicitur: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: non bene exponitur, intelligẽdo, vt promiſſio tua mihi facta impleatur, prout poſtil. exponit: Sed prædicta verba melius videntur exponenda ſecundum gloſ. quæ in hoc loco ſic dicit: Precatur ergo Dauid, vt parcat, vt ſic impleat, quod promiſit de venia ingemiſcentis, dicens: Quacunque hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor. q. d. Ideo me munda, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, qui ſunt de promiſſione veniæ ingemiſcenti. Et vincas. i. conuincas eos qui dicunt q̃ non parceres mihi, eò q̃ grauiter peccaui. Cum iudicaberis ab eis. Hæc in gl. Nec mirum, ſi Deus dicitur iudicari ab homine: nam ſecundum gloſ. Deus tantæ iuſtitiæ eſt, vt ſe cum homine vellet iudicari: vnde Eſa. Iudicare inter me, & vineam. Si autem dicatur quòd ſermones illi de venia concedenda ingemiſcenti fuerunt dicti per Ezechielem, qui magno tẽpore fuit poſt Dauid. Ad hoc dicendũ, q̃ etiam Moyſes qui prius fuit hoc idẽ videtur aſſerere. vbi dicit: Dominator domine Deus, miſericors, & clemens, & patiens, & multę miſerationis, ac verax, qui cuſtodis miſericordiam in milia, auferens iniquitatem & ſcelera atque peccata &c. quod intelligitur circa pœnitentes. In Hebræo autem, vbi nos habemus: Et vincas cùm iudicaris, habetur: Et mundes cùm iudicabis, quod magis correſpondet ſenſui prædicto: hoc eſt dicere, iuſtificando, ſeu verificãdo ſermones tuos de venia concedenda peccatoribus, mundabis peccatorem, ſcilicet pœnitentem: cùm ipſum iudicabis &c.

*Ezech. 18. e*

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtilla. Dicit igitur: Ecce enim veritatem dilexiſti.*

## ADDITIO. III.

Succeſſio regni in filijs Dauid & deſcenſus Chriſti de ſemine eius poterant impleri etiam ſi peccatum non fuiſſet remiſſum ipſi Dauid, vt dictum eſt. Sed verba hæc: Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi, aliter videntur exponenda. ſ. vt referantur ad reuelationẽ factam ipſi Dauid pœnitenti per Nathan prophetam dicentem ſibi: Dñs tranſtulit à te peccatum tuum. Quæ quidẽ remiſſio erat incerta multis: imò ferè omnes ſcientes grauitatẽ delicti ipſius Dauid credebant oppoſitũ, ſed erat vera, & occulta apud ſapiẽtiã diuinã, & manifeſtata Dauid per prophetam: vnde dicit ſic: Ex quo remiſſio peccati mei, licet ſit incerta hominibus, & occulta, tamen mihi eam manifeſtaſti, precor ergo, vt eam ad perfectum in publicum adducas: vnde propriè ſubiungit: Aſperges me domine hyſſopo &c, nam Leuit. xiiij. vbi agitur de ritu leproſi mundati (quod ſignificat peccatorem cui iam culpa eſt remiſſa) legitur: quòd cùm ſacerdos inuenerit lepram eſſe mundatam, facit circa eum quædam ceremonialia, inter quæ cum hyſſopo aſpergit leproſum illum iam mundatum, vt ibi latius continetur, ad quem ritum referenda ſunt verba Dauid in hoc loco. A q. d. ex quo iam manifeſtaſti mihi per prophetam occulta ſapientiæ tuæ. ſ. remiſſionem peccati mei, per quam ſum verè mundatus, licet occultè: iam non reſtat niſi vt ritu ſacerdotali aſperges me hyſſopo, & mundabor, ſcilicet in publicum.



## REPLICA.

IN Pſal. Miſerere mei Deus. Burg. de remiſſionis culpa, & iuſtificationis identitate, volens aliquid dicere contra poſtillatorem ſeſe inuoluit dicens: Primò iuſtificationem fore cauſam remiſſionis: ex hoc arguit quòd non ſunt idem in re, quia nihil eſt cauſa ſuiipſius: Sed illud dictum ſuum non videtur habere veritatem: quia prior eſt de communi lege remiſſio, quam iuſtificatio: ideo vulgò dicitur, quod expulſio vitij virtutis meretur ingreſſum: nullum etiam poſterius eſt cauſa prioris, vt ſic. Dicit ſecundò, quòd eſt idem actus remiſſio, & iuſtificatio. Quod dictum etiam non videtur verum, quia ſtat quod detur gratia, & non remittatur culpa, ſicut in beatæ Virginis conceptione iuxta doctrinam ſcholæ fratrum minorum. Vnde de identitate, & diſtinctione remiſſionis culpæ, & infuſionis gratiæ, ſiue quo ad actus, ſiue quo ad obiecta, grandis diſputatio eſt inter Scotiſtam & Thomiſtam: vide de hoc Scotũ li. 4. diſt. 16. q. 2. In eodem pſal. circa paſſum illum: C Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: cùm poſtil. exponit eum, de verificatione promiſſorum factorum ipſi Dauid de firmitate regni ſui ad poſteros &c. Burgen. exponit de veritate ſermonum domini, quibus dicitur: Quacunque hora peccator ingemuerit &c. Sed replicat contra ſe, quòd illi ſermones de venia concedenda ingemiſcenti, fuerunt Ezechieli longè poſt tempora Dauid dicti: non igitur Dauid potuit ea exemplariter allegare, ideo adducit aliam autoritatem de Exod. Sed illi ſermones nõ ſunt propriè Dei, ſed Moyſi: & ſic eſſet ſenſus: Vt iuſtificeris in ſermonibus Moyſi, cuius propriè ſunt, vt patet in loco allegato. Per idem patet quantùm valeat quòd Burgen. ſubdit circa verſum: Ecce enim veritatem dilexiſti, nam ſtante iudicio hominum, quod propter grauitatem peccati Dauid Deus non permittit filium ſuum regnare poſt ipſum, nec Chriſtum naſci ex eius ſemine, optimè locum habet expoſitio poſtilla. Quòd autem homines habebant illam opinionem, oſtendit Burgen. circa pſalmum: Domine probaſti, allegans ad hoc illud Pſalmiſtæ: Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus illi in Deo eius.

*Ezech. 18. e*

*Exo. 34. b*

## GLO. ORDIN.

a *In finem. Hiero. Aug.* Doeg prodidit Dauid, & Saul ſacerdotes occidit, non Dauid, vt & aries imolatus eſt, non Iſaac: vbi vtrobique effuſo ſanguine reſurrectio Chriſti, & vita figurata eſt. Doeg motus: Idumęus terrenus ab Edom, id eſt genus hominũ terrenum quod mouetur, non perſeuerat in æternũ Saul petitio. Et ſignificat mortem quam homo peccãs verbis, & manibus appetijt. Sicut populus à domino Saulem regem extorſit: Dauid manu fortis, vel deſiderabilis aſpectu. Dauid rex comedit panes propoſitionis, quos non licet edere niſi ſacerdotibus, figurauit non ſolùm perſonam regis, ſed etiam ſacerdotis. Eſt ergo Dauid Chriſtus, & corpus eius Hic autem miſta ſunt terrenum, & cęleſte, de his duobus agit hic pſalmus. Non eſt hic oratio pro malis, ſed prophetia quid ſit eis futurum. B

b *Doeg. Caſ.* Aduerſarius Dauid ſignificat Antichriſtum, qui totum orbem mouebit, qui veniet per ſigna, & miracula ante aduentum iudicij, & auxiliũ à Saule. i. à diabolo petens, nuntiabit veniſſe Dauid, id eſt Chriſtum in domum Achimelech, id eſt ad eccleſiam quæ eſt regnum patris.

c *Abimelech. Hier.* dicit, in Hebręo Achimelech: Ita enim dictus eſt ſacerdos ille, ſed propter ſimilitudinem literarum Beth & Caph, quæ modico apice differunt variatur Abimelech: Forſan autem ſicut ſuprà, non coram Achis, ſed coram Abimelech mutato nomine, vt nõ res hiſtoriæ proſequaris, ſed myſterium, ita & hic eſt: ergo Abimelech patris mei regnum, & ſignificat Iudæos.

a ¶Mittens nos.

a † In finem, † intellectus Dauid,

a ¶De hoc. b ¶Motus. c ¶Terrenus id eſt genus malorum.

b cũm venit ad eũ Doeg Idumęus,

a ¶Prodenti morti. ¶Tunc eſt proditus morti Chriſtus, cum venit ad regnum patris id eſt regnum Iudæorum quod pater inſtituit.

& annuntiauit Sauli, & dixit: Venit Dauid in domum Abi-

a ¶Id eſt Iudæos. Alia litera Achimelech.

c melech.

L I.

¶Aug. Quaſi: In bono gloriandum eſt, quod eſt magnum.

d QVid gloriaris in ma- a

a ¶Tu.

litia, qui potens es b

a ¶Quod nimium eſt. b ¶Sine intermiſſione.

in iniquitate? † Tota die in- c

a ¶Ecce iniquitas. b ¶Meditatio mali eſt in lingua. c ¶Aug. Si non poteſt facere loquitur ſaltem malum, & ſi hoc nequit, cogitat.

e iuſtitiam cogitauit lingua

a ¶Aug. Ita expedite, vel inutilia rapit, vel animam purgat.

f tua: ſicut nouacula acuta fe- d

*...ribus ipſius Dauid, iſte Doeg dixit Sauli, quòd viderat Dauid in domo Achimelech ſacerdotis, & quòd dederat ei panes, & gladium, adiungens etiam falſum ſecundum opinionem aliquorum ſicut modus eſt relatorum, ſcilicet quòd Achimelech cõſuluiſſet pro Dauid Deum: tamen contrariũ vr mihi probabilius, ſcilicet quod non conſuluit, ſicut ibidem plenius fuit expoſitum: propter quod Saul iratus iuſſit ſacerdotes, vxores, & paruulos eorum interfici, & ciuitatem eorum deſtrui, cuius iuſſionis Doeg cum ſuis ſatellitibus fuit executor, vt ibidem habetur, & de hoc fecit Dauid pſalmum iſtum. Et diuiditur in duas partes: Quia primò malitia Doeg arguitur, ſecundò innocentia Dauid oſtenditur, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant, ibi: Ego autem. Prima in tres, quia primò Dauid arguit Doeg malitiam. ſecundò prędicit pęnam, ibi: Propterea deſtruet te. tertiò oſtendit vtilitatis conſequentiam, ibi: Videbunt iuſti. Circa primum dicit.*

*1. Reg. 22. d*

*Diuiſio. Subdiuiſio*

D a Quid gloriaris in malitia. *Quaſi diceret: Hęc eſt peſſima gloria, quia propria illorum eſt, qui peccant ex certa malitia, & habitu. Signum enim habitus generati eſt delectatio in opere, vt dicitur. 2. Ethicorum: Propter quod dicitur in Prou. Qui lętantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.*

*Ariſ. 2. Eth. Prou. 2. c*

† Miſericordia Dei omni die? prauitates.

b Qui potens es in iniquitate. *id eſt potenter exercuiſti iniquitatem, ſacerdotes, vxores eorum ac paruulos occidendo, vt dictum eſt. In Hebręo, & in tranſlatione Hieronymi ſic habetur: Quid gloriaris in malitia potens miſericordia Dei tota die, ita quòd li tota die, quod eſt principium verſus ſecundi in tranſlatione noſtra, eſt finis primi in Hebręo, & in tranſlatione Hiero. & eſt ſenſus: Quid gloriaris in malitia potens, id eſt quid gloriaris, eò quòd malitiam tuam potenter exercuiſti in opere, & in ſacerdotum occiſione. Miſericordia Dei tota die, id eſt miſericordia Dei quę tota die, ſuſtinet te in vita, debuiſſet te retraxiſſe à tanta malitia.*

c Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua. *In Hebręo & in tranſlatione Hierony. ſic incipit verſus iſte: Inſidias cogitauit lingua tua: tamen non mutatur ſententia. Iſte enim Doeg quaſi continuè inſidiabatur Dauid & amicis eius, ipſos Sauli falſò accuſando: quod erat iniuſtum.*

d Sicut nouacula acuta feciſti do. *Nouacula bene acuta aufert pilos quaſi*

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. LI.

QVid *gloriaris in malitia &c. Caſ.* Prima eſt inuectio in Doeg, vt fideles corroboret, contra Antichriſtũ & eius complices.

e *Cogitauit. Caſſiod.* Leuis mens præceps dictio non antè cogitat, quàm loquatur. vnde: In ore ſtultorum eſt cor eorum.

f *Sicut nouacula acu. fe. do. Caſ.* Quæ dum promittit innouationem, incidit: ita ille doloſus, Antichriſtus ſcilicet, beatitudinem, & occidit. *Hiero. Aug.* Sicut nouacula. Mali ſanctis capillos radũt, id eſt ſuperflua bona pręſentia quæ contemnunt

## NIC. DE LYRA. PSAL. LI.

QVid gloriaris in mali &c. *Huic pſalmo præmittitur titulus talis in Hebræo: Ad victoriam pſalmus Dauid, quando venit Doeg Idumęus, & annuntiauit Sauli, & dixit ei: Venit Dauid in domum Achimelech, & in tranſlatione Hierony. ponitur titulus eiuſdem ſententię, licet verba aliquantulum ſint mutata. De hac autem annuntiatione habetur. 1. Reg. quia cum Saul turbatus de hoc, quòd Dauid euaſiſſet manus eius, conquereretur de ſeruis ſuis, tanquàm de fautoribus*

## MORALITER.

* a *Quid gloriaris in malitia.* Pſalmum iſtum fecit Dauid contra malitiam Doeg, qui adulando Sauli regi, retulit ſibi quòd Achimelech ſacerdos panes & gladium dederat Dauid fugienti: propter quod Saul præcepit ſacerdotes cum vxoribus & paruulis occidi primo Regum. *Moraliter* autem poteſt exponi de quolibet adulatore, qui relationibus ſuis excitat aliquem potentem ad perſequendum innocentem. Igitur contra talem dicitur: Quid gloriaris in malitia. Nam hæc eſt dęmonum gloria.

*1. Reg. 22. e*

*Moraliter*

b *Qui potens es in iniquitate.* Quæ non eſt verè potentia, ſed impotentia: eſt enim poſſe deficere,

c *Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua.* Id eſt quaſi continuè cogitauit cor tuum & lingua tua, vt loqueretur malum.

d *Sicut nouacula acu. fe. do.* Scilicet cor vulnerantem, ſicut nouacula acuta vulnerat carnem.

* *Dilexiſti*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

temnunt cum ipſa vita, vt ſint filij Core, quibus dicitur:
E Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autem non poſſunt occidere.

*Vbi ſupra.* a *Dilexiſti malitiam &c. Caſſ.* Non deſerit malum qui diligit, ſuper benignitatem, & ſi benignitas tangit animũ, refugit.

b *Lingua doloſa. Caſſ.* Id eſt doloſa verba fallaciæ miniſtra, aliud in corde geſtantium, aliud ore promentium.

c *Propterea Deus. Caſſ.* De celeri fine iniqui.

d *Et radicem tuam de terra viuẽtium. Aug.* Radix noſtra charitas eſt in terra vi. vñ radix huius. i. volũtas eradicatur. quia non eſt altius fixa per charitatem, ſed in petra arida, & ſterili. Ecce Doeg. id eſt motus de quo loquitur titulus: hic enim puluis, quem proijcit ventus à facie terrę. *Aug.* Radix mali cupiditas, quæ non fructum parit in terra vi. Vel loquitur de Antichriſto, cuius radix miniſtri, qui cum eo nihil habebunt cum ſanctis.

† corruptionis) diſſipationis) linguã doloſam. *Vbi ſupra.* † Etiam. † ſeculum

e *Videbunt iuſti. Aug.* Pro deiectione eius irriſio. *Aug.* Videbunt iuſti. Quid malis ſit euenturum in fine, vidẽt nũc iuſti, & timent ſibi ne & ipſi cadãt: in futuro verò ridebunt. Nunc enim ambulant quaſi ad lucernam ſecundum propheticum ſermonem in nocte, & ideo timendum: tunc verò erit dies. Petrus enim ait: Attendentes ad propheticum ſermonem, quaſi ad lucernam in nocte, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus noſtris. i. Chriſtus appareat qui eſt lux noſtra.

* Sela ſuprà pſal. 3. 2. Pet. 1. d

f *Sperauit &c.* Non dicit habuit: quia habet aliquis qui non amat, & ardet auaritia qui non habet.

† fortitudinem ſuam.

g *Prçualuit in vanitate ſua. Aug.* Vel de
F Antichriſto ſpecialiter agitur. Et præualuit in vanitate ſua, quia plus omnibus alijs malis fideles decipiet.

h *Ego autem &c. Aug.* Quomodo cõtra eum bonus ſe habeat. *Caſſ.* Hucuſque vituperatio illius, hic laus contrariæ partis: Ecce perfecta demonſtratio.

† viridis.

i *Oliua fructifera. Aug.* Populus Dei oliua, vnde fracti ſunt ſuperbi rami. id eſt Iudæi, & inſertus eſt oleaſter de gentibus. *Caſſiod.* Oliua fructifera, de cuius germine domin⁹ Chriſtus effloruit, qui ſpirituali oleo perunctus eſt præ conſortibus ſuis.

*Rom. 11. b* *Pſal. 44. b*

K *In æternum & in ſeculum ſeculi. Auguſt.* Quod dixit in æternum, repetit in ſeculum ſeculi, vt repetendo confirmet quam fundatus eſt in amore regni cęlorum.

l *Feciſti. Aug.* Prædicta, ſcilicet quod ſim oliua, quòd ſperaui in miſericordia in ęternum.

† iucundũ.

a ¶Aug. Vtrunque ante te: ſed hoc id eſt malitiam eligis peruerſe, quaſi leues aquam ſuper oleum terram ſuper cœlum. ſed cum his inferius cadis.

ciſti dolum. Dilexiſti † malitiam ſuper benignitatem, iniquitatẽ

a ¶ Quaſi, nec mala regit verbis decoris.

magis quã loqui ęquitatẽ. * Dilexiſti oĩa verba † præcipitationis,

a ¶Tuæ & aliorum. a ¶Tu qui es. ¶Id eſt linguoſus & doloſus. Vel, guam. ¶Vel ſam. b ¶Hæc dilexiſti. ¶Hæc ſunt verba præcipitationis ſcilicet.

lingua doloſa. † Propterea Deus

a ¶Et ſi non modo. b ¶Aug. hoc modo, prius dignitatem auferet, & poſt tranſire faciet de hac vana gloria, in qua es ad tempus.

deſtruet te in † finẽm: euellet te,

a ¶Aug. Quaſi modo eſt in tabernaculo, ſed ſeruus non manet in domo in æternum. modo ſi quæ bona facit mercedem ſuam recipiet. b ¶Aug. Vbi paleæ cum granis.

& emigrabit te de tabernaculo

a ¶Beatitudine ſanctorum.

tuo, & radicem tuam de terra

a ¶Hæc patientur mali ſed non ſine fructu piorum. ¶Id eſt vident nunc.

viuentium. * Videbunt iuſti &

a ¶Aug. non erit tunc corruptionis locus. b ¶Irriſione dignum iudicabunt. ¶Hic flent.

timebunt, et ſuper eum ridebũt

a ¶Non Deus.

& dicent: Ecce homo qui non poſuit Deum † adiutorem ſuum:

¶Non ſperauit in Deo. ſed in diuitijs.

ſed ſperauit in multitudine di-

a ¶Quia nihil eo vanius qui putat plus valere nummum quam Deum.

uitiarum ſuarum, & † præua-

a ¶Mali ſperant in diuitijs: ego autem dicit populus fidelis qui ſum in domo Dei.

luit in vanitate ſua. Ego autem

a ¶Quæ hyeme & æſtate viret. b ¶Eccleſia.

ſicut oliua † fructifera in domo

a ¶Ille Doeg in diuitijs. b ¶Aug. non ad terrena adipiſcenda, ſed æterna.

Dei ſperaui in miſericordia Dei,

a ¶Duratura. b ¶Pro id eſt. ¶Quod dixit in æternum repetit. ¶Et. ¶Laudabo.

in ęternum, & in ſeculum ſeculi. Confitebor tibi in ſeculum quia

a ¶Quia tunc ſaluabor: non enim præproperus. b ¶Rem nominis tui quod eſt Ieſus ſcilicet quòd tunc ſaluabor.

feciſti: & expectabo nomen tuũ,

a ¶Aug. Iucundum eſt nomen, ſed non niſi guſtanti, amarum vero ſeculum. b ¶Sed non in conſpectu impiorum, qui non guſtant amando.

quoniam † bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum.

g Videbunt iuſti, & timebunt &c. *Hic conſequenter ponitur vtilitatis conſequentia, quia iuſti videntes punitionem iniquorum, ex hoc magis firmantur in bono, & contemnunt proſperitatem malorum, & hoc eſt quòd dicitur: Videbunt &c. ſcilicet Doeg deſtructionem.* G

h Et timebunt &c. *Magis offendere Deum quàm antè.*

i Et ſuper eum ridebunt. *Cõtemnentes eius proſperitatem prçteritam.*

K Et dicent: Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum &c. *Per bona merita.*

l Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum &c. *Quas malè acquiſiuit Sauli adulando, & munera ab illis qui habebant negotiari cum rege malè accipiendo.*

m Et præualuit &c. *Ad tempus: quia inter ſeruos Saulis erat potentiſſimus.*

n In vanitate ſua. *Quia proſperitas eius tranſiuit velut vmbra.*

o Ego autem ſicut oliua fructifera. *Hic conſequenter oſtenditur ipſius Dauid innocentia: quia propter Doeg, & Sauli malitiam non reliquit ſuam innocentiam: quod patet ex hoc, quod Sauli bis in ſua manu tradito bis à morte pepercit, & hoc eſt quod dicit: Ego autem ſicut oliua fructifera &c. Non eſt per hoc intelligendum, quod aliqua arbor oliuę eſſet iuxta domum Dei: quia pręcipitur in Deut. Non plantabis lucum iuxta altare domini Dei tui, neque vllam arborem. Sed per oliuam fructiferam, hic intelligitur oleũ quod de fructu oliuæ exprimitur: quo lucernę in domo Dei replebantur, ſecundum quod dicitur in Leui. Pręcipe filijs Iſrael, vt offerant oleum de lignis oliuarum puriſſimum ad concinnandas lucernas. Iſtarum autem lucernarum aliquæ ardebant de nocte, & de die, licet plus arderent de nocte. Eſt igitur ſenſus:* H

o Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei. *id eſt ſicut fructus oliuæ eſt fomentum luminis continuè in domo Dei, ſic innocentia mea lucebit corã Deo, nec extinguetur per Doeg vel Saulis nequitiam.*

p Speraui in miſericordia Dei in æternum et in ſeculum ſeculi. *Id eſt non tantùm in vita præſenti, ſed etiam in futura. ideo ſubditur:*

q Confitebor tibi in ſeculum. *Confeſſione laudis.*

r Quia feciſti. *Mihi miſericordiam in præſenti.*

s Et expectabo nomen tuum. *In futura retributione iuſtorum.*

t Quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum. *Quĩ laudant continuè nomen tuum: ſed in conſpectu iniquorum non eſt bonum: qui frequenter verbis & factis blaſphemant ipſum.* Moraliter. *autem poſſet exponi pſalmus iſte de quolibet iniquo detractore, qui per detractiones & adulationes ſuas excitat aliquem potentem ad innocentum perſecutionem: pro quo conſequitur finaliter pęnam æternam, & cum hoc aliquando temporalem, & ad hoc conſideratis prædictis poteſt de facili applicari litera huius pſalmi.*

## NICO. DE LYRA.

¶ *quaſi inſenſibiliter. Doeg autem ſic doloſitates ſuas colorabat, quod Saul non percipiebat. Et quia faciebat hoc ex habitu, qui cauſat delectationem in opere, vt dictum eſt, ideo ſequitur:*

a Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatem magis quã loqui æquitatem. *Et patet litera vſque ibi:*

b Dilexiſti. Omnia verba præcipitationis. *Id eſt verba Saulis quibus pręcipitanter præcepit ſacerdotes occidi: ad quod eum induxiſti.*

c Lingua dolo. *Vt patet per prędicta.*

d Propterea Deus deſtruet te in finem. *Hic conſequenter Dauid in ſpiritu prophetico prędixit ipſius Doeg pęnã, dicens: Propterea Deus deſtruet te in finem. Licet modò ſis potens cum rege.*

e Euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo &c. *Animam de corpore auferendo: quod fuit impletum in monte Gelboe, vbi Doeg iuſto Dei iudicio interfecit ſe, prout dictum fuit primi Reg. vlt.* *1. Reg. 31. b*

f Et radicem tuam de terra viuentium &c. *Hoc fuit impletum quando Dauid fecit interfici filium Doeg, in quo ſperabat poſt mortem ſuam manere, ſicut in quadam radice remanente, vt dictum fuit primi Regum vlt. & 2. Reg. 1.* *2. Reg. 1. c*

g Videbunt

## MORALITER.

* b *Dilexiſti.* id eſt ad præcipitandum innocentes.
d *Propterea Deus deſtruet in finem.* Tibi reddens debitam pęnam.
e *Euellet te de. &c.* Extrahendo animam à corpore.
f *Et radicem tuam de terra vi. &c.* id eſt animam tuam, quæ viuificat corpus, ſicut radix arborem, priuabit te gloria per æternam damnationem.
g *Videbunt iuſti.* Tuam deiectionem.
h *Et timebunt.* Deum offendere plus quàm antè.
i *Et ſuper eum.* Applaudentes iuſtitiæ diuinæ.
K *Et dicent: Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum &c.* Ideo merito lapſus eſt ad infernum.
l *Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum &c.* Ponendo ibi finem ſuum.
m *Et prævaluit in vanitate ſua.* Ad tempus modicum.
o *Ego autem ſi. o. &c.* Hoc dicit iuſtus cõfidens de bonitate diuina.
q *Confitebor tibi in ſeculum.* Confeſſione laudis.
r *Quia feciſti.* Miſericordiam mihi.
s *Et expectabo nomen tuum.* In retributione iuſtorum.

*In pſal.*



A *In pſal. lj. Quid gloriaris: vbi dicitur in poſtil. Circa primum dicit.*

### ADDITIO.

Litera Hebraica ſic habet: Quid gloriaris in malitia ò potens miſericordia Dei tota die: quod ſic exponit Abenhazra, & bene, vt videtur ò potens. i. Doeg qui pro tunc potens erat apud regem Saul. Quid gloriaris in malitia. i. in vanum gloriaris in tua malitia me perſequendo nam miſericordia Dei tota die eſt, quæ me proteget à tua perſecutione: quod conſonat cum fine pſal. vbi dicitur: Ego autem ſicut oliua &c. ſperaui in miſericordia Dei. C

## GLO. ORDIN.

a *In finem pro &c. Caſſ.* Intellectus Dauid prophetæ, quem habuit de Amalechitis qui vaſtauerunt Sicelech, per quos intellexit membra Antichriſti vaſtatura eccleſiam quæ hic confutantur. Suprà idem pſal. de incarnatione domini, hic de aduentu iudicij. *Aug.* Vel pro mahalath, id eſt patiente, vel dolẽte quæ eſt eccleſia, pro qua increpantur hic homines, inter quos gemit. Conſolatio in fine pſalmi oſtenditur.

## GLOSSA ORDIN.

## PSAL. LII.

Dixit inſipiens. *Aug.* Increpatio malorum. *Aug.* Inſipiens, omnis qui malè viuit. Qui enim putat ei placere mala, non eum putat Deum. Vel qui dicit eũ omnibus parcere. Vel, inſipiens Iudæus dixit de Chriſto: non eſt Deus. Idem hodie mali. Vel cui ſupradictum eſt exiſtimaſti inique, quòd ero tui ſimilis: ille dicit: non eſt Deus.

c *Deus de. Caſſ.* Vel de cęlo, id eſt p ſanctas animas admonuit, vt videat, &c.

d *Si eſt &c. Caſſiod.* Aut ſi non intelligit. Si ſaltem eſt requirens intelligere Deum.

e *Omnes decli. &c. Caſſ.* Congruus ordo. Prius declinant, tunc inutiles, inde nõ eſt qui faciat bonum. B

f *Nonne ſcient. Caſſ.* Comminatio malorum per finem. *Aug.* Minatur illis qui loquitur pro parturiente. Q. Nonne, inquam, hi omnes ſcient, quoniam Deus verè eſt. Scient vtique pęnarum experimẽto. Sed merito hoc eis quia:

g *Deum non inuoca. Aug.* Conſolatur gementes, ne proſperantes imitentur, quia Deum non inuo. vnde cito perituri ſunt, conſolatio fidelium.

¶ a *Qui bo-*

¶Vel pro mahalath id eſt parturiente, alias patiente vel dolente quæ eſt eccleſia. ¶Lugens terram.

† In finem, † pro † Amalech intellectus Dauid. LII.

Dixit † inſipiens in

a ¶Et ſi ore non audet.

corde ſuo, non

a ¶Cur ita? ¶Quia, vel: & ideo. ¶Ab omni via rationis.

eſt Deus. Corru-

a ¶Quod deterius. ¶Omnes qui dicunt, Non eſt Deus.

pti ſunt, et † abominabiles facti

a ¶Adeo quod. ¶De illis.

ſunt in iniquitatibus: nõn eſt qui

a ¶Sed.

faciat bonum. Deus de cęlo pro-

a ¶Miſertus eſt. ¶Mittendo filium. b ¶Quod eſſe debent filij hominum portando imaginem noui hominis.

ſpexit ſuper filios hominum,

a ¶Videri faciat. b ¶Cognitione.

vt videat ſi eſt intelligens, aut

a ¶Opere vel intelligentia. b ¶Sed. ¶Aug. Quaſi proſpiciendo hoc inuenit.

requirens Deum. Omnes de-

a ¶Et. b ¶Sibi & alijs.

clinauerunt, ſimul † inutiles facti ſunt: nõn eſt qui faciat bo-

a ¶Ex ſe. ¶Ductus ratione boni. a ¶Quaſi ex dolore repetit. b ¶Aug. Non eſt vnus. vel ſi vnum exciperet, diceret præter vnum.

num, nõn eſt † vſque ad vnum.

a ¶Sed. ¶Illi dicunt: Non eſt Deus. b ¶In futuro. c ¶Qui modo ſcire nolunt.

Nonne † ſcient omnes qui ope-

a ¶Volentes conſumere

rantur iniquitatem, qui deuo-

a ¶Caſſ. Quæ parturit & dolet. b ¶Aug. Aſſidue.

rant plebem meam, † vt cibum panis. Deum non inuocauerunt:

bita pęna, ibi: Nonne ſcient. & quartò liberatio populi ex Dei miſericordia, ibi: Quis dabit. Circa primum dicitur:*

a Dixit inſipi. *id eſt Antiochus.*

b Non eſt Deus. *Quia cultum veri Dei amouit de Ieruſalem & ciuitatibus Iudęæ, & idolum poſuit ſuper altare Dei, & ſic facto & verbo negabat verum Deum.* *1. Mach. 1.*

c Corrupti ſunt. *Peccato luxurię. Grçci. n. erant luxurioſi, & de Antiocho nobili, qui fuit figura Antichriſti dicitur ſpecialiter, & erit in concupiſcentijs fœminarum.* *Dan. 11.*

d Et abominabiles facti. *Peccato idololatrię, quod vocatur abominatio frequenter in ſcriptura, & de Antiocho dicitur: quòd ędificauit abominandum idolũ ſuper altare Dei.*

† mahalath † impru[dentes] *1. Mach.*

e Non eſt qui fa. *ſ. meritorium, quod fieri nõ poteſt ſine fide & charitate, licet aliquando facerent aliquod bonum de genere. Nõ eſt vſq; ad vnum. hoc non eſt in Hebręo, nec in tranſlatione Hie. ſed infrà ponitur vbi exponetur.*

f Deus de cœlo. *Hic conſequenter ponitur examinatio malitię, cum dicitur: Deus de cęlo proſpexit ſu. filios hominum. Quia nihil penitus latet ipſum, & hoc ſpecialiter dicitur contra illos qui negabant diuinam prouidentiam ſe extendere ad actus humanos.*

g Vt videat ſi eſt intel. *Per verã cognitionẽ.*

h Aut requi. Deum. *Per bonam operationẽ. Quales autem inuenti fuerint, ſubditur:*

i Omnes declina. *à rectitudine iuſtitię.*

K Simul inut. facti ſunt, *id eſt inepti ad conſecutionem vitę beatæ, ſicut medicina dicitur inutilis, quę eſt inepta ad conſecutionem ſanitatis.*

† cõputruerunt (corrupti ſunt)

l Non eſt qui fa. bo. *exponatur vt ſuprà.*

m Non eſt vſque ad vnum. *Quod dupliciter exponitur. Vno modo incluſiuè: vt ſit ſenſus, quòd nec vnicus talis reperitur in eis. ſ. in hominibus Antiochi, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Alio modo excluſiuè, vt ſit ſenſus, in omnibus populis non eſt niſi vnus, qui de Deo habeat legem veram & cultum. ſ. populus Iudaicus, cui data fuit lex in monte Sinai: de qua datione dicitur infrà. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* D *Heb. 11. a* *Pſ. 146. a*

n Nonne ſcient. *Hic conſequenter ponitur determinatio pęnę debitę, cùm dicitur: Nonne ſcient &c. q. d. imò ipſi ſcient Dei iuſtitiam per pœnę infligendę experientiam: vnde in perſona talium dicitur. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, &c. Et ſubditur poſtea. Talia dixerunt hi, qui in inferno poſiti ſunt.*

† acſi comederent panem. *Sap. 5. b*

o Qui deuorant plebem meam, &c. *i. ita delectantur in ſpoliatione, & occiſione innocentium, acſi comederent bonum cibum.*

p Deum non inuo. *Quia non crediderunt in eum: propter quod dicitur: Quomodo inuocabunt eum, in quem non crediderunt.* *Rom. 10. c*

¶ a Illic

## NIC. DE LYRA. PSAL. LII.

Dixit inſipiens. *Huic pſal. in Hebræo præmittitur talis titulus: Ad victoriam ſuper mahalath, eruditio Dauid. Et dicunt aliqui Hebręi, quòd* מחלת *mahalath eſt hic nomen inſtrumenti muſici, cui appropriabatur cantus huius pſal. Alij autem dicunt, quòd ſignat chorum, & hoc modo accipit Hier. in tranſlatione ſua, vbi ponit talem titulum: Victori per chorum eruditio Dauid: ſecundum ergo hanc ſignificationem, quam credo veriorem, ſenſus huius tit. eſt, quod Dauid fecit hunc pſal. decantandum à choro Leuitarum cum quodam conatu victoriæ ſicut ſuprà frequenter eſt expoſitum. In aliquibus Biblijs titulo prædicto additur pro Amalech: Sed hoc eſt falſum, quia Hebręus & Hiero. non habent nec pſal. iſte fuit factus contra Amalech, vt videbitur in proceſſu. Sciendum ergo quòd pſal. tertiuſdecimus eſt multum ſimilis in ſententia, & verbis, vt patet intuenti propter quod dicit Ra. Sa. quòd Dauid fecit hunc pſal. contra Titum, qui deſtruxit templum ſecundum, & populum Iudaicum partim interfecit, & partim captiuauit, ſicut fecerat pſal. xiij. contra Nabuchodonoſor regem Babylonis, qui primum templum deſtruxit, & populum captiuauit. Dicit etiam Ra. Sa. quòd in aduentu Meſſiæ templum reędificabitur, & Iudęi per orbem diſperſi ibi in momento congregabuntur: Sed hoc eſt falſum, & erroneũ, vt ſuprà dictum eſt frequenter, propter quod pſal. iſte poteſt exponi de afflictione Iudęorum per regnum Grçcorum, à quo multi Iudęi fuerunt interfecti, & multi captiuati, & maximè tempore Antiochi illuſtris, propter cuius tyrannidem Iudęi qui remanſerant in terra fugerunt ad montes, & ad alia loca, relinquentes omnia quæ habebant in ciuitatibus & villis. Ab hac autem miſeria, ſeu captiuitate fuerunt ſubleuati per Machabęos, qui ciuitatem, & templum recuperauerunt, & infideles de Iudeę finibus eiecerunt. quod prauidens Dauid in ſpiritu fecit hunc pſal. qui diuiditur in quatuor partes: quia primò deſcribitur Grçcorum, & ſpecialiter Antiochi malitia: ſecundò examinatio diuina, ibi: Deus de cęlo proſpexit. tertiò debita*

## MORALITER.

* a *Dixit inſipiens in corde &c.* Pſalmum iſtum literaliter expoſui de Antiocho illuſtri, qui poſuit idolum abominandum in templo Dei, Moraliter autem poteſt exponi de quolibet blaſphemo de quo poteſt dici: Dixit inſipiens in cor. ſuo: non eſt Deus. nam blaſphemus de Deo dicit illud quod non eſt ſtare cum vera deitate, vt quod ſit latro vel aliquid huiuſmodi: & ſic negat cum ore, q per conſequens corde. nam ex abundantia cordis os loquitur. *1. Mach. 1. f* *Math. 12. e*
c *Corrupti ſunt.* Omnes tali corruptione peccati contra Deũ quod eſt peſſimum.
d *Et abominabiles fa. ſ.* Deo & Angelis ſanctis & hominibus bonis.
e *Non eſt qui faciat bonum.* Scilicet de numero talium. Et quoniam ſic audacter peccant, acſi Deus non videret. Sequitur:
f *Deus de cęlo proſpexit.* Nam oĩa nuda & aperta ſunt oculis eius. *Heb. 4. d*
g *Vt videat ſi eſt intelligens aut requi. Deum.* Scilicet in talibus blaſphemis. ideo ſubditur:
n *Non eſt vſque ad vnum.* id eſt non eſt unicus. Et quoniam non remanet dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ, Ideo ſequitur:
m *Nonne ſcient &c.* q. d. imò ſcient per punitionis experientiam: quando pœna oculos eorum aperiet, quos modò clauſit culpa.
o *Qui deuorant plebem meam.* Auferentes eius ſubſtantiam.
p *Deum non.* Per pœnitentiam.

* *Illic*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Qui hominibus placent. Caſſiod.* Boni ſibi diſplicent, dum carnem caſtigant placent, mali.

E

*Vbi ſupra.* b *Confuſi ſunt. Caſſiod.* id eſt confundentur, quia à regno Dei ſeparabuntur, vt generaliter legatur de omnibus malis: ſed Iſrael ſaluabitur.

*Vbi ſupra.* c *Quis dabit ex &c. Aug.* Salus autem parturienti eccleſiæ.

## NIC. DE LYRA.

a Illic trepidauerunt &c. *ſecundũ quod ſcribitur. Fugit impius nemine perſequente. propter enim mala quæ fecerunt, timent in omni loco ſibi inſidiari, & in omni cibo impotionari. Propter quod dicit Boetius tertio de conſolatione de Dionyſio tyranno, qui propter mala quæ fecerat, erat in continuo timore: fortis ſuæ periculorum expertus tyrannus regni, metus pendentis ſuper verticem gladij terrore ſimulauit. Cùm enim quidam amicus ſuus diceret eum felicem, fecit eum ſedere in ſolio regali, & optima cibaria fecit apponi, & ſuper caput ſedentis gladium acutiſſimum tenui filo appendi: quem perſpiciens ille qui ſedebat, nullo modo comedere poterat, ſed præ timore timebat, & pallebat: Tunc dixit ei Dionyſius: Quomodo dicis me felicem, qui continuè ſum in tali ſtatu, quali tu es modo?*

*Prou. 28.d* — *Boetius 3. de conſ. de Dionyſio tyranno*

b Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum. *id eſt virtutem eorum. Qui hominibus placent, ſicut ſunt vanè glorioſi, applauſu hominum, & adulationibus delectati, de diuino beneplacito non curantes. In Hebræo habetur: Deus diſpergit oſſa obſidentium te, & in tranſlatione Hierony. Circundantium te, & idem eſt, & refertur ad Antiochum & eius exercitum, qui obſederunt & deſtruxerunt ciuitates Iudeæ: Sed ipſi poſtea fuerunt fugati, & debellati à Machabæis: & Antiochus miſerabiliter mortuus fuit in montibus: Cadens enim de curru habuit oſſa colliſa, & tandem miſerabiliter mortuus eſt.*

*† vide pſ. 4 & 31.* — F — *2. Mach. 9.d*

c Confuſi ſunt &c. *Intantum enim fœtebat Antiochus ex languore à Deo immiſſo, quòd eius fœtore exercitus grauabatur, vt ibidem habetur, quod erat maxima confuſio ſibi, & toti exercitui.*

d Quis dabit ex Sion &c. *Hic conſequenter deſcribitur populi liberatio ex Dei miſericordia: Et loquitur Dauid per modum optantis, ad exprimendum deſiderium huius liberationis dicens: Quis dabit ex Sion, id eſt ex habitantibus ſeu miniſtrantibus in tẽplo, qđ erat in monte Sion.* G

e Salutare Iſrael. *i. remedium contra Antiochum, & eius exercitum: Et hoc fuit adimpletum, quando dominus dedit conſtantiam & audaciam Mathathiæ, & filijs eius ad pugnandum pro populo: qui Mathathias fuit ſacerdos miniſtrans in templo, & manſit in Ieruſalem.*

f Cum con. de ca. pl. &c. *Inductam per Antiochum.* *1. Mach.*

g Exultabit Iacob & lætabi. &c. *Quod factum fuit, quando Iudas Machabæus, & populus, qui erat cum eo, recuperata ciuitate mundauerunt templum, reædificantes altare, & ſuper illud offerentes cum gaudio magno, vt habetur: vnde ibidem dicitur: Facta eſt lætitia in populo magna valde.* Moraliter autẽ *poteſt exponi pſalmus iſte de quolibet peccatore in malis ſuis obſtinato, qui licet confiteatur Deum verbis, negat tamen factis, ſecundum illud Apoſtoli. Confitentur ſe noſſe Deũ, factis autem negant. Cuius malitiã Deus examinat & punit, & innocentem de manu eius eripit: Et huic ſententiæ de facili conſideratis prædictis poteſt litera applicari.*

*Tit. 1.d*

a ¶Ideo. b ¶De terrenis, non de æternis.

illic trepidauerunt timore, vbi

a ¶Quaſi, ſed non de his vbi eſſet timendum, ſicut Iudæi qui Deum occiderunt, ne perderent locum & gentem. b ¶Onare hoc.

non fuit timor. Quoniam Deus

¶Interiora bona.

diſſipauit oſſa † eorum, qui ho-

a ¶Placere quærunt. ¶Os illius, Chriſti ſcilicet nemo fregit qui hominibus placere noluit. b ¶Quia & locum perdiderunt pro quo occiderunt Chriſtum, vt legatur de Iudæis ad literam.

minibus placent confuſi ſunt,

a ¶Sed o vos ſtulti. ¶Nonne hic ſolus cui dixiſtis: Non eſt Deus.

quoniam Deus ſpreuit eos. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael, † cũ

a ¶Aug. Qui modo inter manus veſtras captiuus tenetur.

cõuerterit Deus captiuitatẽ † ple-

a ¶Quia hoc intelliget. o ¶Populus Chriſtianus. ¶Cui maior ſeruiet. ¶In futuro, quia ipſe cognoſcet perfecte.

bis ſuę? exultabit Iacob, & lætá-

a ¶Quia ipſe idem factus.

bitur Iſrael.

a ¶Id eſt Chriſtum. ¶Nouiſſima non præſentia. b ¶Quia in aduerſis Deus laudandus.

† In finem, in carminibus vel

a ¶Id eſt laudibus. b ¶Aug. Quia vir inſipiens non cognoſcit quomodo interit flos ſeculi. c ¶Vel alicuius viri ſpiritualis, qui intelligit florem malorum tranſiturum.

hymnis, intellectus Dauid cùm

## MORALITER.

a *Illic trepidauerunt &c.* Reformidantes tantùm mala præſentis vitæ, quæ non ſunt timenda, cùm ſint patientibus meritoria: ſed mala vitæ futuræ ſunt timenda. ideo ſequitur:

b *Quoniam Deus diſſipauit oßa eorum qui hominibus &c.* id eſt tyrannis: & iſti ſunt eorum ſatellites, vt eis placeant, bona pauperum rapientes, & robur eorum, quod per oſſa deſignatur, in inferno punientur. H

c *Confuſi ſunt &c.* Extrema confuſione.

d *Quoniam Deus ſpreuit eos.* A conſortio ſanctorum eijciens ipſos. Et quoniam hoc eſt valde formidandum, ideo ſubditur vox iuſtorum.

e *Quis dabit ex Sion.* id eſt ex cęlo vbi eſt Dei clara viſio. & reſpondetur.

f *Cum conuerterit Deus captiuitatem Iacob.* Scilicet per aduentum ſaluatoris: quod impletum fuit per liberationem patrum in limbo detentorum.

*In pſalmo lij. Dixit inſipiens: vbi dicitur in poſtilla. Propter quod pſalmus iſte.*

### ADDITIO. I.

Pſalmus iſte magis propriè poteſt exponi præſuppoſita veritate fidei de Antichriſto, & de afflictione fidelium per ipſius tyrannicã poteſtatem, cuius Antichriſti figura fuit Antiochus prout communiter tenetur: à qua afflictione maxima liberãdi ſunt per Chriſtũ. Ad quod attendendum eſt, quòd ſicut in pſal. xiij.) qui pro maiori parte aſſimilatur huic) agitur de Iudæo Chriſtũ in perſona contemnente (qua rõne de ipſo Iudæo propriè dicitur: Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus, prout in additione ſuper eundem pſal. fuit oſtenſum) ſic in hoc pſal. agitur de Antichriſto, cuius principalis & propria nequitia conſiſtit in negando Chriſtum eſſe Deum: & ſic propriè de ipſo poſſet dici: Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus. Nam licet Antichriſtus in ore ſuo verum Deum profiteatur eſſe in mundo, cùm legem pentateucham aſſerat veram eſſe, cuius legis ceremonialia, & iudicialia, & huiuſmodi reſtaurare attentabit, vt doctores communiter dicunt: in qua lege manifeſta ſunt teſtimonia de Deo: nihilominus tamen in corde Deum negat verum, negãdo Chriſtum eſſe verum Deum eo modo quo ſuprà fuit expoſitum in prædicta additione. Vnde iſti duo pſal. adinuicem correſpondent ſicut primum, & vltimum vnius rei. Nam ſicut perſecutio Iudæorum facta in capite Chriſto fuit prima, & principalis inter omnes eccleſiæ perſecutiones, ſic perſecutio Antichriſti eſt vltima, & maximè principalis inter perſecutiones eccleſiæ in Chriſti membris perpetratas. Et ideo iſte pſalmus diſtinguendus eſt & exponendus ſicut compar ſuus, ſcilicet. xiij. exceptis duobus verſibus qui non ponuntur eo modo in vtroque pſal. ſcilicet quia vbi dicitur in primo: Quoniam dominus in generatione iuſta eſt, cõſilium inopis confudiſtis, quoniam Deus ſpes eius eſt. in hoc pſalmo legitur: Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent cõfuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos. Primus verſus fuit expoſitus in additione ſuper prædictum pſalmũ applicando illa verba propriè ad Iudæos, qui conſilia Chriſti inopis contempſerunt, vide ibi. Sed verſus cõtentus in hoc pſal. ſ. Quoniã Deus diſſipauit. propriè applicatur impijs adhærentibus Antichriſto, quorum oſſa ſcilicet membra erunt diſſipata: quia ſeparata à regno Dei, & etiam inter ſe confracta in contrarium membrorum Chriſti, cuius os nemo confregit, vt in epiſtola 2. ad Teſ. 2. vnde quia hæc perſecutio vltima terminatur in ſeparatione perfecta membrorum Chriſti à diabolo & Antichriſto, & eorum membris. Idcirco poſtquam hic Pſalmiſta dixit de reprobis, quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent ſcilicet Antichriſti, & ſequacium eius, qui hominibus placebunt, largiendo eis bona temporalia de quibus dicit: Quoniam Deus diſſipauit. i. ſpreuit eos, ſtatim ſubiunxit de electis. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael &c. iuxta illud. Ibunt in vitam ęternam, & ſic confunditur manifeſtè inſipiẽs ſcilicet Antichriſtus, qui dicebat in corde ſuo: Non eſt Deus &c. Quæ quidem verba ſcilicet: Quis dabit ex Sion &c. & cum auerterit dominus captiuitatem plebis ſuæ, quæ in vtroque pſal. finaliter continentur, denotant ſalutem vniuerſalem fidelium, prout fuit in paſſione Chriſti ſecundum ſufficientiam, & erit in aduentu ſecundo quantùm ad omnes electos: quod non propriè poteſt dici de liberatione à captiuitate Babylonica nec de oppreſſione Antiochi, cum in vtraque populus Iſraeliticus erat diſperſus per orbem, & ſic tales liberationes non erant vniuerſales. Cætera autem contenta in hoc pſalmo faciliter applicantur propoſito ex his quæ dicuntur in poſtilla, & etiam in additione ſupradicta mutatis mutandis &c.

*In eod. pſal. vbi dicitur in poſtilla: Non eſt qui faciat bonum.*

### ADDITIO II.

Veritas Hebraica in hoc loco ſic habet: Non eſt qui faciat bonum, nec etiam vnus, cuius ſenſus eſt: nam licet etiam in tempore Antichriſti aliqui boni erunt, quia tamẽ erunt pauci numero, vt in Matt. idcirco in nihilũ reputantur iuxta Philoſophum in 2. Phyſ. quod modicum eſt, quaſi nihil reputatur.

### REPLICA.

Circa pſal. Dixit inſipiens, oſtendit Burgen. ſuam inſipientiam, ſicut ſuprà circa pſal. eiuſdem principij, & ibi vide correctionem.

a *Ziphæi*



A a *Ziphæi. Hiero. Aug.* Florentes interpretantur. Et ſignificãt illos qui hic florent in præſenti, & quaſi virent copia temporalium: quorum gloria eſt vt flos fęni, quod hodie floret & cras in clibanum mittitur. Inter quos latet Dauid. i. ſancti, quorum vita abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: inter quos ſunt viles & abſconditi. *Aug.* Monet in aduerſis Deum laudare.

## GLOSSA ORDINARIA.

### PSALMVS LIII.

Deus in nomine. *Aug.* Inter Ziphęos orat. *Aug. Hiero.* Hic ſalua in nomine, poſt non timeo iudicari in virtute. *Aug.* Deus in nomine, verba eccleſię latentis inter Ziphęos, cuius bonum intus eſt, & merces occulta, alij alijs petunt liberari: ego in tuo nomine.

c *Deus exaudi. Caſs.* Item Deus, nomen potentiæ, repetit ne tardet auxilium.

d *Percipe verba oris mei. Aug.* Ziphæi ea etſi audiunt, non tamen intelligunt, qui non niſi temporalia nouerunt.

e *Alieni. Auguſt.* Ziph viculus erat qui pertinebat ad tribũ Iuda, vnde Ziphęi.

f *Ecce enim Deus. Caſ.* Diapſalmus Quid ſibi & Ziphæis faciat Deus: vnde ſoluit laudes.

g *Adiuuat me. Aug.* Quod ipſi neſciunt inter quos lateo: ſed hoc quod me adiuuat viderẽt, ſi Deum ante oculos ponerent. *Caſs.* Adiuuat laborantem ferre, quæ ingerunt. *Aug.* Adiuuat & ſuſceptor eſt. Ita qđ auertit mala inimicis, diſperditque in virtute ſua: eos qui florent in felicitate ſeculi.

h *Auerte mala inimicis. Aug.* Vel, auerte pro conuertendis precatur, & hæc eſt hoſtia quam pro liberatione ſoluit. Auerte mala ab inimicis meis. Et diſperde illos. *Caſsio.* à priore intentione, ponendo in veritate tua, id eſt vt ad veritatem tuam veniant.

B i *In veritate. Aug.* Vel ſecundum aliam literam. In virtute perde quos in tua infirmitate toleraſti.

K *Voluntarie ſacrificabo. Aug.* Quia propter ſe, non propter aliud, quod ab eo velim. Qui propter aliud laudat, ex neceſſitate laudat: ſi illud haberet nõ laudaret. Mihi autem, & quæ dedit propter dantem placent.

a *In finem.*

## NIC. DE LYRA. PSAL. LIII.

Deus in nomine tuo. *Huic pſalmo preponitur talis titulus in Hebręo: Ad victoriam in organis eruditio Dauid quando venerunt Ziphęi, & dixerunt Sauli: nõne Dauid abſconditus eſt apud nos. Quãuis enim eſſent de tribu Iuda ſicut & Dauid, tamen in fauorem regis voluerunt cum tradere in manus eius: & ſic ex hoc titulo patet autor & materia huius pſalmi in generali. Per hoc autem quòd dicitur, in organis, ſignatur quòd cantus huius pſalmi appropriatus erat huic inſtrumento muſico, quod dicitur organa: Titulus etiam conſimilis ponitur in tranſlatione Hierony. ſed ponitur ibi pſalmus ſcilicet cantus pro inſtrumento, ſicut dictum fuit ſuprà pſal. 4. Diuiditur autem iſte pſalmus in duas partes, quia primò Dauid ponit ſuam deprecationem. Secundò vt ſit magis exaudibilis, facit Deo votum ſeu promiſſionem, ibi: Voluntariè. Circa primum dicit:* C

*Diuiſio*

a Deus in no. tuo. *id eſt in virtute nominis tui à me inuocati.*

b Sal. me fac. *à Ziphæis mihi inſidiantibus, & Saule & viris eius me perſequentibus.*

c Et in virtu. tua. *id eſt pro me conſeruans meam innocentiam, & puniens eorum malitiam.*

d Deus exaudi orationem. *Per condeſcenſum tuæ ſaluationis.*

e Auribus percipe verba oris mei. *Loquitur de Deo more hominis, qui inclinat aurem ad petitionem, quam vult exaudire.*

f Quoniam alieni inſurrexerunt me. *Id eſt Ziphæi volentes me prodere, & in hoc alienati ſunt à me, quamuis ſint de tribu mea.*

g Et fortes quæſierunt animam meam. *Id eſt Saul rex, & exercitus eius.*

h Et non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum. *Quia Dei timore poſtpoſito quærunt me innocentem interficere.*

i Ecce enim Deus adiu. *id eſt ſpero quòd me adiuuabit in hac tribulatione.*

K Et dominus ſuſceptor eſt animæ. *id eſt conſeruator vitæ meę.*

l Auerte mala ini. meis. *i. auerte à me mala ab inimicis contra me cogitata, & conuerte ſuper eorum capita, ſecundum quod dicitur: In inſidijs ſuis capientur iniqui.* *Prou. 11.a*

m Et in veritate tua diſperde illos. *ita quòd non poſſint perficere, quod cogitant contra me, ſicut veraciter promiſiſti innocentiam conſeruare.* D

n Voluntarie ſacrificabo tibi. *Hic conſequenter Dauid Deo promiſſionem facit, vt ſua deprecatio ſit magis exaudibilis, dicens: Voluntarie ſacrificabo tibi ſacrificium laudis. & etiam ſacrificium legis, quando potero ad locum diuini cultus accedere: quia pro tunc non poterat, eò quòd exul & fugitiuus erat.*

o Et confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum eſt. *id eſt confitebor nomini tuo domine confeſſione laudis bonitatem quam mihi exhibuiſti.*

p Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me. *De preterito, ex quo ſpero, quòd ſic fiet de futuro. & ideo ſubditur:*

q Et ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus. *Id eſt pro nihilo computaui eorum inſidias contra me, confidens de tua bonitate, non de meis meritis vel virtute.* Moraliter *autem poteſt exponi pſalmus iſte contra relatores peſſimos excitantes potentes contra innocentes, quorum inſidias innocentes euadunt ex diuina bonitate.* *Moraliter*

a Exaudi

a ¶Flos. ¶Quibus non profuit ſua proditio, & Dauid non nocuit. ibi enim datus eſt Saul in manum Dauid in ſpelunca.

uieniſſent Ziphęi, † & dixiſſent ad Saul: Nonne Dauid abſconditus eſt apud nos? LIII.

*† & dixiſſent ad Saul*

a ¶Auguſt. Quod mundo prædicatum eſt. ¶Hier. Id eſt ſuper rem nominis.

Deus i noĩe tuo ſaluũ me fac, & ĩ † virtute

*† fortitudine*

a Caſ. In futuro iudicio. ¶Secerne a Ziphæis. b ¶Aug. Quia non florem Ziphęorum a te peto.

tua † iudica me. Deus exaudi ora-

a ¶Caſs. Menti recondẽ.

tionem meam, auribus percipe

a ¶Quia ex verbis cor iudicatur. b ¶Caſs. Hæc eſt cauſa orationis, & loquitur eccleſia. c ¶Mali. ¶Ziphæi pertinebant ad tribum Iudæ. vnde Dauid: ſed alieni flore malitiæ qui prodiderunt eũ, non loco, vel tribu.

verba oris mei. Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me,

a ¶Caſs. Saul & miniſtri. ¶Perſecutores.

& fortes quæſierunt animam

a ¶Caſs Qui putant Deum neſcire quod agunt. ¶Qui nihil niſi ſeculum conſpiciunt.

meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

a ¶Non propo. Deũ ante conſpe. ſuum. qđ patet quia. b ¶Aug. Intus vbi nemo videt, vbi eſt gloria noſtra non in flore extra.

* Ecce enim Deus adiuuat me,

a ¶Ita. b ¶Caſs. Et ſi corpus deſierit.

et dominus † ſuſceptor eſt animę meæ. † Auerte mala inimi-

a ¶O domine. ¶A me in illos.

a ¶Aug. Florent falſis bonis, pereunt veris bonis. ¶Vel quaſi florent ad tempus, ſed pereunt in æternũ.

cis meis, & in † veritate tua diſperde illos. † Voluntariè ſacrifica-

a ¶Tamen. Aug. Quia gratis amo quod laudo. b ¶Sacrificium laudis non pecora.

a ¶Aug. Hoc eſt gratis confiteri, quia bonum: non quia dat temporalia bona. ¶Id eſt laudabo.

bo tibi, & confitebor nomini

a ¶Aug. Nil melius nomine tuo inuenio.

tuo domine, quoniam bonum

a ¶Ideo confitebor bono nomini. b ¶Aug. In hoc probauit bonum nomen, ſi aliter ſciret, tribulatio neceſſaria non fuiſſet

eſt. Quoniam ex omni tribulatione † eripuiſti me, & ſuper ini-

a ¶Florentes. b ¶Mente rapta ad Deum det quod omnis flos vt fœnum.

micos meos † deſpexit oculus meus.

## MORALITER.

a *Deus in nomine tuo.* Pſalmus iſte ſecundum literalem ſenſum eſt oratio Dauid contra malitiam Ziphæorum, ipſum in manus Saulis tradere volentium. Moraliter autem eſt oratio innocentis per malorum relationem patientis perſecutionem & deuotè liberari petentis dicens: Deus in nomine tuo. quod fideliter inuoco.

b *Saluum me fac.* Ab iniuſtæ perſecutionis malo.

c *Et in virtu. tua iu. me.* id eſt pro me innocentiam meam declarando.

d *Deus exaudi orationem meam &c.* Præbendo mihi tuam conſolationem.

e *Quoniam alieni.* à veritate.

f *Inſurrexerunt aduerſum me.* Falſis accuſationibus me diffamantes iniquè.

g *Et fortes quæſierunt ani. me.* Ad eorum accuſationem iniquam.

h *Et non propoſuerunt &c.* Nam in mortali peccato eſt auerſio à Deo: Sed quoniam Deus in tentatione facit prouentum, ſequitur:

i *Ecce enim Deus adiuuat me, & dominus ſuſceptor &c. Auerte mala inimicis meis.* Et loquitur de malis pœnæ, quæ bene poſſunt optari peccatoribus per iuſtitiæ zelum, & vt vexatio det eis intellectũ: Et quoniam ex hoc, Deo gratiæ debentur, ideo ſubditur.

n *Voluntarie ſacrificabo tibi.* Sacrificium laudis.

p *Quoniam ex omni tribula. eripuiſti me.* De peccato præterito, & ſic ſpero, quod ſic facies in futuro. ideo ſubditur: Et ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

*In pſal. liij. Deus in nomine tuo. vbi dicitur in poſtilla. Et ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.*

### ADDITIO.

In Hebræo habetur: Et ſuper inimicos meos reſpexit oculus meus: quod intelligendum eſt eo modo quo dicitur: Lętabitur iuſtus cùm viderit vindictam, &c. *Pſ. 57.b*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

A a *In finem in carminibus. Aug.* Intellectus. Magna cura debet intelligere eccleſia, in quo malo nũc eſt, vnde liberari optat. Plangit inter mala ſeculi quæ intelligit, alius non intelligit, quia hæc regio non eſt gaudij, ſed mœroris. *Auguſt.* In hoc pſalmo eccleſia loquitur, vel in perſona ſua, vel Chriſti. Quando in ſua, loquitur vt homo puſillanimis in tempeſtate, dum fluctuat & mergitur: clamat ad letum, decernens in ſua infirmitate à tot ſcandalis ſe ſeparari, ne & illis non proſit, & ſibi noceat, ad ſimilitudinem Dauid qui pro moleſtijs ciuium fugit in ſolitudinem. *Caſsiod.* Quando verò in perſona Chriſti, integra proprietas ſeruilis formę in Chriſto deſcribitur, vt detur nobis humilitatis exemplũ. Tertius pſalmus qui de paſſione & reſurrectione latius tractat.

Super pſ. 54 ca. 8. — (vide pſ. 4. & 51.) — Super pſ. 54 Iudæ cõſtitutam Romana — † abſcõdas te à deprecatione mea — † orationẽ

## GLOSSA ORDIN.

## PSAL. LIIII.

E Xaudi *Deus orationem meam. Caſ.* Oratio, præmiſſa contra mala, vel fluctus ſeculi. c *Ne deſpex. depre. Caſſiod.* Si enim Deus dat temporalia alicui petenti, eius tamen oratio ei non eſt accepta, quia caret debito fine.

d *In exercitatione &c. Aug.* Omnis malus viuit, vel vt corrigatur, vel vt per eum bonus exerceatur. *Caſ.* In exercitatione. Vno nomine vita Chriſti exponitur, qui nullo otio ab incepto remiſſus eſt, in quo triſtis quia perfidi non referunt fructum.

e *Conturbatus ſum a voce inimici. Aug.* In ipſa pugna, dum & inimicos vult diligere, & abũdante malitia incipit odiſſe, & ita incipit in fluctibus mergi.

B *Hiero.* Conturbatus. Vel, conturbatus ſum à voce inimici. Qui me Samaritanum, & dæmonium habentem dicebant. (Ioan. 8. f)

f *Cor meum conturbatum. Caſ.* Lege carnis, animus turbatur in me, non exit à me. († operuit me tremor)

g *Timor & tremor. Caſ.* Proprietas mortis eſt, vt eam prius timeamus, vnde contremiſcamus. († 7.0. c. aduerſitas.)

h *Contexerunt me tenebræ. Hiero.* Tenebræ ſunt mali homines qui pſequuntur eccleſiam, & qui contegunt ipſam, qui odit fratrem in tenebris eſt. (Super pſ. 54 ca. 7. — 1. Ioan. 2. b)

i *Quis dabit mihi pennas ſicut. Aug.* Sed in hac infirmitate quid ait? Quis dabit mihi pennas. Vult ad tempus ſeparari à tot ſcandalis, ne peccata infirmus augeat manens interea.

K *Sicut columbę &c. Aug.* Non ſicut coruo. Columba à moleſtijs quærit auolare, ſed dilectionem non amittit, & ſemper gemit: ſic bonus ſeparare ſe corpore, non amore ab his quibus non poteſt prodeſſe. Piè viuit in Chriſto, ad cuius viſcera pertinet, quod ait Apoſtolus. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et quis ſcan. & ego non vror? Et ſic alio tum mala ſunt ei perſecutio: vnde optat fugere, & manere in deſerto pro turba tribulationum & ſcãdalorum: ſed aliquando ligatur non fiſco cupiditatis, ſed cura & officio, vt deſerere non poſſit niſi ſoluatur: Quòd ſi non ſoluitur, tũc dicat: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto: ſed manere neceſſe eſt propter vos. & ſic eſt meritum ex deſiderio. *Caſſiod.* Columba. Vel columba emiſſa inueniens lutoſa ad arcam reuerſa, ſic Chriſtus inueniẽs lutoſa corda Iudæorum, auolauit ad gentes. *Aug.* Aliter: Optat ille mortem per quam ſeparetur à malis, & ait per ſimile: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, id eſt quis dabit mihi, vt diſſoluar, & ſic auolem ab eis, & cum Chriſto quieſcam. (2. Cor. 11 g — Phil. 1. e) C

¶ a Ecce

a ¶ Chriſtum, vel conſummationẽ futuram. b ¶ Aug. vel in hymnis, id eſt laudibus, quia ſemper laudandus Deus, ſiue erudiat aduerſis, ſiue cõſoletur lętis.

a † In finem in cãrminibus vel hymnis intellectus Dauid LIIII.

a ¶ Aug. Verba tribulati, optantis liberari.

b E Xãudi Deus oratio- a

a ¶ Poſt.

c nẽ meã, ẽt ne † deſpe

a ¶ Vt quotum impleta oratio poſt deſpicitur, quia non de æternis.

xeris † dẽprecationem meã: inten

a ¶ Quia ſum in quem intendas. b ¶ Dignum. c ¶ Quid enim ſibi eſt? ¶ Humana infirmitate.

dẽ mihi, & exaudi mẽ. † Cõntri- b

a ¶ Aug. Iam his quæ ingerent mali, quod aperti s dicet quibus exercetur.

d ſtatus ſum in exẽrcitatione mea,

a ¶ In mari ſeculi a vento valido tribulationum. b ¶ Aug. Hæc eſt exercitatio quæ turbat oculum mentis, ita quaſi feſtuca non tamen extinguitur, ſed extinguitur odio velut trabe.

e & contũrbatus ſum à võce ini- c

a ¶ Non meo merito, ſed ſuo malo.

mici, & à tribũlatione peccato- d

a ¶ Q. A voce inimici ſum turbatus. ¶ Quia impetus malitiæ eorum, eſt quaſi fluminis curſus a tribulatione peccatoris.

ris. Quõniam † declinauerunt e

a ¶ Quę contra erãt. b ¶ Quia. ¶ A tribulatione. ¶ Furore meo. c ¶ Nõ merito meo. ¶ Caſ. ſed tui moſi ſibi.

in me iniquitates, ẽt in irã † mõ f

a ¶ Sed per hoc. ¶ Quod alibi: Turbatus eſt præ ira oculus meus, vnde requirit metus mortis mors animæ odium eſt, vt vita dilectio.

f leſti erant mihi. Cõr meum g

† conturbatũ eſt in me, & formi h i

a ¶ Vt pondus, vel ibi perit in quo nihil habet iuris. vñ Oſeę. xiij. d. Ero mors tua o mors. b ¶ Quia animi.

g do mortis cẽcidit ſuper mẽ. Ti-

a ¶ Corporis.

mor & tremor venerunt ſuper k l

a ¶ Mors ſecuta eſt. ¶ Vel, contexit me tenebra. alia litera.

h me, † & cõntexerunt me tenebrę m

a ¶ Niſi tu pater. ¶ Et iam qui ſoluit ligatas pennas, dat quæ non erant ad viam, nec ſuæ habentis id ci. ſtatuens.

i † Et dixi, quis dãbit mihi pen- n

a ¶ Id eſt vt auolem Iudæis, inſidentibus.

k nas ſicut columbæ: & võla-

## NICOLAVS DE LYRA.

## PSALMVS LIIII.

E Xaudi Deus orationem meam. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo: Ad victoriam in organis eruditio Dauid. Et eſt ſenſus quòd Dauid eruditus à domino fecit hunc pſalmum ad eruditionem aliorum, qui pſalmus decantandus eſt in organis cum quodam conatu victoriæ, ſicut frequenter expoſitum eſt ſuprà. Titulus autem Hiero. eſt eiuſdem ſententiæ licet aliquantulum differat in litera quæ talis eſt; Victori in pſalmis eruditio Dauid. De materia verò huius pſalmi variè dicitur: ſed illud quod mihi videtur probabilius, & magis conſonum literæ eſt, quòd Dauid fecit hunc pſalmum, gratias agens Deo, quando fugiens de Ceila ſaluatus fuit de manibus Saulis, qui volebat eum in Ceila obſidere, & de manibus populi Ceilæ, qui diſponebat eum Sauli tradere, cùm tamen ſaluaſſet populum illum de manibus Philiſthinorum, vt habetur ibidem. Igitur iſte pſal. diuiditur in tres partes, quia primò Dauid orando ſuum periculum exprimit. ſecundò Ceilæ populum arguit, ibi: Præcipita domine. tertiò circa ſe diuinum beneficium recolit, ibi: Ego autem. Circa primum, Dei auxilium inuocat dicens: Exaudi Deus orationẽ meam. Et quater eandem ſententiam replicat ſub alijs verbis, ad oſtendendum magnum affectum ſuę orationis. Secundò cauſam allegat dicens:*

b Contriſtatus ſum &c. *Id eſt quòd per exercitium armorum liberaui Ceilæ populum & tamen tanquam ingratus voluit me tradere in manus Saulis.* D

c Et conturbatus ſum &c. *ſ. Saulis qui dixit me obſidere in Ceila, vt audiui.*

d Et a tribulatione peccatoris. *id eſt à tribulatione mihi præparata per dolum populi Ceilæ, qui in hoc peccauit grauiſsimè.*

e Quoniam declinauerunt &c. *Illi enim qui volebant eum tradere in manu Saulis, dicebant eum reum leſę maieſtatis quęrendo malum Saulis: propter quod non debebant eum ſaluare, licet pugnaſſet pro eis.*

f Et in ira moleſti &c. *Quamuis non meruiſſent, ſed magis oppoſitum, ideo ſubditur:*

g Cor meum conturbatum eſt. *Ex iſtorum dolo, & etiam meo periculo. ideo ſubditur:*

h Et for.mo.ce.ſu.me. *Tum propter potentiam Saulis me perſequentis, tum propter nequitiam populi tradere diſponentis.*

i Timor. *In corde.*

K Et tremor. *In corpore cauſatus ex timore.*

l Venerunt ſuper me. *Propter prędicta.*

m Et contexerunt me te. *i. aduerſitates duræ: aduerſitates enim in ſacra ſcriptura frequenter tenebræ nominantur.*

n Et dixi quis dabit mihi pennas etc. *Timuit enim Dauid, ne ciues clauderent portas, & ſic non poſſet exire pro ſua voluntate ad ſaluandum ſe, & viros ſuos qui erant cum eo: quia tamen de ciuitate exijt, ideo ſubditur:*

¶ a Ecce elon.

## MORALITER.

✠ a *Exaudi Deus orationem meam & ne deſpexeris, deprecationem meam &c.* Pſalmus iſte ſecundum literalem ſenſum eſt oratio Dauid, quando fugiens de Ceila ſaluatus fuit à Saule perſequente, et Ceilitis volentibus eum Sauli tradere. Myſticè verò poteſt exponi, vt ſit oratio eccleſiæ perſecutionem Iudæorum in eccleſia primitiua ſuſtinente. Et primò ponitur eius oratio deuota, cum dicitur: Exaudi Deus orationem etc. Hæc. n. ſentẽtia quater ponitur in hoc verſu, ad deſignandum quatuor orationis ſpecies, quæ ſunt obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones. His autem quatuor modis legitur oraſſe eccleſia primitiua. (1. Reg. 23. a — Myſticè — Act. 8. & 9. — 1. Tim. 2. a)

b *Contriſtatus ſum.* ſ. patiẽtiæ, in quo exercitio infirmi cõtriſtãtur.

c *Et con. ſum.* Quia Iudęi multa iniurioſa fidelibus irrogabant.

d *Et a tribula. pec.* Quia non ſolùm verbis eos, ſed etiam operibus moleſtabant.

e *Qm &c.* Imponebant. n. eccleſiæ tranſgreſſionem legis diuinæ.

f *Et in ira mo.* id eſt in malo ſuo ſine ratione.

g *Cor meũ.* Verbũ eſt eccleſię ꝓ filijs ſuis infirmis. ideo ſubditur:

i *Timor.* Cordis.

K *Et tre.* Corporis, proueniens ex timore cordis.

l *Venerunt ſuper me. con.* Aduerſitatis.

n *Et dixi, quis dabit mihi pennas.* i. facultatẽ euadendi dicta mala. vnde dicitur, q̃ omnes Chriſtiani diſperſi fuerunt præter Apoſtolos, qui tanquàm firmiores remanſerunt in loco perſecutionis.

✠ Et manſi



A a *Ecce elongaui. Caſsiod.* Illud tangit quod Chriſtus vitabat, perſequentes, vt occaſionem iræ demeret, & manebat in deſertis: orans in quo docebat nos in ſecreto conſcientiæ orare, & quieſcere, cùm à malis premimur.

b *Fugien. Greg.* Se elongat, qui à turba terrenorum deſideriorum in altam Dei contemplationem ſe ſubleuat. Manet in ſolitudine, qui perſeuerat in remota mẽtis intentione. *Hierony.* Vel, Ecce elongaui fugiens à Iudæis.

c *Et manſi in ſolitudine.* Gentium. vnde: Lætetur deſertum, & floreat tanquã lilium. Et alibi. Lætare ſterilis quæ nõ paris.

d *Expectabam eum qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate.* Diapſalmus. Iam in ſolitudine ſaluus ſperat auxilium Dei, & imprecatur ciuibus. *Caſſiod.* Expectabam (vt ex perſona Chriſti) legatur in ſolitudine, non ex me ſecurus præſidium patris ſuſtinui, qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus: ne caderem vel cederem malis in paſſione, à tempeſtate ne iraſcerer.

e. *Præcipita domine. Caſſiod.* Ne muniant cogitationes machinando.

f *Diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem. Caſſiod.* Ne ſit ſuperba vnitas, ne malitia habeat effectum.

g *In ciuitate. Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas.* Hæc eſt ciuitas de qua per prophetam dominus: Ego Deus, & non homo, & ciuitatem nõ ingredior. Eſt tamen alia quam Deus inhabitat, de qua dicitur: Non poteſt abſcondi ciuitas ſupra montẽ poſita.

h *Et labor in medio eius, & iniuſtitia. Et non deſe. Auguſt.* Iam labor in medio, quia iniquitas: quies autem in humilitate.

B i *Vſura & dolus. Auguſtinus.* Quia plus exigit in iniuria. Vel qualibet re quam accepit non dimittit, vt ſibi dimittatur.

K *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem &c. Caſſiod.* Exprobratio Iudæ: dum ex perſona Chriſti legitur: Vel hucuſque de apertis inimicis egit eccleſia, iam nunc de occultis.

l *Abſcondiſſem me forſitan ab eo. Caſſiod.* Magna patientia, ita locum daret verbis, vt ſe abſconderet ne videret aduerſarium.

m *Tu verò homo. Auguſtinus.* Olim quia aliquando bonum conſilium dediſti.

n *Vnanimis. Caſſiod.* Quia inter Apoſtolos fuit. Dux, ad caſtella & vicos præmiſſus. Notus, quia præſciuit traditorem: vt ſic Chriſtus, ſpecialiter contra Iudam loquatur. *Hierony.* vel ſic, generaliter contra quemlibet virum Iudaicum. Tu homo Iudaice, vnanimis, cui tradita ſunt eloquia Dei. Dux meus, quia ducem te feci ſuper populum meum. Et notus meus, quia de eadem gente mecum. Cur me occidis? Qui mecum ſimul dulces capie. cibos. legis inſtituta, vel bucellam.

o *Vnanimis dux meus. Auguſt.* Qui aliquando bene monuiſti. Dux: feci te ducem ſuper populum meum. Notus, de eadem gente.

p *Notus meus. Qui ſimul mecum dulces capiebas. Auguſt.* Qui in eadem eccleſia mecum fuiſti.

q *Cibos. Caſſiod.* Corporales qui ſoli iniquo poterant eſſe dulces. Solet vir iniquitatis comeſſationibus miteſcere: vnde huic grauior culpa.

¶ a Veniat.

a ¶ In contemplatione. ¶ Montem optat vel ſolitudinem. ¶ In gentibus credentibus. b ¶ Dixi & habui. c ¶ Aug. non loco ne tempatur charitas bonorum, ne perdatur exercitium malorum quos Deus admiſcet, vt Iudam Apoſtolis.

a bo, & requiẽſcam? † Eccẽ † elon- a

a ¶ Auguſt. mentis vbi nullus niſi Deus cum eo: vbi quies. Sed quia extra tribulatio: Expectabam inquit.

b gaui fugiens, & manſi in ſõlitu- b

a ¶ Ibi etiam.

d dine. ✠ † Expẽctabam eum qui c

a ¶ Auguſt. Saluat nos Chriſtus dum fides eius inardeſcit excitatur a nobis: & dum videmus quæ pro nobis tulerit. b ¶ Auguſt. Caſsiod. Qua ſupra dixit ſeturbatum.

ſaluũm me † fecit à pũſillanimi- d

a ¶ Auguſt. In naui & Petrus excitauit eum dormientem dicens. Domine perimus. ¶ Seditionibus.

e tate ſpiritus, & tempeſtãte. † Præ e f

a ¶ Me ſaluaſti: illos autem qui ſe extulerunt.

f cipitã domine, diuide linguas

a ¶ Qui male conſpirauerunt in turre ſuperbiæ ædificanda. b ¶ Perfidiam eorum qui non credunt.

eõrum, quoniam vidi iniquita- g h

a ¶ Quia contra myſteria Chriſti agunt.

g tem & cõntradictionem in ciui-

a ¶ Et quia iſta ibi vidi, ideo fugi in ſolitudinem. ¶ In Babylonia, quæ turrem ſuperbiæ ædificauit. b ¶ Aſſidue non ad horam. c ¶ Auguſt. Hæc turbare ſolent iuſtum vt vellet auolare.

tãte. Diẽ ac nocte circundãbit i

¶ Babyloniam.

eam ſuper muros eius iniqui-

a ¶ Auguſt. Principes eius munimenta ciuitatis, qui arca circumueniente cadent. vij. die tanquam muri Iericho, quando poſt hanc vitam quæ ſeptem diebus agitur ſingulorum merita diſcutiet Chriſtus. b ¶ In oppreſſionibus aliorum. c ¶ In communi plebe. ¶ Quaſi in ea tota. ¶ Quaſi in maioribus & minoribus.

h tãs, & † labõr in mediõ eius, k

a ¶ Id eſt quia. b ¶ In iudicijs faciendis. ¶ Quia ſemper durat.

ẽt † iniuſtitia. Et non defecit l

a ¶ Caſs. In aperto lucrati ſunt, & deceperunt, quod vtrunque lex prohibet. b ¶ Aug. Non abſconduntur, quia mala ſunt: ſed publice ſunt.

i de plãteis eius vſurã & dolus.

a ¶ Ita in ciuitate fac. ¶ Præcipita diuide quia non ſolum aperti, ſed & occulti. b ¶ Aliquis manifeſtus.

k Quõniam ſi inimicũs meus m n

a ¶ Iurgijs. b ¶ Quia non inopinatum malum eſſet.

malẽdixiſſet mihi, ſuſtinũiſſem o

a ¶ Nullam notitiam mei habuit.

vtique. Et ſi is qui odẽrat me, ſu- p

a ¶ Auguſt. Mihi ſuperbe inſultaret, magnificaret ſe ſupra me minaretur mihi.

per me mãgna locutus fuiſſet, q

¶ Auguſt. Inter eos qui intus ſunt mecum in eccleſia. ¶ Non vindicaſſem. b ¶ Qui foris eſt.

l abſcõndiſſem me forſitan ab eõ. r

a ¶ Quid ergo reſtat niſi ſolitudo? Nulla enim peſtis efficacior quam familiaris inimicus: vnde: Inimici ho. du. e. Matth. vij. b q ¶ Iudaicæ, vel Iuda, ſcilicet cur me tradis, vel non es tolerandus.

m n Tũ verò hõmo † vnanimis, dux s t

a ¶ Cum alijs.

o meus & notus meus. Qui ſimũl u x

a ¶ Conuerſans. b ¶ Spirituales. ¶ Vnde: Guſtate & videte, quoniam ſua. eſt dominus Pſal. xxx. b

p q † mẽcum dulces capiebas cibõs:

b Et manſi in ſolitudine. *id eſt in deſerto, ſecundum quod habetur:* C

c Expectabam eum qui ſaluum me fecit. *q. d. licet manus Saulis pro tunc euaſiſſem, tamen magis confidebam de protectione Dei quàm de aſperitate deſerti: quia Saul poſtea quæſiuit eum ſuper abruptiſsimas petras quę ſolis ibicibus peruiæ ſunt.* (1. Reg. 23. b — 1. Reg. 24. a)

d A puſillanimitate ſpi. *id eſt à timore nimio, cùm eram in Ceila recluſus.*

e Et tempeſtate. *ſcilicet Saulis volentis me ibi obſidere.*

f Præcipita domine. *Hic conſequenter Dauid arguit populum Ceilæ, & primò deſcribit eorum culpam, & ſecundò pęnam debitam, ibi: Veniat mors. Circa primum dicit orando: Pręcipita domine, & diui. linguas eorum. id eſt fac habitatores Ceilæ, ita pręcipitanter loqui & diſcordanter ab inuicem, quòd non poſsint perficere ſuam proditionem tradendo me manibus Saulis.* († 7. q. c. aduerſitas. † elongabo me tranſmigrando, & commorabor)

g Quoniã vidi. *i. certitudinaliter intellexi.*

h Iniquitatem & contra. in ci. *Quia quærunt me iniqui tradere, contradicentes innocentię meę, vt patet per prędicta. vel dicit, contradictionem, quia non omnes concordabant ad tradendum eum.*

i Die ac nocte &c. *Quia aliqui intantum erant maligni, quòd diſcurrebant ſuper muros ad videndum ne Dauid exiret, donec Saul cum ſuo exercitu veniſſet.* († Perime)

K Et labor in medio eius & iniu. *Quia maligni & iniuſti in hoc laborabãt nocte & die.*

l Et non defecit de plateis eius vſu. *Quia in ciuitate Ceilæ erant aliqui publici vſurarij, & mercatores fraudulenti.*

m Quoniam ſi ini. *eò quòd ſibi nocuiſſem.*

o Suſtinuiſſem vtique. *i. habuiſſem cauſam ſuſtinendi patienter.*

p Et ſi is qui ode. me. *Manifeſtè.*

q Super me magna locutus fuiſſet. *Comminando mihi mortem, vel aliquid tale.*

r Abſcondiſſem me forſitan ab eo. *Si vidiſſem me impotentem ad reſiſtendum.* D

s Tu vero homo vnanimis. *Alloquitur populũ Ceilę ſub nõe hominis, qui oſtenderat ſibi amicitiam tanquam habens cum eo vnã mẽtẽ.*

t Dux meus. *Quia per nuntium adduxerat Dauid ad defenſionem ſuę ciuitatis.*

u Et notus meus. *Ex notitia. n. quã habebat Dauid cum eis venit citius in eorum auxiliũ.*

x Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos. *Quia populus ille comedebat cum Dauid*

¶ ſicut

## MORALITER.

✠ b *Et manſi in ſo.* Quia diſcipuli diſperſi prædicauerunt in Samaria, & in alijs locis, nomine ſolitudinis deſignatis.

c *Expectabam eum.* Scilicet dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fiducialiter eius petens auxilium.

c *Qui ſal. me ſe. &c.* Quia Chriſtus ſuos diſcipulos non ſolùm liberauit à tempeſtate perſecutionis, ſed etiam ab inordinatione timoris, quæ puſillanimitas nominatur.

f *Præcipita.* Hic conſequenter arguitur Iudæorum perſequentium culpa, cum dicitur: Præci. &c. quod factum fuit quando Saducæi mortem Pauli quęrebant, & Phariſæi eum excuſabant, quia tamen iſti, & illi erant iniqui. Sequitur: (Act. 23. b)

i *Circundabit eam &c.* Quia ſicut Ioſephus dicit libro de Iudaico bello, illo tempore fuerunt in Ieruſalem, & Iudæa multæ diſſenſiones, & rapinæ. (Ioſeph. de bel. Iud.)

m *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi.* Primi credentes Chriſto fuerunt natione Iudæi, & legalia obſeruabant, propter quæ debebant diligi ab eis. ſed Gentiles erãt ab eis extranei: eſt ergo verbum eccleſiæ primitiuæ.

n *Si inimicus meus &c.* id eſt ſi populus Gentilis, qui ſemper fuit contrarius Iudęis, me perſequeretur, haberem maiorem rationem ſuſtinendi. († ſecũdum ordinẽ meũ ſ. cuius ẽ ordinis & ſodalis meus vel, quaſi æſtimationem. i. quẽ æſtimabam vt meipſum, & in honore habebã)

s *Tu vero homo vnanimis.* Quia Iudæi Chriſtianos perſequentes, tunc communicabant cum eis in cibis legalibus, & ſimul orabant in templo, quod erat domus Dei.

✠ Veniat

## NICO. DE LYRA.

¶ a Ecce elongaui fugiens. *Saulem & populum Ceilæ.*

b Et

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Venit. Caſſiod.* Sicut ſuprà apertis, ita hic occultis imprecatur. Et ne putetur vnus de quo agebat, communicat pœnas Iudęis, id eſt communiter Iudæis cum alijs imprecatur. *August. Hiero.* Veniat mors: Tangit hic initium ſchiſmatis, quando ſcilicet Dathan & Abiron mouerunt ſeditionem aduerſus Moyſen & Aaron, ſicut in Numeris legitur quos viuos terra abſorpſit cum tabernaculis, & omni ſubſtantia eorum. Core quoque & cū co ducenti quinquaginta illorum ſequētes malitiam arripuerunt thuribula, vt incenſum adolerent in conſpectu domini: qui diuino igne cōſumpti ſunt: qui etiā de populo quatuordecim milia & ſeptingentos vaſtauit. Et ideo venit noua mors ſup eos. Ita iſte hic imprecatur malis. Et loquitur in eadem voce Chriſtus, & eccleſia. *Auguſt.* Veniat: vt ſuper illos qui initium ſchiſmatis fuerūt, & ſeſe ſuperbi ſeparauerūt. Venit noua mors, aperuit enim ſe terra, & viuos abſorpſit.

*Vbi ſupra. Vt ſupra.* — *Nu. 16. a*

b *Deſcendant in infernum viuentes. Aug.* Vt duces terra abſorpſit. Illi minores ſcilicet cōſenſerunt, & cōſecuti ſunt, & ſtudio contentionis accenſi, à ducibus ſuis recedere noluerunt. Et ideo venit ardor conſumptionis ſuper ardorem diſſenſionis. Duces verò abſorpti ſunt à terra ita hi ſcienter peccantes deſcendunt.

c *Viuentes. Aug.* Scientes quia pereūt, & tamen pereuntes terrenæ cupiditatis hiatu abſorbeantur.

d *In habitaculis.* Alienæ ſunt, non naturales, ſed hoſpitio ſuſceptæ, q d. aduentitiæ, vel prius in habi. i. in occulto, poſt in medio, id eſt in aperto.

e *Ego autem &c. Caſs.* Affirmat quid ſibi & illis fiat, alternatim procedendo.

f *Veſpere & mane. Hiero.* Quia ſaluauit, ideo veſpere quo capiar. Mane, quo iudicatus. Meridie, quo crucifixus. Narrabo, præterita opera. Nuntiabo, virtutes & opera quæ faciet, & ideo exaudiet &c. Veſpere. *Aug.* De præteritis narrabo. Mane de futuris nuntiabo. Meridie, quod nō vergit in occaſum: in ſempiternis exaudiet vocem meam. Veſpere dominus in cruce, mane in reſurrectione. Meridie in aſcenſione. Veſpere narrabo patientiam mortis. Mane annuntiabo vitam reſurrectionis. In meridie. Exaudiet ſedens ad dex. pa. qui interpellat pro nobis. Ecce quanta conſolatio. A tempeſtate cōtra malos, foris & intus. i. in aperto & occulto. Sic & nos inter malos cum iſto oremus, plangamus, ſecuri dicamus. Redimet in pace, contra illos qui non amant pacem, quia amaui pacem. *Caſs.* Narrare, ad veſpere pertinet, quo dixit omnia quæ Iudas diſponebat. Nuntiare de mane, quando dixit Pilato: In hoc natus ſum, vt teſtimonium perhibeam veritati &c.

F

*† vel, à bello quod eſt contra me: † cum multitudine aduerſum me aderāt † De con. diſt. 4. canō in vobis. † manēs ab initio.* — *Ioan. 18. g*

g *Appropinquant mihi.* Nomine non numine corpore non mente, numero non merito.

h *Quoniam inter multos erant mecum. Hiero. Aug.* Quia in multis, mecum id eſt baptiſmo, Euangelij, lectione, feſtis, & huiuſmodi: ſed non in paucis, mecum. In omnibus ſacramentis mecum, ſed non in fide, ſpe, & charitate, ſine qua nihil ſunt omnia. *Aug.* Vel, in multis, id eſt in paleis, quæ multę, non in granis quæ pauca, mecum, & propè eſt palea tritico; de vno ſemine, in vno agro, vna pluuia nutriuntur: ſub eodem meſſore, eadem trituratione excutiuntur, eandem ventilationem expectant, ſed non vnum horreum intrant, ita & illi in multis mecum.

i *Exaudiet Deus &c. Caſs.* Ad meridiem, quando emiſit ſpi. Ecce quanta breuiter myſteria vel ſaluabis mane & veſpere & meridie, vnde non ingratus narra, & annuntia, & ipſe exaudiet &c.

K *Humiliabit illos qui eſt ante ſecula. Caſſiod.* De ſuperbia vt credant. Vel humiliabit vt tollat locum & gentem.

l *Non enim eſt illis commutatio, & non timuerunt Deum: extendit manum ſuam in retribuendo &c. Aug.* Quia ſenſus perfidorum incommutabilis.

6 a Contamina-

a ¶Sed quia modo extra diſſenſio eſt. ¶Templo Ieruſalem.

in dŏmo Dei ambulauimus †cū

a ¶Caſs. corporalis conuerſationis, quia in eius collegio erat Iudas. b ¶ideo. c ¶Ignis conſumptionis. ¶Ignis de cælo.

cōſenſu. Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum

a ¶Minores, qui conſentiunt maioribus. b ¶Maiores, qui ſunt autores mali. c ¶In voraginem terrena cupiditatis.

a ¶Aug. ſcienter peccantes. b ¶Merito.

viuentes. Quoniam nequitiæ in

a ¶Aug. vbi peregrini, & tranſeunt, non enim hic ſemper manſuri: Quid ergo ſic inſtant? b ¶Aug. in corde. c ¶Alias in communi.

habitaculis eorū i medio † eorū.

a ¶Aug. Illicita peribunt. ¶Corpus Chriſti. b ¶Aug. in conturbatione exercitationis.

Ego autem ad Deū clamaui, &

a ¶Quod conſequens erat. ¶Et ego.

dominus ſaluauit me. Veſpere, & mane, & meridie narrabo & annuntiabo: & exaudiet vocem

a ¶Ita. b ¶Æterna. c ¶Collocandam.

meam. Redimet in pace animā

a ¶Aug. Chriſtianis qui magis decipiunt, quam aperti idololatræ. b ¶Ficte laudant.

meā † ab his qui appropinquant

a ¶Non cum pauci. electis.

mihi, quoniā † inter multos erāt

a ¶Me. ¶Non ſolum pro me. b ¶Qui confidunt in duce qui heri cœpit.

mecū. †Exaudiet Deus & humi-

a ¶Quia in principio erat verbū, qd eis non videtur.

liabit illos, †qui eſt ante ſecula. *

a ¶Merito humiliabit. b ¶Aug. peruerſi ſenſus. ¶Sed permanent in peruerſitate.

Nō enim eſt illis †commutatio,

a ¶Aug. Hoc remedio conuertitur homo. b ¶Pro his Pœna conſequitur, non aliud inde. ¶A ſimili ferire volēs qui manus eleuat, vt grauius impingat.

& non timuerunt Deum: †exten

a ¶Id eſt vt retribuat eis.

dit manum ſuā in retribuendo.

mus conſilium, & in tranſlatione Hiero. Qui ſimul habuimus dulce ſecretum, quia maiores ciuitatis Ceilæ aliquando tractabant conſilia cum Dauid in ſignum amicitiæ. G

a In domo Dei ambulauimus cum conſenſu. *In Hebræo habetur: Cum fremitu, id eſt cum turba magna, vt exponit Ra. Sa. & idem redit: quia quando multi conſentiunt, vadunt ſimul in turba. Sciendum autem, quòd domus Dei nō accipitur hic pro templo quod erat in Ieruſalem, ad quod Dauid tunc non poterat, nec audebat aſcendere, ſed accipitur pro ſchola, vel ſynagoga, quæ habebatur in qualibet ciuitate Iudæorum, non ad ſacrificandum, quia hoc ſolùm erat licitum fieri in Ieruſalem: ſed quia populus ibi conueniebat ad audiendum legē, & adorandum Deum.*

b Veniat mors ſuper illos. *Hic conſequenter prædicit pęnam debitam di. Veniat mors ſuper illos: hoc dixit Dauid non zelo vindictæ, ſed zelo diuinæ iuſtitiæ. Vel aliter: Veniat mors ſuper illos. id eſt digni ſunt, quòd veniat ſuper illos mors.*

c Et deſcendant in infernum viuentes. *Sicut Core & complices eius, eò quòd ingrati de beneficijs Moyſi rebellauerant ei. ita fecerunt habitatores Ceilæ ipſi Dauid, vt patet ex prædictis.*

d Quoniam nequitiæ. *ſcilicet multæ ſunt in eis, vt patet per prædicta.*

e Ego autem. *Hic tertiò Dauid recolit circa ſe Dei beneficium tanquam gratus di. Ego autē ad dñm cla. tanquam ad ſaluatorem meum.*

f Dominus ſal. me. *De manibus Saulis, & habitatorum Ceilæ.*

g Veſpere &c. *i. tribus temporibus per diē.*

h Narrabo &c. *Diuina beneficia mihi collata, ſicut legitur de Daniele. quòd tribus temporibus in die adorabat Deum contra Ieruſalē.*

i Et exaudiet. *De futuro ſicut exaudiuit de præterito.*

K Redimet &c. *i. vitam meam.*

l Ab his qui &c. *i. à proditoribus Ceilæ, qui appropinquant mihi in ſignum amicitię.*

m Quoniam inter mul. &c. *i. in magno numero aſſiſtebant mihi ad me prodendum, & in hoc erat grauius periculum. Tum quia erāt multi. Tum quia doloſi.*

o Exaudiet de. *ſcilicet deprecantem.*

p Et humiliabit illos. *Ad nihilum deijciendo.*

q Qui eſt ante ſe. *id eſt ille qui eſt Deus ęternus & potens omnia. Et cauſam huius deiectionis ſubdit:*

r Non enim eſt il. com. &c. *De peccato ad pęnitentiam: ſed ſunt obſtinati, & ſic non merentur veniam.*

s Et non timuerunt Deum. *Sed magis contempſerunt, ſicut dicitur de obſtinato in Prou. Impius cùm in profundum peccatorum venerit contemnit: ſic dicitur:*

t Extendit ma. &c. in retri. *Secundum aliquos iſtud refertur ad populum Ceilę, qui nitebatur retribuere ipſi Dauid malum pro bono: ſecundum alios refertur ad Deum, qui habet manum extenſam ad reddēdum pęnam pro peccato tempore tamen debito ſecundum ordinem iuſtitiæ ſuę, & huic conſonat litera ſequens, cùm dicitur:*

¶ a Contamina-

## MORALITER.

✻ b *Veniat.* Hic prædicitur Iudæorum perſequentium pœna, cū dr. Veniat mors ſuper &c. i. veniet per exercitum Romanorum.

c *Et deſcendant ad.* q. d. magis eſſent digni tali pœna quàm Core, & adhærentes ſibi, qui reſtiterunt Moyſi homini puro: iſti verò reſtiterunt Chriſto, qui eſt Deus & homo.

e *Ego autem.* Hic ponitur ex parte eccleſiæ gratiarum actio, cum dicitur: Ego autem ad dominum. Confidens de Dei auxilio.

g *Veſ. & ma. &c.* Tribus enim horis orabant in die Iudæi, vt habetur de Dan. & hunc modum tenebat eccleſia primitiua.

i *Et ex. vocem meam.* De futuro, ſicut fecit de præterito.

K *Redimet in pace animam meam.* id eſt vitam meam.

l *Ab his qui appro. mihi.* Ad nocendum.

m *Quoniam inter multos,* ſcilicet fideles.

n *Erant mecum.* Nam in eccleſia primitiua fuerunt pſeudo Apoſtoli, & falſi Chriſtiani, fidelibus ſe iungentes ad nocendum eis efficacius.

o *Exaudiet Deus.* Me deprecantem.

p *Et humiliabit illos.* Per pœnam debitam.

r *Non eſt illis commutatio.* De culpa ad gratiam per pœnitentiam veram.

s *Et non ti. Deum.* Sibi manifeſtè repugnantes. ideo ſubditur:

t *Extendit manum ſuam &c.* Pœnam illis debitam pro peccato.

a Conta-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *Dauid ſicut cum amico familiari. In Hebræo habetur: Dulcorabimus conſi-*



6 a *Con. Caſſi.* Quia illi contaminauerunt & diuiſi ſunt: armantur amplius iuſti, liberātur infirmi, qui curā habent in Deū.

A

b *Ira. Caſſi.* Vindicta iudicij qua diuidentur boni à malis, vt grana à paleis. tunc cor. i. voluntas Dei, per prophetas & apoſtolos nuntiata propinqua, omnibus nota erit. Vel, cor. i. iuſti qui ſecreta dñi ſui nouerunt, appropiabunt cū illi diuidentur. Vel illi contamina ſuis appropriāt. Cor. *Aug.* volūtas ſecreta Dei q̄ in ſcripturis cōtinet.

c *Molliti ſunt ſermones. Caſ.* Vel ideo hoc illis, quia mollierunt ſermones adulando, qui ſunt iacula, cum dicunt: reus eſt mortis. *Aug.* Sed ſi tibi puero qui lacte minoris doctrinæ nutriris, adhuc duri ſunt, ne iraſcaris vberibus eccleſiæ: ſed iacta in dominum, qui portus eſt, non in alium, qui eſt ſaxum naui, nō portus fluctuanti in ſeculo.

d *Ipſi ſermones. Caſſi.* Quia molliti non pdunt virtutem, ſed eis armantur euangeliſtæ, & feriunt corda hominum ad amorē pacis, & à perplexis hæreticorū queſtionibus liberant infirmos.

e *Curam tuam. Caſ.* Cura ſeculi, vt vermis noſter nos conſumit: ſed ſi cura in domino iactatur, nutrit. Salomon: Sicut vermis ligno & tinea veſtimento, ita viri triſtitia nocet cordi.

f *Fluctuationem. Caſſ.* Et ſi hic, verba fluctuationis fuerunt: Contriſtatus ſum in exercitatione &c.

g *Tu vero &c. Aug.* Hi tunc non fluctuabunt, ſed impij in puteum gehennæ deducentur: quia non dimidiabunt, vt ſi quos egerunt in malo, reliquos agant in bono redimētes tempus: ſed omnes continuant in malo. Alij enim incipiūt dies bonos, ſed in malis continuè perſeuerant, alij dimidiant, alij implent dies bonos: quia alij moriuntur in Aegypto alij in deſerto, alij in terra ſancta. In Aegypto qui in tenebris vitiorum vſque in finem vitæ conuerſantur. In deſerto, qui de confuſione peccati, exeuntes errata per pęnitentiam emendant. Implēt dies, qui ſine crimine in opere iuſtitiæ vſque in finem vitæ perſeuerant. Hæc tria genera hominum figurata ſunt per ea, quæ ſcripta erant in volumine Ezechieli oſtenſo, vbi ſcripta erant hæc tria, carmen, lamentum & væ. Et dictum eſt prophetæ vt deuoraret volumen, ideſt in mentis intelligentiam traijceret horum trium myſteria. Carmen cantant, qui peccatorum lapſum non ſenſerunt. Lamentum, qui à peccatis per lamentum pęnitentiæ reſurgunt. Væ, qui peccant & non pęnitent.

B

h *Dies ſuos. Aug.* Voluntarios non à Deo conſtitutos.

a ¶Caſſio. Quantum ad ſe, dum contraria agunt. Caſ. Peruerterunt ſcripturas. ¶Non ſatisfuit non timere, nec mutari, ſed &. b ¶Quod dicit: In ſemine tuo bene. omnes gen. quod polluit qui contradicit.

† Contaminauerunt teſtamen-

a ¶Per hæreſim. b ¶Vel præ. c ¶Ipſo irato qui tradidit eos in deſideria cordis eorum.

tū eius, diuiſi ſunt ab irā vultus

a ¶Aug. Suis fidelibus. b ¶Aug. Vt intelligamus voluntatem eius: quia illis excitantur qui probati ſunt: & intelligitur ſcripturis quæ latebat Dei voluntas. vnde: Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludantur, i. emineant & appareant qui probati ſunt argento diuini eloquij.

eius, & appropiquauit cor illius.

a ¶Quia. Quæ obſcura in ſcripturis dura ſunt, expoſita molliuntur, & vſq; ad oſſa penetrant.

Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt † iacula.

a ¶Ergo. b ¶Vel in. ¶Tanquam in portum.

Iactā †ſuper dñm †curam tuam, & ipſe †te enutriet, & †non dabit

a ¶Et ſi hic. b ¶Illis quid. ¶Hic eſt finis contaminationis.

in æternū fluctuationē iuſto. Tū

a ¶In tenebras ſubmerſionis.

verò Deus deduces eos in puteū

¶Nec differtur, quia. ¶Caſ. Qui occidunt animas & corpora aliquando.

†interitus. Viri ſanguinum, &

a ¶In ſeductione. b ¶Aug. Non proficient quantum putant, ſed intra tempus peribunt, quod ſperant.

† doloſi non dimidiabunt dies

a ¶Aug. Quod non illi: & ideo perueniam ad æternum diem. ¶Alias ſperaui.

ſuos: ego autem ſperabo in te domine.

### NICO. DE LYRA.

¶ a Con. te. e. *i. Dei legem, quæ prohibet perſequi innocentem.*

b Diuiſi ſunt ab ira &c. *ideſt vultus populi Ceilæ, qui in vultu erant pacifici cum Dauid, & contrarium habebant in corde.*

c Mo. ſunt ſer. *quia in præſentia Dauid loquebantur amicabilia, & pacifica, & in occulto tractabant contraria.*

d Iacta ſuper. *Hic Dauid alloquitur ſeipſum, vt in Deo ponat ſpem ſuam.*

e Et ipſe te enutriet. *quia in deſertis locis longo tempore vixit Dauid cum viris ſuis per Dei prouidentiam ſpecialem.* 1. Reg. 23.

f Et non da. in æter. flu. iu. *i. ipſi Dauid: & loquitur de ſe tanquam de alio. fluctuationem autem vocat perſecutionem Saulis: per quam Dauid compellebatur fugere de loco ad locum quæ non ſemper durauit: quia mortuo Saule Dauid in regem inunctus fuit.*

g Tu vero Deus deduces. *ſcilicet & perſecutores meos.*

h In puteum interitus. *hoc eſt ad mortem, & ſubdit cauſam, dicens,*

i Viri ſanguinū & doloſi. *ideſt quærentes effundere ſanguinem innocentem & doloſè.* † gladij

k Non dimidiabunt dies ſuos. *ideſt non viuent ſecundum medietatem vitæ ſuæ naturalis: quia mors talium communiter acceleratur ſecundum dictum ſaluatoris. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.*

*† onus tuū Matt. 26. e † nō dabit in æternū mutare iuſtū (vel, vtque pat... tet vt iuſtus vnq̄ loco ſuo moueatur) 3. Reg. 1. a*

l Ego autem ſperabo. *liberantem me à periculis: ita q̄ viuam ſecundum totum curſum vitæ meæ, quod patet vbi dicitur. Et rex Dauid ſenuerat, habebatq; ætatis plurimos dies. Moraliter autem poteſt exponi pſal. iſte de quolibet iuſto in perſecutione poſito, contra quem etiam ab ingratis fabricantur machinationes doloſæ: propter quod orat deuotè ab iſtis liberari, quē dominus exaudit, & aduerſarios eius punit: Et ad hoc poteſt de facili applicari litera conſideratis prædictis.*

C

### MORALITER.

✻ a *Conta. te. eius.* ipſum irritantes pro ſuis traditionibus.

D

b *Di. ſunt.* exterius amicitiam ſimulantes ad fideles Chriſti: & intus odium habentes, quales fuerunt pſeudo apoſtoli. *Matt. 7. a*

d *Ia. ſu. do.* Hæc verba ſunt eccleſiæ ſuos filios confortantis.

e *Et ipſe te enu.* ſacræ ſcripturæ verbo & euchariſtiæ ſacramento.

f *Et non da. in æter.* Nauis enim eccleſiæ non ſic fluctuauit in tribulationibus à tempore Conſtantini ſicut ante.

g *Tu vero Deus.* ſ. tyrannos quorum multi per diuinam vindictam ſunt occiſi deſcendentes ad pęnam inferni. ideo ſubditur,

i *Viri ſan.* ideſt effuſores ſanguinis innocentis.

K *Non di. &c.* Frequenter enim moriuntur ante medium vitæ ſuæ ſecundum curſum naturæ.

l *Ego au. ſpe.* verbum eſt eccleſiæ ſuper Chriſtum fundatæ.

*In pſal. 54. Exaudi Deus. vbi dicitur in poſtil. Contaminauerunt teſtamentum eius.*

### ADDITIO I.

¶ Melius videntur iſta verba referri ad Deum, vt ſit ſenſus: Contaminauerunt teſtamentum eius, ideſt legem Dei: in cuius pęnam diuiſi ſunt ab ira vultus eius ſcilicet Dei. Et hanc diuiſionem & diſcordiam imprecabatur eis Pſal. ſuprà in eodem pſal. dicens: Pręcipita domine & di. &c.

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtil. Moraliter autem poteſt exponi.*

### ADDITIO II.

¶ Potius videtur pertinere ad ſenſum literalem exponere iſtum pſal. de quolibet iuſto in perſecutione poſito &c. ad quem ſenſum propriè & de facili litera applicatur. Et talis ſenſus erit notabilior, & vniuerſalior, quàm exponendo contra habitatores Ceilæ, de qua hiſtoria iam plures pſalmos Dauid fecerat.

### REPLICA.

IN Pſal. Exaudi Deus &c. cum poſtillator exponit illum paſſum: Contaminauerunt teſtamentum eius: diuiſi ſunt ab ira vultus eius. De peruerſis, quorum vultus, & ira ſunt diuiſi, quia per vultum publicè blandiuntur, & per iram occultè ſæuiunt, ponens exemplum de Ceilenſibus, qui Dauid venerabantur in publico: ſed occultè apud Saul eum tradere conati ſunt. Burgen. autem vult melius exponere, dicens q̄ vultus debeat ad Deum referri, vt ſit ſenſus, q̄ peruerſi diuiſi ſunt ab ira vultus Dei: Sed iſta expoſitio non videtur propria, q̄ mali in pęnam diuidantur ab ira vultus Dei: nam eſto quòd diuidantur à gratia, & lenitate vultus Dei, non tamen ab ira: quia huic merentur ſemper ſubijci, & ab illa ſemper puniri, & habere vultum Dei iracundum, quaſi ſemper pręſentem, & per conſequens non diuiſi ab ira vultus Dei. Nec valet quod Bur. addit, q̄ iſte pſal. nō poteſt eſſe de Ceilenſibus: quia multi pſal. alij ſunt de illa materia, ex quo non ſequitur igitur iſte non: Nec valet. Materia huius pſal. eſt de peruerſis generaliter, quia cum hoc, ſtat quod ſit de Ceilenſibus ſpecialiter, & exemplariter.

### GLOS. ORD.

6 a *Inſi. &c. Aug.* Populus qui à ſanctis longè fit in tituli inſcriptione, cui contradicit tā Iudæus q̄ omnis qui nō vult hr̄e regē Chriſtū, & ipſi q̄ tribulāt eccleſiā: cōtra quos hic pſ. cōfirmat eccleſiā.

b *In ti. inſcr. ipſi Da. cum te. cum. Aug.* Tituli inſcriptio: & ſi populus inſtaret non eſt deleta: quia prophetarum: eſt etiā in alio pſal. ne corrumpas tituli inſcriptionem. Populus qui longè à ſanctis, perſecutores, qui eccleſiam ſicut vuas calcant.

a ¶Chriſtum. b ¶Saluando. vel contra populum, vt perſecutores qui eccleſiam ſicut vuas calcant.

†In finem †pro populo, qui à ſanctis longè factus eſt, †in tituli in-

a ¶Immutanda. b ¶Chriſto.

ſcriptione ipſi Dauid, cum tene-

a ¶Alienigenæ perſecutores Chriſtiani nominis. b ¶In torculari in preſſuris tribulationum.

renteum Allophyli in Geth.

c *Allophyli. Aug.* Idem q̄ populus qui à ſanctis longè factus eſt.

d *Geth. Aug.* i. in torculari. Legiē Dauid in illa ciuitate peregrinus fuiſſe, ſed nō retētus. ſed Chriſtus ex eius ſemine natus, nō ſolū olim in ſe, ſed adhuc in corpore ſuo tenetur in p̄ſſuris q̄ vtiles ſunt. Augēt. n. ſanctorū meritū, & vinū iuſtitiæ inde emanat: vt vua, q̄ dū ante torcular integra eſt, nihil inde manat, ſed cū premit, ſterilis nō eſt.

*pſal. 4. † ſup columbā mutam in remotis (vel, de columba capta quæ inter alienigenas abiecit) 1. Reg. 21.*



a Miſerere

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

## GLO. ORD. PSAL. LV.

A

Sup.pſal.5 5 M Iſere mei Deus. Caſ. Orat eccleſia ſummatim tangens tribulationes, in quibus per ſpem Dei finit ſe non timere, ideſt in fine primæ partis dicit ſe non timere.

In expoſ. pſ. 82.10.8. b *Impug. tribulauit me &c.* Aug. Homo viſibiliter, diabolus inuiſibiliter, vnde periculoſior eſt tribulatio.

† nihil domine

c *Ab altitudine. Caſſiod.* Altitudo diei mundus, vbi ſuperbiæ tumor, vt grauior ſit tribulatio, dicit ſe à ſuperbis conculcari. *Aug.* Ab altitudine. Alia litera, conculcauerũt me inimici mei tota die, hoc eſt toto tempore. Ab altitudine diei.i.quia diem.i.Chriſtum in alto lucentem non cognouerunt. Vel quia alti, licet ad horam. die ſcilicet non diu, ſed non timendi: quoniam. & ſequitur: multi, qui debellãt me, timebũt, cum dies altitudinis eorum tranſierit. Ego verò non dico, non timebo: ne de me præſumere videar: ſed ſperabo, quod eſt cauſa nõ timendi. Non timet aliquis duritia cordis, vel ſuperbia, qui eſt ſtupido ſimilis: ſtupor enim eſt, qui non ſentit, non ſanitas. Tres ſunt affectiones corporis. In ſtupore non dolet corpus, quia non ſentit. In immortalitate ſimiliter, quia plenè firmatum eſt. Sanitas verò ſi moleſtatur, dolorẽ habet: nec ideo propior immortalitati ſtupidus quàm ſanus. Ita tres affectiones animę ſunt.ſ.prouida cautela, ſtulta arrogantia, gloria ſecura. Stulta arrogantia ſimilis eſt ſtupori, quando quis de ſe præſumens nec timet nec cauet. Iſte ergo ne videretur per ſtul-

† coartat (opprimit)

† In die quo timebo, ego in te ſperabo † ſperaui domine

† verbum eius, (vel in Dei verbo glorior)

B tam arrogantiam ſimilis ſtupido, non ait non timebo, ſed ſperabo in te.

Ioan.11.b d *Dici.* Dies, Chriſtus eſt. Cuius duodecim horæ, duodecim ſunt apoſtoli. vnde ipſe ait: Nõne duodecim horæ ſunt diei? Huius diei altitudinem inimici non poſſunt attingere. vnde

Matt.27.e in paſſione Chriſti: Tenebræ factæ ſunt.

e *Tota die. &c. Caſſ.* Enumerat mala, quæ ſuſtinendo, fit & inimicorum conuerſio: vnde & per ſpem fidei dicit ſe non timere, ſicut prius fecerat.

☞ a Inha-

### Pſal. LV.

¶ Aug Ne deficiam in cõculcatione.

a M Iſerere † mei Deus, a quoniam † concul-

a ¶Aug. Sicut vuam in torculari, vt vinum exeat.
b ¶Diabolus. ¶Aug. Qui longe a ſanctis factus ẽ, de quo
Matt.13 d. Inimicus homo hoc fecit. c ¶Aug. Toto tempore: nullus enim viuit Chriſto ſine tribulatione.

cauit me homo: tota die † impu-

a ¶Non quod merito meo, ſed quia inimici.
¶Caſ. Quaſi pedibus vuam.

gnans † tribulauit me. Conculcaue-

a ¶Aug. Membra diaboli. ¶Qui longe à ſanctis.
b ¶Neceſſe eſt, vt miſereatis.

runt me inimici mei tota die, quo- b

niã multi bellãtes aduerſum me ✱.

a ¶Alij ſunt qui conculcant: ſed die, non diu.
¶Quia multi: ſed timebo ab altitudine diei, a potentia eis ad horam data? Non, ſed ſperabo: Vel quia multi bellantes aduerſum me, ideo timebo ab altitudine diei

b c † Ab altitudine diei timebo: ego ve c d

a ¶Nulli ſperanti timendum. b ¶Et. ¶Quia ab ipſo.
¶Caſ. Ei tribuens quod bene loquor.

rò in te † ſperabo. In Deo laudabo e

a ¶Caſ Quia accepi. b ¶Et. c ¶Sed & ante ſperaui.
¶Caſ. ſpe futuri non timet, qui videns mala ſeculi ſuperius formidando orat.

† ſermones meos, † i Deo ſpaui, nõ f g

a ¶Quia ſi calcat vinum exit. b ¶Quid facit enim caro?

d timebo quid faciat mihi † caro. To h

a ¶Et ſi à Deo. b ¶Aug. Cum verba reſpuuntur, perſona dicentis non eſt immunis ab iniuria.

ta die verba mea † execrabantur i

dum etiam quòd David hic vocatur columba muta elongationum. *Columba, quia fuit ſine felle amaritudinis: quia Saulem ipſum perſequentem ad mortem, bis ſaluauit à morte. Muta, quia tentus à Philiſthæis non audebat loqui idioma Hebraicum, ſed mutauit os coram Achis, ne amplius cognoſceretur, Dicitur etiam columba elongationum, quia timore Saulis fugerat extra terram Iſrael ad terram Philiſthinorum. Quid autem ſignificetur per hoc quod dicitur in titulo: Ad victoriam: frequenter dictum eſt, ſcilicet conatus Leuitarum, & ſic patet ſententia tituli Hebraici, & ſimiliter tituli Hieronymi, quæ eſt eadem in ſubſtantia. Patet etiam autor huius pſalmi, & materia in generali. Secundum hoc igitur pſalmus iſte diuiditur in tres partes: quia primò ponitur ipſius David deprecatio. Secundò deprecationis exauditio, ibi: Sicut ſuſtinuerunt. Vel potius ibi: Pro nihilo. vt videbitur. Tertiò gratiarum actio, ibi: In Deo laudabo. Circa primum David,* C

a Miſerere mei Deus, quoniam concul. me homo. *ideſt homines, eo modo loquendi quo dicitur, venit muſca grauiſſima, ideſt multitudo muſcarum. Plures enim Philiſthęi tenebant eum impingentes eum, & conculcantes ſicut morte dignum. ideo ſubditur,*

b Quoniam multi bellantes aduerſum me. *quia quærebant eum occidere, vt prædictum eſt. In Hebræo habetur ſic: Multi bellantes aduerſum me altiſſime. quaſi diceret: Tu Deus qui es altiſſimus, libera me ab iſta multitudine, à qua non poſſum me defendere: & verſus ſecundus incipit ſic: Quacunque die timebo &c. & tunc litera eſt plana, cum ſubditur: Ego verò in te ſperabo. In quacunque die occurrerit mihi materia timendi: Et ſic pro eo quod dicitur in principio huius verſus in translatione noſtra.*

c Ab altitudine diei. *quod eſt de præcedẽti verſu, in Hebræo eſt, altiſſime. Et hoc modo ſignantur verſus in translatione Hieron. Poteſt etiam exponi translatio noſtra ſic: Ab altitudine diei timebo. ideſt tempore altæ diei: quia fugitiui qualis erat David, magis timent de die quam de nocte: quia non poſſunt ita de facili ſe abſcondere & euadere de die ſicut de nocte.* D

d Ego vero in te ſperabo. *ideſt in quocunque timore non deſperabo, ſed magis ſperabo de tua protectione.*

e In Deo lau. ſer. meos. *te deuotè deprecando.*

f In Deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi caro. *ideſt homo carnalis. Nec per hoc intendit à ſe excludere omnem timorem hominis: ſed tantum timorem qui deijcit in deſperationem: propter quod ſimul ponit: In Deo ſperabo:*

h Tota die verba mea execrabantur aduerſum me. *ideſt omnia verba de me dicta ad meam laudem, retorquebantur in meam condemnationem, Dicebant enim Philiſthæi: Nunquid non eſt iſte David rex terræ? Nonne huic cantabant per choros, dicentes: Percuſſit Saul mille, & David decem millia? ex iſtis concludebant, quòd deberet occidi, ne poſſet eis vlterius nocere, ideo ſubditur,* 1.Reg.

¶ a Omnes

## NIC. DE LY. PSAL. LV.

¶ a M Iſerere mei Deus etc. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo: Ad victoriam ſuper columbam mutam elongationum David* מכתם *michtam, quando tenuerunt eum Philiſtęi in Geth. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd ſecundum aliquos Hebræos michtam eſt dictio compoſita ex mich, & tam, & ſic ſignat humilem, ſimplicem, vel perfectum, & hoc modo accipit Hieron. qui ponit talem titulum: Victori pro columba muta, eò quòd procul abierit David humilis, & ſimplex, quando tenuerunt eum Philiſtæi in Geth, & ſecundum iſtum ſenſum oportet hic ſupplere per talem modum: David humilis & ſimplex ſupple fecit pſal. iſtum, quando tenuerunt eum Philiſthæi in Geth. Secundum alios verò michtam eſt nomen cantici ſpecialis, ſicut mottetus apud nos, vel hoquetus. Et dicit Ra. Sa. quòd ſignat canticum pulchrum vel decens: & ſecundum hoc eſt ſenſus tituli Hebraici: Michtam David, ideſt canticum David decens, ab eo factum, quando tenuerunt eum Philiſtæi. De iſta autem tentione dicunt aliqui expoſitores noſtri, quòd intelligitur quando Ieſbibenod Philiſtæus niſus fuit percutere David, præſidioq; ei fuit Abiſai filius Sarniæ, & percuſſum Philiſthæum interfecit. Sed iſtud non videtur verum: quia David non*

2.Reg.21.c *fuit ibi captus, immo habuit victoriam: Præterea illud bellum non fuit in Geth: & ideo Ra. Sa. exponit hoc de David quando fugiens à facie Saul venit ad Achis regem Geth, quem cum cognouiſſent Philiſthęi, dixerunt: Nunquid non iſte eſt David rex terræ? vt habetur, & tunc*

1.Reg.21.d *tenuerunt eum adducentes ad Achis, vt interficeretur: ſed Achis credens eum eſſe furioſum, eiecit eum, & ſic ſaluatus fuit. De hoc ergo David fecit hunc pſal. & ſimiliter 34. ſicut dictum fuit ibidem. Sed pſal. 33. magis reſpicit euaſionem David ad mandatum Achis, propter quod ille pſal. incipit à gratiarum actione ſic: Benedicam dominum in omni tempore &c. Iſte autem pſal. magis reſpicit captionem ipſius, per quam fuit in periculo: propter quod incipit ab imploratione diuinæ miſericordiæ ſic: Miſerere mei Deus &c. De eadem enim materia David aliquando plures pſal. fecit, vt ſatis patuit per ſupradicta. Sciendum*

## MORALITER.

✱ a *Miſerere mei Deus, quoniam con. &c.* Pſalmus iſte fuit oratio David quãdo de Geth euaſit, vbi Philiſtæi voluerant eum occidere. Moraliter autem poteſt exponi, quòd ſit oratio cuiuslibet innocentis in periculo mortis poſiti pro ſua euaſione deprecantis, cum dicitur, Miſerere mei Deus, quoniam conculcauit me homo. & non Deus. quaſi diceret: Si tu Deus me punires pro peccatis meis, deberem in patientia ſuſtinere.

b *Quoniam multi bellantes aduerſum me.* ſcilicet dæmones cum malis hominibus. quoniam eos incitant ad perſequendum innocentes: Sed quia non ſunt timendi in comparatione Chriſti qui præerit in die iudicij, ſequitur,

c *Ab altitudine diei ti.* ideſt à Chriſto, qui non ſolum eſt altus, ſed etiam ipſa altitudo.

d *Ego vero in te ſperabo.* ideſt in tua miſericordia, & non in mea iuſtitia.

e *In Deo laudabo ſermo. meos.* ideſt ad eius laudes ordinabo ipſos.

f *In Deo ſperaui.* ideſt in eius protectione.

g *Non timebo quid faciat mihi caro.* ideſt homo carnaliter viuens: Et ponitur hic ſingulare pro plurali, ſcilicet homo pro hominibus irrationabiliter viuentibus, ſicut in Exo. Venit muſca grauiſſima, id eſt multæ muſcæ.

i *Verba mea execrabantur.* interpretantes ea in malum.

✱ a Omnes



☞ a *Inhabitabunt. Aug.* Vel aliqui ex his qui longè à ſanctis fictè

A ſubintrant & peius nocent, vt & Iudas, quia à diabolo electus eſt, & ad tempus incoluit, elegit eum, qui nouerat, non ad opus probationis vt cæteros, ſed tentationis, vt daret tibi ſolatium, neſcienti quos eligas, vt toleres ſicut ille: ſi enim falſa dicunt de te, cœlum non auferunt, nec iſti nocent.

b *Pro nihilo. Aug.* Quia nullus inde tibi labor quaſi nihil inde tibi ſit: quia & ſi deſperati, tamen verbo curas. Vel pro nullis eorum meritis, ſed gratis ꝑ pietatem. Vel per hoc ſaluabit: quia.

c *In ira po. con.* dum per flagella Dei reſipiſcunt, vel dum iram Dei præuidẽt. In ira populos confringes. *Aug.* Quia terres tribulationibus, & ſic duci ad te. Eſt enim ira conſummationis, qua filij flagellãtur ad correctionem. Et ira conſumptionis, qua mali puniũtur ad peremptionem.

d *Deus vitam &c.* Triplex vita hominis. Naturæ, qua viuimus & ſpiramus: Gratiæ, qua in Chriſto viuimus. Peccati, quæ in vitijs agitur. Duæ ſunt à Deo, quia bonæ. vita ſcilicet naturæ, & vita gloriæ. tertia eſt ab homine, quia mala. has omnes Deo annuntiare debemus. *Caſ.* Deus vitam. Confringes. & ego ad inſtitutionem eorum vitam meam. quæ ſemper mala. Vitã Deo nuntiat qui peccatum confitetur non Deum docens, ſed ſe damnans, vt ſoluatur.

e *Poſuiſti lachrymas &c. Aug.* Piæ lachrymæ quæ pro inimicis rogant: & ideo acceptæ Deo ſicut ipſe promiſit.

f *In quacunque die &c. Caſſ.* ſiue in pueritia, ſiue in media ætate, ſiue in fine vitæ. Mira clementia quæ quodlibet tẽpus conuerſionis noſtræ expectat, &

B quandocunque rogatur, indulget.

g *Deus meus es tu. Aug.* Et ſi omnium, meus propriè, qui mihi ſubuenis, quẽ colo & amo. Alij alieni ſunt.

h *In Deo laudabo verbum. Aug.* Verbum, ideſt doctrinam, & ſermonem, quicquid loquar: laudabo in domino, id eſt ei attribuam: & ſi quid vrget ſperaui, & ideo non timebo. *Aug. Hier.* Vel, in Deo patre verbum, ideſt filium: quia quicquid de patre & filio dicitur ſecundũ ſubſtantiam, & de ſpiritu ſancto: Hoc de potentia verbi dicitur, quia æternum & conſubſtantiale patri: & poſtea de humanitate ſubdit,

i *In do.* ideſt in Chriſto, qui verbum caro factum eſt.

K *Laudabo ſer. in Deo ſperaui.* ideſt prædicationes, quibus regulam viuendi & ſalutẽ mundo dedit. Hæc duo prædicat iſte, potentiam verbi, & humanitatem Chriſti. In Deo laudabo. Vel ita, vt trinitas naturæ perſonaliter per tria verba quę ponit. In Deo patre laudabo verbum, ideſt filium. In domino, ideſt in ſpiritu ſancto laudabo ſermonem, ideſt filium.

☞ a In

aduerſum me, † omnes cogitatio- a

a ¶Quia nihil boni tractant. b ¶Aug. ficte ſubintrabunt. ¶Alias incolent. ¶Aug. Ideſt quia peregrini ſunt in hoc mundo, vbi nullus videt cor, quicquid mali cogitant abſconditum eſt.

a nes eorum in malum. † Inhabita- b

a ¶Caſ. Dolos. quia non audent palam contraire.
b ¶Aug. Pedem ad lapſum, vt calumnientur, vel calcaneum, finem vitæ, ſecũdum quem iudicamur, diabolus inſidiatur calcaneo. hoc agent, vtpote illi, quibus ſum grauis ad videndum, ſed tamen pro nihilo.

bunt & abſcondent, ipſi calca- c d

a ¶Alias. Sicut ſuſtinuit. ¶Aug. Anima mea foris latrones, intus abſcõdentes. & ſicut ego ſuſtinui: ſic tu Chriſte ſaluos facies illos, ideſt ſic tu ſuſtine. & ora pro illis, & ſalui erunt.

neum meum obſeruabunt. † ſicut e

b ſuſtinuerũt animam meam. † Pro f

c nihilo ſaluos facies illos? in ira po g h

a ¶Alias deduces. b ¶Ego autem. ¶Aug. Quia vt viuam tu feciſti, tibi vitam enuntio: non mihi, vt alij hoc ſequantur. ¶O

d pulos † confringes. Deus † vitam i k

a ¶Vt non ingratus. b ¶Aug. Et tu. ¶Exaudiſti me deprecantem, ſicut promiſeras te exauditurũ flentem inuem te miſericordem promittendo, veracem in reddendo.

e meam annuntiaui tibi: † poſuiſti l

lachrymas meas in cõſpectu tuo. m

a ¶Quaſi ſaluos facies & confringes.
b ¶Quia Abrahæ promiſiſti: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes c ¶Quando confringes.

† ſicut & in promiſſione tua: Tunc n o

a ¶Caſ. A ſuo errore. b ¶Aug. Ita vt ſequantur qui præire volebant.

conuertentur inimici mei retror-

a ¶Etiam. b ¶Caſ. Non aliud quærens quàm te.

f ſum. In quacunque die inuoca- p

a ¶Acſi audies me. b ¶Aug. Ecce magnæ diuitiæ quantumlibet enim auarus ſit ſufficit tibi Deus.

uero te, ecce † cognoui quoniam q

¶ Ideo.

g h Deus meus es. † In Deo laudabo r

a ¶Spiritu ſancto. b ¶Filium. ¶Idem quod ſupra verbum.

i k l verbum, in domino † laudabo ſer s

b Populos. *Philiſthinorum.*

i Confringes Deus. *ita quòd li Deus, eſt finis huius verſus: In Hebræo & in translatione Hier. & in translatione communi eſt principium verſus ſequentis. Et hoc adimpletum, quando Philiſtæi venientes ad deſtruendum regnum David, fuerunt diuina virtute debellati, magis quàm humana: propter quod tunc dixit David: Diuiſit dominus coram me inimicos meos, ſicut diuiduntur aquæ.* C 2.Reg.5.d

K Deus vitam meam annuntiaui tibi. *ideſt pericula vitę meæ annuntiaui tibi in mea oratione.*

l Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. *eas exaudiendo.*

n Sicut & in promiſſione tua. *ideſt ſicut promiſiſti mihi me in periculis cuſtodire.*

o Tunc conuertentur inimici mei retrorſum. *ideſt cum me exaudieris deprecantem aduerſarij mei fugient, quaſi diceret, hoc ſemper attribuam virtuti tuæ, & non meę. Litera Hebraica ſic habet ab illo loco: Deus vitam meam &c. motionem meam numeraſti. pone lachrymam meam in vtre tuo. Nonne in numero tuo? tunc conuertentur inimici mei retrorſum. & eſt ſenſus: Motionem meam numeraſti, ideſt loca, ad quæ fugi à facie Saulis. Pone lachrymam meam in vtre tuo, vt ſit repoſita coram te, quaſi in vaſe miſericordiæ tuæ ad exaudiendum. Nonne in numero tuo, ſupple erit? quaſi diceret ſic: quia tu pones eam in numero tuo cum alijs anxietatibus, quas ſuſtinui. Tunc conuertentur inimici mei retrorſum. Translatio verò Hieron. ſic habet: Secretiora mea tu numeraſti, ideſt nullum meum ſecretum abſconditum eſt tibi. Repone lachrymam meã in vtre tuo, & exponatur ſicut prius, ſed non in narratione tua, qua feres ſententiam contra malos. Tunc conuertentur inimici mei retrorſum. exponatur ſicut prius.* D

q In quacunque die inuocauero te. *ſynceriter & deuotè.*

q Ecce cognoui quoniam Deus meus es. *exaudiendo me & ſaluando.*

r In Deo laudabo verbum. *Hæc eſt tertia pars huius pſal. in qua ponitur ipſius David gratiarum actio, pro ſua liberatione dicentis. In Deo laudabo verbum. ideſt tuum factum, ſeu beneficium gratias referendo.*

s In domino lauda. *repetitio eſt eiuſdem ad maiorem affectus expreſſionem.*

¶ a In

† Congregantur, abſcondit ſe (latent)

† cum expectant (vel, quomodo apprehendant)

† propter iniquitatẽ euaſio eis; (ideſt ſperantin iniquitate ſua ſe poſſe euadere, ſed & c. Alij verſũ, ſed iuſtra, elaberetur enim ab eis)

† migrationes (fugas) meas numeraſti tu: pone ipoſui

† ꝑdicabo

## NICO. DE LYRA.

¶ a Omnes cogitationes eorum in malum. *ideſt ad inferendum mihi malum.*

b Inhabitabunt & abſcondent. *ideſt publicè & occultè quærent mihi nocere.*

d Ipſi calcaneum meum obſeruabunt. *quærentes me ſupplantare. Et videtur hic David propheticè loqui de malis quæ quæſierunt Philiſthæi facere ſibi, quando audierunt ipſum eſſe vnctum in regem ſuper Iſrael, quia tunc quæſierunt eum occidere.*

e Sicut ſuſtinuerunt animam meam. *In Hebręo & in translatione Hieron. habetur: Expectantes animam meam, ideſt ſperantes auferre animam meam de corpore. & coniungitur cum litera præcedenti immediatè: quia eſt finis huius verſus. & ſequens verſus incipit ibi. Pro nihilo.*

f Pro nihilo ſaluos facies illos. *Hæc eſt pars ſecunda huius pſalm. in qua deſcribitur exauditio David deprecantis: & primò quantum ad repreſſionem aduerſariorum, cum dicitur: Pro nihilo ſaluos facies illos? interrogatiuè, & eſt ſenſus: Saluabis aduerſarios meos pro nihilo? ideſt qui nihil boni fecerunt, ſed tantũ mala, quaſi diceret, non decet iuſtitiam tuam. ideo ſubditur,*

g In ira. *ideſt vindicta iuſtitiæ tuæ.*

b Populos

## MORALITER.

✱ a *Omnes co. eorum in malum.* contra me.

b *Inhabitabunt.* mecum amicitiam ſimulantes.

c *Et abſcondent.* malitiam ſuam per talem cohabitationem. ideo ſequitur,

d *Ipſi calcaneum meum obſer.* quærentes me ſupplantare.

e *Sicut ſuſtinuerunt animam meam pro nihilo.* ideſt vitam meam, ſicut graue pondus ſuſtinuerunt, in quorum perſona dicitur. Grauis eſt nobis ad videndum. Sap.2.e

f *Pro nihilo.* Hic incipit verſus in Hebræo: & eſt ſecunda pars huius pſal. in qua ponitur exauditio deprecantis, cum dicitur interrogatiuè: Pro nihilo ſaluos facies illos? ideſt cum nihil boni fecerint? q.d. non decet iuſtitiam tuam quæ non permittit dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. ideo ſequitur,

h *In ira populos confringes.* qui ſtudent ad male faciendum.

K *Deus vitam meam annun. tibi.* in vera confeſſione.

l *Poſuiſti la. meas.* contritionis & confeſſionis.

m *In conſpectu tuo.* eas exaudiendo.

n *Et in promiſſione tua.* quæ habetur Ezec. 18.g. Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Ezech.18.g

o *Tunc conuer. inimici mei re.* ſ. dæmones & homines mali qui confunduntur quando preces bonorum exaudiuntur.

p *In quacunque die inuocauero te.* piè, & perſeueranter, & pro me.

q *Ecce cognoui.* per effectum exauditionis. Iſtis enim tribus concurrentibus oratio ſemper exauditur.

r *In Deo.* Hæc eſt tertia pars, in qua ponitur exauditi gratiarum actio, cum dicitur. In Deo laudabo verbum. gratias agendo ſibi de beneficio mihi collato.

s *In domino laudabo ſermonem &c.* repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem deuotionis expreſſionem.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *In me ſunt*. Intus quæ à nobis nunquam recedunt. Vota
E laudationis quę in ęternitate reddentur. *Caſſi*. In me ſunt. Ec
*Vt ſup. ibi.* cleſia iam de malis ſeculi libera in futura beatitudine, vel etiam hic laudem Dei cantaturam ſe dicit.

b *Quoniam eripuiſti. Caſſi.* Vel de futuro poteſt accipi ſic: Ideo laudabo in futuro, quia eripuiſti, ideſt eripies animam meam de morte ęterna. Et oculos meos à la. & pe.m. à la. vt pla. coram Deo in lu. vi. hoc in futuro, vbi nec peccando anima morit. Nec oculi flent mala, nec pedes labũtur. Quod non eſt hic, vbi etiam perfectè Deo placet: vnde addit, vt placeam &c.

*in ſcriptura, quæ deſiderabat adimplere.*

d Quæ reddam lau. *ideſt laudem nominis tui. Et ſubdit cauſam, dicens,*

e Quoniam eri. animam meam de mor. &c. *quia ideſt perfeciſti illud propter quod voui tibi: & ideo iuſtum eſt, vt reddam vota tibi.*

f Vt placeam &c. *In Hebræo & in tranſlatione Hier. habetur: Vt ambulem coram Deo, procedendo de bono in melius.*

g In lumine viuentium. *ideſt quandiu ero in vita præſenti. vel lumine viuentium, hoc eſt in lumine gratiæ qua viuitur in Deo: Moraliter poteſt exponi pſal. iſte de quocunque fideli, qui poſitus in mortis periculo, orat Deum deuotè pro ſua liberatione: & à Deo exauditus agit gratias Deo tanquam gratus.*

a ¶Caſſi. Quaſi mundana ſperno, & ideo non timebo, quia nihil niſi mundana eripit homo: Ideſt finis huius partis qui & primæ.

monem in Deo ſperaui, non time- a b

a ¶Aug. Si quæ extra ſunt eripit, non quæ intus.

a bo quid faciat mihi homo. † In c

a ¶Non extra quæro quid offeram de ara cordis: de macello vel cellario conſcientiæ exit totum, quod in charitate accendendum eſt.

me ſunt Deus vota tua, quæ red- d

¶Vel nis. a ¶Ideo laudabo.

b dam † laudationes tibi. Quoniam e

a ¶Aug. per me eram mortuus, per te eſt vita quam tibi enuntio.

† eripuiſti animam meam de morte *, & pedes meos de lapſu: vt

a ¶Aug. ¶Non alienis qui longe à ſanctis, quia non habent lumen vnde videant. b ¶Aug. In lumine eſt qui gratis Deum amat: quod nemo, nec etiam diabolus fecit, niſi ſolus Deus.

placeam coram Deo in lumine f g
viuentium.

† laudationem

## NIC. DE LY.

¶ a In Deo ſpe. *quod me protegat de futuro, ſicut fecit de præterito.*

* non ne — b Non timebo quid &c. *timore deijciente me in deſperationem, vel nimis perturbante rationem.*

c In me ſunt Deus vo. tu. *Fecerat enim aliqua vota ſpecialia ipſi Deo, ſi liberaret eum ab illo periculo, licet non ſint expreſſa in ſcriptura, quæ deſiderabat adimplere.*

## MORALITER.

* b *Non timebo quid faciat.* timore deijciente à virtute.

c *In me ſunt Deus vota tua*. ideſt ſuper me quia ſum obligatus ad ipſa reddenda.

e *Quo. eripuiſti ani. me. &c.* propter quod iuſtum eſt, vt reddam tibi promiſſa.

f *Vt placeam coram Deo in lumine viuen.* ſcilicet vita gratiæ.

*In pſal. 55. Miſerere mei Deus. vbi dicitur in poſt. Pro nihilo &c.*

## ADDITIO.

¶ In Hebraica veritate vbi dicitur: Pro nihilo. ponitur און auen, dictio æquiuoca, quæ ſignificat quandoq; nihilum, quandoq; vanitatem, quandoq; verò iniquitatem. Conſequenter vbi tranſlatio noſtra habet: Saluos facies illos. In Hebræo habetur: Saluabis ab illis. vnde hæc verba ſecundum literam Hebraicam propriè exponuntur ſic: Pro iniquitate. ſ. aduerſariorum, de qua immediatè ante dixerat. Saluabis ab illis. i. ſaluabis me ab illis. & ſic exponitur iſte verſus à quibuſdam Hebræorum expoſitoribus: ſecundum quam expoſitionem non oportet vt teneatur interrogatiuè, ſed plenè.

## GLO. ORDIN.

*In expoſi. pſ. 56. to. 8.* a *In finem. Auguſt.* Pſal. de reſurrectione & paſſione breuiter. Hoc agit Pſal. ne tu Pilate, vel tu quicunq; corrumpas Dauid &c. negando regem, quia tectus carne fugit à cognitione Iudæorum. *Aug.* Nullus titulus inſcriptus eſt Dauid quẽ vellet Saul corrumpere, ſed Chriſto qui de Dauid natus eſt, quẽ populus Iudæorum corrũpere voluit: ſed quia per ſpiritumſanctum ſcriptum erat, ne corrumpas, ait Pilatus: Quod ſcripſi ſcripſi. Cuius ſpelunca caro vel ſepulchrum accipitur, vbi latuit Chriſtus incognitus Iudæis.

† vide pſ. 4. † quidã Dauidis verba ſuiſſe volũt, quibus repreſſit ſuos, ne Saulẽ occiderẽt. Alij volunt carminis cuiuſdã ſuiſſe initiũ, ad cuius numerum fuerit hic pſalmus cõpoſitus q cũ duobus ſequẽtibus.

### GLO. ORD. PSAL. LVI.

Miſerere mei. *Caß.* Propheta in perſona dñi, quia in eo dñs quaſi inter mala exclamat, & prædicit liberationẽ. *Caſ.* Chriſtus ſecundum quod homo orat, de paſſione ita humilis, vt vnus de fidelibus clamare putetur.

† vid pſ. 15. 1. an. 19 d *Sup. pſ. 56.* c *Et in vm. Caſſi.* Vox corporis adiungitur capiti: Et loquens in perſona mẽbrorum, & ſua, quomodo poſſit liberari dicet,

a *Miſit*

a ¶Vel corrumpas. b ¶Chriſtum.

a † In finem, † ne diſperdas, Dauid

a ¶Negando Chriſtum eſſe regem, quod tituli inſcriptio aſſirmabat. ¶Mutata ſecundum voluntatem Iudæorum. b ¶Quia fugit.

† in tituli inſcriptione, cum fugeret

a ¶Ideſt Iudæorum cognitione. b ¶Ideſt cum in carne vel ſepulchro tectus neſciretur.

à facie Saul in ſpeluncam LVI.

a ¶Aug. Hic Chriſtus patri dicit ex noſtro, docens orare, qui cum patre miſeretur noſtri.

b Miſerere † mei Deus, a

a ¶Caſ. Repetitio periculum oſtendit magnum.

miſerere mei: quo-

a ¶Caſſi. cauſa quare debeat obtinere.

niam in te confidit anima mea: b

a ¶Munimine maternæ pietatis.

c Et in vmbra alarum tuarum ſpe- c

a ¶Hoc & in membris iugiter facit.
b ¶Quod in fine penitus complebitur in membris. Vſq; in finem namq; ſeculi, neq; iniquitas deerit premens, neque iuſtitia patiens.

rabo, donec † tranſeat iniquitas. d

a ¶Spetabo, non otioſus, imo. ¶Aug. Si impios quaſi- uit, clamantes non audiet?

Clamabo ad Deum altiſſimum, e f

*huius tituli. Ad intellectum verò primæ partis patet ex dictis, quod Dauid erat in periculo mortis, quando fugit ad ſpeluncam illam: propter quod in titulo huius pſal. loquens de Deo dixit: Ne diſperdas. i. ne diſperdi permittas. Dauid michtam. i. ipſius Dauid cãticum decens vel ſuaue, vt dicit Ra. Sa. quaſi diceret Dauid: Si permitteres me perire nõ poſſem amplius cantica dulcia ad laudem tuam facere & dicere. Quod autem præponitur: Ad victoriam, ſignificat conatum Leuitarum in cantu huius pſal. vt frequenter dictum eſt. Secũdum alios michtham ſignat humilem & ſimplicem vt dictum eſt pſal. præcedenti: & ſic poſuit Hier. titulum huius pſal. dicens, Pro victoria vt non diſperdas Dauid humilem, & ſimplicẽ, quando fugit à facie Saulis in ſpeluncam, & patet ſententia ex dictis. Igitur pſal. iſte in tres partes diuiditur: quia primò ponitur ipſius Dauid anxia deprecatio. Secundò diuina exauditio. ibi: Miſit de cęlo. Tertiò gratiarũ actio. ibi: Exaltare. Circa primum dicit,* H

a Miſerere mei Deus, miſerere mei. *& ſecundum quod dicit Ra. Sa. ſemel dicit, miſerere mei Deus, petens ne occideretur à Saule. Secundò petens ne Saul occideretur ab ipſo. vnde & tunc dixit Dauid: Propitius ſit mihi dominus, vt non mittam manum meam in Chriſtum domini. Poteſt etiam dici, quod replicat miſerere mei, ad maiorem affectus ſui expreſſionem, ſicut frequenter fit in orationibus deuotis.*

b Quo. in te. *hoc dicit allegãdo, quod Deus debeat ſui miſereri: quia propriũ eſt ipſius preſtare miſericordiã illis, qui habẽt in ipſo fiduciã.*

c Et in vm. *ſicut pullus ſub alis matris ſuæ ne rapiatur à miluo.*

d Donec tranſ. ini. *ſcilicet Saulis me perſequentis.*

e Clamabo. *corde & ore.*

f Ad Deũ al. *& per conſequens potentiſſimum ad me ſaluandum.*

¶ a Deum

† ſecreſſit cõfractiones, contritiones, vel ſ. audes.

## NIC. DE LY. PSAL. LVI.

Miſerere mei Deus &c. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo: Ad victoriam ne diſperdas Dauid michtam, quando fugit à facie Saul in ſpeluncam. Ad cuius intellectum ſciendum: quòd Dauid legitur bis fugiſſe in ſpeluncam à facie Saul. Primò in ſpeluncam Odollam vbi venerunt ad eum illi qui erant de cognatione ſua: & alij qui erant in anguſtia conſtituti, & factus eſt eorum princeps, & de iſta non loquitur hic,*
*1. Reg. 22. a* *quia de iſta fuga intitulatus eſt alius pſal. ſ. 141. ſecundum quod dicit Hieron. in prologo ſuper pſal. Secundò quando Saul perſequebatur Da-*
*1. Reg. 24. a* *uid ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus ſunt peruiæ, & tunc Saul intrauit eandem ſpeluncam ad purgandum ventrem. Dauid autem & viri eius fugientes Saul prius intrauerant eandem ſpeluncam latitantes in eius interiori parte, & tunc viri Dauid voluerant Saulem occidere, ſed Dauid hoc impediuit, & ſilenter oram chlamydis Saul abſcidit, & cum exiſſet Saul de ſpelunca poſt eum abijt clamans, & oſtendit ei pãnum præciſſum in argumentum, quod potuerat eum occidiſſe ſi voluiſſet, quod recognoſcens Saul gratias egit ipſi Dauid, & recedens cum exercitu ſuo à perſecutione Dauid, tunc ad tempus ceſſauit: Et de fuga Dauid ad hanc ſpeluncam loquitur titulus huius pſal. & ſic patet vltima pars huius*

## MORALITER.

* a *Miſerere mei &c.* Secundũ ſenſum literalem iſte pſal. eſt oratio Dauid, qñ ſpeluncã intrauit, & quoniam Dauid fuit figura Chriſti, poteſt allegoricè de Chriſto exponi, qui pro ſalute ſui myſtici corporis deſcendit in ſpeluncam huius mundi. Et primò ponitur hominis Chriſti deprecatio, cum dicitur, Miſerere mei Deus. Orauit enim Chriſtus pro ſui corporis myſtici ſalute, & pro ſui corporis ueri glorificatione, ideo bis dicitur hic: miſerere mei Deus.

c *Et in vmbra &c.* nam anima Chriſti confidebat de deitate cui coniuncta erat in unitate perſonæ.

d *Do. pertr.* ſ. Iudæorum me & membra mea perſequentium.

e *Clamabo ad Deum*. pro me & membris meis. Apoſt.: Cum clamore ualido & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia.

* a *Deum*



a *Miſit de cęlo. Aug. Hier.* Verbũ de occulta eſſẽtia ſua, de ſecre
A ta cognitione angelorũ. Vel miſit auxiliũ, & per hoc liberauit, exaltãdo, dedit in opprobriũ diſperſos vbiq;, & maximẽ dum viderẽt eius reſurrectionem adorari, quem putabãt ſe extinxiſſe. Miſit de cęlo. *Hier.* Diapſalmus. Iam declarat quid miſit, & de quibus eripuit: & loquitur in perſona membrorum.

† retribuit ſibi, vel, eripuit me ab opprobrio conculcantium me — b *Liberauit. Hier.* Quia iam miſit verbũ, certum eſt, quaſi iam ſit qui liberauit, ideſt liberabit: & dedit, ideſt dabit in opprobrium conculcantes me.

c *Miſit Deus. Aug.* Verbum in quo miſericorditer egit, in quo & promiſſiones impleuit. Miſericordiam. quia ex miſericordia pro nobis mortuus eſt. Veritatem. quia vt prædixit, ſurrexit ad iuſtificandos nos.

d *Miſericordiam ſuam &c. Hie. Aug.* Vtraque enim in eo continetur. Si enim ſola fuiſſet miſericordia, licẽtia eſſet nobis peccandi. Si ſola veritas, non potuiſſet homo ſuſtinere.

e *Dormiui. Aug.* Alta quiete facilè excitandus. Conturbatus paſſione. Dormiui. Dauid non dormiuit in ſpelunca, ſed Chriſtus in morte. *Caſ.* Conturbatus, ſecundum carnem paſſionis memoria & anguſtia. vnde: Triſtis eſt aĩa mea, &c. Et cępit Ieſus tædere & pa.

f *Filij hominum.* Rectus or. eſt: Filij hominum, laqueos parauerunt. Sed interſerit qualiter turbauerint.

g *Lingua. Caſſi.* Voces illæ crucifige, crucifige, & huiuſmodi, citam fecerunt mortem, vt gladius acutus.

h *Exaltare. Caſ.* Ex perſona prophetæ, viſis iniurijs, viſoq; quod in reſurrectione inanes facti ſunt Iudæi, gaudens exclamat homo in cruce: Exalta, Deus ſuper cęlos, vt iudicet in terra Iudæos. Exaltare. Superiora dominus. propheta quidem, ſed in perſona domini, quia
B dominus in propheta loquitur. Quando etiam ex ſua perſona loquitur propheta. dominus per eum loquitur qui ei dictat. *Aug.* Exaltare. Verba Chriſti. Secũdò pater fac in me, quod altus videaris ſuper angelos. i. fac me reſurgere & aſcendere: vnde etiam omnes habitatores te glorificabunt. Vel verba prophetæ: Exalta, vt qui pendes in cruce, in maieſtate regnare cognoſcaris: non enim quantum ad ſe, ſed quantum ad homines exaltatur. Super cęlos, quoniam ſedet ad dexteram patris, & angelos habet ſubtus, & omnem terram: quia totus mundus ei ſubiectus eſt.

i *Laqueum pa.* Interpoſita exaltatione cęptam narrationem exequitur.

k *Pedes. Caſſi.* Domini ſunt increpationes malorum, & promiſſiones fideliũ, quibus dolos parauerũt, vt de adultera. Incuruauerunt, dũ eis compatiens ſterilis reddebatur ab eis.

l *Au. fa. m. Caſſi.* Dum in os eius dixerunt: Reus eſt mortis.

m *Paratum. Caſ.* Diapſalmus. Poſt reſurrectionem laudes promittit. Vel, paratum ad agendas gratias (quod ibi oſtendit, cantabo.

a *Gloria*

a ¶Aug. Expertus ſum per hoc, quia & antè benefecit mihi, quod etiã clamantẽ audiet. ¶Ita bene fecit quod.

a Deum qui † bene fecit mihi. Miſit a b

a ¶Suſcitauit.

b de cęlo & † liberauit † me, dedit c

a ¶Diſperſos vbique. b ¶Aug. Qui mortuo inſultauerunt.

in opprobrium conculcantes me.

a ¶Quid autem miſit. b ¶Chriſtum qui pro nobis compatitur.

c d Miſit † Deus † miſericordiã ſuam d

a ¶Hier. qui retribuit ſecundũ merita. b ¶Ad hoc miſit. c ¶Ecce ipſe reſuſcitauit.

& veritatem ſuam, † et eripuit a- e

a ¶Aug. Populi à principibus ſeducti.

nimam meam de medio catulo-

a ¶Quid enim paſſus? ¶Ecce. ¶Aug. Non me turbato in ratione, ſed illis turbantibus ſua opinione.

e rum leonum: dormiui contur- f

a ¶Qui turbauerunt. ¶Non ſe excuſent Iudæi, quod non occiderunt, ſi manus inermes, os armatum habent. b ¶Quod eſſe deberent. c ¶Irriſiones.

f batus. † Filij hominum dentes g h

a ¶Ad conſilia. b ¶Ad verba. c ¶Dum clamant Crucifige.

g eorum arma & ſagittæ: & lingua i

h eorum gladius acutus. Exaltare k

ſuper cęlos Deus, & † ſuper omnẽ l

a ¶Auguſ. Vt ſic gloria tua vbique extendatur, quod modo completum eſt. b ¶Quaſi latentem.

i terram gloria tua. † Laqueum m

k parauerunt pedibus meis, & in- n

a ¶Aug. Voluerunt quaſi de cęlo ad inferiora deprimere.

curuauerunt animam meam. Fo- o

a ¶Laqueum parauerunt, ſed non me neſciente.
b ¶Quia ſciebat totum quod moliebantur.
c ¶Caſ. Sententiam mortis inclamantes.

l derunt ante faciem meã foueam,

a ¶Aug. hoc agendo. b ¶Non mihi, ſed ſibi nocuerunt. c ¶In confoſſa, ideſt cauteriata & obſcura conſcientiæ cæcati. b ¶Sed.
¶Aug. Ille parat foueam, ego cor ad tolerandum. ille in eam incidit, ego cantabo.

m et inciderunt in eam *. Paratum p q

a ¶Repetit ad confirmationem. ¶Quaſi multum. ¶Ad agendas gratias. ¶Et quomodo ſubdit.

cor meum Deus, paratum cor

a ¶Caſ. Verbis gratias agam & operibus. Quæ duo prædictæ geminationi reddidit: quia ad vtrunq; paratus.

meum: cantabo & pſalmum di- r

d Miſit Deus miſe. ſuam et ve. *Ideſt iuſtitiam ſuam, quia ſemper concomitantur ſe in operibus diuinis.* C

e Eripuit animam meam de medio ca. leo. *Ideſt hominum ferocium, cuiuſmodi erant Saul, & ſatellites eius.*

f Dormiui conturbatus. *quando fui in perſecutione eorum poſitus. homo enim poſitus in tali perſecutione non poteſt dormire quietè. In tranſlatione Hieron. habetur: Anima mea dormiuit in medio leonum ferocium, & poteſt reduci ad eandem ſententiam vt patet.*

g Filij ho. *cum Saule exiſtentium.* † me ab opprobrio deglutire volentis me.

h Dentes eorum arma & ſagittæ. *quia parati ſunt mala dicere de prope per obiurgationem, & de longe per detractionem, ſicut ſagittę à longe percutiunt.*

i Et lingua eorum gladius acutus &c. *quia ſicut gladius acutus ſeparat coniuncta naturaliter, ſic Doeg & alij conſimiles, per ſuas detractiones & oblocutiones diuidebant amicitiam inter Dauid & Saulem, cum tamen Saul deberet eum naturaliter diligere ſicut generum ſuum.* † anima mea eſt in ter leones, iaceo inter incẽdẽtes

K Exaltare. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio, cum dicitur: Exaltare ſuper cœlos Deus. ideſt laus tua magnificetur ab angelis ſanctis.*

l Et ſuper omnem terram gloria tua. *ſupple magnificetur à cunctis hominibus deuotis. & ſubdit cauſam ex parte ſui, dicens,*

m Laqueum pa. pe. meis. *i. poſuerunt inſidias ad me capiendum.*

n Incuruauerunt animam meam. *ideſt incuruare voluerunt vitam meam, deijciendo me in mortem.* † in terra

o Foderunt ante faciem meam. *quęrentes me ad mortem.* † Rete

p Et inciderunt in eam. *quia Saul in quo tanquam in principe erat totus exercitus in virtute, intrauit ſpeluncam, in qua Dauid potuiſſet eum, ſi voluiſſet, occidere, vt prędictum eſt. Et quia ex hoc habebat materiam laudandi Deum, ſubditur,*

q Paratum cor meum Deus. *ad te laudandum, & tibi ſeruiendum. Et replicat idem dicens: Paratum cor meum. ad oſtendendum magnum affectum. Et eodem modo dicitur,* D

r Cantabo et pſalmum dicam. *quia eſt replicatio eiuſdem per alia verba.* * Sela pſ. 3.

¶ a Exurge

## NICO. DE LYRA.

¶ a Deum qui bene fecit mihi. *de præterito: & ſic ſpero, quod faciet de futuro. In tranſlatione Hier. habetur: Deum vltorem meum, quia nolebat accipere vltionem Saul manu propria, ſed expectabat eam de manu diuina. vnde dicebat: Vlciſcatur me Deus de te: manus autem mea non ſit in te.*

b Miſit de cęlo. *Hic conſequenter deſcribitur exauditio, cum dicitur, Miſit de cęlo & liberauit me. Omne enim beneficium à Deo pręſtitum conuenienter dicitur cęlitus datum.*

c Dedit in opprobrium conculcantes me. *ſcilicet Saul & vxores eius quęrentes me occidere: & ſic me dare in conculcationem hominum & beſtiarum. Quòd autem Dauid tunc exprobrauerit Sauli, & viris eius, habetur, vbi dicitur: Dixitq; ad Saul; Quare audis verba hominum loquentium? Dauid quærit malum aduerſum te, &c. & poſtea: Quem perſequeris rex Iſrael, quem perſequeris? canem mortuum perſequeris, & pulicẽ vnũ, q. diceret: hoc vertitur in opprobrium tuum.*

d Miſit

## MORALITER.

* a *Deum qui bene fecit mihi.* nã gloriam animæ Chriſti dedit in ſua conceptione, & gloriam corporis in ſua reſurrectione.

b *Miſit de cęlo.* Hæc eſt ſecunda pars in qua ponitur diuina exauditio, cum dicitur. Miſit de cęlo &c. ſcilicet angelos obſequentes Chriſto in deſerto in paſſione & aſcenſione, vt habetur ex euangelio, & huius miſſionis ratio tangitur cum dicitur,

d *Miſit Deus miſericordiam ſuam & veritatem ſuam*. ideſt filium ſuum qui dicitur miſericordia pſal. 84. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam &c. Et veritas. Ego ſum via veritas & vita. *Ioan. 14. a*

e *Eripuit ani. meam de me. ca. leo.* ideſt Iudæorum & militum crucifigentium: animam enim occidere non potuerunt.

f *Dormiui conturbatus*. nam per paſſiones turbationum tranſijt ad quietem.

g *Filii hominum*. ideſt Iudæi.

h *Dentes eorum arma & ſagittæ.* quia ſicut canes rabidi quærebant eum lacerare.

i *Lingua eorum gladi. acutus*, quo pungebant eum in cruce, dicentes Vah, qui deſtruis templum, & conſimilia vituperia. *Mat. 27. e*

K *Exaltare ſuper cœlos*. Hæc eſt tertia pars, in qua ponitur gratiarũ actio Deo patri, cum dicitur: Exaltare ſuper cęlos Deus &c. ideſt nomen tuum magnificè laudetur in cœlo & in terra. & ſubditur ratio.

m *Laqueum pa. pe. meis*. ſcilicet Iudæi volentẽ impedire diſcurſum Chriſti & apoſtolorum pro publicatione euangelij.

n *Et incuruauerunt animam meam*. ideſt incuruari conati ſunt à rectitudine veritatis.

o *Foderunt ante faciem meam foueam*. volentes extinguere Chriſti nomen.

p *Et inciderunt in eam.* nam in vindictã huius ſceleris Romani deſtruxerunt Iudæam.

q *Paratum cor meum Deus*. ſcilicet ad te laudandum omnibus modis; quod ſignificatur per hoc quod ſubditur,



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Gloria mea. Caſſi.* Et ideo ò caro quæ es cauſa gloriæ meæ:
E Exurge potenter, quaſi ad miraculum faciendum congratu latio: quia certus, vnde idem affirmando repetit. Exurge dico, quia certus ſum & de hora, quia exurgam diluculo.
*In expoſ. pſ. 56.10.8.*
b *Exurge pſalte.& ci. Aug.* Vna caro Chriſti ſurrexit, & cum ea duo organa ſurrexerũt. In pſalterio de ſuperiori chorda ſonum acceperũt, in cithara de inferiori. In carne Chriſti, duo genera ſunt factorum miracula & paſſiones: & hæc ſurrexerunt, quia vtraq; prædicantur in gentibus. Surrexit ergo pſalterium & cithara, & confitetur dño.
*Vt ſup. ibid.* † ſignificat cãticũ vel pſalmum quo Deum laudat, qui dam aiam intelligũt. *Vbi ſupra.* † pſallam
c *Ad cęlos. Aug.* Qui ſupra nubes vbi ſedes angelorum: Nubes, inferius, id eſt homines prædicatores, q adhuc in caliginoſa carne, qui habent lumen in ſe, ſed occultum vnde coruſcant, de quibus dominus tonat & pluit. Magis ergo pertinet veritas ad cęlos: quia angeli ſine caligine vidẽt ſpeciem veritatis, nec ibi opus eſt miſericordia, vbi non eſt miſeria. Et ad nubes miſericordia, ſed & veritas, quæ præpollet in angelis: Deſcẽdit ad homines, nec ea fraudauit nos ad quos ipſa veritas carne operta venit: Et ſi angeli non egent miſericordia, dum tamen miſeri per miſericordiam in reſurrectione angelis ſimiles fient, vſq; ad cęlos miſericordia aſcendit. Agentes ergo gratias dicamus cum eo qui ſupra dixit: Exaltare.

a ¶ Aug. gratulando carnem alloquitur dicens.
cam domino. Exurge † gloria mea, a
a ¶ Aug. Caro diuina operans: b ¶ Aug. Caro humana patiens.
b exurge pſalterium & cithara, † exur- c
a ¶ Hora reſurrectionis Chriſti hæc eſt. b ¶ Et ſic. ¶ Aug. In membris.
gam diluculo. Confitebor tibi in po- d
a ¶ Cęleſtem actum perſoluam tibi.
pulis domine, & † pſalmum dicam
a ¶ Inter gentes. b Caſſio. Cauſa confeſſionis & pſalmi, quia humanitas filij ad cęlos perducta eſt, nubes prophetæ qui implent imbre ſpiritus: alios cõpluunt doctrinis.
tibi in gentibus. Quoniam magnifi- e
¶ Angelos.
e cata eſt vſque ad cęlos miſericordia
a ¶ Homines prædicatores.
tua, & vſq; ad nubes veritas tua. Ex f g
a ¶ Ideo. ¶ Caſ. Iterat, fidem noſtram confirmans.
altare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua.

d Confitebor tibi in po.do. *Prævidit enim Dauid in ſpiritu, q laudes diuinæ ab eo compoſitæ cantandæ erant in futuro in diuerſis populis & gentibus, ſicut adimpletum videmus.*
e Quoniam magni. vſ. ad cę. &c. *Hoc fuit adimpletum tempore Ioſue, quando ſol ſtetit ſpatio vnius diei, vt Iſrael haberet plenam victoriam, vt habetur Ioſue 10.*
f Et vſq; ad nubes veritas tua. *quod fuit etiam tunc adimpletum, quando dominus miſit lapides magnos de nubibus ſuper aduerſarios Iſrael, vt ibidem habetur.*
g Exaltare ſuper &c. *exponatur ſicut ſuprà. Moraliter poteſt exponi pſal. iſte ſicut præcedens, quia eſt ſimilis materia in vtroque & eadẽ diuiſio, vt patet per prædicta.*

## MORALITER.

✱ a *Exurge gloria mea &c.* Sequitur,
c *Exurgam diluculo.* ſ. à mortuis.
d *Confitebor tibi in populis domine.* ſcilicet per diſcipulos meos diſcurrentes per orbem ad prædicandum euangelicam veritatem.
e *Quo.ma.eſt.* Ideſt Chriſtus ad dexterã patris aſſumptus in humana natura.
f *E vſq; ad nubes veri.* Ideſt Chriſtus qui eſt veritas quem aſſumpſit nubes ab oculis apoſtolorum.
g *Exaltare.* exponatur vt ſuprà.

*In pſal. 56. Miſerere mei. vbi dicitur in poſtilla: magnificata eſt vſque ad cęlos miſericordia tua.*

## ADDITIO

¶ Nulla ratio videtur quare ſtatio ſolis miraculoſa tempore Ioſue attribuatur miſericordiæ diuinæ, & miſſio lapidum de nubibus attribuatur diuinæ veritati, cum vtrunq; pertineat ad miſericordiam, vel iuſtitiam, ſeu potentiam, & huiuſmodi. Sed ſenſus proprius huius verſus ſcilicet: Magnificata eſt vſq; ad cęlos miſericordia tua, & vſque ad nubes veritas tua, habetur in additione ſuper pſal. 25. vbi ſimilia verba ponuntur, ſcilicet: Domine in cęlo miſericordia tua, & veritas tua vſq; ad nubes, vide ibi.

## NICOL. DE LYRA.

*Gloria* ¶ a Exurge glo.mea. *Gloria, eſt clara notitia cum laude, & ſic Dauid ſeipſum excitat ad recognoſcendũ diuina beneficia in laudibus diuinis.*
b Exurge pſalte.& citha. *Hoc dicit: quia aliquæ laudes diuinæ conuenientius cantabantur in pſalterio, & aliquæ magis in cithara.*
c Exurgam diluculo. *ideſt promptè & expeditè animo volenti.*
d Con-

F

## GLO. ORDIN.

*Sup. pſa. 57.* a *In finem ne diſperdas &c. Caſſi.* Monet ne qs Chriſti regno cõtradicat. Prima, eſt exprobatio Iudæorũ ne ſimilia faciamus.

## GLO. ORD. PSAL. LVII.

a *Si vere vtiq; iuſtitiam loqui. Aug.* Omnibus facile eſt loqui iuſtitiam, quibus veritas ſcripſit in corde. Quod tibi non vis, alij non facias. Et iterauit in tabulis, quia non legebant in corde: Sed ſi verè loquimini iuſtitiam, vt ſit iuſtitia, non labiorũ, ſed & factorũ. i. ſi idẽ in corde quod in ore, rectè iudicate, auro fidem præponite, & alia huiuſmodi. Aliter. n. eſtis hypocritæ, ſi dicitis: Magiſter verax es, ne iudicetis mortem meam, quia rex veſter ſum vt titulus ait:
*In enar. pſa. 57.10.8.* † Vide pſal. 4. † vide pſa. pcedenté. *Matt. 7. b Tob 4. e* † Num vere, ò cõgregatio militia loqmini, æquitates iudicabitis filij hominũ
c *Recte. Aug.* Iudæi ſic de Chriſto iudicauerunt, vt ficte de eo locuti probentur.
d *Manus veſtræ. Aug.* Cor ſequitur manus: quicquid vis, & nõ potes, Deus factum putat.
e *Concinnant. Aug.* Vel, connectunt. ſ. aliud alij adiungentes. Eſaias: Væ illis qui trahunt peccata ſicut reſtem longam, peccatis quiſq; conſtringitur. vnde in fine: Ligate illi pedes & manus: Sed & interim eis cæditur, vnde flagello de reſticulis cæcidit dominus ementes & vendentes in templo.
*Pſa. 22. b* † pnanita-tes *Matt. 23. b Ibidem a 1. b*
☞ a *Alienati*

a ¶ Pſalmus dirigens. b ¶ Hoc agit. c ¶ Tu Pilate vel Iudæe. d ¶ Ideſt ne neges Chriſtum regem quem titulus dicit.
a † In finem † ne diſperdas Dauid † in tituli inſcriptione LVII.
a ¶ Non falſe, vt aliud ſit in corde, aliud in ore.
b S † I verè vtiq; iuſtitiam a
a ¶ Conſtat. ¶ Verbis ſuis accuſantur. ¶ Aug. In factis cognoſcantur labia.
c loquimini, † rectè iu- b
a ¶ Prophetarum. b ¶ Ideo ſic moneo, vt recte iudiceris: quia.
dicate filij hominum. Etenim in c d
a ¶ Non poſſunt recte iudicare quibus in corde & in manu eſt iniquitas.
b ¶ Quia me terram, ideſt hominem conſpicitis, vel, terram, ideſt terrena amatis.
corde iniquitates operamini in terra
a ¶ Opera, prauæ cogitationi concordant.
b ¶ Ex multis partibus adunantes iniuſtitias.
¶ Vel connectant ſecundum aliam literam.
d e † iniuſtitias manus veſtræ † cõcinnãt. e

*occidere, Dauid hoc probibuit, & aſſumpta haſta quæ erat ad caput eius, & ſcypho aquæ, receſſerunt inde. Cumq; ſic eſſent elongati, q erant in loco tuto, Dauid clamauit fortiter euigilans Abner, & populum, increpans eos de hoc, q malè cuſtodierant dominum ſuum oſtendens per haſtam, & ſcyphum aquæ, quod potuerat Saulem occidiſſe, ſi voluiſſet, & per hoc declarauit malitiam Saulis, & aliorum ipſum innocentẽ perſequentium. Igitur ſecũdum hoc pſal. iſte diuiditur in duas partes. In prima Dauid oſtendit Saulis, & ſatellitũ ſuorũ malitiam, & in ſecunda prædicit pęnam debitam, ibi: Deus conteret. Circa primum dicit,* H
a Si uere uti. *i. ſi iuſtitiam vultis loqui.*
b Re.iu. *quaſi diceret, per haſtã & ſcyphũ aquæ poteſtis manifeſtè perpendere iuſtitiam, & innocentiam meam erga Saul & eius malitiam contra me.*
c Fi.ho. *rationabiliter, & iuſtè viuentium: tales enim fuerunt patriarchæ, ex quibus deſcenderat Saul & populus eius: & ex hoc deberent moueri ad rectè iudicandum & viuendum: Sed quia faciebant contrarium, ideo ſubditur,*
d Etenim in cor.ini. *i. iniquitates quas cogitaſtis in cordibus veſtris, opere adimpletis.*
e Ini.ma.ve. *i. ornant vel palliant apparenti iuſtitia & falſa. In Hebræo habetur: Iniquitatem manibus veſtris contra ponderate, ideſt iniquitatem, qua me perſequimini, ponderate, contra innocentiam meam: vt ſic videatis eius grauitatem, & ab ea ceſſetis. Et eandem ſententiam habet litera Hier. quæ talis eſt: Iniquitates manuum veſtrarũ appendite, ſcilicet in ſtatera iuſta modo iam dicto.*
¶ a Alienati

## NIC. DE LY. PSAL. LV.

¶ S I vere vtiq;. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo ſecundum Ra. Sa. Ad victoriam ne diſperdas Dauid ſuaue cãticum ſiue decens. ſecundum verò Hieron. titulus talis eſt: Victori vt non diſperdas Dauid humilem & ſimplicem: & patet expoſitio vtriuſque per prædicta in titulo pſal. præcedentis. De materia vero huius pſal. dicit Rab. Salo. quòd Dauid fecit hunc pſal. quando Saul ad denuntiationem Ziphæorum exiuit cum tribus milibus virorum electorum ad quærendum Dauid, quod cum cognouiſſet Dauid per exploratores ſuos, accepto ſecum Abiſai clàm venit ad caſtra Saul de nocte, & inuenit omnes dormientes, & cum Abiſai vellet Saulẽ occidere.*
*1 Reg. 26. b*

## MORALITER.

✱ a *Si ve. vti.* Pſalmũ iſtũ fecit Dauid, qñ dormiente Saul cũ ſuo exercitu tulit haſtã q̃ ad caput eius erat, & per hoc oſtendit q potuerat eũ iugulaſſe ſi uoluiſſet. Et per hoc arguit falſitatẽ illorum, qui dicebant ipſum quærere Saulis mortẽ. Allegoricè uerò poteſt exponi de Chriſto, qui ſolo uerbo quærẽtes eũ ad terrã proſtrauit: & ſic ſuã potentiã & eorũ impotentiã declarauit, dicens: Si uere utiq; &c. uos Iudæi dicentes me eſſe falſum prophetam, per opera diuina quæ facio in conſpectu ueſtro, & non poſſunt eſſe teſtimonia falſitatis.
d *Ete. in cor. ini.* quaſi diceret: Nõ eſt mirũ ſi de me malè iudicatis. Nam in cordibus ueſtris tractatis iniquitates, & manibus impletis.
✱ a *Alienati*



a *Alienati ſunt peccatores à vulua.* Vel, alienati ſunt à vulua ecA cleſiæ, quæ conuerſos concipit, & natos iam in ſe: etſi nondũ natos ex ſe nutrit, donec formetur in eis veritas, & tunc perfectos pariat. Hi autem, vel nolunt concipi, vel concepti, (quia per impatientiam antequam formentur quatiunt viſcera) abortiui excutiuntur.
b *Furor illis. Aug.* Non laudatur ipſa res à ſcriptura vndecunque datur ſimilitudo, vt de iniquo iudice qui rogantem viduam vix audiuit.
c *Surdæ &c. Caſſ.* Non ſolùm non faciunt, ſed nec audire volunt. *Auguſt.* Terra præſentia quibus delectatur homo: cauda, præterita.
d *Venefici incantantis ſapienter. Aug.* Vel ſecundum aliam literam, medicamẽti medicati à ſapiente: Medicamentum medicatum, medicamentũ confectum eſt. Et illud eſt, omnia præcepta legis, & prophetarum. Omnia quidem medicamentum: erant ante aduentum Chriſti, ſed non medicatũ: quia nemo eo curabatur, ſed aduentu Chriſti medicatum eſt, qui impleuit legem, & prophetas. Ligno enim poſito in Marath dulcorata eſt aqua, vt poſſent bibere filij Iſrael, ante non valentes guſtare præ nimia amaritudine. Hæc eſt legis amaritudo, quæ gratia euangelij dulcorata eſt, & quod in ſacramentis legalibus latebat, in luce poſitum eſt, & demõſtrata eſt nobis ciuitas conſtituta ſuper montem, quæ abſcondi non poteſt & lucerna poſita ſuper candelabrum. i. veritatis doctrina in manifeſto: Vbi enim latet eccleſia Chriſti, & veritas? Nonne ipſe mons qui creuit ex minimo lapide, & impleuit faciem terræ? Nonne ipſe ſerpens in ligno ſuſpenſus, quem intuẽdo percuſſi à ſerpentibus ſanantur? Hic eſt ergo ſapiens à quo medicatur medicamentum.
e *Deus conteret. Caſſ.* Quæ eis retributio? *Aug.* Aſpides, Iudæi dum inſidioB ſè tentabant. Leones, dum mortem inclamauerunt: horum molæ fractę, quando ſurrexit Chriſtus.
f *Dentes eorum, &c. Aug.* Doloſa verba.
g *In ore ipſorum.* Verbis ſuis capiet eos.
h *Molas leonum.* Inclamationes mortis. Confringet, ne ad effectum veniant, quod exponit: Ad nihilum, dicens:
i *Tanquam aqua. Caſſ.* Torrentibus etiam comparantur, quia ſonantes ad ſaxa ſuperbiæ improuiſi ſunt, & præcipites, ſed citò tranſeunt. Tot malis comparantur,
K *Intendit arcum ſuum.* Vindicta, donec intus & extrà infirmentur, & auferantur à conſpectu Dei miſſi in gehennam hic in prçſenti à terra ſua.
l *Priuſquam intelligerent ſpinæ. Aug.* Id eſt peccata intelligant. Rhamnum. i. acutam damnationem, in extremo ignis vitiorum abſorbet eos, id eſt deuorat.
m *Rhamnum.* Genus herbæ prius mollis, ſed q̃ poſt in ſpinas vertitur: ſic & peccata modo delectant, ſed poſt pungunt.
n *Sicut viuentes, &c. Aug.* Quia non vera, ſed falſa eſt impiorũ vita: videntur viuere nec viuunt.
o *Sic in ira abſorbet eos.* Quia Deus tranquillus iudicat. Vel quia non eſt ira comparatione futuræ.
a *Lætabitur*

a ¶ Vnde hoc eis? quia. ¶ Aug. à veritate.
b ¶ Aug. Quia præcognouit Deus peccatores ab vtero, vt Rebeccæ ait: Maior ſeruiet minori. Gen. 25. c
a Alienati ſunt peccatores à vulua, er- a
a ¶ Exponit. ¶ Errare præſciti ſunt. b ¶ Quia errant à ventre, in quo eſt veritas, loquuntur falſa.
¶ Caſſ. Quia contraria matri ſecuta ſunt.
rauerunt † ab vtero, locuti ſunt fal
a ¶ De hoc vero inexcuſabiles, quia nolunt veritati credere: & hoc eſt.
b ſa. † Furor † illis ſecundum ſimili- b
a ¶ Caſſ. Ira obſtinatorum irreuocabilis. b ¶ Cuius?
c tudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſur- c
a ¶ Vnde ſurda? b ¶ Terra & cauda.
¶ Sic illi ne audiant vera.
dæ et obturantis aures ſuas. Quæ
a ¶ Quia obturat. ¶ Aug. Vt ad lucem educatur.
non exaudiet vocem incantantium
a ¶ Quantum ad artem ſuam.
d & † venefici incantantis ſapienter:
a ¶ Sed. b ¶ Aug. Quibus eſt furor, vt aſpidis.
e f Deus † conteret dentes eorum in d
a ¶ Aug. Ore ſuo contra ſe dicunt.
g h ore ipſorum, molas leonum † con- e f
a ¶ Qui tales, etſi modo ſint torrentes, tamen.
fringet Dominus. † Ad nihilum de- g
i uenient tanquam aqua † decurrens:
a ¶ Minas. ¶ Sed econtra, per miſericordiam Dei tenditur arcus ad ſalutem, id eſt minæ quibus terret dum conuertantur, vt Saulus infirmatus eſt, audiens: Quid me perſequeris? Qui hoc clamabat, de cœlo arcum tendebat.
k intendit arcum ſuum, donec infir- h i
a ¶ Quid non infirmati patientur? ¶ Aug. Igne concupiſcentiarum peribunt, vt ignis veſtem, ſic libido conſumit animam
mentur. Sicut † cera quæ fluit aufe- k
a ¶ Superbiæ concupiſcentiæ, & iræ. ¶ Ideo.
rentur, ſupercecidit ignis, et non vi- l m
a ¶ Iuſtitię. vnde: Errauimus à via veritatis. & lumẽ iuſtitiæ nõ luxit nobis. b ¶ Ille ignis concupiſcentiarũ.
l derunt ſolem, † priuſquam † intel- n
¶ Aug. Vel priuſquam producat ſpicas veſtras rhamnus. id eſt priuſquam voluptatũ tormenta procedant, ignis qui ſupercecidit in ira Dei deuorat. & occultat rhamnum, peccati punctionem, ne modo videatur.
m n ligerent ſpinæ veſtræ rhamnũ, ſicut o
o viuentes, † ſic in ira abſorbet eos.

d Deus conteret dentes eorum. *Hic conſequenter Dauid prædicit pœnam talibus debitam. & primò prædicit huiuſmodi pœnam. Secundò vtilitatem inde ſequentem, ibi Lætabitur. Circa primum dicit ſic:* Deus conteret &c. *Quibus mordebant alios verbis iniurioſis, & detractorijs. Dicebant enim ipſum Dauid eſſe reum crimine læſæ maieſtatis: cùm tamen bonum Regis & regni quæſiuiſſet.* C *Diuiſio.*
e Molas leonum. *i. Saul Doeg & conſimilium ad modum leonis ferocium.*
f Confringet Dominus. *Quod fuit impletum in monte Gelboe, vbi mortuus fuit Saul, & Doeg, & multi alij.* *1. Reg. 31. c*
g Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens. *Quia regnum fuit amotũ à Saul & poſteris eius.*
h Intendit arcum ſuum. *Iſtud poteſt referri ad Deum, qui percuſſionem malorum ſecundum ordinem iuſtitiæ ſuæ parat inferendam debito tempore. Poteſt etiam referri ad quemlibet obſtinatum in ſuo malo, qui ſemper tendit arcum ſuæ malitiæ ad nocendum alijs quandiu poteſt viuere. Et huic concordat translatio Hieronymi, quæ ſic habet: Intendant arcum ſuum donec conterantur.*
K Sicut cera quæ fluit, auferentur. *De præſenti vita morte repentina. In Hebræo habetur: Quaſi limax tabefactus auferentur. Et in translatione Hieron. Quaſi vermis tabefactus pertranſeant: & eſt eadem ſententia, licet ſint alia verba: quia per vtrumque deſignatur ſubtractio peccatorum repẽtina.* † confregit † Spernet
l Supercecidit ignis. *Id eſt punitio à Deo immiſſa.*
m Et non viderunt Solem. *Subtracti de hoc mundo per mortem. In Hebræo habetur: Cecidit abortiuum mulieris: quod non vidit Solem. Et ſimiliter in tranſlatio. Hieronymi: & eſt eadẽ ſententia. Per hoc enim intelligitur punitio diuina, quæ peccatores ad nihilum deducit.* † deſluent ipſi, cùm intẽderint ſagittas ſuas, ei unt acſi eſſent compactæ
n Priuſquam intelligerent ſpinæ etc. *Per ſpinas intelliguntur hic filij paruuli iniquorum, vt dicit Ra. Sal: per rhamnum qui acutius pungit, intelliguntur filij eorum adulti, qui plus de malo ſciunt & faciunt: & ſecundum hoc eſt ſenſus:* Priuſquam intelligerent etc. *Id eſt antequam filij veſtri paruuli haberent tantum intellectum, quòd poſſent ita malè agere ſicut adulti.* D † creſcant ſpinæ veſtræ in rhãnum (vel, ſenciant ollæ veſtræ ſpinã, aut ignem ſpinarum, tãquam quis crudas carnes eripiat ſic ira vt turbo rapiet eos
o Sicut viuentes ſic in ira abſorbet eos. *Id eſt eo tempore quo ſperabitur de duratione vitæ eorum, Deus auferet eos ſubitò de præſenti vita. In tranſlatione Hyeronimi ſic habetur: Antequam creſcant ſpinæ veſtræ in rhamnum, id eſt antequam veniant ad malitiam rhamni modo ſupra expoſito. Quaſi viuentes in ira tempeſtas rapiet eos: & eſt litera planior & eadem ſententia. In Hebræo autem habetur: Sicut viuens, ſic in ira abſorbet eos, & refertur ad Deum qui ſicut viuens, id eſt viuidus & fortis, cuius poteſtati non poteſt reſiſti: ſic in ira abſorbet eos, auferens repentinè de præſenti vita.*
¶ a Lætabitur

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Alienati ſunt peccatores à vulua. *Hoc dicitur pro tanto, quia homines peruerſi in ſuis operibus dicũtur malè nati ſecundum communem modum loquendi. Ra. Sa. exponit hoc de illis qui cũ adhuc in vtero matris exiſtunt, per aliqua figura figuratur eorum vita mala futura, ſicut Eſau in vtero matris impellebat fratrem ſuum Iacob.*
b Furor illis &c. *In Hebræo habetur: Venenum illis. & ad eundem ſenſum refertur, quia ſerpentes ex ira & furore effundunt venenum.*
c Sicut aſpidis ſurdæ, etc. *Quia videns incantatorem, ponens vnam aurem contra terram, & aliam obturat cauda ſua, ne audiat carmen incantatoris, ſic peccatores obſtinati qualis erat Saul & eius viri nolunt audire, vnde reuocentur à ſuo errore.*
d Deus

## MORALITER.

✱ a *Alienati ſunt peccatores à vulua.* Id eſt à parentum iuſtitia, vnde dicitur in Eſa. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, et ad Saram quæ genuit vos, quaſi diceret: ab eorum iuſtitia declinatis actus veſtros. *Eſa. 51. a*
b *Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis.* Qui iratus effundit ſuum venenum, ſic fecerunt Iudæi contra Chriſtum.
c *Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas.* Scilicet Chriſti doctrinæ. Vnde beato Stephano loquente de Chriſto, continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. *Act. 7. g*
d *Deus conteret dentes eorum &c.* Quod factum fuit per exercitum Romanorum.
g *Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens.* Quia ducti fuerunt per orbem captiui.
h *Intendit arcum ſuum.* Id eſt vindictam ſuam.
i *Donec infirmentur.* Id eſt pœna debita puniantur.
K *Sicut cera quæ fluit, auferentur.* De præſenti vita, quod impletum fuit in occiſis.
l *Supercecidit ignis.* Ignis iracundiæ Dei.
m *Et non viderunt ſolem.* Per mortem extincti.
n *Priuſquam intelligerent.* Per ſpinas ſignificantur peccata, per rhãnum inferni pœna. Eſt igitur ſenſus: Antequam intelligeretis vos Iudæi pœnam debitam veſtris peccatis: in ea abſorpti fuiſtis.
✱ a *Lætabitur*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam.* *Caſſi*. Correctio iuſtorum de vltione iniquorum.

b *Et dicet homo.* *Aug.* Sicut iuſto Dei iudicio fit, vt iuſtus amplius iuſtificetur, ita eodem iuſtè permittitur, vt ſordidus magis ſordeſcat. Vel aliter, ſecundum literam quam ponit Aug. Et dicet homo. ergo eſt fructus iuſto: ergo eſt Deus iudicans eos in terra. Et infert ex duobus premiſſis: Dixit enim malos hic abſorberi, & iuſtum lauari. Et hoc eſt. Et dicet homo rationalis, quia iuſtus lauat manus ſuas: ergo eſt fructus hic iuſto: & quia ignis abſorbet malos: ergo eſt Deus iudicans eos in terra.

*Vbi ſupra.* *Vbi ſupra.* 127.q.j. viduas.j. † plantas ſuas, pedes ſuos

a Malos abſorbet ignis, ſed hoc nō ſine fructu bonorum. b ¶ Autem. ¶ Aug. Qui fidem habet, & ſi aliquid in eo lauandum. Lætabitur. c ¶ Hanc præſentem, non tamē gaudet pro pœna eorum. ¶ Caſſ. Quia non in illa eſt.

a † Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam: † manus ſuas lauabit in ſanguinē peccatoris. Et dicet homō: ſi † vtique eſt fructus iuſto, † vtique eſt Deus iudicans eos in terra.

a ¶ Caſ. Vnde Salo. Stulto pereunte ſapiens aſtutior erit. ¶ Pœna quam videt. ¶ Morte peccatoris quam videt. b ¶ Tractabit apud ſe quod non caſu hoc eis, ſed pro vindicta peccati: quod à contrario probat. ¶ Rationalis. a ¶ Etiam hic. b ¶ Caſſ. li. et hic preſſo. a ¶ Aug. Etiam iſta vbi florere videntur.

b Manus ſuas lauabit, *i. opera ſua magis iuſtificabit, ſecundum illud, Iuſtus iuſtificetur adhuc.*

c In ſanguine peccatoris. *i. in punitione eius quæ eſt occaſio meliorationis vitæ ſuæ. ſecūdū illud: Mulctato peſtilente ſapiētior erit paruulus.*

d Et dicet homo. *Id eſt quicunque rationabiliter loquens.*

e Si vtique eſt fructus iuſto. *Et accipitur hic ſi, pro quia: quia ex punitione peccatorum affirmabit præmium iuſtorum, per locum à contrarijs.*

f Vtique eſt Deus &c. *Id eſt dans ſententiam pro eis, non ſolùm in futuro, ſed etiam frequenter in præſenti.*

## MORALITER.

✻ a *Lætabitur iuſtus cum vid. vindictā.* Motus zelo iuſtitiæ diuinæ.

b *Manus ſuas lauabit &c.* i. ex conſideratione ſuæ punitionis viuet iuſtius, quā ante, ſm illud: Iuſtus iuſtificetur adhuc.

d *Et di. homo, ſi vti. &c.* nā ex punitione peccatorum arguet præmiationem iuſtorum.

## NICOL. DE LY.

¶ a Lætabitur. *Hic conſequenter ponitur vtilitas ſequens ex malorum punitione cùm dicitur: Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam, i. peccatorum punitionem, non motus zelo vindictæ propriè, ſed zelo diuinæ iuſtitiæ.*

†ergo

b Manus

*In pſal. 57. Si verè vtique.*

## ADDITIO

¶ Materia huius pſal. ſm quoſdam Hebræorum expoſitores vniuerſalius & proprius poteſt aſſignari. ſ. vt exponatur de falſis iudicibus qui prætendunt ſe iuſtitiam diligere, & tñ iudicia falſa proferūt, quibus pſal. exprobrans alloquitur: Si verè vtiq; iuſtitiam loquimini, rectè iudicate. hoc eſt dicere: Si iuſtitiā quam vniuerſaliter loquimini iudiciis particularibus applicaretis, deberetis rectè iudicare: ſed tamen oppoſitum facitis, quod declarat, dicens: Etenim in corde &c. exponatur prout in poſtil. & quia communiter tales falſi iudices occultant ſuam falſam iuſtitiam ſub coloribus apparentibus, ideo ſequitur: Iniuſtitias manus veſtræ concinnant. i. ornant, prout in poſtilla. In Hebræo habetur: Iniquitatem manus veſtræ ponderant. & eſt ſenſus: Taliter componderatis in falſis ſtateris, rationes falſas & apparentes cum veris & veridicis: acſi eſſent eiuſdem valoris. Cætera autem exponantur vt in poſtilla: applicando ea vniuerſaliter iudicibus iniquis, quos Deus iudicat quandoque in præſenti per repentinam, & ſubitam eradicationem.

## GLO. ORDIN.

a *In finem &c.* *Caſſ.* Fruſtra tentat aliquis diſperdere, quod toties diuina prohibet autoritas.

*Super pſal. 58.* *In enarrat. pſal. 58. to. 8* *Ioan. 19. d.*

b *Ne diſperdas.* *Aug.* Cùm Pilatus dixit: Quod ſcripſi ſcripſi, impletum eſt, ne corrūpas. Hoc agit pſal. ne diſperdas, ideo quia Iudæi miſerunt cuſtodire ſepulchrum, vt famam eius extinguerent, à quibus fruſtratis his liberatus oſtēditur, & famam habere in omnibus gētibus. *Caſſ.* Orat primò liberari aſcendendo ab imis ad alta: orat etiam pro ſalute gentium. *Aug.* Loquitur hic integer Chriſtus. ſ. caput & corpus.

† vide pſ. 4 † vide pſalmum 56. † vide pſalmum 15. F

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. LVIII.

*Ripe me.* *Aug.* Dum qui ſine macula eſt hoc petit, quid neceſſariò petamus, oſtendit.

† Erue *Vt ſup. ibi.* † ſuper me redime *Vbi ſupra.* Erue

d *De inimicis.* *Caſſ.* Quatuor genera ſūt aduerſariorum: Inimici qui nocendi votum habent, non tñ hoc ardenter appetunt. Inſurgentes, qui iam commoti & animo parati. Operantes qui iam durata mente ſcelus opere complent. Viri ſanguinum, qui non contumelias ingerunt, ſed ſanguinē fundunt: Quod fecerunt Iudæi qui Chriſtum prius, poſt etiam Apoſtolos occiderūt. De his ergo ait: Eripe me &c.

† ſaluum me fac

e *Fortes.* *Aug.* Etiam ſunt qui præſumunt de iuſtitia ſua, qui inſultāt Chriſto conuiuanti cū peccatoribus: quibus nō eſt opus medicus: ſed eum occiderunt, vt iuſti reum, ſed tamen nō eſt in eo iniquitas. Vel, fortes in temporalibus abundantes, qui non ponunt Deum adiutorem ſuum: ſed ſperantes in diuitiis præualuerūt in vanitate ſua.

h *Iniquitas.* *Caſſ.* Maliuolentia. Peccatum, operis.

a *Exurge*

a ¶ Pſal. tendens. b ¶ Tu Pilate vel Iudæe. c ¶ Ne neges Chriſtum regem, quem titulus dicit.

† In finem † ne diſperdas, Dauid † in tituli inſcriptione, quādo miſit Saül & cuſtodiuit domum eius, vt eum interficeret.

a ¶ Regnum Iudæorum. b Sepulchrum Chriſtj. a ¶ Id eſt nomen & famam eius extinguerent, ne crederent in eum.

## LVIII.

¶ Factum eſt hoc in carne Chriſti, fiat & in membris. a ¶ Qui me odio habent. a ¶ Qui verbis nocent.

ERipe me de inimicis meis Deus meus, & ab inſurgentibus † in me libera me. † Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris ſanguinum ſalua me. Quia ecce † ceperunt animam meam: † irruerunt in me fortes: Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine. Sine iniquitate cucurri

a ¶ Qui colaphizant, & cætera huiuſmodi faciunt. a ¶ Aug. Qui iuſtum, id eſt Chriſtum occiderunt, poſtea & ſuos. b ¶ Caſſ. Quid enim illi tibi faciunt, vtriq; mala. a ¶ Caſſ. Corporalem vitam. b ¶ Quia. ¶ Cum impetu. a ¶ Humilem. ¶ Quaſi reum. b Aug. In temporalibus, de iuſtitia ſuperbi, ſed peccatum in me non inuenerūt. c ¶ Quam in eos fecerim cauſa fuit quare irruerunt. a ¶ In me. a ¶ Sed. b ¶ Viam mundi huius. ¶ Vnde: Exultauit vt gigas ad currend. viam &c. Pſal. 18. b

Igitur quia tunc fuit Dauid in mortis periculo, ideo ſic incipit tit. huius pſal. Ne diſperdas. i. ne diſperdi permittas tu Domine Deus meus Dauid canticum: quia ſi periret, vlterius laudes tuas non cantaret. In tranſlat. Hieron. incipit ſic titulus: Victori vt non diſperdas Dauid humilem, & ſimplicem. Reſiduum huius tit. eſt ſicut in Hebræo. Et ex ſupradictis patet ſententia huius tit. patet etiam autor huius pſal. ſ. Dauid, & materia eius in generali. Ad habendum autem eius notitiam in ſpeciali pſal. iſte diuiditur in tres partes: quia primò ponitur ipſius Dauid deuota petitio. Secundò Dei exauditio, ibi: Et tu Domine. Tertiò pro exauditione gratiarum actio, ibi: Ego aūt cantabo. Primò adhuc in tres, quia primò Dauid in ſua petitione allegat ſuā anguſtiam. Secundò propriā innocentiam, ibi: Neq; iniquitas. Tertiò aduerſariorum nequitiam, ibi: Intende. Circa primùm dicit:

H

a Eripe me de inimicis &c. *Quaſi diceret: non poſſum eripi ſine tuo adiutorio.*

b Et ab in. etc. *Quia ad captandū Saulis beniuolentiam multi inſurgebant ad capiendū Dauid, quamuis eſſet innocēs. ideo ſubditur.*

c Eripe. *quia ſciēter perſequebātur innocētē.*

d Et de viris ſanguinum &c. *De viris paratis ad effundendum ſanguinem innocētem.*

e Quia ecce cę. an. meā. *i. meipſum: à parte principali quę eſt anima deſignans totum. reputabant enim ſe Dauid cœpiſſe, eò ꝙ cuſtodiebant domum in qua erat, reputantes quòd non poſſet eos effugere. ideo ſubditur:*

m Irruerunt in me fortes. *Quorum fortitudini non poſſum bellando reſiſtere.*

f Neq; iniquitas mea. *Hic conſequenter allegat ſuam innocentiam, di.* Neq; ini. mea. *Peccando contra proximum.*

g Neq; pecc. *peccando contra Deū, ſupple meruerūt iſtam perſecutionē. ideo ſubditur:*

p Sine iniq. cu. *Curſum vitæ præſentis.*

¶ a Et direxi.

## MORALITER.

✻ a *Eripe me &c.* Pſal. iſtum fecit Dauid, quando Saul miſit nuncios ad occidēdum Dauid in domo ſua, ſed per Micol fuit ſaluatus. *Moraliter* autē poteſt exponi de quolibet iuſto euadente mortis periculum ex Dei beneficio. Specialiter autem de B. Petro in carcere recluſo, vt occideretur: ſed per angelū fuit liberatus. Igit' primò ponit' ipſius Petri et eccleſię deprecatio pro Petri liberatione, cū dicit:

a *Eripe me de inimicis meis.* Herode ſcilicet & Iudæis.

b *Et ab inſurgentibus.* i. à militibus cuſtodientibus me.

c *Eri. me de op. ini.* tales. n. erāt prædicti, ſ. Herodes, milites & Iudæi.

e *Quia ecce cæ. &c.* Me tenentes incluſum vt auferant eam.

g *Neque iniquitas mea.* Petrus enim non patiebatur propter culpam ſuam, ſed propter iuſtitiam.

✻ a Exurge

## NIC. DE LY. PSAL. LVIII.

*Titulus pſ.* *1. Reg. 19. b*

ERipe me. *Huic pſal. premittitur talis ti. in Heb. Ad victoriam ne diſperdas Dauid canticū dicens, qn̄ miſit Saul, & cuſtodierūt domum ad occidendum eum: Hoc hr̄ j. Reg. 19. Saul voluit percutere lancea Dauid pſallentem corā eo, ſed declinauit Dauid ictū, & iuit ad domum ſuam, & tunc Saul miſit ſatellites ſuos nocte illa in domū Dauid, vt cuſtodirent eum & interficeretur mane: quod cū annunciaſſet Micol ipſi Dauid depoſuit eum per feneſtram, & ſic abijt & ſaluatus eſt.*

Igitur



a *Exurge &c.* *Aug.* Quia dormire videris.

A b *In occurſum meum.* Quaſi curro ad te merendo, & tu occurre mihi, id eſt redde pro merito.

c *Et vide.* *Aug.* Id eſt fac videri quomodo ad te curro, & alios dirigo, ne prauum putent quod rectum eſt: & ita ſequantur. Vel, fac videri quòd exurgis in occurſum meum. i. quòd tibi ęqualis ſum. Occurrere non niſi deſiit eſſe ęqualis patri, licet pro nobis factus ſit infirmus, quiſeipſum exinaniuit. formam ſerui accipiendo: vnde in euangelio ſe gallinæ comparat, dicens: Ieruſalē Ieruſalem quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina pullos ſuos ſub alis, & noluiſti. Nulla auis adeò videtur infirmata propter pullos, niſi gallina, cuius vox rauceſcit, ſit hiſpidum totum corpus: deponuntur alæ, laxantur plumæ: & ea eſt materna charitas quæ inuenitur infirmitas: Sic, & Chriſtus propter nos infirmatus eſt, ſed in ea tamē infirmitate occurrit ęqualis patri. Ita enim aſſumpſit quod non erat, vt nō amitteret quod erat. Ita ergo ſe exiſtimauit, ꝙ dignitatem quam habebat cum patre nobis non demonſtrauit. In ipſa ergo infirmitate agnoſcēdus eſt patri ęqualis, non viſione corporali, ſed fide, vt qd̄ ſpecie videre nondum poſſumus, ſaltem credamus. Et dum hoc credimus in nobis ad patrē aſcendit. vnde Mariæ Magdalenæ, cui primò poſt reſurrectionem apparuit, ait: Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad patrē. Quid eſt hoc: Noli me tangere? Nonne poſtea mulieres redeuntes à monumento adorauerunt eum, & pedes eius tenuerunt? Sed hic agit de tactu mentis, non corporis. i. non id ſolùm credas qd̄ vides, ne hæreat nimis humanitati meę aſpectus tuus. q. tactus tuus, hoc ideo, quia nondum aſcendi ad patrem meum, vtique in corde tuo: quia nondum poſtquam vidiſti me mori, credis me patri ęqualem.

B

d *Conuertentur &c.* *Caſſ.* Diapſal. Orata ſalus gentium affirmatus, & oraturo Iudęorum ſalus.

e *Ad veſperam.* *Aug.* Id eſt ſerius poſt aſcēſionem & miſſum ſpiritum, qui antequam crucifigerent, debuerunt facere. Gentes dicebantur canes pro immunditia: ſed & Iudæi canes ſe agnoſcunt, id eſt peccatores, vt Chananæa: & ideo eſuriunt, bene agunt. Malè verò qui ſaturari, putatiua iuſtitia dicunt: Ieiuno bis in ſabbatho.

f *Circumibunt ciuitatem.* *Aug.* Munient eccleſias contra hæreticas impugnationes. Et, Ecce in manifeſto loquentur.

g *Et gladius in labijs eorum.* Vt mactent & manducent.

h *Quoniam quis audiuit?* talia. q. Nullus, ita oēs mirabūtur. Vel ideo frequens prædicatio in labiis, quia pauci audiunt, & eos qui non audient deridebis in futuro: & omnes gentes quæ te non venerantur, ad nihilum deduces, vel conuertes. *Gladius.* *Aug.* Hic eſt gladius bis acutus vtroq; incidens teſtamento, quo mactat Petrus reptilia ſibi in diſco oſtenſa, quādo dictum eſt ei: Surge Petre, macta & manduca.

i *Deridebis eos.* *Aug.* Eos, dicentes: Quis audiuit? quare? quia pro nihilo habebit conuertere omnes gentes: quia omnes gentes, Chriſtianæ futuræ ſunt, & dicitis, quis audiuit?

K *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia Deus ſuſceptor &c.* *Aug.* Etſi poſſem perdere Iudæos qui irruerunt in me fortes, permitto tamen eos viuere, ſeruans fortitudinem ad te, id eſt ad tuam diſpoſitionem.

l *Oſtendit mihi &c.* *Aug.* Quantam circa me habeat miſericordiam, demonſtrauit mihi in illis, circa quos nō habet. vnde Apoſtolus: Suſtinuit vaſa iræ apta ad interitum in multa patientia, vt notas faceret diuitias ſuas in vana miſericordiæ.

a *Ne occidas*

a ¶ Diſtortos quantum in me eſt. ¶ Aliàs dirigebam, ſcilicet ad te. b ¶ Innoteſce, quod tibi ęqualis ſim & fac videre. ¶ Aug. Adiuua me.

& † direxi. Exurge in occurſum † meū, & vide: & tu Domine Deus virtutū Deus Iſrael. † Intende ad viſitandas omnes gentes, non miſerearis † omnibus qui operantur iniquitatem. ✻ Conuertentur ad veſperam, & † famem patientur vt canes, & circumibunt ciuitatem. Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum, quoniam quis † audiuit? Et tu Domine deridebis eos, † ad nihilum deduces omnes gentes. Fortitudinem † meam ad te cuſtodiam, quia Deus † ſuſceptor meus es, Deus † meus miſericordia eius præueniet me. Deus † oſtēdit mihi ſup inimicos meos.

a ¶ Quomodo curro & dirigo. a ¶ Cœleſtium. b ¶ Qui videris Deus vnius gentis, quæ te colit. c ¶ Quia infirmæ. a ¶ Aug. Vt omnes congregentur ad nuptias. b ¶ Et tantum. c ¶ Sed perſequere puni. conuerte. ¶ Quia nulla peccata relinquit impunita. quia vel homo pœnitens punit, vel Deus iudex: Vel eſt quædam iniquitas, quam qui facit, eius non miſeretur Deus. Hęc eſt defenſio peccatorum, quando defendit quod Deus odit. vnde: Eſt peccatum ad mortē, non pro eo dico, vt quis oret. 1. Ioan. 5 d. Et ſic iniquitatem i. illud peccatum quod eſt ad mortem. a ¶ Iudæis, & ſi quibuſdam. a ¶ Et vere intendes, quia ab idolis. b ¶ In vltima ętate. a ¶ Conuertendi alios. ¶ Quia dolebunt, ſi non potuerunt conuertere. b ¶ Latrando contra hoſtes. a ¶ Euangelizando. b ¶ Aug. Circumſtantiæ. i. mundum qui circumſtat Iudæam, vbi hæc dicebantur. a ¶ Stomachabuntur aduerſus pigros dicentes: Qm̄ quis audiuit. b ¶ Spiritus quod eſt verbū Dei. ¶ Vel more. a ¶ Quis credit auditui noſtro? ¶ Aug. Iudęi nō credidit, & tñ per credentes Iudæos annunciauit gentibus. a ¶ Ipſi loquentur tu: Et tu. a ¶ Pro nihilo habebis conuertere omnes gētes, i. facilè conuertes. b ¶ Quia facilè erit, vt credant in te. a ¶ Fortes illi ideo ceciderūt, quia ad te nō cuſtodierūt. ¶ Ego autē. b ¶ Aug. Nō à te recedā, de me pſumens. a ¶ Quia de imo meo in altum ſuum me ſuſcepit. a ¶ Perſonā mutat. ¶ Eſt ſpecialiter. b ¶ Quia. ¶ Aug. ¶ Nihil attuli cur miſereat: nullus. n. meret dono Dei. a ¶ Aug. Quia Chriſtum præuenit præ conſortibus ſuis, cui ſine menſura dedit ſpiritum. a ¶ Aug. Quod miſericordia eſt quæ præueniet: quia ex eadem maſſa aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. b ¶ Alias in inimicis i. per inimicos.

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Et di. ope. mea ad fin. deb. *In tranſlat. Hier. habetur: Et illi currunt & præparantur: & ſecundum hoc refertur ad ſatellites Saulis, qui diſcurrebant tanquam parati ad Dauid occiſionem. ideo ſubdit:*

C

b Exurge &c. *Ad liberandum me, antequam me occidant.*

c Et vide. *Meam innocentiam & eorum malitiam.*

d Et tu Domine. *Et pro id eſt, tu Domine.*

e Deus virtutum. *Id eſt angelorum.*

f Deus Iſrael. *Per veram fidem & ſpecialem cultum.*

g Intende. *Hic conſequenter vt ſua oratio ſit exaudibilis allegat aduerſariorū malitiā. Et primò explicat eorum culpam. Secundò prædicit pœnam debitam, ibi: Deus oſtendit. Circa primum dr̄.* Intende ad viſitan. &c. *Quia diuina prouidentia ſe extendit ad oēs tam iuſtos, quàm iniuſtos ad reddendum eis ſecundum merita, & demerita. ideo ſubdit:*

† exercituum † Euigila

h Non miſer. etc. *Ex certa malitia, & obſtinata: quia tales ſunt indigni miſericordia.*

i Conuertentur ad veſperam. *Satellites enim Saul venerunt veſpere ad cuſtodiēdum domum Dauid de nocte, vt prædictum eſt.*

K Et famem patientur. *Id eſt magno deſiderio quærētes occidere Dauid. In Hebreo habetur: Et latrent vt canes, quia inter ſe loquebantur, quomodo eum occiderent.*

l Et circuibunt ciuitatem. *Quia nō ſolùm cuſtodiebant domum Dauid, ſed aliqui eorū currebāt per vicos, ne manus eorū euaderet. Vel quia poſtquā ſciuerunt eum fugiſſe ſcrutabātur loca ciuitatis, ſi fortè alicubi lateret.*

m Ecce loquentur. *Quia inter ſe tractabant de ipſius Dauid occiſione.*

o Quoniam quos audiuit. *Id eſt acſi nullus eos audiret: vnde in tranſlatione Hiero. habetur: Quaſi nemo audiat, tamen Michol audiuit, & ipſi Dauid annunciauit.*

p Et tu Domine *Hic conſequenter deſcribitur petitionis exauditio, & primò quantū ad ipſius Dauid liberationem. ſecundò quantùm ad aduerſariorum punitionem, ibi: Deus oſtendit. Circa primùm dicit:* Et tu Domine deridebis eos. *Fruſtrando eos ab intentione: quia cùm obſiderent domum Dauid, fugit per feneſtram, vt prædictum eſt.*

D

q Ad nihilum deduces omnes gentes. *Malignantes ſimiliter ſicut & iſti.*

r Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. *Id eſt exponendam tuo ſeruitio.*

s Quia Deus ſuſceptor meus es. *Liberando me à quærentibus me occidere.*

t Deus meus miſe. eius &c. *Quia Deus miſericorditer liberauit Dauid, antequā veniret mane in quo Saul diſpoſuerat eum occidere.*

u Deus oſtendit. *Hic conſequenter ponitur exauditio petitionis Dauid quantū ad aduerſariorum punitionem, cùm dr̄:* Deus oſten. mi. ſup. in. &c. *i. ſup Saul, & ſatellites ſuos.*

† eius. i. nō poſſum reſiſtere fortitudini aduerſarij cōmittam eam tibi, vel, Deus qui robur es aduerſarij, te obſeruo, vt me adiuues, † eleuatio protectio mea † miſericordia mea

¶ a Ne occidas

## MORALITER.

✻ b *Exurge in occurſum meum.* Ad me liberandum.

c *Et vide:* Meam innocentiam & malitiam eorum.

d *Et tu Domine Deus &c.* i. Deus angelorum, & hominum.

g *Intende ad viſitandas omnes gentes.* Secundum eorum merita, & demerita. & ideo ſubditur:

h *Non miſerearis &c. Conuertentur ad veſperam.* i. tardè. Hærodes enim, & milites ſimul verſi fuerunt ad occiſionem Petri, ſed tardè: quia per angelum liberatus fuit præcedente nocte,

K *Et famem patientur vt canes, &c.* Id eſt deſiderium inueniendi Petrum, & ad hoc circumierunt ciuitatem.

m *Ecce loquentur in ore ſuo.* Mirantes de euaſione Petri.

n *Et gladius in labiis eorum.* Dicentes quòd ſi inueniretur, ſtatim iugularetur ne aliàs euaderet.

o *Quoniam quis audiuit?* Quærebant enim ſolicitè ſi aliquis audiſſet vbi eſſet.

p *Et tu Domine deridebis eos.* Fruſtrando ab intento.

q *Ad nihilum deduces omnes gentes.* Scilicet Iudæorum per exercitum Romanorum.

r *Fortitudinem meam &c.* Ad hoc enim reſeruatus fuit Petrus, vt diſcurreret vſque Romam ad fidem Chriſti prædicandam.

u *Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos.* Hic ſecundò deſcribitur deiectio Iudæorum propter perſecutionem Chriſti in ſe, & in membris ſuis. ſ. Petro, & aliis diſcipulis. *Deus oſtendit mihi &c.* Verbum eſt eccleſiæ, quæ ex diuina inſpiratione mota, nō ſuaſit principibus Chriſtianis interfectionem Iudæorū, ſed magis reſeruationem eorum: vt ſint in recordationem paſſionis Chriſti populo Chriſtiano in diuerſis terris. ideo ſubditur:

✻ c *Diſperge*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Ne occidas eos. Aug.* Poteſt de Iudæis accipi, eos qui me occidunt ne occidas: ſed maneat genus eorum cum ſigno circumciſionis, ſabbathi paſchæ: vt & Cain ſignum habuit, vt nemo eum occideret: ita & gens illa habens ſignum ſuum non eſt occiſa, quia neceſſaria eſt credentibus gentibus. In præciſis enim oſtenditur quæ miſericordia ſit incertis. *Caſſ.* Conſideranti quid de eis ſit agēdum, ne occidas hoc eſt quod oſtēdit, vbi & precatur ne Iudæi funditus pereant. Diſperſi enim ſunt, vt ad conuerſionem prouocentur. vel vt eccleſia ab inimicis teſtimonium veteris legis habeat. Et hoc eſt ideo ne occidas, ne populi (ꝙ ſi nō modo) obliuiſcantur mei, ſi nō ſint teſtes legis, & mortis Chriſti.

*Vbi ſupra. Gen. 4.c* — *Vbi ſupra.* — † occideris

b *Ne quando obliuiſcantur pop. mei. Aug.* Et ſi non modo obliti ſunt, cum non ſint teſtes legis & mortis Chriſti.

c *In virtute tua. Aug.* Quia tu fortis, non ipſi.

d *Depone eos.* Ibi fuit opprobrium omnibus. Vel, depone eos in eo, ꝙ mali ſunt, vt boni ſurgant: vt in Paulo: quia nō ſurgeret Paulus, niſi prius caderet Saulus.

e *Delictum oris eorū, &c. Aug.* Nō eos, ſed delictum occide, vt reſuſcitatum, quem perdere voluerunt, paueant. Et comprehendantur conuerſi, quia factum eorum in irritum venit, peccatum remāſit ſuper eos, & comprehenſi ſunt, & de magnitudine peccati poſt humiliati ſunt, & ea humilitate poſt cōſummantur: nihil enim ſic impedit perfectionem vt ſuperbia. Facinus pro magnitudine ſua conſiderantium abſtulit ſuperbiam, vt & Paulo angelus Sathanæ. Facinus verò deleuit venia.

*Act. 9. a* — *Pſal. 3.* — F — *2. Cor. 12. b*

f *In ſuperbia ſua. Aug.* Superbia comes eſt inuidiæ: nec fieri poteſt vt ſuperbus non inuideat. vnde & diabolus inuidet homini.

† Diſpergentur vt edant

g *Et de execratione. Aug.* Vel, maledicto, quòd putaſtis maledictum pendentem in ligno: cui maledicto mendacium addidiſtis data pecunia cuſtodibus, vt mentirentur: inde annūciatæ ſunt conſummationes, i. ideo magis perficiuntur, quia in his deprehenſi ſunt.

† laudabo † potentiā

h *Annuntiabuntur in conſummatione. Aug.* Vel, annunciabuntur conſummationes. i. prædicabitur ab Apoſtolis, vbi abundauit delictum execrationis, & mendacij, ſuperabundauit gratia perfectionis, & pertinuit ad medicinam humilitatis, & infirmitatis hominis.

*Rom. 5. d*

i *In ira conſummationis. Aug.* Eſt enim ira. i. vindicta Dei conſummationis, quia aliqñ vindicat Deus, vt perficiat. Eſt & cōſumptionis, vt cum dicet: Ite maledicti in ignem ęternū.

*Mat. 25. b*

K *Et ſcient gentes. Aug.* Antea enim iuſti ſibi videbantur Iudęi: ſed oſtenditur eis, ꝙ nō ſine Chriſto, qui dominatur Iacob, & depoſita ſuperbia ſciunt ſe pares gentibus, quia omnes peccauerunt.

*Vbi ſupra.*

l *Conuertentur ad veſperam. Caſſ.* Diapſalmus. Affirmatur ſalus Iudæorum, & vtroque pariete coniuncto grates aguntur.

m *Murmurabunt. Aug.* Vel, murmurabunt. i. dolebunt, quòd etiam nunc tantùm diſpergentur. Vel, murmurabunt contra pigros. i. increpabunt alios nolentes credere.

n *Ego autem. Aug.* Concluditur hic pſal. vbi vtroq; pariete in angulari lapide coniuncto iam tota eccleſia gaudet.

o *Et exaltabo mane &c. Aug.* Tranſactis temporibus cùm nox ſeculi tranſierit, vt & Chriſtus mane ſurrexit. vnde: Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matu. lę. Apoſtoli, veſpere fleuerunt mortuum, mane ad reſurgentem exultauerunt.

p *Miſericordiam tuam. Aug.* Quia totum gratis das cū multa dixerit, non tamen omnia. in hoc vno omnia cōprehendit.

a ¶Rogat autem pro ipſis inimicis. b ¶Etſi eorum peccata. c ¶Hoc eſſet eos occidi.

ne † occidas eos, nequando † obliui-

a ¶Ne occidas, ſed. ¶Per omnes gentes. b ¶Inimicos, Iudæos, ſcilicet, qui portant nobis codices.

ſcantur populi mei. Diſperge illos

a ¶Alias deduc. ¶Aug. Id eſt non eos deferas in quo me protegis, vt de eis habeam teſtimonium.

in virtute tua, & depone eos † prote-

a ¶Aug. Dimitte delictum, & etiam ipſum ſermonem inexpletum effice. ¶Cogitationis depone.

ctor meus Domine. † Delictum oris

a ¶Delictum verbi.

eorum, ſermonem labiorum ipſo-

a ¶Aug. Sciant ſe ſuperbè egiſſe, & inaniter. ¶Aug. Quia fruſtra irruerunt fortes in humilem. b ¶In qua viſi ſunt præualere.

rum, & comprehendantur in ſuper-

a ¶In qua ſunt inter gentes. vel quod Chriſtum execrabantur. ¶Caſſ. Quo peruerterunt ſcripturas.

bia ſua. Et de † execratione, & men-

a ¶Caſſ. Aliis in exemplum eſſe.

dacio † annuntiabuntur † in conſum-

a ¶Aug. Id eſt vindicta Dei qua conſummat. ¶Comprehendantur in ſuperbia ſua.

matione, in Irā conſummationis, &

a ¶Homines in ſuperbia ſua, in qua comprehenſi ſunt. ¶Tunc.

non erūnt. † Et ſcient, quia Deus do-

a ¶Iudæorū. b ¶Gentium quas vt canes contempſerunt.

minabitur Iacob & finium terræ. *

a ¶Et ſic. b ¶Laudis plenariæ. ¶Mundi. ¶Et ſi ſero poſt interfectionē Chriſti, quod antea debuiſſent.

Conuertentur ad veſperam, & † fa-

a ¶Aug. Vt peccatores, non vt oues. Vnde. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum poſtea ac.

mem patientur vt canes, & circumi-

¶Iam digni. Vbique.

bunt ciuitatē. † Ipſi diſpergētur † ad

a ¶Aug. Vt alios lucrentur.

manducandum: ſi verò non fuerint

a ¶Fide populorum. b ¶Vt olim in deſerto. c ¶Quia & ſupra murmur eorum dicētium: Quoniam quis audiuit. ¶Longè erat vterq; paries: ſed ego iā tota eccleſia. ¶Communiter pro hoc quia ſuccedit.

ſaturati, & murmurabūt. Egō autē

a ¶Qua gentes erigis, & Iudæos humilias. ¶Eſſe.

† cātabo † fortitudinem tuā, & exal-

a ¶Dominicæ diei. ¶In reſurrectione Chriſti. ¶I remuneratione. b ¶Exultabo.

tabo mane miſericordiā tuā. Quia

a ¶Caſſ. Dum eccleſia ſubleuatur de imo in altum.

factus es ſuſceptor meus, & refugi-

a ¶Caſſ. Quando gratum eſt.

um meū in die tribulationis meæ.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Ne occidas eos. *Vlciſcendo de manu propria: quia hoc faciā per alios in iuſtitia mea: Licet autem non ſit ſcriptum, quòd Deus mortem Saulis & ſuorum ſatellitum Dauid reuelauerit: tamen hoc credendum eſt, eò ꝙ cùm eſſet propheta hoc dixit, & hoc Dauid adimpleuit: quia Sauli bis manibus eius tradito à morte pepercit:* G

b Nequando obli. popu. mei. *Suis perſecutoribus miſereri. hæc enim miſericordia Dauid Regis data eſt in exemplum totius plebis.*

c Diſperge il. in vir. *Hoc fuit adimpletum in monte Gelboe, quando coram Philiſtæis cęperunt per diuerſas vias fugere.*

d Delictum oris eorum, ſer. etc. *reſumatur li depone, cùm dicitur: Delictum oris eorum ſermonem labiorum ipſorum, quia verba (quibus Saul & Doeg diſponebant Dauid interficere) fuerunt depoſita, & deiecta, quando ceciderunt in monte Gelboe.*

e Et comprehen. in ſuperbia ſua. *Quamdiu enim Saul fuit humilis, placuit Deo, & electus fuit in Regem, & quando ſuperbiuit, Dominus eum abiecit.*

f Et de execra. et menda. annun. in conſumm. *Quia imminente morte Saulis reprehenſus fuit à Samuele ſibi apparente de tranſgreſſionibus ſuis.*

g Et ſcient, &c. *Per experientiam punitionis & reuelationem Samuelis, quia Deus dominabitur Iacob, transferens regnum ad Dauid & domum eius.*

i Conuertentur ad veſperam. *Iſtud refertur ad famem inductam tempore Dauid in terra Iſrael, quæ fuit inducta à Deo tribus annis propter peccatum Saulis, qui iniuſtè occiderat Gabaonitas, vt ibidem dicitur: & ideo illi de cognatione, & tribu Saulis in illa fame fuerunt grauius afflicti. & quantùm ad hoc dicitur:* Conuertentur ad &c. *Reuertēdo ad proprias domos de agro, vel alio laboritio, ſicut moris eſt.*

K Et famem patientur vt canes. *Quia non inuenient ibi vnde reficiantur.*

l Circumibunt ciuitatem. *Quærendo victum per mendicitatem.* H

m Ipſi diſpergentur. *Tranſeundo ad alia loca, qua tempore illius famis erant minus afflicta.*

n Ad manducandum. *Id eſt ad quærendum victum.*

o Si verò etc. *Non fuerint ſaturati. Et accipitur hic ſi, pro quia: quia non inuenichūt ad ſufficientiam. ideo ſubditur:*

p Et murmurabunt. *Per impatientiam, quia multi eorum impatienter illam penuriam ſuſtinebant.*

q Ego autem. *Hæc eſt vltima pars huius pſal. in qua ponitur ipſius Dauid gratiarum actio pro ſua liberatione, cùm dicitur:* Ego autem &c. *i. in deuotis canticis laudabo.*

r Fortitudinem tuam. *Qua me eripuiſti de inſidijs Saulis.*

s Et exaltabo mane miſericordiam tuam. *Id eſt ſummo mane ſurgam ad magnificandum miſericordiam tuam. & ſubdit cauſam:*

t Quia factus es etc. *De aduerſariorum meorum manibus.*

u In die tribulationis meæ. *Quia diſponebant omnino me occidere.*

¶ a Adiutor

## MORALITER.

* c *Diſperge illos in virtute tua, &c.* Quod fecit Dominus per Romanos, qui multos ex eis vendiderunt nationibus diuerſis, & ſic ſunt depoſiti à regni et ſacerdotij dignitate.

d *Delictum oris eorum.* Supple fuit per ſermonem eorum Chriſti coram Pilato negando, & mortem ipſius nequiter poſtulando.

e *Et comprehendantur in ſuperbia ſua.* Ex qua rebellauerunt Romanis, propter quod comprehenſi fuerunt ab eis.

f *Et de execr. &c.* Iurauerant enim ſeruire Romanis ſub tributo, & in conſummatione belli arguit eos Titus de fractione huius iuſi.

g *Et ſcient &c.* Per experientiam ſuæ pœnæ.

h *Quia Deus dominabitur Iacob, &c.* In omnibus gentibus terræ.

i *Conuertentur ad veſp. &c.* Nam prope finem obſidionis Ieruſalem paſſi fuerunt tantam famem, ꝙ pueros comedebant, & potentes per ciuitatem diſcurrebant ad rapiendū ſibi cibum: & quando non poterant inuenire, contra Deum per impatientiam murmurabant.

q *Ego autem.* Hæc eſt tertia pars in qua ponitur gratiarum actio de Iudæorum eiectione, & eccleſiæ exaltatione, cum dicitur in perſona eccleſiæ: *Ego autem canta. fort. tuam.* Iudæos deiicientem.

s *Et exal. mane miſericord. tuam.* Populum catholicum exaltantem.

t *Quia factus es &c.* Scilicet in perſecutione Iudæorum, & poſtea in perſecutione tyrannorum, propter quod ſubditur:

* a Adiutor



¶ a Adiutor meus tibi pſallam, quia &c. *Repetitio eſt eiuſdem ſententię ad maiorem expreſſionem deuotionis ſuę. Moraliter poſſet exponi pſalm. iſte de quolibet fideli in anguſtia exiſtente, qui per preces ſuas meretur liberari, & perſecutores ſuos puniri. Allegoricè verò exponitur de Chriſto per Dauid figurato, qui cuſtoditus fuit in ſepulchro tanquam alter Dauid in domo. Sed hoc non obſtante per diuinam potentiam reſurrexit, & Iudęi qui illum in ſepulchro fecerant cuſtodiri, in pœnam huius fuerunt per Romanos captiuati, & per orbem diſperſi: tamen ad veſperam huius mundi conuertentur ad Chriſtum, & famem patientur per fidei Chriſtianę zelum, contra hereſes ſicut canes latrantes, & fidem Chriſti cum feruore magno & deſiderio pr̨edicantes. Sed de hac expoſitione breuiter pertranſeo: quia diffuſè traditur in Gloſſa ordinaria ſuper librum pſalmorum.* A C

a ¶O cooperator. b ¶Operabor non tantū cantabo.

† Adiutor meus tibi pſallam, quia

a ¶Magnum eſt quod Deus ſuſceptor eſt.

Deus ſuſceptor meus es: † Deus

a ¶Aug. Quia totum ex dono Dei: ideo iſte impletus bonis eius, non inuenit quid vocaret eum, niſi miſericordiam ſuam. ¶Per omnia.

meus miſericordia mea.

## MORALITER.

* a *Adiutor meus tibi pſallam.* Corde & ore confitendo tuam bonitatem.

*In pſal. 58. Eripe me de inimicis meis Deus.*

## ADDITIO

¶ Litera huius pſalmi pro magna parte non poteſt applicari ad hiſtoriam illam, ſ. quando miſit Saul ſatellites, vt cuſtodirent Dauid in domo ſua, vt interficeretur &c. Non enim rectè appropriatur huic propoſito quod dicitur: Et tu Domine Deus virtutum intende ad viſitandas omnes gentes, &c. Cùm iſte caſus fuit ſingularis, in quo viſitatio diuina ſe non extendebat ad omnes gentes &c. ſed tantùm ad liberationem Dauid, & ſuorum. Etiam ſi dicatur, ꝙ liberatio ipſius Dauid quodammodo ſe extendebat ad totū populum Iſraelis, eò ꝙ erat ipſorum Rex futurus, adhuc impropriè, ſeu impertinenter diceretur ſuper hoc. Ad viſitandas omnes gentes. Similiter vbi dr̄: Ne occidas eos, nequando obliuiſcantur populi mei, ſed diſperge illos in virtute tua, &c. Dicere etiam, ꝙ Deus præceperat Dauid, ꝙ non interficeret Saul, ne obliuiſceretur populus miſereri perſecutoribus ſuis, eſt omnino ſine fundamento: nuſquam enim tale legitur in hiſtoria propria ipſius Dauid: Nec ipſe Dauid abſtinuit ab occiſione Saulis ex miſericordia, ſed potius ex fidelitate. Quis mittet manum in Chriſtum Domini, &c. Similiter cùm dicit: Diſperge illos in virtute tua, quod propriè intelligitur de aduerſariis, non fuit adimpletum in Gelboe, vt dicit poſtill. nam ibi Saul, & Doeg, qui fuerūt principales aduerſarij occiſi ſunt, & non diſperſi. Similiter dicere, ꝙ illud qđ legitur: Conuertentur ad veſperā, & famem patientur vt canes, &c. referendum eſt ad alios de cognatione Saulis, qui fuerūt in illa fame grauius afflicti, quàm cæteri, eſt omnino ſine fundamēto. Nam in illa hiſtoria vbi de hac fame agitur, nihil legitur ſpeciale de cognatione Saulis quantùm ad hoc, quòd paterentur grauiorem famem, quàm cæteri. Inſuper & veritas Hebraica in hoc loco, vbi nos habemus: Famem patientur, habet: Et rugient vt canes. Vnde verius dicendum eſt, & magis literæ conſonum, ꝙ licet in hoc pſal. agatur ſaltem in ſui principio, & fortè etiam in fine, de cuſtodia Dauid per ſatellites ſuos, quæ fuit figura Chriſti in ſepulchro à militibus cuſtoditi: tamen pro magna parte pſal. iſte ad literam tranſit ad agendum de re figurata, ſ. de Chriſto in ſepulchro cuſtodito, & de eius reſurrectione, & pœna aduerſariorum, & etiam de reconciliatione eorū, prout plenè in Gloſſa ordinaria habetur: nec eſt iſte ſenſus allegoricus, prout poſtilla dicit: ſed propriè literalis tanquam ex neceſſitate literæ conſurgens. Si autem obiiciatur de titulo, in quo continetur, quando miſit Saul, & cuſtodierunt domum ad occidendum eum, ex quo vr̄, ꝙ materia huius pſal. referenda eſt tantùm ad illam cuſtodiam ipſius Dauid, & eius liberationem, & huiuſmodi. Ad hoc reſpondetur, ꝙ illa verba tit. non denotant, ꝙ tota materia pſal. literalis ſit de illa cuſtodia Dauid: ſed tantùm, ꝙ pſal. fuit factus à Dauid tempore illius cuſtodiæ. Non enim dicit titulus, quòd illud cāticum eſt de miſſione Saul ad cuſtodiam Dauid in domo &c. ſed ꝙ fuit factus, quando miſit etc. vnde ti. demonſtrat tempus editionis pſal. non materiam, ſicut in multis propheticis locutionibus hoc hr̄. vnde Eſa. 6. cum legitur: In anno quo mortuus eſt Rex Ozias, etc. non intelligitur, ꝙ illa reuelatio prophetica debeat intelligi tantùm de morte Oziæ: quia multa maiora, & diuiniora fuerunt Eſaiæ reuelata pro tunc, vt patet ibidem. Sed tantùm ille titu. denotat tempus reuelationis: & ſic in propoſito. Eſt tamen notandum, ꝙ quia vt dictum eſt, cuſtodia Dauid in domo fuit figura cuſtodię Chriſti in ſepulchro, ideo tenendum eſt, ꝙ Dauid exiſtens in illo periculo petebat à Deo hæc quæ ſequūtur. Primò petebat à Deo ſuam liberationem, dicens: Eripe me de inimicis meis, &c. vſque ibi: Exurge in occurſum meū, et vide. & tunc Dauid illuminatus per ſpiritum de cuſtodia Chriſti in ſepulchro quā figurabat, in qua Chriſtus cuſtodiebatur, non vt occideretur ſm̄ carnem, cum iam mortuus eſſet, ſed vt occiderent eius famā occultando reſurrectionem eius, & ſic eum tollerēt de cordibus fidelium, quod minimè valuerunt, ſicut neque cuſtodes Dauid eum potuerunt occidere. Super quod Dauid cōſequenter ſecundò propheticè orat pro reſurrectione Chriſti à ſepulchro, dicens: Et tu Domine Deus virtutū intende ad viſitandas omnes gentes. vbi Hebraica veritas habet: Reſurge ad viſitādas omnes gentes. Reſurrectio enim Chriſti ordinata fuit ad generalem iuſtificationem mundi ſecundum ſufficientiam: iuxta illud Apoſt. Reſurrexit pp̄ iuſtificationem noſtrā. Sed quia non omnes participes ſunt gratiæ reſurrectionis. Ideo conſequenter ſubdit tertiò: Nō miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem, hoc eſt dicere, quamuis viſitatio tua ſufficiens ſit ad viſitandas omnes gentes, non tñ omnibus miſereberis, ſed quibuſdam. ſ. pr̨edeſtinatis. ideo propriè dicit: Non miſerearis omnibus, etc. ſubintellige, ſed quibuſdam, vt habetur in glo. Et quia inter illos operantes iniquitatem circa perſonam Chriſti, & circa eius cuſtodiam in ſepulchro, de qua agitur principales fuerunt Iudæi. Ideo de ipſis quartò tractat tripliciter. Primò de ſtatu quorūdam eorum. ſ. qui conuerſi ſunt ad fidem poſt reſurrectionem Chriſti & aſcenſionem & confirmationem Apoſtolorum, de quibus dicit: Conuertentur ad veſperam. i. tardius, ſeu ſerius: quia antequam eum crucifigerent, hoc debuiſſent facere, & iſti famem conuertendi alios patientur, vt canes. vel ſm̄ Hebraicam veritatem: Et rugient. ſ. latrando in reprehenſione infidelium, vt patet de Paulo: ſimiliter & de Stephano, & de aliis: Qui quidem conuerſi. ſ. in primitiua eccleſia euangelizando: Circumibant ciuitatem. ſ. mundum qui circumſtat vndiq; Iudęam, vbi iſta dicebantur, ſicut canes in nocte rugiunt contra fures & latrones. Poteſt etiam intelligi: Cōuertētur ad veſperam. de Iudæis qui per interualla temporum poſt diuulgationem euangelij conuertuntur quotidie, qui dicūtur ad veſperam conuerti. ſ. in ſexta ętate ſeculi. Ex quibus fuerunt ſimiliter, et erunt nonnulli, qui circumeunt ciuitatem. ſ. eccleſiam contra hęreticas, vel ſaltem contra Iudaicas impugnationes, vt patet in geſtis, ſeu tractatibus talium, qui inueniuntur precipuè in Hiſpania, vbi Iulianus Pomerij de ſtirpe Hebraica fuit Toletanus Archiepiſcopus tertius, ſucceſſor B. Alfonſi, et eius maximè imitator, prout in hyſtoria Rhoderici Toletani hr̄. Similiter & Petrus Alfonſi, huius nationis, qui edidit quendam dialogum ſolēnem ad fidei catholicæ confirmationem. Similiter & magiſter Alfonſus Burgenſis magnus philoſophus, & biblicus, qui in ſexageſimo ętatis ſuæ anno ferè fidem Chriſti, & ſacrum baptiſmum ſuſcepit. Et conſequentur cum eſſet ſacriſta eccleſię Baliſolitanenſis plura opuſcula ad confirmationem fidei, & confutationē Iudaicæ perfidiæ edidit, & ſic de aliis. De quibus dicit, & principalius de primitiuis. Ecce loquunt' in ore ſuo &c. quia etiam ipſi conuerſi loquuntur in ore ſuo magnalia Dei, q̄ aliis intimant, vnde: Gladius in labiis eorū. ſ. gladius verbi Dei penetrabilior omni gladio, vt in epiſ. ad Heb. Et ſequitur: Qm̄ quis audiuit, q. d. ideo inſtans pr̨edicatio talium cōuerſorum ad fidem fuit à Deo ſuis tpībus præordinata, qm̄ quis audiuit: quia ſ. pauci audiunt cum effectu verbum Dei, & qñq; magis inclinantur ad audiendum ſimilium prædicationes, tanquam magis contenti de teſtimoniis aduerſariorum. Sed quia multi ſunt, qui corde nō audiunt iſtos, nec illos. Sequitur: Et tu Dñe deridebis eos. ſ. non audientes. Cętera poſſent faciliter applicari huic propoſito. ſ. vſque ibi: Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos, etc. Vbi oſtenditur ſecundus ſtatus Iudæorum, ſ. perfidorum, qui obſtinati remanent in nequitia ſua proteruiētes, quorum ſtatum, vel potius ruinam Pſal. declarat, cùm dicit: Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos. i. oſtendit mihi qualiter iſti inimici Chriſti ſunt puniendi ad gloriam Dei et eccleſiæ vtilitatē. Pro quo ſciendum, ꝙ licet magnitudo ſceleris Iudæorum Chriſtum occidentium, ſeu ipſius occiſionem conſequenter approbantium, tanta fuit, ꝙ videretur congruum diuinæ iuſtitiæ, vt ſtatim delerentur de terra, prout habetur in Num. Conſumam eos ſubitò: tamen diuina ſapientia ordinauit, ne funditus, & ſubitò perirent de hoc ſeculo. Tum vt ex eis qñq; aliqui in temporum ſucceſſione ſaluarētur. Tum vt eccleſia teſtimonia veteris legis ab eis haberet. Sunt enim, prout dicit gloſ. quædam bibliothecæ noſtri, & baiuli codicum noſtrorum, à quibus tantò fiducialius in originalibus ſacræ ſcripturæ accipitur teſtimonium, quantò nobis auidius aduerſantur. Tum quia vindicta diuina in eis magis relucet, cum in diuerſis tēporibus & in variis locis, deiectio, & opprobrium eorum demōſtratur, quàm ſi in breui tempore, & in quibuſdam regionibus cōſumpti fuiſſent, quod propriè orabat Pſalmiſta, dicens: Ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei. ſ. ne obliuiſcantur miſericordiæ tuæ, qua eos ſpectas, vt ad conuerſionem prouocentur: ſimiliter ne obliuiſcantur ſacrarum literarum tuarum, quæ apud eos originaliter reſident. Similiter ne obliuiſcantur iuſtitiæ tuæ, videntes eos quotidie affligi, et ſupprimi in pœnam ſceleris occiſionis Chriſti: quia omnia poſſunt tradi obliuioni, ſi celeriter fuiſſent conſumpti. Magis enim mouent viſa, quàm audita, ſicut ſenſus viſus certior eſt auditu & cæteris ſenſibus, prout in 1. Metaphyſ. Et quia ſi in vno loco ſeu regione tantùm remanſiſſent puniendi, non ſequerentur prædictæ vtilitates in toto orbe. idcirco dicit: Diſperge illos in virtute tua, id eſt per omnes gentes diſpergantur, vt teſtimonia ſacræ ſcripturæ quæ

B — D — *Heb. 4.c* — *Num. 14. b* — *Ari. 1. Met. c. 1. 2. de anima. tex. cō. 162. 2. de Gen. et cor. tex. cō. 7. de ſen. & ſenſ. cap. 1.*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E quæ apud eos ſunt, ſimiliter, & euidentia diuinæ vindictæ vbiq; demonſtrentur: vnde ſequitur: Et depone eos. ſ. vt ſint opprobrium hominum. Et quia illi perfidi, & ſi opere non poſſunt iam contra Chriſtum recalcitrare, verbis tamen non ceſſant eum blaſphemare: idcirco dicit: Delictum oris eorum, ſermonem labiorum ipſorũ: Ex quo ſequitur, ꝙ comprehenduntur in ſuperbia ſua. Nam ſecundùm glo. comprehẽditur aliquis in ſuperbia ſua, cum videt ſe ſuperbè egiſſe, & tamen fruſtra: quia factum eorum irritum vident, & tamen remanet delictum eorũ apud alios in memoria: & hoc ſpecialiter in duobus. Primò in execratione, in qua ſunt communiter inter gentes. Similiter, & in mendacio, inquantum contra Chriſtum mendacia finxerunt, non ſolùm in vita dicentes eum ſeductorem &c. ſed etiam in morte aſſerentes ipſum non reſurrexiſſe, & dantes pecuniam ad occultandam reſurrectionem, vt habetur in Matth. & hoc eſt quod dicitur: Et de execratione, et mendacio annunciabuntur. ſ. ab Apoſtolis & aliis veris prædicatoribus: vnde finis talium. ſ. Iudæorum in proteruia ſua pertinacium, eſt in conſummatione, & in ira conſummationis. i. in vindicta Dei, qua peccator conſumitur: ita vt finaliter pereat ab eſſe ęterno & glorioſo, de quo ſequitur: Et non erunt. & ſequitur: Et ſciẽt, quia Dominus dominabitur Iacob, & finium terræ. hoc eſt, quia iam in illa conſummatione per experientiam cognoſcent, ꝙ Chriſtus quem contempſerunt dominabitur Iudæis, & gentibus &c. Conſequenter declarat tertium ſtatum Iudæorum. ſ. quãdo in fine mundi conuertentur, & de his dicit: Conuertentur ad veſperam. ſ. in fine mundi, quæ eſt eius veſpera ſimpliciter, & poteſt conſtrui cum pręcedenti verſu ſic: Cum illi Iudæi ſcient, quia Deus dominabitur Iacob, et finium terræ per verã fidem, tunc conuertentur: exponatur verſus ſicut prius. Et ſequitur de iſtis: Ipſi iam diſpergentur ad manducandum. ſ. vt alios lucrentur. ſi verò non fuerint ſaturati, eò ꝙ multi remanebunt increduli, murmurabunt contra tales, i. increpabunt, Sed notandum vbi translatio noſtra habet, & murmurabunt, Hebraica litera habet וילינו vaialinu, à radice לון lun, quæ eſt dictio ęquiuoca, & vno modo ſignificat murmurationem, alio modo ſignificat manſionem ſeu quietem, quam homo dr̃ habere in nocte, cũ iã eſt in domo recollectus, & ceſſat à laboribus diurnis eo modo quo dr̃ in Gen. Locus ſpatioſus ad manẽdum. vbi enim dicitur ad manendum, ponitur ſimilis dictio ſicut hic. Et ad iſtam vltimam ſignificationem magis tendit litera prius, prout hic propriè ſyllabizatur, et ſic erit ſenſus: Si non fuerint ſaturati. ſ. quia non omnes conuertentur, tamen iam quieſcent, ſeu ceſſabunt: quia iam finis huius mundi erit, in quo talia habent ceſſare. Conſequenter quintò concludit in perſona Chriſti hominis, qui totam laudem & victoriam Deo attribuit, Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exultabo mane miſericordiam tuam, quia vt ait Pſal. Ad veſperũ demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia: In quo inſinuatur lætitia reſurrectionis, quæ mane dominicæ diei primo fuit manifeſtata, quia factus eſt ſuſceptor meus &c. me reſuſcitans, et refugium meum à cuſtodia aduerſariorum liberans, quia omnia diuinæ miſericordiæ attribuit concludens: Deus meus miſericordia mea.

Matth. 28. c

## REPLICA.

IN Pſal. Eripe me &c. Quem poſtillator exponit de Dauid cuſtodito in ſua domo &c. prout titulus huius pſalmi formaliter ſonat. Burgen, qui conſueuit titulos magnificare, & ſecundum formam ti. materiam pſal. aſſignare, hic dimittit formam tit. exponens pſalmum iſtum de Chriſto cuſtodito in ſepulchro, redarguens poſtillatorẽ, qui ſecundum formam tit. accipit materiam pſal. ad cauendum ſententiarum inuolutionem. Catholicè poteſt dici, quòd literalis ſenſus huius pſal. primus eſt de Dauid, iuxta formã tit. ſed per allegoriã eſt de Chriſto, cuius figurã geſſit Dauid in multis, vt ſuprà ſæpe dictum eſt, et ſpecialiter in hac materia huius pſal. Et cum Burgen. dicit hunc ſenſum fore literalem de Chriſto, conceditur ei ſicut ſuprà, quòd eſt ſenſus principalis: ſed non primus ad literam ſecundùm vocum ſignificationem: Eſt igitur ſenſus literalis primus de Dauid tanquam de figura, ſed principalis eſt de Chriſto tanquam figurato. Argumenta autem Burgen. de applicatione quorundam verſuum modici ponderis ſunt; nam ſunt quædam congruentiæ applicabiles pro et contrà, quæ de neceſſitate rationis nihil concludunt.

## GLO. ORDIN.

a *In finem. Hieron.* In hiſtoriis non legitur, ꝙ Dauid conuerterit Ioab, vel ꝙ in huiuſmodi vaſtationibus aliquid ſuccenderit: Sed ſuperficie hiſtoriæ relicta, ſicut in pleriſque aliis fit, ad ſpiritualem dirigimur intelligentiam, quæ ex nominũ interpretationibus ſumitur. Interpretatur enim Meſopotamia eleuata vocatio. Syria, ſublimis. Sobal, vana vetuſtas. Ioab, inimicus. Edom, terrenus. His omnibus figurantur elati, magnitudine terrenę vanitatis: quos omnes Chriſtus igne charitatis quẽ in terra dignatus eſt mittere, accendit, & conuertit inimicum in fugam, hominem ad fidem: terrenos, vt viuant cœleſtes.

Super pſal. 59. to. 7. 2. Reg. 8. d — F — † vide pſ. 4 † ſuper Suſan teſtimonium † quo docetur, quomodo deſolauit (vel pugnauit contra) Syriũ.

b *In doctrinam. Aug.* Mutantur in doctrinam: Oportet enim in eius doctrinam tranſire eum qui vult titulũ eius habere: ſed quomodo nos mutaret, niſi ignem in terram mitteret? Meſopotamia, eleuata vocatio, totus mũdus vocatione eleuatus. Syria ſublimis, ſed incenſa humiliatur, vt melius exaltetur. Ioab inimicus cõuertitur, ſi diabolus eſt, in fugam: ſi homo, ad fidem. Sobal, vana vetuſtas in vitæ nouitatem. Edom terrenam vitam in cœleſtem.

In enarrat. pſal. 59. to. 8 — † Idumæã — Luc. 12. ſ

c *Et percuſſit Edom. Aug.* Cum percuſſit Edom gladio ſpiritus, ideſt verbo, percuſſit duodecim milia in valle Salinarum. Duodecim milia perfectus numerus eſt, cui deputatur numerus Apoſtolorum, qui de quatuor mundi partibus ad Trinitatem vocantur: ergo per duodecim milia totus mundus percuſſus eſt. Vallis eſt humilitas. Salinæ ſaporem ſapientiæ ſignificant, quia multi vanè humiliantur pro terrenis paſſi. Raſſi ſunt & hæretici, ſed bonum eſt ſapienter humiliari, id eſt pro Domino. Docet beatam eſſe contritionem, per quam probat commutandos ad ęterna.

1. Reg. 8. d

a ¶ Pſalmus dirigens. ¶ Id eſt Chriſtum. b ¶ Id eſt de. ¶ De veteri vita in nouam.

a † In finem † pro his qui commu-

a ¶ Suſcepta per fidem. ¶ In regnum Chriſti.

tabuntur in tituli inſcriptione ip-

a ¶ Chriſto. vt ei viuant. b ¶ Eius tranſeuntes.

b ſi Dauid † in doctrinam, cùm ſuc-

a ¶ Non hiſtorialiter, ſed ſpiritualiter igne. ſ. Dei.

cendit Meſopotamiam Syriæ &,

¶ Vel Syram.

Syriam Sobal, & † conuertit Ioab,

a ¶ Id eſt omnes de quatuor mundi partibus ad fidem ſanctæ Trinitatis per Apoſtolicam doctrinam vocatos in humilitate ſapienti & diſcreta.

c & percuſſit † Edom in valle Salinarum duodecim milia LIX.

a ¶ O. ¶ vox percuſſorum in melius mutatorum. b ¶ A malis. c ¶ Aug. Qui mali eramus.

d e DEus repuliſti nos

r Veruntamen &c. *Poſtquam Dauid arguit perſecutores ſuos de crudelitate, hic conſequenter arguit eos de cupiditate. & primò arguit eorum auaritiam. ſecundò ſubdit cauſam ibi: Semel. Circa primum dicit: Veruntamen va. fi. ho. &c. Dicuntur enim vani homines, qui non ordinant opera ſua ad finem debitum, cuiuſmodi ſunt auari. finem ſuum ponentes in diuitijs, ſicut medicina dicitur vana quæ non ordinatur ad ſanitatem.*

*Diuiſio*

¶ a Menda.

NICO. DE LYRA.

¶ te, ibi: *Veruntamen vani. Prima in duas, quia primò arguit ſuorum perſecutorum ſeuitiam. Secundò reſumit ſuam in Deo confidentiam, ibi: Veruntamen Deo. Circa primum dicit: Quouſque irruitis, tu Saul, Doeg, & conſimiles.*

a In homi. *i. in meipſum rationabiliter & iuſtè viuentem, & loquitur de ſe, tanquàm de alio.*

b Interfi. vniuer. vos. *id eſt quæritis me interficere.*

c Tanquam parie. incli. *i. mihi minamini mortem tanquam parieti propinquo*

MORALITER.

✻ a *In hominem.* id eſt in me innocentem.

b *Interficitis vniuerſi vos &c.* id eſt interficere quæritis.

c *Tanquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ.* id eſt minamini mihi mortem de propinquo.

d *Veruntamen pretium meum &c.* id eſt præmium pro cuſtodia gregis ab eo mihi reddendum.

e *Cogitauerunt repellere.* Per meam fugam, ſed non fugi. ideo ſubditur:

f *Cucurri in ſiti.* id eſt ſitiens ſalutem gregis mei per dioceſim diſcurri.

g *Ore ſuo benedicebant.* Per ſatellites ſuos mihi fugam pro meliori ſuo conſulendo.

h *Et corde ſuo maledicebant.* Malum meum in hoc cogitando.

i *Veruntamen in Deo ſalutare meum &c.* ideo confidenter ſtare propono. Et quia bonus prælatus confortat ſubditos ſuos, ſequitur:

o *Sperate in eo omnis congregatio populi.* De protectione Dei.

p *Effundite coram illo corda veſtra &c.* In oratione deuota. Et quoniam mali homines non ſolum perſequuntur iuſtos, ſed etiam adinuicem ſe defraudant, ideo ſubditur:

r *Veruntamen vani filij hominum.* Prælatus autem auertere debet ſubditos à talibus fraudibus, ideo ſequitur:



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Mendaces in ſtateris. Caſſiod.* Qui iniquis ponderibus emen E tes decipiunt, vel iuſti videri volunt, cùm ſint fallaces.

*Vbi ſupra.* b *In ſtateris.* In libra iuſtitiæ, quo facilius decipiunt. In idipſum: quo credantur æqui.

*Vbi ſupra.* c *Nolite ſperare. Aug.* Q. nec ſperetis nec cupiatis, quæ congregata alijs rapiuntur. *Aug.* nolite. ſi. tiens conuertit ſe ad eos. Nolite.

d *Rapinas. Aug.* Prædam quam vis rapere in muſcipula eſt, tenes, & teneris, tenes alienum. ſ. & teneris à diabolo. O lucra damnoſa: inuenis pecuniam, perdis iuſtitiam.

e *Nolite cor. Caſſi.* Non dicit: nolite habere, nõ. n. damnat diuitias, vnde mercamur cęlum, ſed cor appoſitum, qđ non expendit, ſed recondit.

f *Semel lo. eſt. Aug.* Nolite cor ap. Cur? quia poteſtas iudicandi eſt Dei filij. Cur ſperandum? quia tibi dñe miſericordia remunerandi. In quo poteſtas, & miſericordia? quia tu red. &c. Vnde hoc ſcis? Semel. id eſt æternaliter. lo. eſt Deus. i. diſpoſuit oĩa, inter, quæ hęc duo audiui. Contrarium videt Deum ſemel loqui, & duo audiri. Quid etiam eſt, quod legitur. Multifariè, multiſq; modis olim lo. &c. Sed inter homines multis modis apud ſe ſemel, quia vnũ verbum genuit, per quod omnia facta & in quo omnia ſimul facta ſunt, inter quæ duo hæc quæ opus eſt dici, audiuit, quamuis & alia multa audierit, quæ non opus eſt hic memorari. Duo illa ſunt, poteſtas, & miſericordia, de quibus omnes ſcripturæ, propter quæ lex & prophetæ, ipſe Chriſtus miſſus eſt & Apoſtoli, poteſtas timeatur, miſericordia ametur, nec pro miſericordia poteſtas cõtẽnatur, nec pro poteſtate de miſericordia deſperet.

g *Poteſtas Dei eſt. Aug.* Nõ eſt poteſtas cuiquàm, niſi a Deo ęquo, etſi te lateat ęquitas.

*Heb. 1. a.*

† in ſtateris ſi alcendat. id eſt ſi ponderent in altera parte ſtateręs, & vanitas in altera ipſi magis ſimul vanitate ſunt leuiores

† rapinã ne concupiſcitis.

† ſingulis diebus opera comi.

a ¶In ſe terrena petentes. b ¶Aug. falſo examine fallunt inuentes.

ᵃ Vani filij hominum, mendᵇaces fi-
¶Decepti.
lij hominum † in ſtateris: vt deci-
a ¶Et ſi varij in ſuis peruerſis ſtudijs, & decepti decipiant alios, de vanitate tamen in vnum ſunt.
piãt ipſi de vanitateᵃ i † idipſum.
a ¶Sed o vos filij hominum. ¶Spes mea in Deo.
b ¶Sed ſicut ſpes mea, ita ſit & veſtra.
Nᵃolite ſperare in † iniquᵇitate, &
a ¶Aug. vbi potius rapit vos diabolus. b ¶Aug. qui non habetis, quaſi neceſſitate rapturi. c ¶Hæc diuitibus, ille qui non habet non ambiat: hic qui habet non ſuperbiat.
† rapinaᵃs nᵇolite cõcupiſcere: diuᶜi
a ¶Si exundãt tanquã de pleno fonte currãt. b ¶Quia habetis. c ¶Aug ſperare in incerto diuitiarum.
tij ſi aᵃffluant, nᵇolite cor appone-
a ¶Quia. ¶Aug. hoc vidit iſte eleuatus ſuper omnia, etiam tranſcendens Angelos, & ad liquidam perueniens, vbi vnus vnum genuit.
re. Sᵃemel locutus eſt Deus, † duo
a ¶Aug. in alto quo tranſiui. ¶Aug. non a me hoc dico ſed audiui raptus ad verbum vnigenitum.
b ¶Aug. filij qui non in ſe tantum poteſtatem habet, verum etiam alijs confert.
hęc audiui qa † poteſtas Dei eſt,
a ¶Per hoc apparet non de Chriſto dici, quia pr non iudicat neminem ſed omne iu. dedit filio. Io. 5. d.
& tibi dñe miſericordia: quiᵃa tu
reddes † vnicuiq; iuxta opera ſua.

*nitas iniuſtè occidit, cupiditate hæreditatis eorum ductus, credibile eſt quòd talia per alios exercebat. Doeg autem Idumęus, & alij ſatellites eius per ſe, & per alios talia exercebant. In Hebręo ſic hr̃: Mendaces filij hominum in ſtateris ad aſcendendum. i. ad ponendum in ſtatera. Ipſi & vanitas ſimul ſunt eiuſdem ponderis, vt exponit Ra. Sa. quia tales nihil valent, ſicut nec ipſa vanitas.* G

c Noli. ſpe. in ini. *Per fraudulentiam.*

d Et rapi. noli. concu. *Auferendo aliena per violentiam.*

e Diui. ſi af. no. cor. ap. *Ponendo ibi finem vltimum, quia iſta deducunt ad gehennę interitum.*

f Semel. *Hic reddit prædictorũ cauſam, quæ accipitur ex rigore diuinæ iuſtitiæ ad puniendũ malos, & dulcore ſuæ miſericordię ad prę miandum bonos, & hoc eſt quod dicitur: Semel locu. eſt de. quia in Deo vnicum eſt verbũ, quo omnia exponuntur, & dicuntur, licet hominibus diuerſis reuelationibus notificentur: ideo ſubditur: Duo hæc audiui, & quæ ſint illa, ſubdit dicens:*

h Quia poteſtas Dei eſt. *Ad puniendum ſecundum rigorem ſuæ iuſtitię.*

i Et tibi do. *Ad præmiandum ſecundum dulcorem tuæ gratiæ: nec mirandum, quòd mutat modum loquendi de tertia perſona ad ſecundam: quia mutatio frequenter fit in prophetis, & maximè in libro pſalmorum, quimetricè ſcriptus eſt in Hebræo.*

K Quia tu red. vni. *Sicut iuſtus iudex, qui non permittit aliquod malum impunitum, nec aliquod bonum irremuneratum.* Moraliter *poteſt exponi pſal. iſte de quolibet iuſto, qui ex obedientia ad Deum perſecutiones iniuſtas patienter tolerat, & vitia perſecutorum arguens coram Deo memorat, & ęquitatem diuinæ retributionis pro vtriſque expectat.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Men. fi. ho. *Hoĩes. n. cupidi in falſis põderib. ſtudẽt alios decipere.*

b De vani. in idipſum. *Omnia enim talia ſtudia dicuntur vana, vel vanitas: quia ſunt ad malum ordinata, quia taliter acquiſita, in morte derelinquuntur. Licet enim rex Saul talibus deceptionibus non vteretur in propria perſona: tamen quia erat cupidus, quod patet ex hoc, qꝫ Gabaonitas*

## MORALITER.

✻ c *Nolite ſpe. in iniqui.* Et quia Dei verbum eſt de punitione talium ſtabile, & firmum, ſequitur:

f *Semel locutus eſt Deus.* id eſt ſine retractatione quantum ad punitionem malorum in ſuo malo perſeuerantium, & præmiationem bonorum, ideo ſubditur:

g *Duo hæc audiui.* à Deo ad puniendum malos.

i *Et ti. do. mi.* Ad præmiandum bonos, ideo ſubditur:

K *Quia tu red. vni. &c.* H

*In pſal. lxj. Nonne Deo. vbi dicitur in poſtilla: Duo hæc audiui.*

## ADDITIO.

F Quamuis, n. Propheta plura audiuerat, dicit tñ ſe hæc duo audiſſe, quia ſm gl. oĩa q̃ dicta ſunt in lege, & prophetis ad hæc duo referuntur. ſ. ad hoc, qꝫ ptãs Dei eſt, & iõ timẽdus. Et ti. do. mi. & iõ diligendus. Inter has. n. duas molas aĩa fidelis dẽt cõteri, ne pp terrorẽ poteſtatis deſperet, vel pp ſuauitatẽ miſerationis prẽſumat, et ne quis putet, qꝫ Deus ſola ptãte ſine mĩa vtatur in puniẽdis, et ſola miſericordia ſine iuſtitia in p̃miãdis, iõ dicit: Et ti. do. mi. quia tu etc. Nam in vtroq; mĩa vtit̃ p̃miãdo vltra cõdignũ, et puniẽdo citra, et ſic ĩ reddendo vnicuiq; ſecũdũ opera ſua vtitur miſericordia. Non. n. dicit quãtũ opa ſua, ſed ſm opera ſua hoc eſt, quia mali punientur, et boni præmiabuntur: non tñ ſecundũ condignitatẽ, ſed modo p̃dicto.

## GLO. ORDIN.

*Super pſ. 62.* a *Pſalmus Dauid. Caſſiod.* Loquitur de eccleſia quæ in ariditate ſitit ſeculi, & miſericordiam expetit, donec æterna capiat, docens bene cõuerſari in medio prauæ nationis. Aug. Pſalmus ex perſona capitis, & membrorum: vox ipſius noſtra eſt, & noſtra ipſius eſt.

*Enar. pſ. 62. to. 8.*

## GLOSSA ORDIN. PSAL. LXII.

*Super pſ. 62.* D*Eus Deus meus ad te de lu. &c. Caſ.* Quõ ſe habeat in deſerto. ſ. ſponſa, Deũ videre deſiderat, quẽ & laudat, & id amplius agere optat.

c *Deus.* Cõis, meus, quodammodo ſpecialiori. vide affectum pię deprecationis per hanc geminationem.

d *De luce.* Vel diluculo, quando ſurrexit Chriſtus, vt tũc laudet eum eccleſia, quando exemplo ſuæ reſurrectionis eam ad ſurgendum animauit, Vigilo, dummodo dormio, non amans quæ mundi ſunt. *Caſ.* Et ſitio animo & corpore. De luce. *Aug.* non. n. vigilares, niſi lux oriretur, quæ te excitaret.

*Enar. pſ. 62. to. 8.*

a ¶Eccleſia.
ᵃ Pſalmus Dᵃauid, cùm eſſet in
¶Id eſt huius ſeculi vbi ſitit.
deſerto † Idumęæ. LXII.
a ¶Omnium per potentiam.
b ¶Per cultum & ſanctum deſiderium.
DEᵃus Deus mᵇeus, † ad
a ¶Vel diluculo. i. matutinali hora. b ¶Id eſt dum mihi ſuboritur lux gratiæ.
te de luce vigilᵇo.

*fugiens a facie Saul, in tota autem illa fuga non legitur Dauid fuiſſe in Idumęa: ſed tantùm in terra Moab, & in terra Iſrael, & vltimo in terra Philiſthinorũ, pp q̃d dixi a principio de tit. pſal, parũ eſt curandũ, niſi pro quãto accipitur immediatè ab Hebræo, vel tranſla. Hier. iuxta Hebraicũ. qa in a iis multa ſunt appoſita ſm phãtaſias expoſitorũ. De materia verò huius pſ. ſciẽdũ, qꝫ Dauid in principio pſecutionis ſuę à Saule fugit ad regẽ Moab: ſed inde ad dictũ Gad prophetę rediit ad terram Iuda, vt ibidẽ dr̃, & habitauit in locis deſertis: qa in ciuitatibus non poterat habitare pp perſecutionẽ Saulis, & iõ indiguit conſolationibus diuinis. Tũ quia erat in terra ſui perſecutoris. Tũ qa erat in locis deſertis, & ſterilibus oĩbus bonis, decens fuit, qꝫ Deus eũ cõſolaretur, quia ad eius mãdatũ uenerat ad locũ illũ & de iſtis fecit Dauid pſ. iſtũ: In quo primò gloriatur de cõſolationibus diuinis, ſcdò vaticinatur deiectionem ſuis aduerſarijs, ibi: Ipſi verò. tertiò lętat̃ in laudibus cõditoris, ibi: Rex verò. Circa primũ dĩ ſic:*

l Deus de. m. &c. vi. *quia ſummo mane ad diuinas laudes conſurgebat: hoc eſt contra Principes, qui vſque ad altam diem volũt dormire.*

¶ a Sitiuit

## NIC. DE LYRA. PSAL. LXII.

DEus de. m. *Huic pſal. premittitur talis ti. in Hebrę. Pſal. Dauid, cũ eſſet in deſerto Iudęę. Et ſimilis ti. ponitur in tranſla. Hie. & ex hoc patet falſitas ti. qui cõiter ponitur in Biblijs noſtris: Pſal. Dauid cũ eſſet in deſerto Idumeæ. Itẽ qa oẽs expoſitores tam Hebręi, quàm Latini, dicũt, qꝫ Dauid fecit hunc pſalmum fugiens*

✻ a *Deus Deus meus.* Pſal. iſtũ fecit Dauid qñ fugiens pſecutionẽ Saulis habitauit in deſerto Iudęę ſterili, et aſpero, pp̃ter qđ Deus ſciens cũ tentatione pu̇etũ, conſolabatur eũ illuminationibus ſuis. *Mora.* autem põt exponi de quolibet Anachoreta, qui mundum fugiens petit deſerta, vt ſentiat bñficia diuina, et dicat. Deus De. me. i. Deus per creationẽ, De⁹ meus p redẽptionẽ, ĩ qua dediſti te mihi.

m *Ad te de lu. vi.* i. de mane matutinis qñ ĩcipit lux rõnis. Exẽplũ de ſancto Hilarione, qui eremũ ingreſſus eſt, cũ eſſet quindecim ann.

✻ Sitiuit



A a *Sitiuit. Auguſtinus.* Et hic caro Deo, dum ab eo quærit hic neceſſaria.

b *Deſerta. Aug.* Vbi nullus ſanctorum habitat. Inuia, quia non eſt qua inde exeas. Inaquoſa quia nec dum moraris eſt tibi aqua. Sed Deus hic fecit vitam Chriſtum, & miſit aquã verbi ſui ſpirituſſancto implens prædicatores, vt fieret in eis fons aquę ſalientis in vitam æternam.

c *In ſancto appa. tibi. Auguſt.* Cui non apparet Deus, ſit in ſãcto deſiderio, & apparebit ei Chriſti maieſtas & ęqualitas cum patre, etſi homo fuit.

d *Apparui tibi vt vi. Aug.* Nemo Deũ videt, niſi prius Deo appareat. Sol. n. ſua luce facit nos videre, ita & Deus.

e *Super vitas. Aug.* humanitatis, quæ multæ ſunt, vt militis, agricolę, & cæterorum: melius eſt, quod das correctis, quàm quod eligunt peruerſi.

f *Labia mea. Aug.* Poſt beneficia Dei, laudem promittit. Laudabunt ad p. ximum, de quo etiam ſolicitior, quia niſi miſericordia tua me præueniret, te laudare non poſſem, & ſicut labijs, & ſic benedicam in vita. Vel ſic: Quia ſuper vi.

g *Sic be. Aug.* vt dediſti miſericordiã laudare te, ſic benedicam, vt miſericordię tribuam vitam, in qua laudo.

h *In nomine tuo leuabo manus meas. Aug.* Leuat manus, qui bonis operibus inſiſtens, tenſis manibus in figura crucis Deum adorat. vnde Apoſtolus: Leuantes puras manus in oratione, ſine ira, & diſceptatione.

K *Adipe. Auguſt.* in inteſtinis. Pinguedo in carne i. ſapiẽtia, quæ in abſcondito, & fortitudo ſpiritus.

i *Leuabo manus. Auguſt.* In Exod. Moyſes dum leuaret manus ad dominũ, populus Dei Amalech vincebat: dũ B verò deponebat, Iſrael vincebatur. Quia, dum quis bona ſibi operatur pro cęleſtibus, vincit Amalech. i. dæmonum turbam ſanguinem noſtræ perditionis lingentem. Dum autem deponit manus, id eſt p terrenis operatur, vincitur ab Amalech.

l *S. memor fui. Caſſiod.* Exponit bona malaq; vtriuſq; partis. ſ. contra difficultates huius ſeculi quas hic patit̃: Dicit ſecuritatẽ ſuam ex Deo in qua memor eſt eius perituros inimicos, regem cum ſanctis lætaturum. Per ſtratum in quo quieſcimus, proſpera accipe, in quibus eſt memor Dei quod vix homo facit. In matutinis, iactionibus, quia mane incipit qſq; operari. Si nõ memor in quiete, nec in actione, ſed ſi in otio, tunc & in actione. Ne in ea deficiat, ideo addit, quia fuiſti adiutor meus. niſi enim adiuuet hic Deus, bona opera implere nõ poſſumus. nemo autem in mane operatur, niſi qui in Chriſto operatur. *Caſſi.* In matutinis. id eſt in luce Chriſti, vt ſuprà de luce vigilo. ad te vt filius lucis, id eſt Chriſti, ad lucis autorem vigilet ad Deum.

m *Adiutor &c. Auguſt.* in periculis Idumęæ, & ſi quid occurrit, exultabo in velamento alarum tuarũ. Ideo qa adhęſit tibi charitate anima mea, vt te præ ſe diligeret: ideo exultabo, ideo adhæſit, quia me ſuſcepit à periculis dexte. tu. id eſt propitiatio.

n *Ipſi vero in vanum quæſierunt animam.* Rex verò. Confert in his duobus verſibus bona, & mala diuerſarum partium.

o *In inferio. ter. Caſſiod.* Quia non ad cęlos euecti ſunt. A terra ſorbentur

a ¶Et. ¶Multis de cauſis. ¶Dormit ad Deum qui Deum obliuiſcitur. b ¶Verum & beatum eſſe. ¶Aug. alij alia deſiderant. c ¶Sed de pluribus caro, & hoc eſt. ¶Aug. pro multiplici defectu.
ᵃ Sitiuit in † te aĩa mea, † quam mul-
a ¶Non alij rei. b ¶Aug quia & ei promittitur reſurrectio, quam deſiderat quo modo anima beatitudo. ¶Caſs. quæ plus eget. c ¶Hic ſitiendum, hoc ſeculum eſt deſertum, hoc Idumęa de qua titulus.
tipliciteᵃr tibi cᵇaro mea in tᶜerra
a ¶Et tunc.
ᵇ deſerta, † inuia, & inaquoſa: Sic
a ¶Aug. niſi quis prius deficiat in malo nunquam peruenit ad bonum. ¶Deſiderio. b ¶Quaſi: Vidiſti me vt te viderem. c ¶Auguſt. non vt tu videres me qui omnia vides.
in ſanctᵃo † appᵇarui tibi, vt vidᶜerē
a ¶Chriſtum.
† virtuᵃtem tuam & gloriam tuam.
a ¶Ideo hæc omnia ſic ago. b ¶Vita gratiæ quæ per miſericordiam.
Qᵃuoniam melior eſt miſericᵇor-
a ¶Quæ datur non per merita. b ¶Et ſi longe & proſpere: ¶Humanas. c ¶Ideo.
dia tua † ſuper vitᵇas, lᶜabia mea
a ¶Niſi præueniret miſericordia, non poſſem laudare. b ¶Bene viuendo. c ¶Aut iam mihi elegi.
laudᵃabunt te. Sic bᵇenedicam te
a ¶Quem donaſti, non quam mihi elegi. b ¶Aug. in honore tuo.
in viᵃta mea, & in nᵇomine tuo le-
a ¶Aug. in precibus. Aug. in bona opera. Chriſtus ſuas in cruce pro nobis. b ¶Vtinam ... hoc petam. c ¶Aug ſcientia ... & ſic labijs ex. & ... ſicca enim labia non poſſunt laudare. ¶Hæc enim placebant ...
uaᵃbo manus meas. Sicᵇut ᶜadipe
a ¶Antequam hic vbi ſitis eſt & oratio ... manibus. Cum ſitis tranſierit, anima & labia. exul. laudabunt nomen tuum.
& pinguedine † repleᵃatur anima
a ¶Aug. pro pura conſcientia cuius comes eſt exultatio. b ¶Re.
mea: & labijs † exultationis lᵇauda-
a ¶Laudabit quia in ſtratu, & mane & hoc eſt.
bit os meum. † Si memᵃor fui tui
a ¶Auguſt in quiete, ne ipſa diſſolueret, & faceret obliuiſci Deum.
b ¶Aug. in nocte mala ſunt, ſed Chriſto monſtrante tanquam in luce debemus bona facere. ¶Caſſ. luce gratiæ mihi illuceſcente.
ſuper ſtratum meum, in † matutᵇi-
a ¶Ideo: In te. ¶Aug. quia pullus ſum. & ideo ſi non protegis miluus rapit.
nis meditabor in te, qᵃuia fuiſti
a ¶In protectione tua.
adiutor meus. Et in † vᵃelamento
a ¶In bonis operibus. b ¶Charitate.
alarum tuarum † exultabo, † adhę-
a ¶Caſs. vt ſequatur te, nolens, ſicut vt Petrus voluit. b ¶Quia.
ſit anima mea poſt te: mᵇe † ſu-
a ¶Alia tegendum. b ¶Sapientia tua tribuet tempore. ¶Aug. in Chriſto homine ſapient a Dei eſt, & nos in illo.
c ¶Notabiles in malitia Iudæi ſcilicet. ¶Aug. ſcilicet perſecutores maxime Iudæi, qui in capite & in Apoſtolis animam noſtram quæſierunt.
ſcᵃepit dextᵇera tua. Ipſi vᶜerò † in
a ¶Et ideo nil fecerunt animæ Deo connexæ quærentes eam perdere. ¶Quia cauſa.
uanum quæſierunt animam meã,
a ¶Auguſt. timuerunt perdere terram & ideo occiderunt Chriſtum, & ierunt ſub terra, iam eis prępoſita dominata eſt & accidit quod timuerunt quia & poſt, terram perdiderunt. Vnde ſequitur tradentur &c. quia expugnati ſunt ab hoſtibus.
b ¶Id eſt terte ... ¶Infernum.
introibunt in inferiora tᵇerræ:

*b* Quam multipliciter tibi caro mea. *Quia multi de Dauid carnaliter aſcendentes, vt Ezechias, Ioſias, Eſaias, & Daniel, & multi alij antiqui qui fuerunt de ſemine regio hoc deſiderauerunt. vnde dicit ſaluator Apoſtolis. Multi reges, & prophetæ deſiderauerunt videre, quæ vos videtis.* C

d In terra deſerta. *Quia tunc Dauid erat in deſerto Iudęæ, vt dictum eſt.*

e Inuia & inaquo. *i. carens vijs, & aquis, qualis eſt terra deſerti.*

f Sic in ſancto ap. tibi. &c. *i. ſic in tali loco deſerto habui illuminationem, & conſolationem tuam, acſi eſſem in loco ſanctuarij tui, vbi fiebant diuinæ reuelationes, eò quòd erat ibi arca teſtamenti, & cultus Dei.*

g Vt viderem virtutem tuam &c. *à perſecutione Saulis me protegentem.*

h Et gloriam tuam. *Quia talis protectio cedebat ad Dei gloriam. Vel aliter: Vt viderem virtutem tuam, i. Chriſtum de me naſciturum, qui eſt virtus Dei, ſecundum illud Apoſtoli. Prędicamus Chriſtum Dei virtutem. Et gloriam tuam. Gloria eſt clara notitia cum laude, omnia autem ad notitiam pertinentia in diuinis, filio appropriantur, & ideo dicitur Dei gloria, ſicut & Dei virtus.*

i Quoniam melior eſt mi. tua ſuper vi. *Vita enim naturæ, vita gratiæ, & vita glorię dependent ex Dei miſericordia, tanquam ex re meliori, ideo ſubdit:*

l Labia mea laudabunt te. *Pro conſolationibus mihi exhibitis.*

m Sic bene. te in vi. mea. *i. in tota vita mea.*

n Et in no. tuo. *i. in virtute nominis tui.*

o Leua. ma. me. *in oratione deuota.*

p Sicut adipe & pin. re. ani. me. *i. ſicut corpus reficitur pinguibus, ſic anima mea tuis illuminationibus & conſolationibus.* D

q Et labijs exul. *Quia de tantis beneficijs non ero tibi ingratus.*

r Sic memor fui tui. *Cogitans de tua bonitate non ſolum de die, ſed etiam de nocte.*

s Et in velamen. alarum tuarum ex. *id eſt de tua protectione gaudebo.*

t Adhæſit a. m. poſt te. *feruenti dilectione.*

u Me ſuſcepit dextera tua. *in ſua protectione, & conſolatione.*

x Ipſi verò. *Hic conſequenter vaticinatur deiectionem ſuis aduerſarijs ibi. Ipſi ve. ſcilicet Saul, & complices ſui.*

y In va. quæ. a. me. *Quia fruſtrati ſunt ſua intentione, qua quęrebant Dauid occidere.*

z Introibunt in inferiora terrę. *Quia quęrebant*

† diluculis meditabor

## MORALITER.

✻ *Sitiuit in te ani. mea &c.* Per magnum deſideriũ conſolationis tuæ. iõ ſubditur:

b *Quam multipliciter ti.* Vt hoc ad animã referatur, & ſubditur:

c *Caro mea.* Quia fortis motus animæ redundat in carne, infra. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Et de beato Franciſco legitur, qꝫ aliquando in oratione (quæ eſt aſcenſus mentis in Deum) corpus eius à terra ſubleuabatur.

d *In ter. deſerta & inaquoſa.* Ad hoc enim Anachoretę talia loca quęrebant, vt conſolationes diuinas melius perciperent, ideo ſubditur:

i *Quo. me. eſt mi. tu.* id eſt effectus tuæ miſericordiæ, quo cõſolaris fugiẽtes mũdũ.

K *Super vitas.* Hominum mundanorũ, quæ frequenter appetuntur, licet plenę ſunt anxietatum.

l *La. me. lau. te.* de mihi p̃ſtita cõſolatione.

n *Et in nomine tuo leua. ma. me.* In deuota oratione.

p *Sicut adipe & pingue. re. ani. mea.* Vnctione tuæ gratiæ.

q *Et labijs exul. lau. os meum.* Nomen ſanctum tuum.

r *Si me. fui.* Hic accipitur ſi pro quia: nam homo deuotus in nocte de diuinis beneficijs recordatur, ſicut de die.

s *Et in vela. ala. tu.* quæ ſunt protectio à malis, & directio in bonis.

t *Adhæſit anima &c.* Feruente dilectione.

u *Me ſuſcepit &c.* In ſecura protectione.

x *Ipſi vero.* Scilicet dæmones.

y *In vanum quæſie. animam.* Quia non habebunt intentum.

z *Et introi. in infe. ter.* in infernum, qui eſt locus debitus eis.

## NICO. DE LYRA.

¶ a Sitiuit in te ani. mea quã multi. *Deſiderans conſolationẽ tuã in hoc deſerto in tpalibus, & ſpiritualibus, & maximè de Chriſto, quia Dauid ſummè deſiderabat Chriſtũ de ſuo ſemine ſecundum carnẽ naſciturum, quia de ipſo ad Dauid facta fuit repromiſſio. ideo ſubditur:*

*b* Quam



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

❧ ſorbentur malę cogitationes: quia de terra natæ, in ima ter
E ræ quaſi in cęntum vergunt.

Vbi ſupra. Luca.13.g Ioan.19.c a *Partes vulpium erunt &c. Caſs.* Principum ſeculi, qui vulpibus comparantur, vt Chriſtus de Herode dixit: Dicite vulpi illi &c. Partes horum Iudæi, quia Chriſtum regem noluerunt, dicentes: Nos non habemus regem niſi Cæſarem. Agnum reiecerunt, vulpem elegerunt. Vel partes vulpium ſunt, dum ſe doloſis praua voluntate coniungunt.

† Cadēt in gladio

Ioan.14.b b *In Deo. Caſs.* Patre. vnde: Ego in patre, & pater in me.

† Exultabunt c *Iurant. Caſs.* Non per eum ne imperet iuramentum, ſed in eo promittendo ei obſequium.

## NIC. DE LYRA.

❡ *rebant aliquando Dauid in cauernis, & ſpeluncis terræ. Vel inferiora terræ. i. gehennam, quæ eſt in inferioribus terrę.*

a Tradentur in manus gla. *Quia gladio ceciderunt in monte Gelboe.*

b Partes vulpium erunt. *Cadauera enim eorum remanſerunt ſuper terram, ita quòd vulpes, & aliæ ferę poterant deuorare.*

c Rex verò læta. *Hic vltimò Dauid lętatur de conſolationibus conditoris, di. Rex vero læta. in Deo. Et loquitur de ſe ſicut de alio, & vocat* 1.Reg.16.c. *ſe regem. Tum quia inunctus fuerat per Samuelem. Tum quia erat certificatus diuina reuelatione, quòd regnaret poſt Saulem.*

d Lan-

a ❡Præterea. b ❡Poteſtatem. ❡Titi vel Veſpaſiani.

a Tradentur in manus gladij, par- a b

a ❡Id eſt dæmonum. b ❡Qui vere rex quem eiecerunt. c ❡Aug. Etſi viſi ſunt ſuperaſſe, tamen lætabitur. ❡Chriſtus.

tes vulpium erunt. Rex verò lęta c

a ❡Laudabiles erunt. ❡Aug. qui Chriſtum, non vulpem elegerunt.

b bitur in Deo, † laudabūtur om- d

a ❡Aug. qui & pollicentur & vouent bonam vitam. b ❡Caſs. in iudicio vbi iniquitas victa obmuteſcit.

c nes qui iurant in eo, quia obſtru- e

a ❡Iudæorum & paganorum. ❡Caſs. quia ipſi deſtructi, non Chriſtiani.

ctum eſt os loquentium iniqua.

d Laudabuntur omnes qui iu. &c. *Iuramentum enim debitè factum eſt actus virtutis: quia fundatur ſuper reuerentiam diuinæ veritatis, ideò dicitur in Deuter. Per nomen illius iurabis.* G

e Quia obſtru. eſt os lo. &c. *Scilicet Doeg, & aliorum detractorum Saulem contra Dauid mendaciter prouocantium: quorum os fuit obſtructum quando ceciderunt in monte Gelboe. Et loquitur hic Dauid de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetię. Moraliter poteſt exponi pſal. iſte de quolibet iuſto in perſecutione hominum poſito, qui tamen ſouetur de diuinis conſolationibus, & eius aduerſarij finaliter deſtruuntur: propter quod in domino lętatur, non zelo proprię vindictę, ſed iuſtitię diuinę.*

## MORALITER.

✱ a *Traden. in ma. gla.* i. diuinæ ſententiæ.

b *Partes vulpium erunt.* i. aſſociati cum hominibus fraudulentis. Matt. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius.

c *Rex vero lætabitur in Deo.* i. Chriſtus in Deo patre. & quia ipſi erunt eius membra, ſubditur:

d *Laudabuntur omnes qui iurant in eo.* i. Chriſtiani, qui in baptiſmo ſeruire Deo promittunt, & fideliter adimplent.

e *Quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.* In iudicio namque finali totaliter obſtruetur.

*In pſal. lxij. Deus Deus meus. vbi dicitur in poſtilla: Sic in ſancto apparui tibi.*

### ADDITIO. I.

In Hebræo habetur: Sic in ſancto vidi te. ſ. per illuminationem, & conſolationem, qđ ad idem redit, ſicut in tranſlatione noſtra.

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtil. Laudabuntur omnes qui iurant in eo.*

### ADDITIO II.

Iurare per creaturas principaliter ſeu ſimpliciter videtur illicitum. vnde Hier. ſuper illud in Matt. Ego dico vobis non iurare omnino, nec per cęlum, nec per terram &c. dicit quòd ſaluator non per Deum iurare prohibuit, ſed per cęlum, & terram, vnde ſm canones: Clericus per creaturas iurans punitur. xxij. q. j. Clericum. Secundariò tñ, & ſecundum quid inquantum in creaturis veritas diuina manifeſtatur, poſſet de eis ſumi iuramentũ, ſicut iuramus per Euangelium, & per ſanctos. i. per Deũ, cuius veritas in Euangelio, & per ſanctos manifeſtatur. Cũ ergo pſal. hic ſimpliciter dicat: Laudabuntur omnes, qui iurant in eo, melius vr dicendũ, ꝙ intelligatur de Chriſto, qui eſt verus rex, in quo laudantur omnes, qui in eo iurant debitè, eò quòd eſt ſignum diuinæ reuerentiæ. Et licet in præmiſſis de Dauid ad literam loqueretur, non eſt mirum, ſi reuertatur ad loquendum de Chriſto, cum de figura ad figuratum frequenter fit tranſitus in ſacris ſcripturis. H

Matt.5.f

F

## GLO. ORDIN.

❧ *Caſſiod.* Pſalmus iſte breuiter agit de paſſione & reſurrectione Chriſti, vbi totus Chriſtus caput & corpus loquitur. *Caſſ.* Enumerat quæ tulerit, & quomodo contra hæc ſe habuerit, vt in paſſionibus ſperemus in domino. *Aug.* Vt caput noſtrum, ita nos in tribulationibus rogemus.

Super pſ.63 Enar. pſ.63. to.8.

†vide pſ.4.

## GLOSSA ORDIN. PSAL. LXIII.

E *Xaudi Deus ora.* Vt exaltes: & eripe, quia deprecor.

Vbi ſupra. b *A timore inimici. Caſs.* ſed non à timore mortis.

Vbi ſupra. c *Protexiſti me. Aug.* Hoc in capite factum, qđ & membra experiuntur, hoc exemplo reliqui firmanĩ.

d *Quia exacuerunt vt gla li.* Vel qui. ſ. malignantes, & operantes iniquitatem.

❧ a *Arcum*

## NIC. DE LYRA. PSAL. LXIII:

E Xaudi Deus ora. me. cum depre.

*Huic pſalmo præmittitur talis titulus in Hebręo: Ad victoriam pſalmus Dauid, & in tranſlatione Hiero. Victori canticum Dauid, & idem ſignificant. Patet autem expoſitio ex ſupradictis in pluribus titulis ſimilibus. Dicit autem Rabi Salo. quòd doctores antiqui Hebræi expoſuerunt hunc pſalmum de Daniele, qui fuit de ſe-* 4.Reg.20.d *mine Dauid. vnde Eſa. dixit regi Ezechiæ. De filijs tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. quod fuit impletum in Daniele, & ſocijs eius. Dauid igitur* Dan.1.b Martia ſ. *prævidens in ſpiritu, quòd Daniel de ſuo ſemine erat naſciturus, & per inuidiam malignantium foret in lacum leonum proijciendus, & inde mirabiliter liberandus, fecit hunc pſal. loquens in perſona Danielis. Et ſecundum hoc diuiditur in tres partes. quia primò recolitur diuinum be-* Diuiſio *neficium, ſecundò deſcribitur malum aduerſantium, ibi: Quia exacuerunt, tertiò ſubditur bonum conſiderantium, ibi: Conturbati ſunt. Circa primum dicitur.*

a Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *i. de corde precor. Taliter enim Daniel deprecabatur dominum intra lacum leonum.*

b A timore inimici &c. *i. à timore leonum, quibus datus ſum ad deuorandum. & ſic factum eſt, quia Deus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & ſic ſine timore potuit cum eis eſſe. Et accipitur hic ſingulare pro plurali, cum dr: Inimici. i. inimicorum. ſicut in Exod. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarum.*

c Protexiſti me a con. ma. *i. machinantium malum in corde, & etiam in opere, propter quod ſubditur:*

d A multitudinem operantium iniquitatẽ. *Circa quod ſciendum, quòd Darius Rex diſponebat ponere Danielem ſuper totum regnum, propter quod Principes & ſatrapæ inuidentes, congregati ſunt adinuicem quærentes occaſionem mortis contra Danielem vt ſic moreretur, ideo dicit: Protexiſti me à conuentu malignantium, quia Deus ipſum mirabiliter liberauit.*

e Quia exacuerunt vt gla. lin. ſuas &c. *Hic conſequenter deſcribitur malum ipſorum aduerſantiũ Danieli. Et primò deſcribitur malum eorum culpæ, & ſecundò pęnę, ibi: Scrutati ſunt. Circa primum dicitur. Quia exacuerunt vt gladium &c. tractando de morte innocentis Danie.*

❡ a Inten-

a ❡Chriſtum. b ❡Dirigens

† In finem, pſal. Dauid LXIII.

a E Xaudi Deus oratio- a

a ❡Totis viribus.

nẽ meã: cùm depre

a ❡Vt non eos, ſed te timeam. ❡In hoc audi eripe: Quod ſit etiam cum occiditur. non enim timet vel cedit. ❡Non vt non moriar.

b cor à timore inimici, † eripe ani- b

a ❡Quod erit quia.

c mam meã. † Protexiſti me à con- c

a ❡Concilio. b ❡Vt Iudæorum. c ❡Actu.

uentu malignãtiũ, à † multitudi- d

a ❡Aug. vt eum occiderent, qui eis tot bona fecerat. b ❡Actu. ❡Quid enim illi? vtique mala.

d ne operantiũ iniquitatem. Quia e

a ❡Inclamando mortem. b ❡Si non manibus, linguis occiderunt.

exacuerũt vt gladiũ, linguas ſuas:

## MORALITER.

✱ a *Exaudi Deus orationem meam, cum depre.* Pſalmum iſtum dicitur feciſſe Dauid loquens in perſona Danielis, quem præuidit mittendum in lacum leonum, & inde diuinitus liberandum. Allegoricè verò per Danielem (qui dicitur vir deſideriorum) ſignificatur Chriſtus. de quo dr: Veniet deſideratus cunctis gentibus &c. Ipſe verò per inuidiam fuit morti traditus, & in agonia paſſionis imminentis poſitus orauit patrem: & de eius oratione poteſt exponi pſalmus iſte, vt in eius perſona dicatur: Exaudi Deus orationem meam, cùm deprecor. Orauit enim patrem dicens: Tranſeat à me calix iſte. Et exauditus fuit in ſua reſurrectione, in qua corpus habuit impaſſibile & immortale.

K *Quia exacuerunt vt gladium lin. ſu.* Clamantes ad Pilatum: Crucifige crucifige eum.

✱ *Inten-*



A ❧ a *Arcum.* occultas inſidias, vt per diſcipulum, quod eſt res amara, vt conuiua ſit proditor.

b *Subito. Auguſt.* inſidioſè, quaſi neſcientem vt eis videtur, qui ſe credunt Deum fallere.

c *Non timebunt. Aug.* O cor durum, occidere hominem qui mortuos ſuſcitabat, & inde non timere.

d *Firmauerunt. Caſ.* obſtinatione, non veritate ſermonem: Reus eſt mortis: vel, Expedit, vt vnus moriatur.

e *Sibi. Caſ.* non Domino. ſibi cùm dicunt: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.

f *Vt ab con.* mos malorum, qui dolum parat, putat ſe fallere.

g *Scrutati. Caſſio.* quomodo accuſarẽt iuſtum, vel quomodo perderent, ne mundus poſt eum iret. *Augu.* Scrutinia, id eſt acerba, & occulta conſilia: ſed quantò acutius cogitant, tantò plus deficiunt à veritate, & æquitate, & in tenebras merguntur: quia cum non vident Deum, putant ſe non videri à Deo.

h *Accedet homo. Caſ.* nam qui ſcrutatur iniqua, deficit: ſed qui res diuinas perquirit, quod eſt ad altum cor ire, non deficit, ſed creſcit, & eò peruenit, vt ab eo ſummus, & omnipotens eſſe credatur: Deus non in ſe, ſed in corde hominis grandeſcit. *Auguſti.* Scrutati, ſed fruſtra, quia ſponte accedet homo ad paſſionem.

i *Ad cor altũ & exaltabitur Deus.* erat ei, quia hoc faciebat ſecundum altum conſilium.

B K *Sagittę par. Caſ.* Enumeratam prauitatem irridet Iudæorum, qui magis turbati ſunt nuntiata reſurrectione, iuſti lætati.

l *Conturbati. Caſ.* fuerunt illi qui ſalutis ſuæ conſilium quærentes, dixerunt: Quid faciemus viri fratres?

m *Et timuit. Augu.* Si timet homo, nõ terreat homo, quin annuntiet: ſicut apoſtoli, quib. comminauerunt principes ſacerdotum, dicentes: ne prædicarent in nomine Ieſu.

n *Et facta eius intel. Augu.* Cur paſſus, cur non deſcendit de cruce: quia moriendum erat, & reſurgendum, quod tunc non fuit intellectum.

o *Lętabitur iuſtus in do. Caſ.* Concluſio ex prædictis, & oſtenditur promiſſio iuſtorum.

❧ a *Omnes*

a ❡Gladius aperte, arcus occulte ferit. ❡Dolos. b ❡Licet verba dulcia.

a intenderũt † arcum rem amaram, a

a ❡Quantum ad ſuam opinionem per diſcipulum, & huiuſmodi. b ❡Caſ. ideo eſſet eis timendum. ❡Magna iniquitas, & ideo inexcuſabiles.

vt † ſagittent in occultis immacu-

a ❡Inten. ar. & ſic perficient b ❡Caſ. ſcelus implebunt.

b latum. † Subitò ſagittabunt eum & b c

a ❡Inde. b ❡Quia. ❡Auguſt. nec miraculis moti: ❡Nullo modo nec per iudicem omittere volentes. c ❡Ad malum ſuum.

c d e nõ timebunt: † firmauerũt ſibi ſer d

a ❡Exponit arcum. ❡Prius apud ſe, poſtea cum diſcipulo. ❡Si diſcipulus tradit. Romani crucifigunt, quid ad nos?

monẽ † nequam. † Narrauerunt, e

a ❡Putabant enim eum latere.

f vt abſconderẽt † laqueos, dixerunt: f

a ❡Quis poterit cauere? b ❡Auguſt. ideo putabant eum non videre, quia ſcrutati. ❡Per diſcipulum tradatur, a iudice occidatur: & ita nihil ad nos.

g Quis videbit † eos? Scrutati ſunt g

iniquitates, † defecerunt ſcrutan- h

a ❡Q. Chriſtus cognoſcebat laqueos: cur ergo præualuerunt? quia voluit. b ❡Sed. ❡Scrutans bonum. ❡Non pateretur niſi homo eſſet.

h i tes ſcrutinio. † Accedet homo ad i k

a ❡Aug. ſecretum obijciens illis hominem, ſeruans intus Deum, exaltabitur Deus, occiditur homo, Deus exaltatur ſuſcitando. b ❡Aug. qui in paſſione hõ. ❡In reſurrectione.

cor altum, † & exaltabitur Deus. l

a ❡Scrutati ſunt. ❡Autem. b ❡Nil nocuerunt, vt cannæ puerorum.

k † Sagittæ † paruulorũ factæ ſunt pla m

a ❡Auguſt. in omnibus quæ contra me dixerunt. ❡Hic patet quod ſibi firmauerunt ſermonem nequam. ❡Virtute reſurrectionis. b ❡Ad verecundiam eorum.

gæ eorũ: & infirmatæ ſunt contra

a ❡Aug dicentes: Nobis dormientibus venerunt diſcipuli, & furati ſunt, Mat. vl. c. Si enim dormierũt? quomodo videre potuerunt. ❡Etiam. ❡Exaltato Domino viſis miraculis.

l eos linguæ eorũ. † Cõturbati ſunt n

a ❡Id eſt intelligebant eos defeciſſe, alij de illis turbantur, & ipſi non pœnitent. b ❡Confuſos. c ❡Augu. qui non timuit, non fuit homo vtens ratione.

m omnes qui videbãt eos, & timuit o

a ❡Prædicatores. ❡Eruti à timore inimici timentes Deũ.

omnis homo. Et annuntiauerunt p

a ❡Reſurrectionem & aſcenſionem &c. b ❡Caſſio. eſſe diuina, non homines.

n opera Dei, & facta eius intellexe- q

a ❡Aug. iam non triſtis eſt iuſtus, vt crucifixo domino ſed lętatur & ſperat, quia omnia manifeſtata. ❡Promiſſio: vnde. Lętabitur iuſtus.

o runt. Lętabitur iuſtus in Domino, r s

*illum modum loquendi qui habetur in Iohan. Puteus altus eſt, id eſt profundus. Iſte homo fuit Darius rex, qui profundè conſiderans profunditatem diuinę ſapientię, & iuſtitię in mirabili ſaluatione Danielis à leonibus, iuſſit accuſatores eius mitti in lacum leonũ cum filijs & vxoribus.* C Iob.4.b

l Exaltabitur de. *quia tunc Darius ſcripſit vniuerſis populis regni ſui, vt omnes timerent, & pauerẽt Deum Danielis, vt habetur ibidem.*

m Sagittæ par. etc. *quia propter verba, quę protulerunt ad mortem Danielis quęrẽdam, mortui fuerũt, vt patet ex dictis. Et vocantur hic paruuli, quamuis eſſent principes, & magni, quia ex inuidia cõtra Danielẽ fuerant moti, vt dictũ eſt. Inuidia verò eſt triſtitia de bono alterius, inquãtum eſtimatur proprij boni diminutiuum, vt dicit Phil. & ideo nullus inuidet alteri, niſi inquãtum per ipſum reputat ſe diminutum, & per cõſequens paruulũ, & ideo omnis inuidus inquãtum huiuſmodi eſt paruulus, ſecundum quod declarat beatus Greg. exponens illud Iob: Paruulum occidit inuidia. Ab illo verò loco incluſiuè, & exaltabitur Deus: litera Hebraica ſic habet: Et ſagittabit eos Dominus ſagitta ſubita, facti ſũt ictus eorum, ſcandalizauerunt eos linguæ eorum. Tranſlatio uerò Hier. ſic habet: Sagittabit ergo eos Dominus iaculo repentino, inferẽtur plagę eorum, et corruent in ſemetipſos linguis ſuis. Et patet, ꝙ eadem eſt ſententia in Hebręo, & in tranſlatione Hiero. Et exponitur de iaculo, vel ſagitta diuinę iuſtitię, quia percuſſi fuerunt aduerſarij Danielis ſubitò: quia cum crederent eum inuenire à leonibus deuoratum, ſubitò eductus fuit viuus, & ſanus, & ipſi proiecti fuerunt leonibus, & in momento deuorati.*

† ſagittam ſuã rẽ amarã. ſ. cum amaritudine

Ariſtoteles.

† roborauerunt, vt cõmunicarent inter ſe

Greg.5. Moral. cap.13. cir. fin.

† Collocuti ſunt

† In intimo vniuſcuiuſque, & corde profundo factæ ſunt plagæ eorum.

n Conturbati ſunt omnes. *Hic conſequenter deſcribitur bonum conſiderantium, quia omnes videntes liberationem Danielis mirabilem, et punitionem aduerſariorum eius terribilem, fuerunt mirati, et timuerunt Deum Danielis, & hoc eſt, quod dicitur: Conturbati ſunt. non turbatione doloris, ſed admirationis.* D

o Et timuit omnis homo. *Deum Danielis.*

p Annuntiauerunt opera Dei. *quia iſtud factum fuit publicatum ad laudem Dei per totum regnum, vt prędictum eſt.*

q Et facta eius in. *id eſt intra ſe legendo meditati ſunt, aduertentes quod hoc non poterat fieri, niſi virtute diuina.*

r Lætabitur iu. etc. *id eſt Daniel.*

s In Domino. *quia lętitia ſua erat debitè ordinata.*

❡ a Et ſpera

## NICO. DE LYRA.

❡ a Intenderunt ar. *In Hebręo hr: verbum amarum. arcus autem ferit à longè, & iſti ſimiliter propoſuerunt à longe verba, per quę Daniel finaliter moreretur, vt poſt videbitur.*

b Subito. &c. *hoc. n. intendebant. ſ. ipm finaliter ex improuiſo occidere.*

c Et non ti. *quia non videbant Dei vindictam ſuper ſe venturam.*

d Firmauerunt ſibi ſer. ne. *quia erant in ſua malitia obſtinati.*

e Narrauerunt vt ab. la. *i. modos capiendi Danielem malitioſè.*

f Dixerunt etc. *q. d. nullus videbit intentum noſtrum donec habeamus effectum, & ita accidit, quia Principes, & ſatrapę ſubrepſerunt regi, vt poneret edictum, vt omnis, qui peteret aliquam petitionem à quocunque Deo, & homine vſque ad xxx. dies, niſi à te o rex, mittatur in lacum leonum, et hoc dicebant ſub pretextu boni eius, vt ſic hoïes magis redigerentur ſub timore Darij in principio eius regni, vt ibidẽ plenius expoſui: ꝑ hoc intendentes capere Danielẽ, de quo tenebãt, ꝙ nõ dimitteret adorare Deum ſuum ꝑꝑ regis edictum, quod & accidit, vt habetur ibidem. Rex aũt in principio non percepit eorũ fraudem, quia non poſuiſſet illam legem. Quod patet ex hoc, quòd poſuit cor ſuum, vt liberaret Danielem, ne mitteretur in lacum leonum, vt habetur ibidem.*

g Scrutati ſunt. *Hic conſequenter deſcribitur malum pęnæ ipſorum, cùm dicitur: Scrutati ſunt ini. quia cum magna diligentia quęſierũt vias iniquas ad interficiendum Danielem.*

h Defece. ſcru. etc. *i. defecerunt ab intento: quia finaliter Daniel fuit liberatus, & ipſi fuerunt à leonibus deuorati. & ideo ſubditur:*

i Accedet ho. ad cor al. *In Hebręo habetur: cor profundum, ſecũdum illum mo-*

## MORALITER.

✱ a *Intenderunt arcum rem amaram.* inducendo turbam ad petendum liberationem Barrabæ, et Chriſti mortem. Marc.15.a

b *Subito ſagit.* ſagittis linguarũ. Et dicitur ſubitò: quia paulò ante eũ honorauerãt dicen. Benedictus, qui venit in nomine Domini, etc. Marc.11.b

c *Et non timuerunt.* ſcilicet Deum.

d *Firmauerunt &c.* obſtinate petentes Chriſti mortem.

e *Narrauerunt vt ab. la.* inter ſe tractantes quomodo Ieſum dolo tenerent, et occiderent. Matth.26.a

f *Dixerunt: &c.* nam ita effrenatè quærebant mortem, ac ſi Deus non videret ipſos.

g *Scrutati ſunt ini.* per multas vias mortem Chriſti quærentes.

h *Defecerunt &c.* quærebant enim extinguere Chriſti nomẽ, quod magis fuit glorificatum per ſuam paſſionem, propter quod Centurio videns ſigna in eius paſſione facta, dixit: Verè filius Dei erat homo iſte, et multi de aſſiſtentibus percutientes pectora ſua reuertebantur. Matt.27.f Luc.23.g

i *Accedet homo.* Chriſtus.

K *Ad cor altum.* i. profundum: vt dicit Auguſt. nam uoluntariè accedens ad paſſionem, perfecit profundum Dei ſecretũ, quo diſpoſuerat filium ſuum pati pro redemptione mundi. Auguſt. in enar. pſ.63. tom.8

m *Sagittę paruu. &c.* Iſtæ ſagittæ ſunt verba pungitiua, quibus petierunt Iudæi mortem Chriſti, et factæ ſunt ipſorũ plagæ, quia propter hoc trucidati fuerunt à Romanis.

n *Conturbati ſunt.* Hic ponitur vtilitas ſequens: nam multi videntes punitionem Iudæorum, pęnitentiam de peccatis agentes crediderunt in Chriſtum eius opera promulgantes.

r *Lętabitur iuſtus.* per Chriſtum redemptus.

✱ *Et ſpera-*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Omnes.Caſ.* ne putes de ſolis apoſtolis dici.

*Vbi ſupra.*

## NICO. DE LYRA.

a Et ſperabit in eo. *de futura vita obtinenda.*
b Et laudabuntur omnes recti corde. *exemplo Danielis, qui ſaluatus eſt pro ſua rectitudine. Moraliter poteſt exponi pſalmus iſte de quolibet iuſto ab iniquis vſque ad mortem calumniam ſuſtinente: qui tamen pro ſua iuſtitia ſubitò diuinitus liberatur, & eius aduerſarij condemnantur.*

*Moraliter* — † recti ſunt

a ¶Exaltabuntur. ¶Peruerſi damnabuntur.
& ſperabit in eo, & † laudabun- a b
a ¶Aug.Caſ.quibus per omnia placet Deus.
a tur omnes † recti corde.

## MORALITER.

✤ a *Et ſperauit in eo.* ſcilicet per ipſum ad gloriam venire, & ſic: Laudabuntur omnes recti corde.
*In pſal.lxiij.Exaudi Deus ora.vbi dicitur in poſtil. Scrutati ſunt.*

## ADDITIO

¶ In vera litera Hebraica ſic hr: Et interiora hois, & cor profundum. Quæ quidem litera cōtinuatur cū pręmiſſis ſic: Defecerūt ſcrutantes ſcrutinio. ſ.Chaldæi, qui Danieli aduerſabantur: licet ſcrutati fuiſſent cū toto conatu interiori, & corde profundo: defecerunt tamen tanquam à deſiderio ſuo defraudati, &c. G

## GLOS. ORDIN.

*Super pſ.64 tom.8* — *Iere.25.c. & 29.c* — a *In finem. Aug.* Prophetauit Ieremias poſt ſeptuaginta annos rediturum populū. Inter captiuos erat Ezechiel, & alij pphetæ. Cōpletis ſeptuaginta annis reſtitutū eſt tēplū. Figura eſt nrī, qui de Babylonia ad Ieruſalē ſuſpiramus, de ſeculo & corpe pētī ad cęlū. *Septuageſimæ tres* — † *vide pſ.4* — Tres in eccleſia ſeptuageſimæ memorant, vna ſignata, duæ ſignificātes. Vna in figura pceſſit ſeptuageſima .ſ.captiuitatis Iudaicæ. Altera in repreſentatione adhuc obſeruat ab eccleſia q̄ incipit à, Circūdederūt me: & terminat in ſabbatho in albis: quā obſeruat eccleſia i repſentationē ſpūalis nrę captiuitatis: qua captiui ſum⁹ dū adhuc in corpe à dn̄o peregrinamur: quā eandē figurauit ſeptuageſima Iudęorum. *2.Cor.5.b* — Sed cōpleto ſeptenario huius vitę, plenè liberi erimus vtroque hoīe glorioſi. Hinc eſt ꝙ in ſeptuageſima quā eccleſia obſeruat, exponēs miſerias nrī incolatus & labores, ſubticet cāticū lætitiæ alleluia, Gloria in excelſis, & huiuſmodi. In ſabbatho paſchali verò adepta iam facultate redeundi, & ita in ſpe gaudens cantat alleluia. F

*Phil.3.d* — b *Ieremias. Aug. Hier.* Excelſus. & ſignificat eos q dn̄t: Nr̄a cōuerſatio in cęlis eſt. Aggæus, feſtus. Illos ſignificat qui ſunt ſpe gaudentes: qui in reliquijs cogitationum diem feſtum agunt domino: Ezechiel, roborauit me dominus: & ſignat illos q ſunt roborati in dn̄o: hi pphetauerunt reditū in Ieruſalem.

† *Quia audis orationem* — *In Ieruſalem*

† *Verbis (vel rebus iniquis quę)*

c *De popu. Aug.* i. qui tranſmigrauit de cęlo ad terram, de perfectione ad miſeriam & confuſionem.

d *Cum inci. Aug.* Incipit exire q incipit amare. charitas ciuē facit Ieruſalē, cupiditas Babylonis. & ſic ergo corpore pmiſti, deſiderio ſunt ſeparati. *Caſ.* Conſolatio in exilio, ne quis deſperet: quia certificat reditum, & per quem, & quę diuitiæ reuerſis. Affirmat redituum & precatur. *Super pſ.64*

## GLO. ORD. PSAL. LXIIII.

a ¶Conſummationem ſeculi. b ¶Dirigens. c ¶Ideſt exultatio, quę eſt vox redeuntis populi.
a † In finem, pſalmus Dauid, cāticum Ieremię & Aggæi & Eze-
a ¶Secundum Augu. ſicut dij, Gen.iij.d b ¶Quod erat: Enis
chielis, de verbo peregrinationis,
¶ Secundum Auguſt.
c d vel de populo trāſmigrationis cū
a ¶Mente. ¶De Babylonia huius mundi.
inciperent proficiſci LXIIII.
¶ Illos decet laudare, qui vel mente vel re ſunt in Sion: quia non eſt ſpecioſa laus in ore pecc.
c TE † decet hymnus a
a ¶ Non in Babylone. ¶Vbi modo ſumus ſpe.
b ¶Augu. hic in præſenti vouemus bene operando, & cogitando: ibi reddemus votum pro vtroque Deum laudando. c ¶Anima & corpus immortale.
f Deus in Sion, & tibi reddet votū b
a ¶Augu. quia reduces, reduc & me cū alijs, & hoc eſt. ¶Caſſio. hic vt ibi pareas quo omnes inceſſuros ſcio, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit. ¶Iam nunc.
g in Ieruſalē. † Exaudi orationem c
a ¶Quia. b ¶Qui primitias de carne tuliſti, cæteri congregabuntur, vt complaceant holocauſta.
h meam: ad te omnis caro veniet. d
a ¶ Quidem. b ¶Primitiuorum. c ¶Vt mare mergens ſuper nos.
i k † Verba iniquorū pualuerūt ſup e f
a ¶Econtra. b ¶O fili verbum Dei. ¶Et ideo non opprimunt verba iniquorum.
l nos, et ipietatibus noſtris tu † ppi g
a ¶Augu. homo quo indutus es: vel potius Chriſtus, quemque beatum aſſumpſit in filium adoptionis.
m tiaberis. Beatus quem elegiſti, & h

E, non deos gentiū, & non alibi niſi in cōtēplatione: ideſt fide: & ibi de bonis operibus reddet votū in cęleſti Ieruſalē: Quod illi ſoluebant Marti poſt prelia, & cęteris dijs in hunc modum.
f *Sion.* Patria cœleſtis eſt Sion: eadem eſt Ieruſalem.
g *Exaudi orationem. Caſſiodorus.* prius facit quod à cæteris faciendum dicit, ſcilicet Exaudi.
h *Omnis caro veniet. Auguſtinus.* ideſt homo. i. ex omni genere, pauperes, diuites, viri, fœminæ, docti, indocti, pueri, ſenes.
i *verba iniquorū. Caſ.* Qua ſpe hoc oras: quia à te omnis caro veniet. nō ſolùm anima, ſed etiā malus homo: Neceſſe eſt vt audias. Verba.n. iniquorum, diaboli, & primitiuorum parentum Adę, & Euæ.
K *Præualuerunt.* i. in exilium proiecerūt, vel pagani, ritus ſuos filijs ſuis ſuaſerunt, ſed ppitiaberis in hoſtia Chriſti. *Aug.* Verba iniquorū, i. mali rit⁹ & mores parentū noſtrorū (q vt ætate, ita autoritate præſtant pueris) ſecuti ſumus.
l *Propitiab. Aug.* Propitiatio fit per ſacrificiū, quod ſacerdos Chr̄s obtulit. Idem eſt ergo ſacerdos, & hoſtia. H
m *Beatus quem elegiſti &c. Caſſiodorus.* Et beatus omnis ille, quem elegiſti à maſſa perditorum. Non vos me elegiſtis, ſed ego vos, & aſſumpſiſti in ſortem tuam, in æternam requiem. *Auguſtinus.* Vel ſic, propitiaberis per beatum virum. Beatus enim homo, quem tu elegiſti, id eſt, quo indutus es in tempore, qui eras in principio verbum, & aſſumpſiſti in vnitatē perſonæ, & ipſius hominis tibi naturam vniendo, non perſonam. Qui talis habitat in tuo conſenſu, & per eum replebimur in bonis gratiarum, vel futurę Ieruſalem. quę non poſſunt dici.

GLOS-

a *In bonis*

## NIC. DE LY. PSAL. LXIIII.

TE decet hym. de. in Sion. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebręo: Ad victoriam Pſalmus Dauid cantici. In translatione verò Hier. ſic hr: Victori pſalmus Dauid cantici. Et patet expoſitio ex ſupradictis in pluribus titulis. in aliquib. aūt Biblijs ponitur ſic titulus: In finē pſal. Dauid, Cāticū Ieremię, & Aggei, vel Ezechielis de verbo peregrinationis: Sed oīa iſta, et cōſimilia ſi inueniātur, ſunt quędā additiones factę ab expoſitoribus, eò ꝙ pſalmus iſte loquit de reditu captiuitatis Babylonicę, quē prędixerunt Ieremias, & Ezechiel, & Aggeus prophetauit his, qui redierant à captiuitate p tēpli rędificatione, quę Dauid preuidit in ſpiritu, & de hoc fecit pſal. iſtū. Diuiditur autem pſalmus iſte in duas partes;* *Diuiſio* — *quia primò agitur de reditu captiuitatis. ſecundò de ſtatu fertilitatis, ibi: Viſitaſti terram, & inebriaſti. Circa primum dicitur:*
c Te decet hym. Deus. *ſic dicebant redeuntes de captiuitate, eò quod Deus illū locum elegerat ad cultū ſuum, In Hebr. hr: Tibi ſilentiū laudis* *2. Paral.6.* — *Deus in Sion. Et in tranſlat. Hiero. Tibi ſilet laus Deus in Sion. Nec eſt contrariū tranſlationi nrę, qa hoc dr̄ pro eo, ꝙ diuina laus quātumcunq; fiat ab homine, deficit in infinitum à diuina magnitudine collaudata.*
b Et tibi &c. *qa ibi adducebant ea, quę Dn̄o per votum obligabantur.*
c Exaudi orationem meam. *Vox eſt populi redeuntis, rędificationem templi poſtulantis.*
d Ad te omnis caro veniet. *ideſt de omni natione veniant homines ad te adorandum, quando templum fuerit rędificatum. vnde in Act. legitur quòd eunuchus reginę Candacis à longinquis valde partibus venit adorare Deum in Ieruſalem in illo templo rędificato, & idem fiebat de alijs mundi partibus.* *Act.8.e*
e Verba iniquorum. *id eſt facta Babyloniorum eo modo, quo dicitur ſecundi Regum primo. Quod eſt verbum quod factum eſt.*
f Prævaluerunt ſuper nos. *propter peccata noſtra nos captiuando, & templum deſtruendo.*
g Et impietatibus noſtris tu propi. *ad terram noſtram nos reducendo, & templum rędificando.*
h Beatus quem. *ad ſeruiendum tibi in loco cultus tui.*

¶ a Inhabitabit

## MORALITER.

✤ a *Te decet hym. Deus in Sion.* Iſte pſal. eſt grārum actio p reditu captiuitatis Babylonicę, & ſequēti terrę fertilitate, quam pūidit Dauid, & hunc pſal. fecit. Moraliter aūt pōt exponi de quolibet peccatore veraciter pęnitente, qui reuerſus de Babylonica captiuitate, & pro tempore amiſſo nititur bonis operibus abundare, & ſic gratus de diuinis beneficijs dicit. Te decet &c. ideſt iuſtum eſt, vt te laudem in eccleſia propter beneficia mihi collata.
b *Et tibi &c.* quod in baptiſmo feci deſeruiendo fideliter tibi.
c *Exaudi &c.* parcendo mihi de tranſgreſſione dicti voti.
d *Ad te omnis caro veniet.* in iudicio finali.
e *Verba iniquorum.* ideſt ſuggeſtiones dæmonum.
f *Pręualuerunt ſuper nos.* per conſenſum noſtrum.
g *Et impietat. &c.* dando nobis locum pęnitentiæ de peccatis.
h *Beatus quem ele.* prædeſtinando, & aſſumpſiſti. iuſtificando.

✤ *Inhabitabit*



a *In bonis. Caſſiodorus.* Quæ bona ſunt, ſanctitas in ſe, æquitas ad proximum. A
b *Templum.* eccleſia, vel caro Chriſti.
*terris, pp quod ſaluo meliori iudicio, videt mihi quod pſalmus iſte non eſt gratiarum actio pro præterito beneficio, ſed magis eſt prophetia de futuro, ſcilicet de Chriſti incarnatione, & eius conuerſatione inter homines: Quod quidem beneficium fuit à ſanctis patribus ſummè deſideratum: propter quod aliquis ſanctus propheta quicunque fuerit ille, videtur de hoc pſalmum iſtum feciſſe, di.* Deus miſereatur noſtri, *mittendo nobis ſaluatorem.* Et benedicat nobis, *conferendo gratiam ſuam,* Illuminet vultum ſuum ſuper nos, *clarificando miraculis filium ſuum, qui dicitur vultus patris, quia eſt eius imago, ad Col. 1. dicitur: Tranſtulit in regnũ filij dilectionis ſuę, qui eſt imago inuiſibilis Dei. hoc enim petebat Saluator in Iohan. Pater clarifica filium tuum: & ipſe reſpondit: Clarificaui & iterum clarificabo: quia clarificauit eum miraculis ante mortem, & poſt reſurrectionem.* & miſereatur noſtri, *liberando à gehenna per ſanguinem filij ſui.* Vt cognoſcamus in terra viam ſuam. *Pſalmiſta conuertit verbum ſuum ad Chriſtum, cuius vita hominibus fuit cognita inter homines conuerſando, docendo, ſanitates donando.* In omnibus gentibus ſalutare tuum, *quia ſalus per Chriſtum facta notificata eſt omnibus gentibus per prædicationem apoſtolorum, ſecundum quod dicitur in pſ. In omnem terram exiuit ſonus eorum &c.* Confiteantur tibi populi Deus, *confitendo tuam deitatem.* Confiteantur tibi populi omnes, *impendendo latrię ſeruitutem.* Lętentur, & exultent gentes, *de ſua vocatione ad Chriſti fidem.* Quoniam iudicas populos in ęquitate, *vocando ad fidem ſe diſponentes per opera iuſta ſine perſonarum acceptione. Vnde Petrus videns vocationem Cornelij iuſti, dixit: In veritate comperi, quòd non eſt perſonarum acceptio apud Deũ: ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. ideo ſubditur:* Et gentes in terra dirigis, *in viam ęternæ ſalutis.* Confiteantur tibi populi Deus: *& quid debeant confiteri, ſubditur cũm dicitur:* Terra dedit fructum ſuum, *ideſt virgo beata protulit filium, de qua terra dicit. Eſa. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Et quia vocandi ad fidem, baptizandi erant in nomine trinitatis, ſecundum quod habetur in Matth. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, &c. ideo ſubditur:* Benedicat nos Deus, *conferendo gratiam baptiſmalem. Et dicitur benedicat in ſingulari, ad denotandum vnitatem eſſentię, &* Deus *ter, ad oſtendendum trinitatem perſonarum. ſicut Eſaiæ vj. Trinitas perſonarum oſtenditur per ſeraphin ter ſanctus clamantia, & vnitas eſſentiæ per hoc quod ſubditur: Deus exercituum.* Et metuant eum omnes fines terræ: *non timore ſeruili, ſed filiali, qui ſtat cum charitate.*

G H

## NIC. DE LYRA.

¶ *tur, quòd qñ Iudæi fuerũt liberati mirabiliter de perſecutione Aman, multi Gentiles per diuerſas partes eorum ceremonijs iungebãtur.*
*Eſther 8.d* a Lætentur & exultent &c. *ſicut patuit in Aman, qui diuino iudicio fuit ſuſpenſus cum filijs ſuis.* *Eſth. 7.d. 9.b*
b Et gentes in terra dirigis. *quia per tales effectus dirigis Gentiles ad cognitionem tuæ veritatis.*
c Confiteãtur tibi populi Deus. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio pro fertilitate adepta, cùm dicitur: Confiteantur tibi populi Deus, ſcilicet confeſſione tuę laudis: & quare debeant ſic confiteri, ſubditur:*
F d Terra dedit fructum ſuum. *in magna abundantia per tuę gratię beneficium, ideo ſubditur:*
e Benedicat nos Deus, Deus no. *de futuro ſicut iam fecit de præterito.*
f Et metuant eũ &c. *tanquam iudicem omnium ad puniẽdum mala potentiſſimum. Licet autem hęc expoſitio in pluribus concordet literæ, tamen videtur aliquo modo extranea, quod pro fertilitate in Iudęa, quę eſt parua terra, inuitarentur omnes gentes, & populi totius mundi ad confeſſionem diuinæ laudis, & maximè, quia talis fertilitas non erat in alijs terris,*

## GLO. ORDIN.

a *In finem. Caſ.* Pſalmus Dauid, pphetæ de exultatione Chriſti, & eccleſiæ, hic, & in futuro, vt omnes Deo cantent. *Super pſ. 67* *Caſſ.* Surgente Chriſto quaſi eleuata arca, quid bonis, maliſque hic, & in futuro, vt illos terreat, hos lętificet. Modum ſuæ locutionis formãs ab eo quod Moyſi, & filijs Iſrael cõtra hoſtes dimicantibus olim contingebat: *†vide pſ. 4.* eleuata quippe arca domini hoſtes ſuos ſuperabant, atque in eleuatione arcæ verbis his ſimilibus Moyſes vſus fuiſſe dicitur.

a ¶Chriſtum. b ¶ Dirigens. c ¶De exultatione Chriſti, & ſuorum aduerſariorum ruina.

a b † In finem pſalmus cantici Dauid LXVII.

a ¶Iam factũ eſt. Surrexit Chriſtus, & diſperſi ſunt Iudęi per omnes gentes.

EXurgat Deus & a b

a ¶Hic in reſurrectione Chriſti, & poſt in iudicio futuro.

† diſſipentur inimici eius:

## GLOS. ORDINARIA.

## PSALMVS LXVII.

EXurgat Deus & diſſipentur inimici eius. *Caſſiodorus.* Confidenter optat quod ſcit futurum.

a *Qui ode-*

*deſertum, & partim in ingreſſu terrę promiſſionis, & poſt egreſſum. Dicunt tamen quòd iſta beneficia non ponuntur in hoc pſal. eodem ordine, quo fuerunt facta, ſed quantum ad aliqua priora poſtponuntur poſterioribus, & econuerſo: & quia iſta expoſitio eſt multum intricata, & in aliquibus videtur extorta, & cum hoc etiam ſatis prolixa, ideo eam dimitto & accipio aliam, quę magis conſonat ſcripturę noui teſtam. Paulus enim Apoſtolus exponit ſcripturam huius pſ. de miſſione Spirituſſancti poſt aſcenſionem Chri. di. Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti, propter quod dicit: Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, pp quod vr̃, q pſal. iſte ad lr̃am non ſit gratiarum actio de prętentis beneficijs, ſed magis prophetia de futuris per Chriſtum exhibendis. Quod prętuidens Dauid in ſpiritu fecit pſ. iſtum. Secundum igitur hũc ſenſum pſal. iſte in duas partes diuiditur: quia primò agitur de Chriſti reſurrectione, ſecundò de eius aſcenſione, & cum iſtis agitur de beneficijs ſequentibus ad ea, ſecunda incipit ibi: Cantate Deo. Circa primum Dauid poſtulat Chriſti reſurrectionem, di.*
a Exurgat Deus. *quia Chriſtus mortuus fuit ex humanitatis infirmitate, ſed reſurrexit ex diuinitatis virtute.*
b Et diſſipentur inimici eius. *ideſt Iudæi, qui in vindictã mortis Chri*

¶ *per*

## NICO. DE LYRA. PSAL. LXVII.

EXurgat. *Huic pſal. premittitur talis titulus in Hebręo: Ad victoriam Dauid pſal. cantici, & in transla. Hie. Victori Dauid pſal. cantici, & eſt eadem ſententia vtrobique, quę patet ex prędictis in alijs titu. Ex titu. autem iſto apparet autor huius pſ. Dauid. De materia verò huius pſal. dicit Ra. Salo. & alij Heb. & etiam aliqui do. catholici in hoc eos ſequentes, q Dauid fecit hunc pſal. pro gratiarum actione de beneficijs collatis populo Iſrael, partim in egreſſu de Aegypto, partim in progreſſu per deſertum*

## MORALITER.

a Exurgat. Pſ. iſte, ſm Hebr. ẽ gr̃arũ actio p bñficiis exhibitis populo Iſrael, partim ĩ exitu de Ægypto, ptim ĩ pgreſſu p deſertũ, partim in acceſſu ad terrã pmiſſionis. Sed mihi vr̃, quòd eſt magis prophetia de bñficiis p Chriſtũ exhibitis ĩ ſua reſurrectione & aſcẽſione: q̃ pũidẽs Dauid in ſpũ fecit hunc pſ. Quẽ ſic expoſui ſecundum ſenſum literalem. Et qm̃ iſte ſenſus eſt etiam ſpiritualis, non occurrit mihi alius ſenſus ſpiritualis conuenientior hic ponendus.



a *Et fugiant. Hieron.* vel de pœnitentibus legi poteſt in bono, A quaſi odientes fugiant & diſſipentur. Sed alij ſicut deficit, fumus deficiant: non vt in nihilum redigantur, ſed vt quieſcant à peccatis ſuis. Et ſic pereant peccatores per pœnitentiam in eo q mali ſunt: A facie Dei. i. à præſentia gratię eius, ſicut fluit cera à facie ignis: vt lachrymis pœnitẽtiæ admoto igne ſpiritus ſancti duritia eorum ſoluatur.
b *Qui oderunt eum à facie eius. Aug.* Pertinaces à pręſentia tollantur eius qui vbique præſens: graue maledictum, vt velint & conentur quod nullatenus fieri poteſt.
c *Sicut deficit fumus &c. Caſſ.* Fumus ex flamma aſcenſu vaneſcit, ita peccatores ex flamma nequitiæ fumiferas actiones producunt: & ipſa elatione deficiunt.
d *Sicut fluit cera à facie ignis. Aug.* De pœnitentibus dici poteſt, vel in iudicio, à facie Dei tollẽtur mali: qui erit ignis ad pœnam impiorum, & lumẽ iuſtorum.
e *Epulentur. Caſſ. Aug.* In delitiis quæ ſunt in conſpectu Dei. Et delectentur, hoc poteſt eos delectare, quòd læti ſunt: quia non eſt finienda eorum lætitia.
f *Cantate Deo. Auguſt.* Conuertit ſe ad eos, quibus tantam ſpem dedit, & hortatur.
g *Qui aſcendit &c. Aug.* Non eum excipiet noua vita, niſi vetus occiderit, vel reſurgendo caſum corporis vicit.
h *Super occaſum. Caſſ.* Occaſus mortis cedit illi ſuper quem ſol iuſtitiæ oritur. Et ne dubitet quis iſte ſit, quia Dñs nomen illi eſſentiale, quẽ Iudæi vt communem hominem occiderũt.
i *In conſpectu eius. Caſſ.* Conſideratio præmij futuri ęrumnas mitigat.
K *Orphani. Aug.* Quibus mortuus eſt pater, mundus, & diabolus, & mater B concupiſcentia. Viduæ quibus error maritus moritur. In quibus habitat Deus. quos colligit, quos trahit: quia de viduis & orphanis facit ſibi templum in quo eſt.
l *Deus qui inhabitare facit. Hieron.* In Hebræo habetur: Dominus autem inhabitare facit monachos in domo, in quibus non cohabitat peccatum.
m *Vnius moris in domo. Aug.* Vnanimes vnum ſentientes: iſte eſt ſanctus locus Dei, non omnes qui in domo, in qua & vaſa contumeliæ: hunc autem locum gratia ędificat, non meritis. vnde ſubdit: Qui educit vinctos.
n *Educit vinctos. Caſſ.* De inferno ligato diabolo.
o *Qui exaſperant. Caſſ.* Blaſphemos in Deum. Vel perſequendo in ſepulchris in carnalibus fœtidis ſepulti, vt nec velint, nec poſſint ambulare. *Exaſperant. Aug.* Reſiſtendo iuſtitiæ, cùm omnino ſint mortui in operibus mortuis. vnde verò volunt ambulare, nec poſſunt: hi ſoluuntur per gratiam, illi reſuſcitantur.

a *Deus*

a ¶Non loco, quia vbique pręſens eſt: ſed metu animi in timendo, non latendo. b ¶Auguſt. Non ea quam non vident quæ vbique eſt, ſed à præſentia qua in nubibus venit. id eſt præconibus. ¶Id eſt timeant à præſentia ſanctorum.

a b & fugiant qui oderunt eum à facie a b

a ¶Aug. Exuierunt ſe ignibus odiorum inſultantes crucifixo, & inde mox euanuerunt. b ¶Id eſt ſic pereant peccatores à facie Dei.

c eius. Sicut † deficit fumus deficiant, c

¶Annihilatur.

d ſicut fluit cera à facie ignis, ſic per- d

¶Econtra.

e eant peccatores à facie Dei. Et iuſti e

a ¶Iucundentur qui laborauerunt in vinea cõtemplatione Dei hic & in futuro. b ¶Caſſ. Non coram hominibus vana iactantia. ¶Vel modo, vel tunc. c ¶Qui ſine errore inſpicit.

† epulentur, & exultẽt in cõſpectu

a ¶Et ſi iam inſultent inimici timere. b ¶Et ideo. ¶Mente. Etiam exaltare cum tremore.

f Dei, & delectẽtur in lætitiã. Cantate f

a ¶Viuẽdo Deo. b ¶Id eſt rectè operemini gloriæ eius.

Deõ, † pſalmum dicite nomini eiꝰ:

a ¶Aug. In corda credentium. ¶Caſſ. Vel corda veſtra parate vt intret: quia impolluta via eius.

g h † iter facite ei qui aſcẽdit † ſup occa- g h

a ¶Quia. ¶Quod ſi cognouiſſent nunquam Dominũ gloriæ crucifixiſſent. 1. Cor. 2. b. b ¶Eſſentiale. c ¶Etiam dum faciendo iter occurrunt triſtia. ¶Non modo non deficiatis verum.

ſum, † Dominus nomẽ illi. Exultate i

a ¶Non hominum. b ¶Aug. Quia qui vos turbant in conſpectu hominum.

i in conſpectu eius: turbabuntur à fa k

a ¶Cuius? b ¶Quaſi non eſtis deſtituti vt petant.

k cie eius, † patris orphanorum & † iu l

a ¶Aug. Spe ſeculi carentium. b ¶Quo non extra nos, ſed in nobis.

l dicis uiduarũ. † Deus in loco ſancto m

a ¶Ipſe ſibi ędificat.

m ſuo, † Deus qui inhabitare facit † v- n

a ¶ Soluit vincula peccatorum. vnde: Dirupiſti vincula mea. Pſal. 115. b.

n nius moris ĩ domo. Qui educit † vin o

a ¶Per quam fortes ſunt qui ante non erant. ¶Sua ¶Educit.

ctos † in fortitudine, † ſimiliter eos p

o qui exaſperant, qui habitant in ſe- q

f Cantate Deo. *Conſequenter agitur de Chriſti aſcenſione & eius beneficijs. & primò inuitantur angeli ad laudandum Chriſtum aſcendentẽ. ſecundò homines, ibi: Regna terræ cantate Deo. Circa primum primò inuitantur angeli ad eius miniſterium. ſecundò ad conſortiũ, & ad vtrunque cũ exultatione. ſecunda ibi: Currus Dei. Prima adhuc in duas, quia primò Dauid facit propoſitũ. ſecundò ad hoc inducit exemplum, ibi: Deus cum egredere. Circa primum dicit ſic:* Cantate Deo. *Et dirigitur hoc verbum principaliter ad angelos, qui Chriſto aſcendenti exhibebant miniſterium cum laudibus: vnde in eius aſcenſu apparuerunt angeli.* C
g Iter facite ei. *i. miniſterium exhibete Chriſto aſcendenti: non propter ſui indigentiam, ſed ad eius magnificentiam.*
h Qui aſcendit ſuper occaſum. *In Hebręo habetur* בערבות *Baaraboth. i. in Araboth. & vt dicunt Hebræi, nomen eſt proprium vnius de ſeptem cœlis, qualiter autem diſtinguunt ſeptem cœlos, non eſt præſentis ſpeculationis, ſed ſecundum eos hęc eſt vera litera: Qui aſcendit in cœlum: quod competit Chriſto, quia Chriſtus aſcendit ad cœlum empyreum, quod antonomaſicè cœlum dicitur: & ideo dicitur hic cœlum ſine additione. eadem verò ſentẽtia deſignatur per hoc quod hic dicitur: Qui aſcendit ſuper occaſum. Iudei enim adorabant ad occidentem, ſicut declaratum fuit plenius in Exo. & 3. Reg. in quibus agitur de diſpoſitione tabernaculi Moyſi. & templi Salomonis, per hoc ergo, q dicitur Chriſtus aſcendiſſe ſuper occaſum, intelligitur aſcendiſſe ſuper locum adorationis humanæ, ſcilicet ad locum adorationis angelicæ, qui locus eſt cœlum empyreum, vbi angeli adorant, & venerantur Deum: ideo & de Chriſto ſubditur:* † ſuper cœlos.
i Dominus nomen illi. *Et dicitur Dominus abſolutè, quia præeſt omni creaturæ, ſecundum quod dicit in Matth. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* † iudex
K Turbabuntur à facie eius. *i. inimici ſui, de quibus dictum eſt in principio huius pſal.* D
l Patris orphan. & iud. vid. *i. à facie illius qui eſt pater orphanorum, & iudex viduarum. proprium enim ipſius Dei eſt miſereri. Orphani autem & viduæ magis indigent diuina miſericordia, quàm aliæ perſonæ. & ideo Chriſtus verus Deus dicitur pater orphanorum eos nutriendo, & iudex viduarum, eas de iniurijs ſibi illatis, quæ eis ſolent inferri, eò quòd non poſſunt ſe defendere, vindicando.* † vnicos. i. ex vnicis perſonis ſacit magnã familiam, ear domũ plenam filiis † compeditos † veruntamen rebelles habitauerunt per manent in ſicco.
m Deus in loco ſancto ſuo. *Hoc eſt in cœlo empyreo. licet enim ſecundum deitatem ſit vbique per pręſentiam, eſſentiam & potentiam: in cœlo tamen empyreo dicitur eſſe ſpecialiter per glorię refulgentiam. ſecundum etiam humanitatem aſſumptam eſt ibi, ſicut in loco proprio & determinato.*
n Deus qui inhabitare facit &c. *Per quam poteſt intelligi eccleſia triumphans, quia omnes ibi habitantes ſunt in charitate perfecta concorditer viuentes. Poteſt etiam domus Dei dici eccleſia militans: quę fuit valde vnanimis poſt Aſcenſionem Chriſti ſub Apoſtolis, ſecundũ quod dicitur: Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum quę poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erãt illis omnia communia. Et quia illo tempore multi de Iudaiſmo & de gentibus ad fidem Chriſti conuertebantur, vt habetur Act. 2. & in pluribus locis. ideo ſubditur:* Act. 4.f
o Qui educit vinctos in fortitudine &c. *Circa quod ſciendum, quòd dicit Aug. ſuper Ioan. Maius eſt iuſtificare impium, quàm creare cœlum & terram. & ideo iuſtificare impium eſt opus magnę fortitudinis, & maximè quãdo tenetur in peccato ligatus vitio conſuetudinis: & hoc notatur, cùm dicitur:* Qui educit vinctos in fortitudine. *Sed adhuc maioris fortitudinis eſt, quòd aliquis non ſolùm prędicto modo ligatus, ſed etiam actu perſequens fidem conuertatur, & de infidelitate educatur, qualis fuit Paulus & plures alij. ideo ſubditur:* Aug. ſuper Ioan.
p Similiter eos qui exaſperant. *Scilicet contra Chriſtum verbis & factis: propter quod dixit Chriſtus Paulo: Saule Saule quid me perſequeris? Sed adhuc difficilius videtur, quòd aliqui mortui in infidelitate, ſeu mortali peccato reſuſcitentur: & ad fidem, ſeu pœnitentiam reuertantur, ſicut fuit de iuuene reſuſcitato à ſancto Ioanne euangeliſta: & de illo qui per ſuſpendium ſe interfecerat, reſuſcitato à beato Martino: & de multis alijs diuina virtute ſic reſuſcitatis in nomine Chriſti. ideo ſubditur:* Act. 9.a
q Qui habitant in ſepulchris. *Tranſlatio Hieron. ſic habet: Educit vinctos in fortitudine. Increduli autem habitauerunt in ſiccitatibus. & ſic eſt alius ſenſus talis: Increduli ſcilicet in infidelitate obſtinati, habitauerunt in ſiccitatibus, id eſt caruerunt humore virtutis & gratię.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *per Titum & Veſpaſianum, partim fuerunt trucidati, & partim captiuati, & per orbẽ diſperſi. vel aliter: Inimici eius. i. ſpiritus maligni, qui Chriſto reſurgente fuerunt confuſi, & ſpoliati.*
a Et fugiant qui oderunt. *Id eſt dæmones.*
b A facie eius. *Quia poſt reſurrectionem in nomine Chriſti fugabantur dæmones de obſeſſis.*
c Sicut deficit fumus, &c. *Non eſt per hoc intelligendum corruptio eorum, quantùm ad naturam eorum, cum ſint immortales, ſed deiectio eorum à poteſtate quam habebant ſuper homines. Adorabantur enim communiter in idolis, quę idololatria per orbem eſt annihilata.*
d Sic pereant peccatores à facie Dei. *Id eſt dæmones modo prędicto, qui propriè vocantur peccatores, quia ſunt in peccato obſtinati, quia irremediabile eſt peccatum angeli.*
e Et iuſti &c. *Quia poſt reſurrectionem Chriſti fideles ſimul habitantes in Ieruſalem reficiebantur in Dño exultantes, ſecundum quod dr̃: Perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem: ſumebãt cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis collaudantes Deum.*

f Cantate



¶ a Deus

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Deus cùm egred, &c. Caſſ.* Diapſalmus. de verbo euangelij per egreſſum Chriſti. *Caſſ.* Deus cùm egredereris. Verè educis, quia præfiguratus eſt egreſſus eius coram Iſrael, dum in columna nubis & ignis apparuit in deſerto, & manna ſatiauit. *Alleg. Aug.* Egreſſus dum apparuit hominibus per humanitatem, vel dum educit vinctos. i. ſuſcitat. Tranſiit in deſertum, cum ad gentes venit.

E

*Vbi ſupra. Exo.13.d Vbi ſupra. Beneficia Dei populo Iſrael in egreſſu de Aegypto exhibita.*

b *Terra mota eſt.* Quia tunc terreni videndo tanta mirabilia moti ſunt.

c *Cœli diſtillauerunt.* Manna, dum in modum ſtillicidij manna deſcendit à facie Dei, cuius præſentia per columnam noſcebatur. *Aug.* Mons Sina à facie Dei fumauit, ſecundum aliam literam, quando Moyſes ibi legem accepit.

* Sela ſuprà pſal. 3.

d *Pluuiam voluntariam.* Hoc eſt quod cœli diſtillauerunt manna, voluntaria, quæ ſatisfaceret voluntati illius gentis auidè comedendi.

* qui eſt Deus

e *Segregabis Deus.* Quia non aliis gentibus dedit quòd tunc Iudæis.

f *Infirmata eſt.* Ad tempus, dum Chriſto non credidit. *Caſſ.* Perfecit Deus hæreditatem ſuam, dum gentes in ſupplementum admiſit. Subdit vnde perfecit.

† voluntatum. i. tempeſtiuam qualis ſolet optari, vel liberalitatum. i. abundãtes eleuare faces. i. effundes

g *Animalia tua &c.* i. gentes tuæ, dum credunt, habitãt in in hereditate. i. in eccleſia. Quę ſunt animalia exponit.

h *Paraſti.* Prædeſtinatos dicit, quia ab origine mundi præparati ſunt.

† vel cõfirmaſti. † 12.q.6.c. ſam verò.

*Aug.* Vel mõs Sina à facie Dei Iſrael, ſubaudi diſtillauit. i. ſunt cęli & montes. ſ. Apoſtoli. Nec tñ dicit mõtes, ſed montes, idem ſignificãs ſingulari numero quod plurali. Et dñr mons Sina, quia legem diſtillauerunt, vnde terræmotus, quia turbãtur homines legem implere non valentes: & hæc pluuia eſt lex quam ſoli Iſraeli dedit. Et infirmata eſt lex, vel hæreditas. lex quia minatur, nec adiuuat, & ita infirmos facit. Populus, quia abũdauit delictum data lege, ſed Deus perfecit legem per ſpiritum datum, vel populum in quo ſuperabundauit gratia. *Caſſ.* Hæc myſticè, ſed ſecundum figuram cũ tranſiuit in deſerto corã Iſrael in columna nubis & ignis. Terra mota eſt. i. homines, viſis illis miraculis. Cœli manna ſtillauerunt, & manna fluit pluuia voluntaria, quæ ſoli Iſrael data eſt, vt voluntati illius ſatisfaceret. Iſrael autem infirmatus eſt faſtidio illius cibi, deſiderans carnes Aegypti: ſed ille percuſſus eſt à Deo non perfectus: mittit ergo ad myſterium. *Aug.* Quidam libri non habent mons, ſed à facie Dei Sina Iſrael. i. qui legem dedit populo Iſrael: quia qui legem dedit per Moyſen qua terreret, dedit & benedictionem per Apoſtolos qua liberet.

† ſpecies

F

a ¶ Caſſ. egreditur cum apparet in operibus, ſed non niſi his qui norunt eius opera intueri: hæc ſcilicet opera quod vinctos ſoluit, mortuos ſuſcitat.

pulchris. Deus cùm † egredereris in conſpectu populi tui, cùm † pertranſires in deſerto. * Terra mota eſt:

a ¶ Id eſt gentes. b ¶ Terreni ad fidem excitati ſunt. Sed vide? quia: cœli, id eſt Apoſtoli. c ¶ Cum prædicaretis gentibus.

etenim cęli diſtillauerũt à facie Dei * Sinai, à facie Dei * Iſrael. Pluuiam

a ¶ Pluuiam, id eſt gratiam. b ¶ Aug. Non à ſe, ſed à Deo qui in illis.

a ¶ Aliàs mons Sina ¶ Aug. Paulus Apoſtolus gentium, qui plus omnibus ſtillauit, generatus prius in ſeruitutem ex lege quæ data fuit in mõte Sina: ergo bene per Sina ſignificatur. b ¶ Doctrinam.

† voluntariã ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt, tu verò † perfeciſti eam. † Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in † dulcedine tua pauperi Deus. Dominus dabit verbum euangelizantibus † virtute multa. Rex virtutũ dilecti dilecti: et † ſpeci domus diuidere ſpolia. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargẽtatæ, & † po-

a ¶ Aug. Gratiam quæ ſine meritis datur: ¶ Vnde: Voluntariè nos genuit verbo veritatis. b ¶ Fidelibus in quos pluuia profluа irrigatione deſcendat.

a ¶ Aug. Agnouit ſe nihil eſſe ex ſe.

a ¶ Hieron. Quia virtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12. c. b Gentes manſuetæ & conuerſæ. c Tibi ſubdita, non ſibi libera.

a ¶ Hæreditate. ¶ Ieruſalem. b ¶ Quomodo?

a ¶ Non in illius facultate. ¶ Non ſeculi quæ amara. b ¶ Qui in ſe infirmus. c ¶ Per quos? ¶ Pater.

a ¶ Cibaria animalibus tuis. b ¶ Aug. Ecce quid operantur animalia euangelizant.

a ¶ Conſtantia fidei vel miraculorum. b ¶ Quis Dñs? ¶ Quia ab eo regitur, eiq; militat virtus à quo datur. c ¶ Vnici filij.

a ¶ Dabit. b ¶ Alios Apoſtolos, alios prophetas faciendo. c ¶ Ereptos diabolo.

a ¶ Iã cõuertit verba ad eos de quibus fit ſpecies domus. b ¶ Per quos exaltatur eccleſia & ſemper volat.

a ¶ Erant. b ¶ De qua dicitur: vna eſt columba mea. c ¶ Diuinis eloquiis eruditæ. d ¶ In reſurrectione vel in fine.

i *In dulcedine tua. Caſſ.* dulcedo eſt qua bonum fit non timore pœnæ, ſed delectatione iuſtitiæ.

K *Dominus dabit &c.* Virtutes multa euangelizantibus verbum.

l *Rex virtutum. Hieron.* Apoſtolorum vel dilecti. *Caſſ.* pater eſt Rex angelorũ quibus imperat, & ipſe dilectus. *Aug.* Rex virtutis. Filij. i pater. Vel more veteris ſcripturæ Chriſtus Rex virtutum Chriſti. i. ſuarum, vt fecit Moyſes, ſicut præcepit Dominus Moyſi.

m *Dilecti dilecti, &c. Caſſ.* Repetitio dilecti ad commendationem: Sed non eſt hæc repetitio in omnibus libris: ſed ſiue ſit ſiue non, hic eſt ſenſus dilecti: non ſolum ad alia, ſed etiam ad diuidenda ſpolia: quæ diuidendo ſpecioſam fecit eccleſiam.

n *Si dormiatis &c. Aug.* dormire inter medios cleros eſt in autoritate duorum teſtamentorum requieſcere, & pacificè acquieſcere pennæ columbę deargentatæ, quorum prædicatione in cœlum fertur gloria eccleſiæ.

p *Columbæ deargentatæ. Aug. Caſſ.* Colũba eccleſia, de qua in cãticis: Vna eſt columba mea: hæc eſt deargentata, diuinis eloquiis erudita. per angelum enim figuratur diuinum eloquium. vnde alibi: Eloquia Domini, argentum. pennæ columbę doctores eccleſiæ: per quos exaltatur eccleſia, & illa ſemper volat ad alta: quorum prædicatione in cœlum fertur.

q *Et poſteriora. Aug.* Vbi radices alarũ: vel vbi portatur ſarcina, charitas. Alę duo præcepta charitatis: in quibus tota lex & prophetæ. Sarcina leuis, ipſa charitas quę in his impletur: quia quicquid difficile eſt in præcepto, leue eſt amanti. Vnde: Onus meum leue per ſpiritum, ex quo charitas. Ibi ergo viror auri. i. vigor ſapientiæ. Vigor ſapientiæ eſt charitas. *Aug.* Poſteriora huius columbæ. i. vltima in ſpecie auri ſplendent, quia poſtquam de mundo exiit ſuper aurum, lucet in charitate quæ nunquam excidit: hic argento, ibi auro comparatur.

H

o *Inter medios cleros. Aug.* Latinæ linguæ eſſet inter cleros: ſed quòd dicimus inter nos, Græcus habet, inter medium noſtrum. Hic ergo inter medios cleros, id eſt inter medium clerorum, quod dici ſolet in eis rebus, quæ inter ſe debent habere

## NICOLAVS DE LYRA.

a Deus cum egredereris &c. *Hic conſequenter adducitur exemplũ ad propoſitum, vel potius argumentum ex exemplo deductum: quia maius fuit Chriſtum in cœlum aſcendere, quam angelum in perſona Dei loquentem ad dandum legem ſuper montem Sinai deſcẽdere: & ideo quia tunc facta fuit ſpecialis gratia populo fideli, multò fortius debuit in Chriſti aſcenſione fieri: & hoc eſt quod diceret:* Deus cum egredereris. *exeuntis de Aegypto quem præcedebat Dominus per diem in columna nubis, & per noctem in columba ignis. Exo. 13.*

b Cum pertranſires in deſerto *ſ. vſque ad montem Sina.*

c Terra mota eſt, *Quia mons Sinai videbatur tremere.*

Exo.19.a d Etenim cœli diſtillauerunt &c. *Id eſt Dei deſcendentis in monte Sinai, quia nubes denſiſſima operuit montem Sinai, ex qua nube ſtillabãt pluuiæ: ex hoc concludit dicens.*

e Pluuiam volunt. &c. *i. multò magis eccleſiam tuam, quæ eſt hæreditas tua empta tuo ſanguine, irrigabis voluntariè pluuia gratiæ tuæ.*

f Et infirmata eſt, *Quia poſt aſcenſionem Chriſti eccleſia in Ieruſalem collecta multas perſecutiones ſuſtinuit, vt habetur Act. 8. & 9.*

g Tu verò perfe. eam. *Quia Deus tantam virtutẽ contulit credentibus, quod ex illis perſecutionib. magis creuit & confirmata fuit fides catholica.*

h Animalia tua &c. *Id eſt fideles tui, qui in pluribus locis ſacræ ſcripturę dicuntur oues Domini: & eodem modo hic dicuntur animalia eius: & hoc modo accipit Ra. Sal. quòd animalia Dei ſunt filij Iſrael.*

Act.4.g i Paraſti in dul. &c. *i. populo catholico, qui fuit pauper & abiectus in principio: paraſti ad ſufficientiam, ſecundum quod dicitur in Act. Gratia magna erat in omnibus illis, neque enim quiſquã egẽs erat inter illos.*

Act.4.g K Dominus dabit &c. *Quod fuit tunc impletum, ſecundum quod dicitur: Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

l Rex vir. dilecti. *Transla. Hier. habet: Reges exercituũ fœderabuntur: quia per prædicationem Apoſtolorum, aliorumq; diſcipulorum Chriſti, non ſolum vulgares homines, ſed multi Reges, principes & potentes fuerunt fœderati cum Chriſto per ſuſceptionem fidei: & hoc eſt qood dñr hic:* Rex virtutum. *i. Reges potentes: & accipitur hic ſingulare pro plurali, ſicut in Exo. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarum.*

m Dilecti. *i. facti ſunt dilecti ipſius Chriſti, qui eſt dilectus patris, ſecundum quod dicitur in Matth. Hic eſt filius meus dilectus &c.*

n Et ſpeciei do. &c. *Quia principes & potentes conuerſi ad fidem dederunt eccleſiæ pretioſa donaria, ex quibus ornata eſt eccleſia, vt patet in pluribus hiſtorijs & ſanctorum legendis: & hoc eſt quod dicitur:* Et ſpeciei do. *hoc eſt ad ſpeciẽ et decorem domus Dei quę eſt eccleſia pertinet.*

o Diuidere ſpolia. *Hoc eſt, diuerſis eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis diuidere prędicta donaria. Conſequenter oſtenditur qualiter temporalibus talibus ſit vtendum, cùm dicitur:*

p Si dor. &c. *Ad cuius intellectũ ſciẽdũ, quod* κλῆρος *cleros Grecè, idem eſt quod ſors Latinè. Columba autem hic accipitur pro eccleſia, quę frequenter columba nominatur in Cant. Pennę autem huius columbę ſunt virtutes eam ad cœleſtia eleuãtes, dicit ergo:* Si dormiatis, *i. quieſcatis.*

q Inter medios clæros. *Id eſt inter ſtatus eccleſię, ſcilicet militantis & triumphantis: quod fit quando ſic vtuntur homines bonis pręſentis vitę, vt non amittant bona ęterna, ſed magis acquirant, quia ſicut diuitię impedimenta ſunt reprobis, ita probis ſunt adiumenta virtutis, vt dicit Amb. ſuper Luc. Et ſic:*

r Pennæ columbæ deargentatæ. *Sunt, quia pręſens vita ducitur in conſcientię puritate.*

s Et po. &c. *i. ſuperiores partes pẽnarũ, quę ſunt ſuper colũba deorſum.*

a In pallore



habere conſenſum. Cleros teſtamenta dicit, per quæ datur hæreditas, quæ Græcè dr̃ cleronomia: Latinè cleros ſors, & ſortes ex promiſſione Dei, partes hæreditatis vocantur: vel cleros ipſas hæreditates hic dicimus, terrenam veteris teſtamenti, ęternam noui. Inter quas dormit, qui illam iam non ardenter petit, & iſtam patienter expectat. Qui enim adhuc terrenæ inhiat, nunquam quieſcit, ſed cupiditatibus per multa agitatur. Vel ſi dormiatis. i. ſi moramini, vt vſq; in finem in hoc perſeueretis, inter medios cleros, hoc eſt in contemptu terrenorũ, ſpe cęleſtium. *Aug.* Vtrum dñs dabit verbũ euangelizantibus virtute multa. Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, niue dealbabuntur in Selmon, hoc eſt, ſi vos qui diuidimini ſpolia ſpeciei domus per diuerſa dona, dormiatis inter medios cleros, tunc vos qui eſtis pennæ dealbabimini in Selmon. Vel ita: Si vos ò pennæ dormiatis inter medios cleros, tunc niue dealbabuntur. ſ. homines, qui per gratiam remiſſionem peccatorum accipiunt. Vel ſi dormiatis vos qui diuidimini ſpeciei domus, eritis pennæ columbæ deargentatæ: hoc eſt, in alta eleuabimini, vel vobis erunt pennæ, ambiguũ eſt. *Caſſ.* Diapſal. dum diſcernit de donationibus Chriſti aſcendentis, qui ſolus poteſt & non alius. *Aug.* Dũ gratia ſpiritusſancti Reges diſcernantur ſuper eccleſiam, niue dealbabuntur in Selmõ. i. vmbra. i. ſpiritusſancti gratia, quia non meritis diſcernuntur, ſed ſpiritu obumbrante ab ęſtu carnis, vmbra fit lumine, & corpore. Lumen eſt verbum, cui corpus acceſſit, verbum caro factum eſt, & in eum credentes proteguntur,

A

a *Mons Dei mons pinguis. Aug. Caſſ.* Commendationem montis ſubdit: Mons Dei mons vber: vnde aquæ irriguæ, & ſuaues fluunt, coagulatus propter paruulos, ſed pinguis fertilitate ſua propter maturos. Vt quid ergo putatis alios montes eſſe hunc montem. Iſte ſolus eſt, in quo beneplacitum eſt Deo. Hic enim eſt mons, qui in Ezechiele vulnerat principem Tyri.

B

¶ Si dormiatis &c. eritis pennæ, quod non eſt niſi per diſcernentem, quia.

ſteriora dorſi eius i † pallore auri. Dũ † diſcernit cęleſtis reges ſuper eam, † niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei mons † pinguis. Mons † coagulatus mons pinguis: vt quid † ſuſpicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in † finem. Currus Dei decem milibus multiplex milia lętantium: Dominus in eis, in Sina in ſancto. Aſcendiſti in altum † cepiſti captiuitatem,

a ¶ Aug. diuidens ſingulis prout vult. b ¶ Qui aſcendens ſuper oẽs cœlos. c ¶ Rectores vel doctores. d ¶ Columbam, vel hæreditatem.

a ¶ Incomparabiliter. b ¶ Per remiſſionem peccatorũ. Ipſi rectores, vel alij homines. c ¶ In vmbra gratię. ¶ Corpore Chri. ¶ Iſte Selmõ eſt mons in vertice mõtiũ.

a ¶ Qui eſt. b ¶ Ne quis audeat eum cæteris comparare: quia dicebant eum alij Ioannem, alij Eliam, quos increpat, vt quid ſuſpicamini, &c.

a ¶ Lacte nutriens tenerioris doctrinæ. ¶ Alias incaſeatus. b ¶ Pane cibans.

a ¶ Scilicet eſſe montem, in quo &c.

a ¶ Chriſtus. ¶ Vel mons iſte eſt ſoius, qui patri placuit, vt in eo habitaret.

a ¶ Aug. Per ſe: in aliis per ipſum habitat.

a ¶ Alios montes. ¶ Aug. Vt aliquid ſint, qui ſine eo nil. vnde fiunt currus portando Deum: quos manendo in eis, & regendo ducit in finem, vt currum ad deſtinatum locum. ¶ Vſque.

a ¶ Eſt.

a ¶ Sunt. b ¶ In eo curru. c ¶ Cum lætantur. ¶ Quia ira. ¶ Qui erit & finis.

a ¶ Eſt. ¶ In impleto mandato. b ¶ Chriſto. c ¶ Conuertit verba ad ipſum Deũ. ¶ Sed hoc quõ? ¶ O Chriſte.

a ¶ Ad dexteram patris. ¶ Hieron. Loco, & dignitate. b ¶ Hoc de Chriſto Apoſtolus exponit. ¶ Antequam aſcenderes. c ¶ Homines qui erant ſub lege captiui vel ſub diabolo peccatum.

b *Beneplacitum eſt Deo &c. Aug.* Etenim dominus habitabit eum in finem, id eſt vſque ad terminum maieſtatis ſuæ, qui eſt finis ſine fine, & plenitudo omnium.

C

c *Etenim Dominus habitabit. Aug.* Nullus vt iſte: quia iſte mons ſ. dominus habitabit illos montes vſquequo ducat in finem. i. in ſe Deum contemplandum. *Idem.* Alij autem montes ſunt currus, per quos vehitur Deus in vniuerſum mundum. Currus: quia vnanimes copulati charitate, quos ad miniſterium voluntatis ſuæ moderatur Deus decem milibus innumeris populis multitudo ſanctorum.

d *In finem. Aug.* Quia perſonaliter vnitus eſt ei, in quo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

e *Milia lętantium. Aug. Caſſ.* Magnam multitudinem ſignificat ſanctorum, qui ſunt milia lætãtium, quia ſpe gaudent. Dominus enim in illis Sina. i. in mandato, quod ſanctum eſt. Quid enim prodeſt mãdatum, niſi dominus ibi ſit, qui dat velle, & operari? Aliter enim litera occidẽs: ſed dominus per ſpiritum dat charitatem, qua impletur, & ideo lætantur.

f *In Sina in ſancto. Caſſ.* Eſt mons, in quo data eſt lex. Dicitur mandatum, in quo requieſcit dominus, quia in ſanctis mandatis eius præſentia ſolet contueri. *In Sina &c. Hieron.* Vel in Sinai ſancto, id eſt, qui in Sina monte olim dedit legem, ipſe idem eſt in ſancto, id eſt in Chriſto, qui eſt ſanctuſſanctorum.

g *Aſcendiſti. Auguſt.* Qui propter nos erudiendos deſcendit.

h *In altum.* Super omnes cœlos.

i *Cœpiſti captiuitatem, &c.* Prius apud inferos captos, hæc ſunt ſpolia. Similitudo triumphi, accepiſti dona in hominibus à patre. i homines. Vel dediſti, ſecundum quod Deus, dona hominibus, quod etiam fit in triumphis. *Cœpiſti captiuitatem. Aug.* Vnde captiui dicũtur: quia capti retibus Petri, & ſub leue iugũ miſſi: vnde in hoc curru ſunt milia lætantium, non plorantium.

D

a Accepiſti

## NIC. DE LYRA.

a In pallore auri. *Id eſt terminantur in perfecta charitate, qua habetur in ſtatu patriæ. Conſequenter oſtenditur, per quorum miniſteriũ Deus talia agit, cùm dicitur.*

b Dum diſcernit cœleſtis. *Id eſt pater cœleſtis.*

c Reges. *Id eſt rectores.*

d Super eam. *Id eſt ſuper eccleſiam, quod fuit factum quando Deus decreuit mittere Apoſtolos ad diuerſas partes orbis ad regendam, & ordinandam eccleſiam: ad cuius regimen & ordinationem Apoſtoli inſtituerunt per diuerſas partes orbis epiſcopos & ſacerdotes, vt patet ex eorum geſtis. ideo ſubditur:*

e Niue deal. in &c. *Selmon vno modo eſt proprium nomen cuiuſdam montis, vt habetur Iud. 9. Alio modo eſt nomen appellatiuum, & ſignificat obſcuritatem: & ſic accipitur hic ab Hebræis: & ſic eſt ſenſus huius literæ:* Niue dealbabuntur. *i. ſuper niuem dealbabuntur, & eſt modus loquendi Hebraicus. Vnde ſuprà vbi habemus: Super niuem dealbabor. In Hebræo habetur, & niue albabor. i. plus quàm nix. In Selmõ. id eſt illi qui fuerunt in obſcuritate errorum: quia per miniſtros eccleſię infideles conuerſi ad fidem baptizabantur, & ſic qui fuerant in obſcuritate errorum, ſuper niuem dealbabantur, quia maior eſt dealbatio mentis, quàm corporis, quantò ſpiritualia corporalibus præferuntur. Et quia ſic augmentata fuit eccleſia. ideo ſubditur:*

f Mons Dei mons pinguis. *Et incipit hic verſus ſequens pręcedentem in Hebræo, & in tranſlat. Hier. Et dicitur hic eccleſia mons pinguis propter abundantiam gratiæ diuinæ in primitiua eccleſia maximè.*

g Mons coagulatus mons pinguis. *In Hebræo, & in tranſlatione Hieron. habetur: Mons excelſus, & idem ſignat, quia cogulatio hic accipitur prout importat appoſitionem, ad rem aliquam per quam inaltatur. Et dicitur eccleſia mons excelſus, vel coagulatus quia ſecundum dictum Saluatoris: Aſſimilatur grano ſinapis: quod cùm ſit minimum, aſcendet in arborem magnã per fidei dilatationem, propter quod de ea dr. Erit in nouiſſimis diebus mons domus Dei in vertice montium &c.*

h Vt quid ſuſpicamini &c. *Pſalmiſta conuertit ſermonem ad Gentiles idola colentes in delubris, & phanis, dicens: Vt quid ſuſpicamini, id eſt falsò creditis.*

i Montes coagulatos? *Id eſt loca ſalutis extra eccleſiam eſſe ſcilicet templa veſtra, & idola.*

K Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo. *Id eſt ille ſolus eſt verè mons congulatus, & pinguis, in quo beneplacitum eſt Deo cohabitare, cuiuſmodi eſt eccleſia militans. Vnde dicit Saluator: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Matth.28.d *Et eccleſia triumphans, in qua ęternaliter cum ſanctis habitabit. ideo ſubditur:*

l Etenim Domiuus habitabit in finem. *In tranſlatione Hiero. habetur: In ſempiternum.*

m Currus Dei &c. *Hic conſequenter Pſalmiſta inuitat angelos ad deferendum Chriſto aſcendenti conſortium. Ad magnificentiam enim Regis non ſolùm facit multitudo miniſtrantium, ſed etiam multitudo aſſociantium, ſecundum quod dicitur in Prouerb. In multitudine populi dignitas Regis: in paucitate verò plebis ignominia principis.* Prou.14.d *Et primò inuitat Pſal. angelos ad Chriſti aſcendentis conſortium. ſecundò declarat eccleſiæ profectum, ibi: Benedictus Dominus. Circa primum pſalm. ad ſuum propoſitum præmittit exemplum de multitudine angelorum aſſiſtentium in datione legis, ſecundum quod habetur in Deuter. vbi dicit:* Deu.33.a *Dominus de Sinai venit, & ſubditur: Et cum eo ſanctorum milia, id eſt angelorum, vt ibidem fuit expoſitum, & hoc eſt, quod dicitur hic:* Currus Dei. *Dicuntur autem angeli Dei currus Dei, eò quòd ſibi ſubſint, & propter hoc dicitur in eis ſedere, ſicut in curru, vel in ſede, ſecundum quod dicitur infrà. Qui ſedes ſuper Cherubim.* Pſal.79.a

n Decem milibus multiplex milia lætantium. *Id eſt duplicatus. Vnde in Hebræo legitur: Bis decem milia lætantium: quia angeli ſancti ſemper laudant Deum.*

o Dominus in eis, &c. *Id eſt aſſociatus fuit per eos in legis datione ſuper montem ſanctum Sinai. Et ex hoc arguit, quòd maior multitudo debuit eſſe in aſcenſu Chriſti dicens:*

p Aſcendit in altum. *i. in cœlum empyreum.*

q Cœpiſti captiuitatem. *Id eſt accepiſti illos qui in limbo detinebantur captiui, eos tecum ad cœleſtia deducendo, quod fuit maius, quàm dare legem Moſaicam, & ideo debuiſti habere tecum maiorem angelorum multitudinem.*

i Montes



a Accepiſti

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Accepiſti dona in hominibus. Aug.* Paulus Apoſtolica autoritate ſecundum quod filius cum patre Deus eſt, dicit: Dedit dona hominibus, mittens ſpiritum qui eſt patris & filij. Sed ſecundum quod idem eſt caput in eccleſia, accepit dona in membris, dum ipſa membra accipiunt. Vnde: Quod vni ex minimis feciſtis, mihi feciſtis.

E

*Vbi ſupra. Eph.4.a*

*Mat.25.d*

b *Quotidie proſperum. Aug.* Quia quotidie captiuat captiuos vſq; in finem ſeculi. Et quia currum illum ducit in finem, addit: proſperum iter.

c *Iter faciet nobis &c. Aug.* Curſum vitæ, quæ verè proſper. cùm dux ſit ſalutaris.

*Vbi ſupra.*

d *Deus noſter &c. Caſſiod.* Diapſalma. Expone operationes quæ ex ſupradictis eueniunt: Conquaſſatio inimicorum, conuerſiones peccantiū, martyria ab vtroque ſexu.

e *Saluos faciendi. Aug.* Commendat gratiam, quia nullus ſaluus niſi per eum: ſed ne dicas: cur ergo moritur? patienter fer, & mortem non indigueris: quia & Domini qui ſine peccato fuit exitus non alius, quàm mortis, tamen voluntate, ne homo timeret mortem.

† Deus nobis eſt Deus ad ſalutes, & Domino Deo ad mortē ſunt exitus. vel, Deus qui nobis Saluator eſt, eſt Dominus Deus, per quem mortem euadimus, † conquaſſabit

f *Exitus mortis. Caſſ.* Id eſt reſurrectio, ne quæraris de morte, quia Chriſtus inde exiuit, & inde exire dedit. Ne mala pertinacium credas impunita, ſubdit: veruntamen capita, ſuperbiā, vel autores Iudaicæ ſectionis, vel ſeditiones, vel hæreſis.

g *Verticem capilli. Caſſ.* Verſutias inanium quæſtionum, quæ tales inimicitias calumniarum quærunt, vt capillos videantur perſcrutari.

h *Ex Baſan conuertam &c. Aug.* Id eſt confuſione, quia confundetur de peccatis, qui pro eis orat. Vel Baſan dicitur ſiccitas, & de ſiccitate. i. inopia iuſtitiæ conuertit Dominus non eos, qui plenos iuſtitiæ ſe putāt, cum ſint inanes. Vel conuertar, quia conuertitur Deus his, qui confunduntur de peccato, & qui ſicci imbrem gratiæ deſiderant, & ſecundum hoc conuertar in profundum maris, id eſt ad eos, qui erant deſperatiſſimi.

F

i *Pes tuus &c. Aug.* Id eſt, vt qui prius erant inimici, fiant pes tuus, prædicādo vſq; ad ſanguinem. ſ. vſq; ad mortem, & canes, pro Deo latrantes, qui edunt de micis, &c. *Pes tuus. Aug.* Illi ſoli ad officium regiminis aſſumendi ſunt, qui, quod percipiūt, aliis prædicant, & qui manibus bonorum operum exequuntur, quod ore prædicant, vel docent. Vnde in Leuitico: Os turturis retorquetur ad aſcellas.

† itinera tua

*Iud.7.b*

K *Canum tuorum. Aug.* In magno ſacramento eos ducere iuſſus eſt Gedeon, qui vt canes aquam lamberent, trecentos tantum, & non plures in ſigno crucis propter thau, quę trecentos ſignificat.

l *Ab ipſo. Aug.* Quaſi ſi quæras, vnde tantum bonum, vt canes eius ſint, cuius erant inimici? ait: ab ipſo, id eſt eius gratia, non à ſeipſis.

m *Viderunt ingreſſus. Aug* Vel viſi ſunt greſſus tui Deus, quib. veniſti in mundum: Hæc gratia latebat in veteri teſtamento. Modo patet cum miſſus filius annunciatur in gentibus.

a *Qui.*

---

a ¶Alias dediſti. b ¶Erogāda quæ donares ſuſceptis. c ¶Suſcipiendis. i. homines ſuſcipiendo.

a accepiſti dona in hominibus. † Et-

a ¶Quia. b ¶Erant. Vel accepiſti homines. ¶Iſti ſunt quos feliciter captiuauit. Vnde propheta plenus lætitia eructat hymnum: Benedictus.

enim non credētes inhabitare Do-

a ¶Chriſtum hominem. b ¶Scilicet verbum c ¶Laus de triumpho. ¶Aſcendit, & quo præceſſit nos ſequi faciat.

minum Deum. Benedictus Domi- c

a ¶Alias Aug. De die in diem, quod valet idem, id eſt iugiter. b ¶Ad ſe eundo.

b nus die quotidie: † proſperum iter d

a ¶Quæ tanta fecit. b ¶Qui & non credentes vocat à pluribus periculis. c ¶Salutationum.

faciet nobis, Deus † ſalutarium

a ¶Inquam. b ¶Non cuiuſcunque.

d noſtrorum. † Deus noſter Deus e

a ¶Quos tamen non mirum eſt mori, cum exitus Domini. ¶Tamen.

e ſaluos faciendi, & Domini Do- f

a ¶Eſt. b Quia nos liberat. c ¶Eſt mortuus, vel licet Saluator.

f mini exitus mortis. Veruntamen g

a ¶Aug. Vel vt humilientur hi, vel vt in tartara trudantur. b ¶Vt Arrij.

Deus † confringet capita inimico-

a ¶Aug. Nimis extollentium ſe in delictis, in quibus falcem deberent humiliari dicentes: Deus propitius eſto mihi peccatori: ſed & ibi ſuperbiunt, & in multa ruunt, ſecundum illud: Inſipiens cogitatio quæ perducit ad culpas. b ¶Extollentium.

g rum ſuorum: verticem capilli h

a ¶Perſeuerantium.

perambulantium in delictis ſuis.

a ¶Confringet, quia. ¶Dominus dixit. b ¶Ex gentibus etiam conuertet multos.

h Dixit Dominus, ex Baſan † con- i

a ¶Aug. Ad eos qui iacent in profundo maris. ¶Vel tar.

uertam, conuertam in profun-

¶Vel do. a ¶Seculi. b ¶Vel conuertam eos, vel conuertar ad eos: vt intingatur. Quod non Deus, ſed propheta dicit conuerſus ad ipſum.

i dum maris. Vt † intingatur pes k

a ¶Vel illorum. b ¶Fiet, vel erit.

k tuus in ſanguine: lingua canum

a ¶Per conuerſionem ex inimicis, fient canes pro Domino latrantes. b ¶A teipſo.

l tuorum ex inimicis † ab ipſo.

a ¶Intingatur, &c. Quia ſic te vident præceſſiſſe. ¶A parte tua. b ¶Cuius Dei. ¶O.

m Viderunt † ingreſſus tuos Deus, l

---

*amicis eius, & in pluribus alijs locis eiuſdem libri de alijs Gentilibus, ideo ſubditur:* G

b Etenim non credentes &c. *q. d. etiam per dona ſpirituſſancti factū eſt, quòd Gentiles non credentes. ſ. prius in vnum Deum habitent Dominum Deum, & habitentur ab eo: quia per gratiam ſanctiſpiritus Deus habitat in hominibus, & homines in Deo, ſecundùm quod dicitur:* Qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo: *& ideo* non *credentes, poteſt teneri nominatiuè, vel accuſatiuè.*

c Benedictus Dominus &c. *Hic conſequēter Pſalmiſta enarrat eccleſiæ profectū, quod facit dupliciter: Vno modo declarando eius promotionem. Alio modo aduerſariorum fidei depreſſionem. Secundum facit ibi:* Veruntamen Deus. *Circa primùm dicit:* Benedictus Dominus, *i. per ſingulos dies laudetur à fidelibus. Et cauſa ſubditur, cùm dicitur:*

d Proſperum iter faciet nobis. *Promouēdo eccleſiā de bono in melius ad ſalutem electorum. Et quia ſecūdum Apoſtolum.* Deus *vult omnes homines ſaluos fieri: & ad agnitionem veritatis venire. ideo ſubditur:*

e Deus noſter Deus ſaluos faciendi. *Quia ab eo eſt ſalus hominum, perditio autem ex malitia eorum, ſecundum quod dicitur in Oſee.* Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuum.

f Et Domini Domini exitus mortis. *i. à morte. Quia ſicut proprium eſt Dei ſaluos facere, ita etiam à morte culpæ, & gehennæ facere declinare. Et notandum, quòd cùm dicitur hic:* Domini Domini &c. *non eſt nugatio, quia in Hebræo ſunt duo nomina. Primum eſt nomen Domini tetragrammaton, quod ſignat Dei puram ſubſtantiam. Secundum eſt adonai, quod importat dominium, et per conſequens reſpectum ad creaturam, & ſic non eſt ibi nugatio, quia ſunt nomina à diuerſis proprietatibus impoſita: propter quod Hieron. tranſtulit, domini Dei mortis egreſſus: quia vbicunque ponitur nomen Domini tetragrammaton quod eſt ineffabile: Hieron. transfert hoc nomen Dominus: & ideo pro adonai tranſtulit Dei.* H

g Veruntamen Deus confriget &c. *Hic conſequēter declaratur aduerſariorum fidei deiectio. & primò quantum ad Iudæos. ſecūdò quantum ad Gentiles tyrannos, ibi:* Increpa feras. *Prima in duas, quia primò ponitur Iudæorum deiectio. ſecundò Chriſtianorum exultatio, ibi:* Præuenerunt. *Circa primum dicit:* Veruntamen Deus confri. *q. d. quamuis Deus velit omnes ſaluos fieri, tamen vult capita inimicorum ſuorum puniri ſecundum ordinem iuſtitię ſuę, cuiuſmodi fuerunt ſacerdotes, & principes Iudæorum: vt habetur in textu euangeliorum.*

b Verticem cap. &c. *i. ciuitatem Ieruſalem, quę erat caput regni Iudeę. Et dicitur vertex capilli. i. capilloſus: quia propter muros, & turres eam circundantes videbatur inexpugnabilis, ſicut vertex capilloſus dr̄ fortis & tamen fuit deſtructa, & incenſa à Romanis propter peccata Iudęorū eam inhabitantium. Modus autem deſtructionis eius ſubditur, cùm dr̄:*

i Dixit Dominus &c. *Ad cuius intellectum ſciendum, quòd Iudæa, in qua metropolis erat Ieruſalem, eſt ſita ex vna parte ſuper Iordanem fluuium, iuxta quem eſt terra Baſan, vt patet ex libro Numerorum, & ex alio latere ſuper mare mediterraneum. Veſpaſianus autem miſſus à Nerone contra Iudæam, aggregauit ſibi exercitum ex vtroque latere. ſ. per terram Baſan, & per mare, & hoc eſt quod dicitur:* Dixit Dominus. *Quia ex diuina diſpoſitione facta eſt deſtructio Iudeæ in vltionem mortis Chriſti, ſicut prædixerat Saluator:* Ex Baſan conuertam, conuertam in profundum maris. *i. conuertam exercitum contra Iudęam ex parte terræ Baſan, & ex parte maris.*

K Vt intingatur pes tuus &c. *Quia in deſtructione Ieruſalem tāta fuit occiſio Iudæorum, quòd pedes ambulantium tingebantur in ſanguine, & canes ſecundum ſuum appetitum poterant ſanguinem occiſorum lingere. A principio enim belli vſque ad finem, fuerunt decies centēna milia Iudæorum occiſi, vt dicit Ioſephus libro de Iudaico bello. Cauſa autem tantæ occiſionis ſubditur, cùm dicitur:*

l Viderunt ingreſſus tuos Deus. *Iudæi enim viderant proceſſum Chriſti per terram eorum prædicando, miracula faciendo, & ideo erant magis puniendi tanquam excuſationem ſui ſceleris non habentes, propter quod dicit Saluator:* Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem viderunt & oderunt & me, & patrem meum &c. *Et ibidem pręmittitur:* Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.

a Ingreſſus

## NICOL. DE LYRA.

a Accepiſti dona in hominibus. *i. accepiſti dona ſpirituſſancti à patre, ſeu tota Trinitate diſtribuenda hominibus. i. Apoſtolis, aliiſq; diſcipulis in die pentecoſtes. Nec eſt per hoc intelligendum, q̄ Chriſtus homo in ſua aſcenſione acceperit ſpiritumſanctum, cùm ab inſtanti conceptionis fuerit plenus ſpiritu gratiæ & veritatis. Sed pro tanto dicitur Chriſtus accepiſſe dona ſpirituſſancti in ſua aſcenſione, quia ad declarationem ſuæ perfectæ glorificationis ad dexteram patris datus fuit ſpirituſſanctus in ſigno viſibili Apoſtolis: propter quod dicitur in Ioanne.* Nondum erat ſpiritus datus, quia nondum erat Ieſus glorificatus. *Et quia ſpirituſſanctus non ſolùm datus fuit in ſigno viſibili Apoſtolis qui Iudæi erant, ſed etiam Gentilibus, vt patet in Act. & de Cornelio, & amicis*

*Act.2.a*

*Ioan.1.b*

*Ioan.7.f*

*Act.10.e*



a *Qui &c. Aug.* Deus.

A b *Et in ſancto.* Corpore, licet perfidi non videant ſecundum quod paſſus. In hoc etiam, patiendo vel credendo, præuenerunt eos principes, vel præuenerunt ad laudem.

c *In medio iuuencularum tympaniſtriarum.* Miniſtri, præpoſiti nouarum eccleſiarum Deum laudantiū carne domita & corio ſiccato ab humore peccati, & extenſo à ruga duplicitatis.

d *In eccleſiis benedicite Deo, &c. Caſſ.* Diapſalma. Precatur, & affirmat, vt hæc inceptio dilatetur & cōfirmetur, pro qua & hæretici deſtruantur. *Aug. In eccleſiis.* Hæ ſunt iuuenculæ tympaniſtriæ, ne quis carnaliter choros luxuriæ cogitet. Eccleſię quippe ſunt adoleſcentulæ, noua gratia decoratæ. In eccleſiis, non alibi, non in aliis conuenticulis.

e *De fontibus Iſrael. Caſſ.* vt ad eorum imitationem prædicetis, quæ decet, quia ſunt principes fidei, ſpei, & charitatis, & per hoc Beniamin, id eſt filius dexteræ.

f *Ibi Beniamin &c. Principes Iuda. Caſſ.* Per nomina tribuum, Chriſtum, & Apoſtolos indicat. Ibi ſcilicet in templo Ieruſalem. Vel in eccleſia. Interpretatio etiam nominum eccleſiæ conuenit. *Caſſ.* Forſan ex his tribubus fuerunt Apoſtoli: ſed magis placet, quod ex interpretatione accipitur. Iuda, confeſſio. Zabulon, habitaculum fortitudinis. Nephtali, dilatatio, quæ principibus eccleſiæ conueniunt. Prima, confeſſio, pro qua quicquid accidit, fortiter tolerandum eſt. Inde finitis anguſtiis, latitudo ſequitur in præmio. Vel, confeſſio in fide, fortitudo in ſpe, latitudo in charitate.


ne,quoniam benigna eſt miſericor-

a ¶Quibus peccata licet numeroſa cadunt. ¶Non peccatorum meorum.

dia tua:ſecundũ multitudinẽ miſe-

a ¶Caſ.[illegible] in peccata. b ¶Loquitur totus Chriſtus.

rationum tuarum reſpice me.Et ne

a ¶Caſ.A paritate. b ¶Chriſto:de quo: Ecce puer meus,quem elegi.

auertas faciem tuam à †puero tuo,

a ¶Aug.Præcedit afflictio mea, ſequatur miſericordia tua. b ¶Non eſt quo differas,quoniam.

quoniam tribulor, velociter exau-

G

g In ve.ſa.tuæ.*i.ſalutis à te promiſſæ,quæ promiſſio eſt in veritate.*

i Eripe me Deus. *Superius dixit. Infixus ſum in limo: quilimus idem eſt quod lutum.Propter quod ſciendum, ꝙ aliquando dicitur aliquis infigi in lutum,quando cadit ibi,licet citò reſurgat,ſed magis propriè dicitur infigi,quando non poteſt inde retrahi.Superius autem Chriſtus dixit ſe infixum in luto,eò quòd mortuus fuit, & poſitus in ſepulchro intra terram: Hic autem petit,vt non infigatur. ideſt quod nō diu ibi remaneat per ſuæ reſurrectionis accelerationem.*

i Libera me ab his,qui oderunt me. *ideſt à Iudæis,à quorum poteſtate fuit totaliter liberatus in reſurrectione.*

K Et de profundis aquarum.*ideſt perſecutionum, vt ſupra dictum eſt,ad quarum profundum homo deducitur, quando occiditur. Et in hoc petit ſuã reſurrectionẽ ſicut prius, per alia tamen verba, quod ſolet fieri in talibus orationibus,& ideo adhuc ſubditur,*

l Non me demergat tempeſtas aquæ.*Superius dixit, & tempeſtas demerſit me, cũ ꝙ mortuus fuit in cruce. Quod ergo hic dicitur:Non me demergat tempeſtas aquæ. Senſus eſt,ideſt, me per mortem demerſum, non diu teneat in morte.*

m Neque abſorbeat me profundum.*id eſt corpus meum intra ſepulchrum non putreſiat,ſeu corrumpatur,& à vermibus corroſum abſorbeatur.*

n Neq; vrgeat ſuper me puteus os ſuum. *Et in Hebræo habetur: Non obturet ſuper me puteus os ſuum. Et dicitur hic puteus limbus inferni,ad quem deſcendit anima Chriſti ad extrahendum inde patres detentos, ſecundum illud Zachariæ. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Sic igitur petit Chriſtus, vel potius Dauid in perſona Chriſti, quòd anima Chriſti citò de inferno redeat ad corpus,& reſurrectio compleatur,ita ꝙ corpus nullam corruptionem,ſeu putrefactionem patiatur, quod & factum fuit, ſicut ſupra dictum eſt.*

H

o Exaudi me domine:quoniam benigna eſt &c. *Hic conſequenter adducitur ratio exauditionis, & accipitur primò ex parte proprietatis diuinæ,cuius proprietas eſt miſericordia, & benignitas, & per conſequens ad exaudiendum pronitas. & hoc eſt quod dicitur: Exaudi me domine: quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundum multitunem miſerationum tuarum reſpice me, & patet litera.Secundò accipitur ex parte obedientiæ Chriſti, qui fuit obediẽs patri vſque ad mortem,propter quod vocatur hic puer. Nomine enim pueri frequenter in ſacra ſcriptura deſignatur ſeruus valde obediens,& ſecundum hoc Chriſtus vocatur puer in Act.Conuenerunt enim verè in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum,quem vnxiſti,Herodes,& Pontius Pilatus,&c. & ſecundum hoc dicitur hic,*

q Ne auertas faciem tuam à puero tuo &c. *Orationem meam repellendo,& loquitur de Deo ad modum hominis,qui auertit faciem, quando non vult exaudire deprecationem petentis.*

☞ a Propter

## NICO. DE LYRA.

¶ *a* Et in me.*ideſt de me.*

*b* Pſalle.*Deriſoriè.*

*Li.Heb. qui inſcrib. con dem.iudic. Prou.31.a Hebræorũ miſericordia circa cõdenãdos*

c Qui bi.vi.*Scribitur enim in quodam libello Hebraico, qui intitulatur condemnatus iudicio,ꝙ propter verbum Salomonis in Prouer. Date ſiceram.i.potum inebriatiuum mœrentibus,& vinum his,qui amaro ſunt animo.Sapientes Iudæorum ordinauerũt, quòd condemnatis ad mortem daretur plenus ſcyphus de vino forti,vt magis hilariter ſuſtinerent mortem,& illud vinum fuit acceptum pro Chriſto & duobus latronibus cũ eo crucifigendis:ſed Iudæi vinum illud acceperunt,& biberunt cum deriſione Chriſti,& propter talem deriſionem dicitur hic:In me pſallebant qui bibebant vinum,& in loco vini prædicti poſuerunt acetum, vt dicetur infra.Aliter etiam poteſt exponi,ꝙ de crucifixione Chriſti tanquam de re inſolita,& notabili fuerunt factæ cantilenæ deriſoriæ in fauorem ſacerdotum,qui eius mortem procurauerant,tanquam de falſo propheta volente regnare,& non potente,quæ decantabantur per tabernas,& ſic dicitur: In me pſallebant &c.Omnes autem iſtæ penè poſſunt ad membra Chriſti applicari: quia propter Chriſtum ſuſtinuerunt opprobria,& confuſiones,& perſecutiones,etiam ab amicis intimis,tanquam ab extraneis.afflixerunt etiam ſe ieiunijs, & cilicijs, & ſuſtinuerunt etiam condemnationes peruerſas à iudicibus, & deriſiones ab ebrioſis potatoribus,vt patet in multis ſanctorum martyrum geſtis.*

*Heb.11.f.g*

*d* Ego vero orationem ad te domine.*Hic conſequenter petitur ipſius Chriſti capitis.& membrorum liberatio à pœnis.Et primò ponitur dicta petitio, ſecundò ad hoc inducitur ratio,ibi: Exaudi me. Circa primum dicitur:Ego verò orationem &c.ſ.dirigo.*

*e* Tempus beneplaciti Deus. *ideſt expectans tempus liberationis ſecundum diſpoſitionem ſuæ voluntatis.*

*f* In mul.*Orabat.n.Chriſtus non ſolum pro ſe in perſona, ſed etiam pro membris ſuis, quæ ſunt multa, & ideo petit multitudinem miſericordiæ.*

g In

## MORALITER.

✲ a *Et in me pſal. qui bi. vi.* Cantilenas factas in vituperium Chriſtianorum.

d *Ego ve.ora.meam ad te do.*Dirigo toto corde.

e *Tem.be.*ideſt tuæ conſolationis expectans.

f *In multi.mi.tuæ exau.me.*vt valeam in pace tibi ſeruire.

g *In veritate ſalutis tuæ.*ideſt ex merito Chriſti, qui eſt veritas & ſalus tua.

h *Eripe me de luto, vt non in.* Supra dixit: Infixus ſum in limo &c. & hoc propter grauitatem perſecutionis. Hic autem petit non infigi,ſcilicet in peccatum ex impatientia,propter longitudinem perſecutionis.

i *Libe.me ab his qui ode.me.*ideſt à dæmonibus.

k *Et de pro.aqua.*ideſt tentationum.

l *Non me de.tem.aquæ.*ideſt tentationis per conſenſum.

m *Neque ab.me pro.*per peccatorum exercitium.

n *Neq; vr.ſu.me pu.*i.puteus inferni à quo nullus poteſt reuerti.

o *Exaudi me.* Hic pro liberatione allegatur primò diuina clementia.ideo ſubditur,

p *Quoniam benigna eſt miſericordia tua &c.* Et ne auertas fa.tuam à puero tuo.i.populo Chriſtiano. Secundò allegatur perſecutorum nequitia,cum dicitur,

✲ c Propter



a *Propter inimicos. Aug.* Vt confundantur liberatione mea. Vel vt conuertantur. Quòd ſi neutrum, nunquid non eſt liberãdus? Sed eſt quædam liberatio occulta, quæ pp ſanctos fit: vt ſeptem fratres qui igne conſumpti ſunt cum matre, hortante eos ne contra legem Dei hominibus conſentirẽt. Eſt & alia liberatio manifeſta propter inimicos, vel puniendos,vel etiã liberandos:vt tres pueri de igne liberati ſunt etiam corpore,vnde ipſe Nabuchodonoſor conuerſus Deũ prædicat. *Aug.*Propter inimicos. Hoc ad apertam,vt caro reſurgat,&aſcendẽs ſpiritum mittat: vnde inimici conuerſi ſunt,quibus non proderit,ſi ſolam animam liberaueris.

A

b *Tu ſcis improperium. Aug.*Quia quare ſint iſta mihi,tu noſti,illi nō norũt. Et quia ipſi in cõſpectu tuo ſunt: iſta neſcientes non poterunt confundi, vel corrigi, niſi manifeſtè eruas. Et ideo ait:propter inimicos.*Au.*Tu ſcis improperium vel opprobriũ &c.Opprobrium quod obijcit inimicus.Cõfuſio eſt quæ mordet conſcientiam. Verecundia,quando & frons pro falſis erubeſcit. Hæc omnia in corpore Chriſti. Obijcitur Chriſtianis nomẽ Chriſti. Fortibus vt Paulo gloria eſt, qui dixit:Mihi autem abſit gloriari,niſi in cruce &c.Et alibi: Nō enim erubeſco euangelium. His ergo opprobrium tantum poterat obijci:ſed nec confuſio ſanæ menti,nec verecundia fronti.Sed cum obijcitur quibuſdam ꝙ Chriſtum occiderunt, compuncti ſunt mala conſcientia, & ſalubriter confuſi,vt poſſint dicere: Tu cognouiſti confuſionem Quidam verò credunt, ſed confiteri erubeſcunt: & hi commendantur Deo, non vt ſic eos relinquat, ſed adiuuando perficiat.

B c *Reuerentiam..Aug.*Alij ignominiam, vt alapas,flagella,& quod Pilato tam quã reus traditus eſt: hæc nō pro ſuo reatu,ſed pro nobis ſuſtinuit,vt in talibus nos inſtrueret.

d *In conſpectu tuo.Caſſi.*Inuidiam excitat contra eos, vt tantũ ſcelus præſente Deo committerent.

e *Cor meum.* Quia voluntate ſuſtinuit,ſecundum illud:Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum.

a ¶Hoc ad occultam pertinet liberationem.

di me.†Intende animæ meæ,&†li-

a ¶Quod.ideſt quam liberationem tu ſcis.

bera eam: propter inimicos meos

a ¶Verbis,vt cum dicerent: Blaſphemauit.

†eripe me. Tu † ſcis improperium

a ¶Quæ ex improperio ¶In paſſione.

meum,& confuſionem meã,&†re-

a ¶Alias verecundiã. b ¶Et. ¶Hæc mihi inferunt,& hæc in tui præſentia:& hoc eſt.

uerẽtiam meam. In conſpectu tuo

a ¶Quod præſciens vitare nollem.

ſunt omnes†qui tribulant me: im-

a ¶Quia hæc futura præuidit & prædixit, & ad hoc venit.

properium †expectauit cor meum

a ¶Quæ magis eſt crucifigentium quia ipſe miſerans dixit: ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. b ¶Tunc. ¶Sicut expectaui & prædixi,ita impletum eſt.

&†miſeriam.Et†ſuſtinui qui ſimul

a ¶Hier.De tanta multitudine perſecutorum. ¶De perſecutoribus, ſi diſceſſerunt peregerunt.

contriſtaretur,ẽt nō fuit:& qui con-

a ¶Qui proficit conſolatur medicum. b ¶Sed potius.

ſolaretur, & non inueni. Et dede-

a ¶In euchariſtiam ſe dant fellicos Iudæ. b ¶Qua deſideraui fidem.

runt in eſcam meã fel,& in ſiti mea

a ¶Veterum acredine.¶Aug Quia niſi vetuſtatem inueni. b ¶Fel & ace. ¶Aug Qualem latueum mihi exhibuerunt,dando mihi talem potũ,tales pot[illegible] fit illis. c ¶Scriptura.

potauerũt me aceto. Fiat menſa eo-

a ¶Aug. Quæ eis prolata. b ¶Reprehenſionis.

rum corã ipſis in laqueũ,&†in retri

a ¶Quia ſic tribuerunt. ¶Anguſtiarum. b ¶Cat ipſi ſibi ſunt ſcandalum, ¶Offerendum. c ¶Quia noluerunt intendere. ¶Aug. Quaſi quia ſine cauſa non viderunt,fiat eis non videre.

butiones &in ſcandalũ.Obſcuretur

f *Qui ſimul con. & non fuit..Aug.* Contriſtati ſunt diſcipuli & mulieres,quæ ſuper eum flebant,ſed non ſimul. Carnaliter enim contriſtabantur de vita mortali,quæ erat mutanda morte,cum deberẽt cum eo triſtari de cæteris qui medicum occidebant,quod nemo tunc fecit.

C

g *Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me..Aug.* Quod non inueni ſimul triſtes & cõſolantes, hoc fuit mihi fel amarũ propter mœrorẽ.

† redime

h *Acetum.*ideſt acidum propter vetuſtatem eorum. Legitur in euangelio fel ei oblatum, ſed in potu, non in eſca. Myſticè ergo dicitur.i.ſuper eſcã ſuauem quam cum diſcipulis acceperat,quæ eſt eſca vnitatis Chriſti, inieceũt fel: quod adhuc hodie facit,& grauius peccat contemptor ſedentis in cœlo,quam qui crucifixit ambulantem in terra. Dant bibendum amarum potum, qui male viuendo ſcandalum faciunt eccleſiæ, vt hæretici. Guſtauit dominus,docens,& nos guſtare, ideſt pati tales: ſed non bibit, quia nō poſſunt tales in corpus eius recipi,Myſticè ergo hoc prædicitur,ſicut & myſticè factum eſt in paſſione. *Caſ.*Et dederunt.Hæc eſt conſummatio paſſionis cum dixiſſet Sitio:fel cũ aceto obtulerunt, hoc facto mores ſuos amariſſimos indicantes.

*Matt.27. Myſticè.*

† ignominiam

† opprobrium

† expectaui

*Myſticè. Io.19.e*

i *Fiat menſa.Caſ.* Propheta contra aduerſarios. *Aug.* Fiat menſa. Menſa ſcriptura: hanc Iudæi habuerunt, dum mandatum Dei coluerunt:poſt quam à lege ieiuni ſunt, hæc menſa coram ipſis gentibus data eſt, vt grauius dolerent.

k *In laqueum.* vt qui litera legis alios ſtringebant,in ea obligati caderent.

D

l *In retri* quia illis ablata & gentibus data. Malorum fuit retributio, dum nolẽtes in ea epulari, ab ea ſunt excluſi.

† & retributiones. eſſe. ſcand.coll., vel pacifici in ſcandalum,

m *In ſcandalum. Obſcurẽtur.* quia deſerẽtes pacis autorem,rixas ſibi & praua opera concitant. Coram ipſis. *Aug.*Quia vident malum eſſe:& tamen faciunt,viui deſcendentis in infernum. vnde etiam: Niſi dominus eſſet in nobis,forſitan viuos deglutiſſent nos, ideſt ſcientes ſe non debere conſentire illis.

*Pſal.123.a*

f Qui

☞ a Oculi

## NICO. DE LYRA.

¶ *a* Intende ani.meæ. *Ideſt vitæ meæ corporali.*

*b* Et libera eam. *Reſuſcitando à morte.*

*c* Propter inimicos meos. *Ideſt propter Iudæos,quod dupliciter exponitur. Vno modo de Iudæis obſtinatis, vt per reſurrectionem Chriſti cõfundantur. Alio modo de conuertendis: vt audita Chriſti reſurrectione conuertantur,ſicut legitur quòd prædicante Petro Chriſti reſurrectionẽ, multi conuerſi ſunt ad fidem: & ibidem ſubditur: Et appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia.*

*d* Tu ſcis improperium meum.*ideſt mihi illatum in verbis iniurioſis, vt patet ex prædictis.*

*e* Et con.meam.*quia captus ſum ad modum latronis.*

*f* Et reuerentiam meam. *Hic accipitur reuerentia pro verecundia, ſicut irreuerens dicitur inuerecundus: propter quod in tranſlatione Hieron.dicitur: Ignominiam meam, ideſt in ſputis, & colaphis mihi à Iudæis illatis.*

*g* In con.tuo ſunt om.*q.d.pro voluntate tua potes eos punire.*

*h* Improperium expectauit cor meũ &c. *quia poſt colaphos & ſputa à Iudæis illata,à militibus præſidis fuit illuſus, & crudeliter occiſus.*

*i* Et ſuſtinui qui ſi.*Hoc videtur falſum: quia apoſtoli in morte Chriſti ſimul contriſtati ſunt ſecundum quod dixerat eis: Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos. Dicendum ꝙ loquitur hic ſecundum communem modum loquendi,quo dicitur: Nullus adeſſe vbi pauci ſunt reſpectiuè,ſicut dicitur:Nullus eſt in eccleſia vel in foro: quia pauci ſunt ibi,ſecũdum quod deberent vel conſueuerunt eſſe.Ita in morte Chriſti fuerunt pauci contriſtati, cum tamen debuiſſent omnes compati ei, cui inſenſibilia compati videbantur:quia in morte Chriſti ſol obſcuratus eſt,& terra mota,& petræ ſciſſæ ſunt,& monumenta ſunt aperta,vt patet ex decurſu euangelij.*

*l* Et qui conſolaretur:& non inueni.*quia etiam principalis eius diſcipulus.ſ.Petrus eum in ſua præſentia ter negauit.*

*m* Et dederunt in eſcam meam fel.*ſicut dicitur. Et dederunt ei vinũ bibere cum felle miſtum. Et quia fel erat de natura ſua magis eſibile, quam potabile,ideo nominat ipſum eſcam.*

n Et

*n* Et in ſiti mea pota.*Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum.*

*Ioan.19.f*

*o* Fiat menſa &c.*Hic conſequenter prædicitur Iudæorum punitio, cum dicitur: Fiat menſa eorum coram &c.Quando enim Ieruſalem fuit obſeſſa à Romanis:Iudæi illuc conuenerunt ad celebrandum paſchale conuiuium: quod non poterat fieri extra Ieruſalem:& ſic fuerunt illaqueati, quia fuerunt à Romanis circuncluſi,ſicut aues in laqueo.*

*p* Et in retributiones.*pœnarum debitarum propter mortem Chriſti illatam. Sicut enim prædixerat. Circundabunt te inimici tui, & coanguſtabunt te &c. ſequitur: eò quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.*

*Luc.19.g*

*q* Et in ſcandalũ.*ruendo de malo in malũ:quia primò paſſi ſunt famem in illa obſidione,intantum quòd mulieres comedebant paruulos ſuos, vt dicit Ioſephus libro de Iudaico bello. & ex conſequenti mortis peſtilentiam,& vlterius captionem & occiſionem quantum ad multos,& captiuitatem quantum ad alios.*

*Ioſeph.de bel lo iud.lib.7.*

*r* Obſcurentur oculi eorum ne vi. *Quia remanentes per orbem diſperſi*

¶ ſperſi

## MORALITER.

✲ c *Propter ini.tuos eripe.me.*q.d.quia perſequuntur me iniuſtè. Et tertiò propria miſeria cum dicitur,

d *Tu ſcis im.meũ.& co.meam & re.me.*i.verecundiam. Et ponũtur tot nomina quaſi idẽ ſignificantia, ad propoſitũ magis exagerãdũ.

h *Impro.ex.cor.meum.*de futuro, ſicut iam ſuſtinui de præterito.

i *Et ſu.*ideſt expectaui.

K *Qui ſi.con.*ad aliqualem reuelationem. nam compatientes afflicto diminuunt afflictionem ſuam,ſicut portantes pondus corporale cum aliquo alleuiant ſuum grauamen.

m *Et dederunt in eſcam me.*ſ.perſecutores mei ducentes ad amaritudinem vitam meam.

o *Fiat.*Hic petitur perſecutorum punitio, non ex vindictæ, ſed iuſtitiæ zelo cum dicitur: Fiat menſa eorum. ſicut duxerunt vitam meam ad amaritudinem,ſic fiat eis.

r *Obſcu.oculi eorum ne videant.*euaſionem pœnæ ſibi debitæ.

✲ a Et

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Oculi. Aug.* Doctores qui pręeunt. Obſcurentur, ideſt lumẽ F ſcientiæ perdant.

*Vbi ſupra.* b *Et dorſum eo.* Ideſt minores. Cum.n. lumen ſcientiæ perdũt qui præeunt, ad portanda peccatorum onera, & ad appetẽda terrena inclinantur ſequentes, vel dorſum, mens eorundem. Semper hoc de illis qui non pœnitent.

*Vbi ſupra.* c *Effunde. Caſ.* vt in morem fluminis ſit copioſa.

d *Compre.* Vt non liceat effugere.

e *Fiat habi. Aug.* Hoc iam in manifeſto. Sicut ſupra liberatio non ſolum occulta, cum dicit: Intende animæ. ſed & aperta ſecundum corpus, cum dixit: Propter inimicos me.e. Ita hic calamitates prædicit occultas de quibus ante: Obſcurentur oculi in cęcitate mentis eorũ, & apertas, vnde modo: Fiat habitatio eorũ deſerta vt factũ eſt mõ cũ perdiderũt locũ & gentẽ, in quo ſuperbierunt contra Deũ.

f *In ta. Caſ.* Templo & regio palatio. Ad hoc ponit, inhabitare: quod ſit de notæ mentis affectu, ad domos, habitare: quod ſit corporea manſione.

g *Tu per. Caſ.* Non ſua culpa percuſſiſti paſſione, ad ſalutem gentium. hoc illi crudeli voto impleuerunt.

h *Et ſuper dolorem.* Quia erat pro perditione eorum.

i *Addide.* inferre mortem. Vel ſuper dolorem vulnerum meorum. i. quæ mihi infixerant lancea, & clauis. Addiderunt, cuſtodes ſepulchri.

† punitionem
‡ ipſorum

K *Appone ini. Aug.* Iniquitas eorum fuit vt hominem occiderent, & ſuper hoc appoſuit Deus, vt filium ſuũ occiderent vt ſicut ſeruos pręmiſſos, ita ipſum hæredem.

E l *Deleantur.* Aug. Quia ſcriptos ſe putant. i. conſtat etiam ipſis non ibi eſſe illos. vnde: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. i. multi ſcandalizabuntur ex eo numero qui ſe ſperabant ſeſſuros tecum, & ſtaturos ad dexteram.

*Pſal. 90. b*

m *Libro vi. Caſ.* Notitia Dei qua prędeſtinauit ad vitam, quos præſciuit conformes fieri imagini filij ſui. Non ſic tamen accipiendum eſt, tanquam in hoc libro aliquem ſcribat Deus, quẽ poſtea deleat: ſed ſecundum ſpem illorum qui ſcriptos ſe putant.

† & ſal. vultus tui

n *Ego ſum pau. Caſ.* Hic diſpenſationẽ incarnationis & ſanctitatem propoſiti exponit, dicẽs: quis ſinis paſſionis.

o *Dolens. Aug.* Hoc ſecundum caput pro omnibus dolet. vnde: Dolores noſtros ipſe portauit, quod nullus alius. Ideo dicit.

*Eſa. 53. b*
† Viderũt humiles (humiles, & lætati ſunt, & qui quęrũt Deũ, viuet cor veſtrũ.

p *Et pla. Caſ.* Laus puri cordis plus placet quam mactatio pecudum.

q *Vitulum no. Aug.* Pro peccatis offerebatur nouellus vitulus, qui ſignificabat nouitatem ſecuturam, quæ defenſionem habet in cornibus, munimen pedũ in vngulis, per quas aſpera ſeculi calcet, producentem: quia fidelis quotidie virtute Dei augetur. *Aug.* Vitulus vngulis terram excitat, ſic qui nõ contradicit: ſed tamen terrenum abiectè ſapit vngulis excitãdus eſt: & ſuper hunc vitulum placebit laudatio mea cum angelis, vbi nec aduerſarius erit ventilandus, nec piger de terra excitandus.

r *Videant. Caſ.* Quod oblatio iam eſt in mente non in rebus, vbi pauper æquatur diuiti. Et ò pauperes hoc tñ contuitu Dei facite, quærite dñm. Vel, vt videatis, quærite Deũ, eſcã mẽtis.

a *Vin.*

a ¶Agnoſcant verum ſolem. ¶Hoc conſentiens de obſcuratis oculis, quia ſuperna non vident, de inferioribus cogitant.
a ¶Rationem vel mentem.

oculi eorum, ne videant: & † dorſum eorum ſemper incurua. Effunde ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. † Fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt, & ſuper † dolorem vulnerum meorum addiderunt. Appone † iniquitatem ſuper iniquitatem † eorum, & nõ intrent in iuſtitia tua. Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Egõ ſum pauper & dolens: † ſalus tua Deus † ſuſcepit me. Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et placebit Deo † ſuper vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas. † Videant † pauperes

a ¶ Præterea.
a ¶Vt obruat. b ¶Vindictem tuam. exterius puniendi hic & in futuro. c ¶Quando illud euenit qd timetur.
a ¶Hic perſequitur. ibi comprehendit. b ¶Quaſi fugientes.
a ¶Caſ. Domus priuatæ.
a ¶De numero eorum.
a ¶Quare hoc eiſt b ¶Pro redemptione, quaſi quod Deus ad bonum illi exercent ad malum.
¶Mortalitate, quæ eſt pęna humani generis.
a ¶Pœnam.
a ¶Peccatorum pro membris. b ¶Ideſt ſuper mortem quam intulerunt meis. c ¶Cuſtodes ¶Perſecutiones.
a ¶Hier prædicit fieri ſicut iuſtum eſt permitti à Deo. ¶ Et ideo. b ¶ Vitium vitio, vel iniquos filios iniquis patribus.
a ¶Viam vitæ. b ¶Relicta ſua quæ eſt ex lege. c ¶Secundum ſpem eorum. d ¶Liber eſt notitia Dei.
a ¶Veterum ſcilicet Abraham, Iſaac & Iacob. b ¶ Secundum æquitatem. ¶ Nouis apoſtolis ſcilicet & alijs. ¶Hoc negatur illis qui non ſunt, vt ait titulus, commutati.
a ¶Aug. totus Chriſtus loquitur. ¶Humilis. b ¶ Beati pauperes.
a ¶Beati qui lugent. ¶In paſſione. b ¶ Ex voce capitis. c ¶In reſurrectione. Vt iam non ſim pauper vel dolens. vnde: Laudabo.
a ¶In me & in membris. b ¶ Quia etſi omnia deſunt, Deus mecum.
a ¶Delectatione. b ¶Hic & in futuro. ¶Ad proximum.
a ¶Hoc quod laudabo. a ¶Plus legalibus. c ¶ Aug. Sacrificium laudis gratius erit quam ſacrificium vituli.
a ¶Qui ſignificat nouam vitam. b ¶Quibus ventiletur, qui contradicit hæreticus.
a ¶Credant. b ¶Vt ſaturati queant.

e Fiat habitatio eorum deſerta. *Quia Romani deſtruxerunt ciuitates eorum & loca.* G

f Et in taber. eo. non ſit qui inha. *Quia expulſi & captiuati fuerunt totaliter de Iudæa. Et huius punitionis cauſa ſubditur cum dicitur,*

g Quoniam quem tu percu. *ſcilicet Chriſtum perſecuti ſunt occidendo eum. Dicit enim Apoſtolus de Deo patre: proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. & ſic percuſſit eum, quia perſecutionibus Iudæorum expoſuit: hoc tamen fuit ex maxima charitate, ſecundum quod dicitur in Ioan. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Sed Iudæi perſecuti ſunt eum ex inuidia & iniquitate: propter quod puniti fuerunt.*

h Et ſuper dolo. vul. meo. addi. *Quia non ſolum perſecuti ſunt ad mortem Chriſtum in perſona propria, ſed etiam membra eius: Stephanum lapidando, Iacobum occidẽdo, alios incarcerando & flagellando, vt patet in Actibus apoſtolorum.*

k Appone ini. *ideſt appones ſcilicet permittendo, quia Deus non eſt cauſa iniquitatis effectiuè, ſed tantum permiſſiuè.*

l Super iniquitatem eo. *Quia ſuper peccatorum commiſſionem, etiam appoſuerunt obſtinationem. Ideo ſubditur,*

m Et non intrent in iuſtitiam tuam. *reuertendo de culpa ad gratiam.*

n Deleantur de libro vi. *per finalem reprobationem & æternam damnationem.*

o Ego ſum pauper. *Chriſtus.n. in paupertate fuit natus, conuerſatus, mortuus, & in alieno ſepulchro poſitus.*

p Et dolens. *Quia dolor in paſſione Chriſti fuit maximus.*

q Salus tua Deus ſuſcepit me. *reſuſcitando à morte.*

s Laudabo nomen Dei. *Hic conſequenter vltimò ponitur gratiarum actio, cum dicitur, Laudabo nomen Dei. non eſt intelligendum, quod laude humana aliquid Deo accreſcat, ſed ipſis laudantibus.* H

t Et placebit Deo &c. *Sacrificium enim diuinæ laudis magis eſt Deo placitum quam ſacrificium animalium, etiam à tempore veteris legis, quia ſacrificia animalium non erant accepta niſi ex deuotione offerentium: tempore verò nouæ legis talia ſacrificia ſunt tanquam mortua reprobata: & hoc eſt quod prædixit ſaluator. Venit hora & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate.*

u Vide. pau. *ideſt Chriſtiani, qui in primitiua eccleſia fuerunt pauperes.*

¶ e Et

## MORALITER.

✱ a *Et dorſum eorum ſem. incur.* i. eorum pęnam aggraua.

b *Effunde ſuper eos iram tuam.* Eos multipliciter puniendo.

c *Et furor iræ tuæ com. eos.* Ita quod non poſſint effugere.

e *Fiat habitatio eo. deſer.* i. ab hominibus non habitata.

g *Quoniam quem tu per.* i. populum Chriſtianum quem tu percuti permiſiſti ad ſuæ patientiæ exercitium.

h *Perſecuti ſunt.* nequiter.

h *Et ſuper do. vulnerum meo.* ideſt defectum in neceſſarijs qui communiter eſt pauperibus Chriſtianis.

i *Addiderunt.* iniuſtè perſequendo.

K *Appone.* In ſtatera iuſtitiæ tuæ.

l *Iniquitatem ſuper iniquitatem eo.* Multiplicando earum pęnam ſecundum peccatorum multiplicationem.

m *Et non intrent in iuſtitiam tuam.* ſcilicet illi quos præuidiſti ad pœnam æternam: quod propriè dicitur tantũ de dæmonibus propter eorum irreuerſibilitatem. ideo ſubditur,

n *Delean. de libro viuen.*

o *Ego ſum pau. & do.* ex miſerijs vitæ præſentis.

q *Salus tua Deus.* ideſt Chriſtus.

r *Suſcepit me.* confortans me in tribulationibus.

s *Laudabo nomen Dei cum can.* i. corde & ore.

t *Et pla. Deo ſuper vi. nouellum.* i. plus quàm veteris legis ſacrificia.

u *Videant pau.* Quoniam de eis dicitur, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

✱ *Qui-*

## NICOL. DE LYRA.

¶ *ſperſi ſunt, in ſua infidelitate excæcati, ſecundum quod dicit Apoſtolus allegans ſcripturam iſtam.* *Rom. 11. b*

*a* Et dor. eo. ſem. in. *pondere peccatorum ſuperappoſitorum.*

*b* Effunde ſuper eos iram tuam. *ideſt effectum iuſtitiæ tuæ.*

*c* Et furor iræ tuæ. *ideſt rigor tuæ iuſtitiæ.*

*d* Com. eos. *Quod factum eſt in deſtructione eorum per Romanos.*

e Fiat



a *Vinctos. Augu.* Qui vltra neceſſaria quærit, compedes onerat, ſed ſufficiat diei malitia ſua. *Augu.* Vinctos mortalitate, qua Dominus offenſus, ſeruos cõpediuit: ſed inde clamantes audit. Cœlum terra mare. *Caſſio.* Ad literam, ideſt cęleſtia terreſtria, & natantia hæc laudant, dum ex eis laudatur creator. *Caſ.* Diuitiæ ſunt pauperis videre creata, & inde laudare creatorem.

b *Laudent illũ &c. Caſ.* Quod prius ſimul, nunc ſigillatim monet, vel laudent cœleſtia terreſtria natantia. Et vt perfectè omnia concludat addit, omnia quæ in eis ſunt, ſic omnis creatura ad laudes inuitatur. *Hier. Caſs.* Acſi diceret: Omne genu flectatur, cęleſtium, terreſtriũ, & infernorum.

c *Et omnia reptilia in eis. Caſsio.* Oẽs mũdi monſtroſi, in peccatis hærentes terrenis.

d *Quoniam Deus ſaluam faciet Sion. Augu.* In ſpe fidelis populi finitur conſtructio eccleſiæ. vnde omnis creatura laudare monetur.

e *Et qui diligunt nomẽ eius. Caſ.* Quid per ſingula? omnes qui diligunt nomen tuum habitabunt. *Auguſtinus.* Hi ſunt ſemen ſeruorum. Iſte enim verſus exponit præcedentem.

a *In reme-*

a ¶Spe gaudeant. b ¶Vos inopes. ¶ Eſurite, ſitite, quia ipſe eſt panis viuus qui de cęlo deſcendit.
a ¶Jam non corpus. b ¶Quęrite omnibus temporibus, ita & vos audiet.
a ¶Aliter non exaudiret. ¶ Moralitate, vel peccatis vel ſuis legibus. ¶ A ſe ſoluendo.
a ¶Apoſtoli. b ¶Eccleſia Iudæorum. c ¶Gentes.
a ¶Cum hæc conſiderantur laudatur Deus: ſed eſt & aliud cur laudare debeant.
a ¶In æternum, & ſi hic affligitur. b ¶Eccleſiam c ¶Nunc.
¶Per orbem. humilitatis. a ¶Eccleſię. ¶Chriſti qui de Iuda. b ¶ Per confeſſionem c ¶Pauperes. ¶Conſtanti mente.
a ¶In ea Sion. b ¶Caſs. Quando ad cęleſtem Ieruſalem peruenient.
a ¶Qui. ¶Imitatores fidei vel boni actus. b ¶Ieruſalem.
a ¶Aug. Hi ſunt ſemen, non qui carne filij ſunt, quia & ſerui dei exerent nomen eius.

& lætentur: quęrite † Deum, & viuet anima veſtra. Quoniam exaudiuit pauperes Dominus & † vinctos ſuos non † deſpexit. Laudent illum cęli & terra, mare, & omnia reptilia in eis. Quoniam Deus ſaluam faciet Sion, & † ædificabuntur ciuitates Iudæ. Et inhabitabunt ibi, & hæreditate † acquirent eam. Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam, & qui diligunt nomen eius, † habitabunt in ea.

*monte Sion miſſi ſunt ad prædicandum per orbem vniuerſum, vbi per eos conſtitutę ſunt & ordinatę eccleſię, quę dicuntur ciuitates, eò quod ciuitas eſt ciuium vnitas: ibi autem vniebantur fideles in fide & charitate. Dñr etiã ciuitates Iudę. i. Chriſti, qui ſic nominatur, eò quod fuit de tribu Iuda, ſicut & in Gen. Sãſon nominatur Dan, ſecundum oẽs expoſitores catholicos, & Hebręos, cũm dicitur: Dan coluber in via, quia fuit de tribu Dan.* G

*Gen. 49.*

l Et inhabita. bi. *Fideles Chriſti.*

m Et hæreditate &c. *Quia decedentibus primis, alij quaſi hæreditariè ſuccedunt eis.* † dominũ

n Et ſemen ſeruorum eius. *i. Chriſti, & vocantur hic eius ſerui, ſui diſcipuli, quorum ſemen. i. imitatores eorum poſſident eccleſias per orbem.* † ſpernit

o Et qui dili. &c. *Exiſtẽtes in charitate.*

p Habitabunt in ea. *Numero, & merito, quia ſola charitas diuidit inter filios perditionis & regni. Alio modo exponitur de eccleſia triumphante, quę Sion appellatur Apoſt. Acceſſiſtis ad Siõ montem & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cœleſtem, et multorum millium angelorum frequentiam. Hanc autem Sion cœleſtem Deus ſaluam fecit, quando per homines illuc aſcendentes angelorũ ruinam reparauit. Et ędificabuntur ciuitates Iudę. i. Chriſti: Et poſſunt dici hę ciuitates diuerſorum angelorum ordines. Et inhabitabunt ibi ſancti illuc aſſũpti. Et hęreditate acquirent eam, i. immobiliter, ſicut hęreditas dr̃ res immobiles. Et ſemen ſeruorum eius, ideſt fideles diſcipulorum Chriſti imitatores. Poſſidebit eã. Aeternaliter abſq; amiſſione. Et qui diligunt nomẽ eius. Habitabũt in ea: quia in ciuitate cœleſti eſt charitas perfecta. Eſt.n. ibi vna vox lętãtiũ, et vnus ardor cordiũ, ad quã perducat etc.*

*Heb. 12. c*
† ædificabunt
† inhabitabunt

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Et lætentur. *De mutatione cultus corporalis veteris legis, in ſpiritualem nouę.*

*b* Quærite Deum. *In fide & charitate.*

*c* Et viuet anima veſtra. *Vita gratię.*

*d* Quo. exau. pau. Dominus. *Preces eorum exaudiendo.*

*e* Et vinctos ſuos. *Patres in limbo detentos, cum Chriſto reſurgẽte educendo: Poteſt etiam hoc referri ad fideles, qui in primitiua eccleſia in carceribus vinciebantur, & aliquando fractis carceribus diuinitus liberabantur.* B

*g* Laudent illũ cęli & ter. *i. ciues cęleſtes & hoĩes in terra habitãtes.*

*h* Mare & omnia re. &c. *Non quia talia irrationabilia Deum laudẽt propriè, ſed quia ſunt hominibus materia diuinæ laudis, qui eum laudant ex ſuis creaturis.*

*i* Quoniam Deus ſaluam faciet Sion. *Hoc exponitur dupliciter: Vno modo de eccleſia militante, quę per Sion ſignatur, eò quod incepit ibi per Chriſti prędicationẽ, qui frequenter legitur prędicaſſe in tẽplo, quod erat in monte Sion, & ibi confirmata fuit per Spiritusſancti miſſionẽ in ſigno viſibili ſuper apoſtolos aliosq; Chriſti diſcipulos, ſecundum quod dicit Hiero. in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacrę ſcripturę libris.*

k Et ædificabuntur ciuitates Iudæ. *Quia apoſtoli, alijq; diſcipuli de monte*

## MORALITER.

✱ b *Quęrite Deum &c.* Per opera iuſtitiæ.

c *Et viuet anima veſtra &c.* Vita gratiæ, & poſtea vita gloriæ.

d *Quoniam exaudiuit pauperes Dominus.* In ſuis orationibus.

e *Et vinctos ſuos.* ideſt pro nomine eius.

f *Non deſpexit.* Vt patet de martyribus, quorum honor in cęlis celebratur in terris.

g *Lau. il. &c.* i. omnis creatura: nam ex omnibus creaturis habetur materia diuinæ laudis. D

i *Quoniam Deus ſaluam faciet Sion.* ideſt eccleſiam militantem.

K *Et ędificabuntur ciuitates Iudę.* ideſt congregationes plebis Chriſtianæ, quæ ædificantur in moribus & fide.

l *Et in. ibi.* ſ. qui fideles ſunt non ſolum numero, ſed etiam merito.

m *Et hęre. acqu. eam.* i. eccleſiam in qua iam ſunt ſecundum ſtatum ipſius militãtis, & acquirent eam ſecundum ſtatum ipſius triumphantis: eſt enim unica eccleſia, tamen duos habens ſtatus.

n *Et ſemen ſer. eius poſſ. eam.* i. imitatores bonorum.

o *Et qui dili. no. eius ha. in ea.* Gradus enim manſionum ſupernæ ciuitatis diſtinguuntur ſecundum gradum charitatis.

*In pſal. lxviij. Saluum me fac. vbi dicitur in poſtilla. Nec orat ſic Chriſtus homo.*

## ADDITIO I.

¶ Chriſtus orauit non ſolùm, vt oſtenderet veritatem humanę naturæ, in qua minor eſt patre, ſed etiam vt oſtenderet ſe eſſe à patre. vnde ipſe dicit in Ioh. Propter populum qui circunſtat, dixi. ſ. verba orationis, vt credant quia tu me miſiſti: Quod intelligitur et ſcdm deitatem. vnde Augu. x. de Trinitate dicit, quod orauit Chriſtus, ne filius ignoretur. Orauit etiam Chriſtus, vt nobis exemplũ daret orandi. vnde Ambro. ſuper Lucam in materia orationis Chriſti dicit: Ad præcepta virtutis nos informat exemplo. Item quia Chriſtus ſciuit quædam eſſe fienda mediante ſua oratione, idcirco conuenienter orat prout in iij. parte quæſt. xxj. articu. j. in reſponſione ad ſecundum argumentum.

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtilla: Et placebit Deo ſuper vitulum nouellum.*

## ADDITIO II.

¶ Poſtillator relinquit ſine expoſitione illa verba, quæ in litera cõtinentur. ſ. Cornua producentem & vngulas: Quæ quidẽ verba nõ videntur applicari ſacrificiis veteris legis, in quibus nuſquã fit mẽtio de hoc, quod tauri vel vituli de quibus ſacrificia fiebãt, producerẽt cornua, vel vngulas, vt patet in Leuitico, & in aliis locis, vbi de ſacrificiis veteris legis tractatur, & ſic hæc verba in ſenſu literali videntur omnino ſuperflua, & infructuoſa. vnde ſecundum doctrinam Grego. xxxi. moralium, cum ratio literæ defeciſſe cognoſcitur, reſtat vt ad ſenſum myſticum ſine dubitatione recurratur: quapropter in hoc loco recurrendum eſt ad ſenſum ſpiritualiorem, ſcdm quem cum dicitur Laudabo nomen Dei cum cantico &c. intelligitur de futura laude, ſcilicet patriæ quę magis placet Deo, quam omnis vita gratiæ: Quæ quidem. ſ. vita gratiæ ſignificatur per vitulum nouellum ex nouitate vitæ & producentem cornua quibus expugnẽtur heretici & eccleſiæ aduerſarij. Similiter & producentem vngulas, quibus aſpera ſeculi calcet, & eos quibus tantùm terrena ſapiunt vngulis excitet: prout in gloſſa largius habetur.

## REPLICA.

SAluum me fac Deus. vbi poſtillator dicit Chrm hominem orare, vt oſtendat veritatem humanæ naturæ in ſe, in qua minor eſt patre. Burgen. autem iuxta intentionem ſancti Thom. prout eum allegat tertia parte xxj. quæſt. Chriſtũ dicit oraſſe non ſcdm humanitatẽ, ſed et ſcdm deitatem: Quod ſatis erroneè, ſonat. Nam orare ſicut adorare eſt actus latriæ, qui eſt actus ſeruitutis inferioris ad ſuperiorem. Chriſtus aũt ſecundum cõmunem catholicorum doctrinam ſic non dicitur ſe habere ad patrem ſecundum deitatem, ſed ſecundum humanitatem. Motiua et Burgen. ad ſic dicendum non cogunt. Nam primum cũ dicit Chriſtum oraſſe, vt oſtenderet ſe eſſe à patre, ſecundum illud. Propter populum qui circumſtat dixi, vt credant, quia tu me miſiſti. Nam non oportet illam orationem de deitate intelligi, ſed humanitate in qua fuit miſſus miſſione viſibili. Nec orauit Chriſtus in propoſita allegatione, vt crederent eum facere miracula virtute Dei interpellati qui eum miſit. Multi enim dixerunt eum facere miracula in poteſtate dęmonum. Orauit igitur ad Dominum, vt hunc errorem excluderet: dum non à diabolo, ſed à Deo poſtularet. Ad idem eſt Hil. x. de Trinitate. & xj. Quod autem allegat beatum Ambroſium, quòd Chriſtus orauit, vt daret nobis orandi exemplũ, eſt

*Th. 3. p. xx. q.*
*2. cont. t. ad ſec.*
*Ioh. 11. e*
*Hil. x. et xj. de Trin.*
*Ambr. ſuper Luc.*



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E contra Burg. Nam dare exemplum pertinet ad humanitatē Chri: quia dicit beatus Aug. niſi eſſet verus Deus, non afferret remediū, niſi eſſet verus hō.non præberet exemplum. Nec cogit ſi Chriſtus ſciuit aliqua fienda oratione ſua mediante, quia anima Chriſti vidit in verbo ea quæ verbum vidit:ideo iuxta ea, quæ vt homo vidit in verbo,orauit fieri vt homo,non vt Deus. Sed vt conſulamus ſenectuti Burg. delirantis dicere poſſumus ſecundum communicationem idiomatum,Chriſtū Deum orare: ſicut Damaſcenus dicit puerum ſtellas creare. In eodem pſalmo circa illum paſſum: Et placebit Deo ſacrificium diuinæ laudis ſuper vitulum nouellū cornua producentem,& vngulas, vbi gloſſa magiſtralis ad literam his verbis dicit,non plus ſignificare, niſi quòd vitulus nouellus in ſacrificio offerendus nondum habeat cornua,& fortes vngulas: ideo talis dicitur producere ea virtute augmenti naturalis:nam in lege prohibitum fuit defectuoſa animalia in naturalibus offerri. Non ſunt igitur talia verba ſuperflua,ſicut putat Burg, nam in multis paſſibus ſacræ ſcripturæ ſenſus allegoricus plus penſat verba, & ad maiorem vtilitatem refert,quàm literalis ſenſus. Non igitur ſequitur literalē ſenſum eſſe inutilem,vel abijciendum: & primò recurrendum ad ſenſum myſticum,ſecundum doctrinam beati Augu.& beati Grego.xxxj,Moralium:quia hoc ſolum faciēdum eſt vbi litera ſm primariam vocū ſignificationem eſſet falſa vel abſurda, qualiter non eſt in propoſito, quia in propoſito ſenſus literæ eſt, ſiue offerantur perfecti boues iam habentes cornua, & vngulas, ſiue vituli adhuc naturaliter ea producentes,adhuc placebit amplius ſacrificium laudis,quàm legis,prout intendit poſtillator.

G

## GLOS. ORDIN.

Super pſ.69 memoria duplex. a *In rememoratione.Caſ.* Memoria duobus modis. Cum memores peccatorum,iudicium timemus:vnde ſupra in pſ.37. vel dum promiſſa bona corde retinemus & ſecuri ſumus,vt hic quod oſtēditur cum ſubditur,qd ſaluum fecit eum Dñs. Et congruè ſupra à caput de paſſione egit,& ſpe reſurrectionis addidit: ſimiliter mēbra, & paſſiones ſuas edicunt, & ſpem reſurrectionis aſſumunt. *Aug.* Vox tribulatorum Chriſto: Ideſt martyrum inter paſſiones periclitantium,ſed de capite præſumentium Cum illis vox omnis iuſti cui ex charitate, abundās iniquitas etiam Chriſtianorū eſt paſſio: vt Loth corporalem perſecutionem à nullo ī Sodomis ſuſtinuit, ſed à malis factis eorum cui non ſunt dictum,vt non ibi habitaret. Erit ergo perſecutio iuſti, vel à leone ī impetu, vel à dracone in inſidijs:vnde omnes clament: Deus in adiutorium primò petentes ſe adiuuari, malos erubeſcere.

† vide pſ.4. Sup.pſal.69 to.b. Gen.19. † erubeſcant

a ¶Chriſtum. b ¶Dirigens. c ¶Attribuitur. ¶Omnimodo qui hic loquitur.

a † In finem pſalmus Dauid, † in

a ¶Id eſt agens de memoria. b ¶Scilicet.

rememoratione, eò quòd ſal-

a ¶Spe & certitudine.

uum me fecit Dominus LXIX.

a ¶Qui ſoles iuuare. b ¶Aug. ſemper adiutorio egemus in hoc ſeculo maxime in tribulatione. ¶Contra pericula.

b Deus † in adiutorium a

a ¶Reſpice.

meū intende,Dñe ad b

¶Ecce. a ¶Caſ. Quaſi ſi tarde ... tormenta. b ¶Et. ¶Aug. Aut quam ... glorioſi, ſed poſt conuertantur:vnde ſubdit: & reuereantur. &c.

c adiuuādū me feſtina.Cōfundantur et c

a ¶Tunc domine. b ¶Aug. ad opprimendum.

d † reuereātur, † qui quærunt aīam meā.

a ¶Aug Non taceant ſed ſequantur,non ſuo conſilio viuant, ſed ſanctorum.

e Auertantur retrorſum, & erube d

ſcant,qui † volunt mihi mala. Auer- e

a ¶Repulit Paulus dicentes Ego ſum Pauli &c. 1.Corin. 1.a. ¶Irriſione vel adulatione.

tantur † ſtatim erubeſcentes, qui di- f

a ¶His omnibus auerſis & confuſis.

f cunt mihi, euge euge. Exultent & g

a ¶In quo ſunt lex, non in alio. b ¶Non homines ſed. c ¶Qui prius eos quæſiit.

† lętentur in tē oēs qui quærunt tē,

meliori iudicio videtur mihi,quòd hic pſal.eſt prophetia de futuro. Preuidit enim Dauid in Spiritu ſancto,quòd principiū huius pſal.recordandum eſſet in eccleſia Dei in principio omnium horarum canonicarū, vel iuxta principium, ſicut videmus adimpletum, & propter hoc in titulo poſuit,ad recordandum. Item de hoc pſal. & ſequenti qui incipit: In te Domine ſperaui &c. Dicunt aliqui expoſitores, quod eſt idem pſalm.in Hebr. alij autem oppoſitum: propter quod vidi plures libros Hebraicos, & in aliquibus ponitur idem pſal.in alijs autem diſtinctus. Primum tamen videtur mihi verius, licet Hierony.dicat duos eſſe pſalmos quia hunc quotat.lxix.& alium lxx. Non tamen mutatur ſententia ſiue hoc teneatur, ſiue illud: quia vterque videtur eſſe factus à Dauid, cum eſſet in perſecutione Abſalon filij ſui, vt mibi videtur ſaluo meliori iudicio. Secundum igitur hunc ſenſum diuiditur pſalmus iſte in duas partes, quia primò Dauid petit celerē liberationem. Secundò ad hoc inducit multiplicem rationem,ibi: In te Domine. Circa primum dicit.

a Deus in adiutorium meum intende. quia non poſſum Abſalon filio meo reſiſtere, ſicut ipſemet dicit. Surgite & fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Abſalon.

b Domine ad adiuuandum me feſtina. quia Achitophel nitebatur eum perſequi et comprehendere eadem nocte.

H

c Confundantur & reuereantur,qui quærunt animam meam. quod & factum eſt, qa Achitophel ſe ſuſpendit, vt habetur eodē cap.& Abſalon interfectus fuit, vt habetur ſequenti capitulo.

d Auertantur retrorſum,& erubeſcant, qui volūt mihi mala. quia populus qui erat cum Abſalon,eo deuicto fugit in tabernacula ſua. Et ad idem refertur, quod ſubditur:

e Auertan.ſta.eru. quia fugientes de prelio meritò erubeſcunt.

f Qui dicunt mihi,euge euge. Interiectio eſt gaudentis, quia populus exiſtens cum Abſalon erat in tanta multitudine,quòd gaudētes dicebāt: ſtatim habebimus eum in manibus noſtris captum.

g Exultent & lætentur &c.ideſt ego & viri mei, qui quærimus iuſtitiam tuam,& per te liberari.

¶ a Et dicant

## GLOSSA ORDIN.

## PSAL. LXIX.

F

† cogitant

Deus in adiutorium. Monet vt in Deo, nō in nobis gloriemur. *Caſſio.* Hic omnis petitio affirmatio eſt, vñ nō ſunt timendæ tribulationes. Hic verſiculus ante oēs horas in initio prædicitur,quia cum orare ſolemus,maximè tentare nititur diabolus,vt muſcæ morientes perdant ſuauitatem vnguenti.

Vbi ſupra. † pp mercedē pudoris ſui,. ppterea q͂d pudeface re me conabantur. † iucūderē

Eccl.10.a c *Confundantur.Caſ.* Cōfundi eſt de peruerſitate turbari. Reuereantur,ne proles à iuſtitia pœna ſequatur.

Vbi ſupra. d *Qui quærunt &c. volunt. Aug.* Diuerſa ſunt tempora in eccleſia,primò fuit impetus perſequentium: vnde,qui quærunt, mō remanſit maliuolentia cogitantium:vnde,qui volunt.

Diuerſa eccleſia tempora. Duo perſequentium genera. e *Auertantur. Aug.* Duo genera ſunt perſequentium,vituperantium & adulantium,vt igne aurum probatur,ita vrit lingua adulantium.Plus enim nocet lingua adulatoris. quàm manus perſecutoris,vtrunq; ignis, Vritur qui tentatur vituperio,vel laude.Exit integer,qui neutro capitur.

f *Exultent & lætentur in te om. &c. Caſſiodorus.* Monet lætari bonos,quos egenos Deus adiuuat & liberat.

a Semper

## MORALITER.

✱ a *Deus in adiutorium meum intende.* Sicut dixi in expoſitione literali,pſalmus iſte,& ſequēs qui apud Hebræos ſunt vnus pſalmus, videntur eſſe oratio Dauid in perſecutione Abſalon. Licet de hoc etiam alium pſalmum fecerit, nam illa perſecutio tractum temporis habuit. Moraliter autem poteſt exponi de bono paſtore ab aliquo filio ſuo,ſpirituali (tamen iniquo) perſecutionē patiente, ſicut de ſancto Thoma Cantuarienſe & Anglię rege legitur eſſe factum, à qua perſecutione petit diuinitus liberari.Et primò ponitur iſta petitio.& ſecundò exauditionis ratio, pſalmo ſequēti. Circa primum dicit: Deus in adiutorium meum intende.quaſi diceret: mea liberatio non apparet aliunde.

b *Domine ad adiu.me.fe.* ne in mea dioceſi creſcant mala quæ ſolent in populo creſcere percuſſo paſtore. Sicut dicebat Apoſt. Poſt diſceſſum meum intrabunt lupi &c.

c *Confundantur & reuereantur.* in ſe ipſis per pœnitentiam de hoc quod perſequuntur ſuum patrem.

d *Auertantur retrorſum.* reſilientes à tali perſecutione.

f *Qui dicunt mihi euge euge.* de me loquentes indebitè.

g *Exultent,& lætentur in te &c.* ideſt in tua bonitate, & non in huius ſeculi vanitate.

✱ Ego verò

## NICOLAVS DE LYRA.

## PSAL. LXIX.

Deus in adiutorium. *Huic pſalmo præmittitur talis titulus in Hebr. Ad victoriam Dauid ad recordādam. In tranſlatione Hiero.ſic dicitur: Victori Dauid ad recordandum, & eſt eadem ſententia,vt patet ex ſupradictis. Quòd autem dicitur hic ad recordandum,dicunt expoſitores communiter, q̄ hoc dicitur,eò quod Dauid fecit hunc pſal.ad beneficia ſibi præſtita à Deo recordanda:propter quod in aliquibus Biblijs poſt illud verbum,ad recordādum,additur,quod Dominus fecit eum ſaluum. Sed hoc additum fuit ab aliquo expoſitore,quicunque fuerit ille:quia hoc non habetur in Heb. nec in tranſlatione Hiero.iuxta Heb. veritatem, Item ſecundum hoc eadem eſſet ratio,q̄ in quolibet pſal. quem Dauid fecit pro ſua liberatione à periculis poneretur ad recordandum,quod nō eſt verum, & ideo ſaluo meliori*





a *Semper.* Quia non vnquam debet ceſſare à laude eius.

A b *Magnificetur Deus.Caſ.* Nrō more dictum vbi quis laudibus creſcit,quod non Deus,ſed nos laudando proficimus.

c *Ego verò egenus.Caſ.* Qd hortor,facio. Vel ipſi de ſe ſentiant. Vel,dominus magnificet:tu ergo quid? Vel,ego verò ēt iam iuſtus:qa adhuc lex mēbrorū repugnat legi men. meæ, & adhuc eſurit iuſtitiā. Vel de Deo illud dicant,ſed de ſe ita ſentiāt,vt dicāt. Vel,ego verò &c.verba Dei aſſumit ſibi, q ſupra ſe hæc eadē dixit. q.d.illi q quærunt aīam ſunt diuites,ſed ego egenus, & pauper: quia & mundanas copias non habet: & intus vbi eſt diues, ſemper ambit, deſiderat, & accipit.

d *Ne moreris.Caſ.* Tardum vr̄ quod magno deſiderio quærit. *Auguſ.* Ne mihi tardius videatur q̄ venturus es, quod fit per patientiam,qua qui caret,tardū ei vr̄ & deflectit ab eo, vt vxor Loth quæ fit ſtatua ſalis vt te condiat: exemplo enim tibi eſt, ne retro aſpicias.

a ¶Quaſi qui hoc non dicit, non quærit Deum. b ¶Hoc ſemper dicant. Qui peccatorem vocat,confitenti dat veniam:idem facit iuſte viuere,eandem glorificat.

a & dicant ſemper, magnificetur domi- a

a ¶Quia ab ille ſit ... eis,non à ſe.

c nus, † qui diligunt ſalutare tuum. E- b

a ¶Aug Ille diues nullius egens. ¶Lumen meum. b ¶Vel mendicus,ad eſt petens. ¶Inſufficiens mihi. c ¶Sed ò.

gō verò egenus & pauper ſum, Deus c

a ¶Vel adiuuat in mundi tribulatione. b ¶Ideo adiuua,quia. ¶Et. ¶Hoc ſemper etiam dicendum iuſtis. ¶Vt vincam. ¶Ecce vnde cepit. c ¶De ... nexibus cauſarum. ¶Ne cedam.

† adiuua me. Adiutor meus & † libera d

a ¶Non alia mihi ſpes eſt. ¶Aliàs eſto.

d tor meus es tū, Domine ne † moreris. f

C

## NICO. DE LYRA.

¶ a Et dicant. *De beneficijs nobis preſtitis.*

b Ego verò egenus & pauper ſum. *Quia in illa fuga Siba præſtitit ei cibaria. Et in termino Berzellai Galaadites & Machir filius Amihel præſtiterunt ei neceſſaria. & ideo ſubditur,* 2.Reg.16.a

c Deus adiuua me. *quaſi dicat, ſine tuo auxilio non poſſum reſiſtere. & ideo ſubditur:* 2.Reg.17.g

d Adiutor meus. *Contra hoſtes inuadentes.*

e Et liberator meus es tu. *ideſt à periculis imminentibus.*

f Domine ne moreris. *Et in hoc petit celerem liberationem,ſicut in principio pſ.*

## MORALITER.

† erutor

✱ b *Ego verò egen.&c. Adiutor meus.* In operibus bonis.

† tardaueris.

e *Et liberator meus es tu.* à malis.

f *Domine ne moreris.* Mihi ſuccurrere in caſu neceſſitatis.

## GLO. ORDIN.

a *In finem.Aug.* De commendatione grāæ.Quicquid enim ſimus,miſericordia Dei ſumus. Quicquid ex nobis, mali ſumus:vt tota ſpes noſtra in Deo ſit,non in noſtris viribus Ionadab cōmendat à Ieremia, q filijs ſuis pręcepit ne biberent vinū:neq; in domibus,ſed in tabernaculis habitarent: cui illi obedierunt quaſi Deus hoc pcīperet,licet.n.hoc De' non præceperit,prǽceperat tñ vt filij obedirent parētibus: qđ & debēt niſi pr̄es contra Deum iuſſerint.vñ Deus benedixit eis pp obedientiā, eoſq; obiicit populo Iſrael, qui nolunt obedire Deo, ſicut illi pr̄i. vñ ſuadet eis Iere.vt pareant ſe captiuitati,nec reſiſtant volūtati Dei.Subdit ergo: Et eorū qui primi captiui ducti ſunt, non qa filij Ionadab captiui ducti ſunt, ſed potius oppoſiti captiuandis pctō inobedientiæ. Ionadab ſpōtaneus dñi.i.qui ex volūtate ſeruit. Filij Iſrael captiui ſūt primi,& ſecundi, & tertij. Sed non de his ſonat pſal. potius de nobis q captiuamur in lege peccati,quæ eſt in membris.vñ magis commendat liberatoris Chriſti gratia. Sed cur primi?iam elucet,quia in cōparatione filiorū Ionadab oīs inobedientia culpata eſt, & p inobedientiam Adæ(in quo omnes peccauerunt) captiui ſumus meritò ergo primi captiui: quia primus hō de terra terrenus cui ſimiles.Secūdus de cęlo cæleſtis,à quo liberabimur.vnde iſte exclamat:In te domine ſperaui. vt natus in Adam in captiuitate primò petens ab omnibus liberari. Ferè ſingulis ſyllabis commendatur gratia.

B

b *Filio.Ionadab.Aug.* filijs ſpōtaneis.i. obediētię cātat pſalm'. & hi ſunt q primi captiui.i.ptinētes ad primū hoīem:pp primum primi captiui,qa prius qđ aīale eſt pp ſm hoīem ſecūdi redempti his cantat, vt diſcant p gr̄am reuerti qui ex ſe mali. *Caſſi.* el ita monemur in titulo hīc deuotionem filiorū Ionadab,non cōtumaciam Iudæorū, qua captiui eſſent, meruerunt. Filij Ionadab loco obedientiū, priores captiui loco contumaciū ponuntur:qui frequēter moniti nolūt corrigi. Hiſtoria in libro Regum.Iudæi pro lege Dei cōtempta decreti ſunt primæ, ſecundæ,& tertiæ captiuitati: ſed vt corrigerentur antequam prima veniret,p prophetā pronuntiata eſt: illi verò conſueta malitia in obſtinatione permanſerunt.

Sup.pſ.70.

a ¶Iſte. b ¶Et.

a In finem pſalmus Dauid, filiorū Iona-

a ¶Ideſt obedientiam quibus cantatur,vt perſeuerent. b ¶Ideſt inobedientium,vt deſiſtant.

dāb, & priorū captiuorum LXX.

¶Aug Si in me confundor vel in mundanis ... caduca.

c In † te Domine ſperaui, a

a ¶Vel ego iam in Adam confuſus ſum, ſed in Chriſto. b ¶In futuro. ¶Etſi hic de peccato. ¶Ideo. ¶Sed.

nōn cōfundar in ęternū: b

a ¶Caſ. Ideſt ſecundum quod iuſtitia tua exigit, quæ eſt vt parcas oranti,quod eſt miſericordia. b ¶Non mea, quam ſi haberem iuſtitiæ Dei non ſum ſubiectus:ſed tua quæ mihi à te. non enim de me glorior,gratiam tuam non reſpuo.

d † ī iuſtitia tua † libera me,& † eripe me. c

a ¶Et ò Domine etiam ſi ſum indignus ego,tamen. b ¶Id eſt iacentem ęgrum. c ¶Miſericordiam. ¶Meritū enim non attingit ad illum. ¶Hęc eſt confeſſio humilitatis. d ¶Ab ęgritudine quę intus.

e Inclinā ad mē aurem tuam, & † ſalua d

a ¶Non ... me perueniant iacula inimici. ¶Quia ego me protegere nequeo. ¶Ab occultis meis munda me.

f me. Eſto mihi † ī Deū protectorē,& in e

a ¶Aug.Tu qui fuiſti metus fugienti Adę, iam eſto locus refugij,ad quem qui refugit tutus eſt. b ¶Quia ſic in alto eſt,vt nihil timeat. ¶Vel refugij. c ¶In alio ſaluus eſſe non potero.

locum munitū, † vt ſaluum me facias.

† Deus ī te ſperaui domine,

D

† exime

## GLOS. ORDINARIA.

## PSALMVS LXX.

r Domine in ciuitate tua. *Quòd additur tua in aliquibus libris, non eſt in Hebręo. In tranſlatione verò Hier. ſic habetur: In ciuitate eorum imaginem ipſorum ad nihilum rediges: Potentibus enim huius mundi fiebant antiquitus imagines in ciuitatibus, quibus, populares reuerentiam faciebant, & quando diuino iudicio eijciebantur à ſua tyrannide, vel poteſtate, & interficiebantur, iſtæ imagines in deteſtationem eorum confringebantur. vel per imagines intelliguntur filij eorum: quia filius eſt naturalis imago patris, & tales tyranni leguntur frequenter interfecti cum tota prole ſua, vt habetur in libris Regum in pluribus locis, & in pluribus alijs hiſtorijs.* (Imagines)

¶ a Quia

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Inflammatum eſt cor me.* Id eſt inuidi felicibus.
b *Et renes mei commut.* Quibus ſtatur, id eſt conſtantia mentis reſoluta eſt, vt proſpera amarem: Grauis culpa præbere alijs occaſionem peccandi.
d *Ad nihilum redactus ſum.* Vanis hærẽs, iniurius Deo factus.
Super pſ. 7. e *Neſciui.* Magna, & profunda ignorantia neſcire, quòd pecces. *Caſſiod.* Remi. In ciuitate tua imaginem. Vel de hæreticis poteſt hoc accipi, quorũ diuerſas imagines dicit diuerſas hæreſes, & perſonas hæreſiarcharum, quas ſibi varijs dogmatibus induerunt. Quas rediget Deus ad nihilum in ciuitate ſua. ſ. præſenti, vel in ſuper cœleſti eccleſia. Quia inflammatum. *Aug.* Remi. Ecce conuerſio huius Aſaph. Facta ſuper inquiſitione quomodo ſcit Deus? &c. q. d. Illos rediges ad nihilum: ſed ego ſemper ero tecum? Quare? quia cor meum inflammatum eſt, vel delectatũ amore Dei, & tunc renes mei carnales delectationes cõmutatæ ſunt in ſpũales.
c *Commutati ſunt &c. Aug.* Quia prius ad nihilum redactus ſum, id eſt ad ea quæ nihil ſunt deſcendi: quia neſciui nihil eſſe, & poſt vt iumentum mansuetus factus ſum ferendo oneri, & ſemper ero tecum.
f *Iumentum. Caſſ.* Apud Deum vice pecudum ſunt: qui contra Deum ſentiant, & tamen in his errans, neſciẽs iudicia Dei, ſemper fui tecum quodammodo, ab idolis alienus, & tibi credens, & tu tenuiſti.
g *Tenuiſti manum &c. Aug.* Quia licet pecus non receſſi à Deo. Tenuiſti manum, id eſt poteſtatẽ dexteræ. ſ. rexiſti quòd ſemper tecum quidẽ ſimus. Dedit enim poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. In ſiniſtra, pecus, amans hæc temporalia. Vel manum dexteram. Caſs. non ſiniſtrã. Tenet dexteram Deus: dum ad bona opera dirigit, & ne mergamur, liberat, vt Petrum. *Caſſiod.* Viſo malo impiorum bonoq; ſuo arguit ſe de prioribus, quo terrena à Deo quæſiuit, & mutat in contrarium. *Aug.* Comparat terrenæ voluptati ſuæ præmium cœleſte, & ſe arguit.
h *In æternum &c.* Ab eo nunquàm vltrà ſeparabor.
i *Qui fornicantur abs te.* Huic fornicationi cõtrarius eſt caſtus timor, q gratis ipſum amat, in quo habet omnia.
K *In portis filiæ Sion. Aug.* In publico, vel cõcordia Apoſtolorum, qui ſunt portæ eccleſiæ. Quia prædicatio, quę eſt præter vnitatem eccleſiæ inanis eſt. Vel virtutibus eccleſia eſt filia Sion. i. ſpeculationis.

† acre vel acceſ. factũ. † el acuti... † inſipiens ſum. † dexteræ meæ. Vbi ſupra. † aſſumpſiſti. † reſtat. † robur. F † ſecula. † longè faciant. † Et ego (ſub. noui) q appropinquare Deo mihi † poſui. † opera.

¶ Zelo vel amore Dei. ¶ Alias delectatum. Aug. Id eſt quando delectauerunt me terrena, renes mei ſunt mutati, vel quia ad Deum totus caſtus factus eſt.

a Quia † inflammatum eſt cor meũ,
a ¶ Carnales delectationes. b ¶ Vel reſoluti ſunt. c ¶ Auguſt. Qui modo talia dico, de diuitibus aliquando talia deſiderabam, & ideo tunc ad nihilum redactus &c.

b & renes mei † cõmutati ſunt, & ego
a ¶ Quando penè effuſi ſunt greſſus: Non eſt ergo deſperandum de huiuſmodi.

d † ad nihilum redact⁹ ſum, & † neſci
a ¶ Quid eſt neſciui? ecce. ¶ Alias Quaſi pecus. Aug. Cum terrena amans, non noui æterna: Sed non receſſit a Deo petens hæc non a dæmonibus. Vnde ſubdit: Ego ſemper tecum.

f ui. Vt iumentum factus ſum apud
a ¶ Et tu.

g te, & ego ſemper tecum. Tenuiſti manum † dexteram meã, † & in vo
a ¶ Non meis meritis. b ¶ Ad verum intellectum.

luntate tũa deduxiſti me, & * † cum
a ¶ Æterna. ¶ Quæ maior gloria quam hominem verbo Dei vniri, & ad dexteram eius locari. b ¶ Humanam naturam verbo vniſti cum gloria. c ¶ Quaſi bene dixi: In gloria ſuſcepiſti me: quia. ¶ Quaſi tantum & tale mihi paratum eſt in cęlo, quod dici non poteſt ſcilicet ut ipſe.

glõria † ſuſcepiſti me. † Quid enim
a ¶ Quod habent & mali, quaſi magnum volui. ¶ Quam vile.

mihi † eſt i cælo, & † à te quid volui
a ¶ Ideo. b ¶ Carnalis delectatio in opere.

ſuper terram: Defecit † caro mea &
a ¶ Caſs. Mala cogitatio. b ¶ Tam caro quam cor in his tenet quod gratis iam Deum amo.

cor meũ, † Deus cordis mei, & pars
a ¶ Hoc eſt quod eſt et in cęlo. ¶ Alij alia eligunt, ſed ego te eum. ¶ Tam magna res, quod non alia. b ¶ Ideo pars mea Deus.

k mea Deus in † æternum. Quia ecce
a ¶ Longe ſunt qui hæc temporalia non à Deo petunt, quod non iſte.

qui † elongant ſe à te, peribunt: † per
a ¶ Iſti ſunt longe.

i didiſti omnes qui fornicantur abs
a ¶ Illi ita, ego autem aliter. b ¶ Aug. Nihil melius eſt quam videre facie ad faciem. ¶ In præſenti per cultum, et in futuro cultura non receſſit.

te. † Mihi autem adhærere Deo bo
a ¶ Modo dum peregrinus, dum non res.

num eſt, † põnere in domino Deo
a ¶ Quæ eſt ancora præmiſſa ad terram. b ¶ Aug. Id negotij, iſte interim habet laudare Deum, & coamatores facere.

ſpem meam. Vt annũtiem om
a ¶ Vel in atrijs.

k nes † prædicationes tuas, in põrtis filiæ Sion.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Quia inflammatum eſt. *Hic conſequenter deſcribitur præmiatio bonorum in præſenti quantum ad bona gratiæ, & in futuro quantùm ad bona gloriæ. Dicit igitur Pſalmi. in perſona talium. Quia inflammatum eſt. Iſtud quia non refertur ad præcedentia quaſi hic reddatur ratio prædictorum, ſed magis ſequentium. Dicit ergo: Quia inflammatum eſt cor meum. Per Dei puram dilectionem.* G
b Et renes mei commutati ſunt. *Per carnis concupiſcentiæ remiſſionem aut repreſſionem, quæ viget in renibus quantùm ad maſculos, vt dicit Greg.*
c Ad nihilum redactus ſum. *Quaſi dicat: ex hoc quòd dilexi Deum ex toto corde, & repreſſi impetum luxuriæ, ſecutum eſt, quòd ego ad nihilum redactus ſum in mea reputatione.*
d Et ne. *i. me ignorantem reputaui. Quantò enim homo plus per charitatem Deo coniungitur, & à carnali libidine retrahitur, & tantò minus ſe reputat per humilitatem, & magis cognoſcit ſuam ignorantiam. ideo ſubditur:*
e Vt iu. factus ſum apud te. *id eſt in ſcientiæ tuę comparatione, quæ magis excedit cognitionem humanam, quàm humana brutalem.*
f Et ego ſem. tecum. *Quia quando homo reſilit in propriam prauitatem, & ignorantiam, committit ſeſe totaliter diuinæ diſpoſitioni, & ipſe eum recipit, ſecundum quod dicitur. Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe te enutriet. ideo ſubditur:*
g Tenuiſti manum dexteram meam. *Me dulciter in tua protectione recipiendo.*
h Et in voluntate tua dedu. me. *A deuijs vitæ præſentis mihi præcauendo.*
i Et cum glo. ſuſ. *De præſenti miſeria ad vitam beatam transferendo. ideo ſubditur:*
K Quid enim mihi eſt. *q. d. nec in cęlo nec in terra eſt aliqua creatura quæ mihi ſufficiat pro beatitudine mea, quę conſiſtit obiectiuè in ſolo Deo, qui eſt bonitatis infinitæ. ideo ſubditur:*
l Defecit caro mea. *In conſideratione bonitatis tuę quę non poteſt comprehendi à finita virtute, ſecundum quod dicitur. quòd oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quę præparauit Deus his, qui diligunt eum. ideo ſubditur:*
m Deus cor. mei. *id eſt animę meę creator, & beneficiator: ideo ſubditur:*
n Et pars mea Deus in æternum. *i. adimplens deſiderium meum.*
o Quia ecce qui elongant ſe à te. *Per peccatum mortale.*
p Peribunt. *Perditione gehennę.*
q Perdidiſti omnes &c. *Per peccatum idololatrię, quod in ſcriptura fornicatio nominatur.* H
r Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. *Per fidem, & charitatem in præſenti.*
s Ponere in domino Deo ſpem meam. *Per certam futurę beatitudinis expectationem: Spes enim eſt certa expectatio futurę beatitudinis, ex gratia, & meritis proueniẽs.*
t Vt annuntiem &c. *i. illa, quę debent annuntiari fidelibus ad gloriam tuam, & eorum vtilitatem.*
u In portis filiæ Sion. *Hoc non eſt in Hebręo, nec in translatione Hierony. ſed fuit appoſitum ab aliquo expoſitore, eò quòd in veteri teſtamento prophetæ, & doctores annuntiabant reuelationes ſibi factas, & legis expoſitiones in portis atriorum domus domini, quę erat in monte Sion. propter quod fuit dictum Ierem. Sta in porta domus domini.*

*In pſal. lxxij. Quàm bonus Iſrael. ubi dicitur in poſti. Secundum verò Hiero. & doctores Hebręos.*

### ADDITIO PRIMA.

Non omnes doctores Hebræi hoc ſentiunt, ſcilicet, quòd Dauid non fecit omnes pſalmos, nec in hoc videtur magis aſſentiendum Hieronymo quàm Auguſtino, ſed potius econuerſo, vt dictum eſt ſuprà in principio libri, & in pſal. immediatè præcedentibus, & in quibuſdam alijs, &c.

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtill. Quia zelaui ſuper iniquos.*

### ADDITIO II.

Iſte zelus poteſt exponi in bonum. ſ. de zelo iuſtitiæ eo modo quo dicitur in pſal. Zelus domus tuæ comedit me. Iuſti enim videntes proſperitatem malorum frequenter zelant zelo iuſtitiæ, nõ concupiſcentiæ, timentes. ſ. ne ſimplices ex talium proſperitate decipiantur: vnde dicit infrà: Ideo conuertetur populus meus hic &c. Et quia zelus cordis, & cæteræ paſſiones animi cùm valde intenduntur, turbant motus corporales ſecundum Philoſophum: ideo prædixit Pſalmiſta: Mei autem penè moti ſunt pedes &c. quod intelligitur de motu, & greſſibus corporalibus, qui ex vehementia zeli iuſtitiæ præcipitabant.

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtill. Quia non eſt reſpectus mor. eo.*

### ADDITIO III.

In Hebr. ponuntur in hoc verſu aliquę dictiones obſcurę & æquiuocę, ſecundum quas quidã Hebręorum expoſitores hunc verſum ſic interpretantur: Quia non ſunt ligamenta in morte eorum. Quod ſic exponunt, quia iſti pctõres moriuntur abſq; pœnis corporalibus, acſi non eſſent animę eorum ligatę ſuis corporibus, & ſic ſine pęna corporali vel ſaltem cum leuiſsima migrantur ab hac luce, quod non contingit cõiter hominibus. Similiter & quod ſequitur. Et firmamentum in plaga eorum. Interpretatur iuxta literã Hebraicam, quæ hic vr̃ ſonare ſic. Et eſt ſana valetudo eorũ. Quod ſic exponũt. ſ. q tales impij in vita ſua ſunt fortes & validi, & moriuntur ſine pœnis, ſaltem grauibus. Et ideo ſubdit immediatè: In labore hominũ non ſunt &c. q. d. iſti nec laborant in vita, quia fruuntur ſanitate corporali: nec in morte, quia ſine agone moriunt̃, cuius oppoſitum frequenter contingit etiam in viris iuſtis, & ſanctis, &c.



*In eod. pſal. vbi dicitur in poſtilla: Veruntamen propter dolos.*

### ADDITIO IIII.

In Hebræo habetur: Veruntamen in dolis ſeu fraudibus poſuiſti eos: quod exponitur ab aliquibus Hebræis ſic, quia impij, qui innocentes defraudant ſeu affligunt, finaliter defraudantur & decipiuntur ſcilicet in iſtis mundanis, quia frequenter contingit eis qđ ſubditur, ſcilicet: Deieciſti eos dum alleuarentur: exponatur prout in poſtilla.

*In eod. pſal. lxxij. vbi dicitur in poſtil. Quia inflammatum eſt.*

### ADDITIO V.

Hæc coniunctio ſcilicet quia, melius videtur referenda ad præcedentia in principio pſal. Ad quod ſciendum, quòd cùm Pſalmiſta dixerat, quòd zelo proſperitatis impiorum penè moti eſſent pedes eius, niſi propter ea quæ fuerũt ſibi reuelata in ſanctuario Dei. ſcilicet in ſacra ſcriptura, de punitione malorum, & præmiatione bonorum. Ad quæ cognoſcenda attingere non poterat per inueſtigationem naturalis rationis, ſed per illuſtrationem diuinam: idcirco dicit, quod inflammatum eſt co. eius ex zelo prædicto, & renes commutati per vehementiam conſiderationis circa inquiſitionem cauſæ huiuſmodi. Renes enim qñq; dicuntur erudire hominẽ eo modo quo dicitur: Increpuerunt me renes mei. Et quia omnia iſta non ſufficiebant ad habendum quæſitum, ideo dicit. Et ego ad nihilum redactus ſum & neſciui: quaſi diceret: Tota inquiſitio mea fruſtrata fuit, quia neſciebam de his reddere rationem. vñ ſequitur: Vt iumentum factus ſum apud te. i. in comparatione tuæ iuſtitię & prouidentiæ: Quia tñ in illis inquiſitionibus nunq̃ deuiabat à confeſſione iuſtitiæ & bonitatis diuinæ, licet in particulari neſciret rationem reddere. ideo ſubdit: Et ego ſemper tecum, ſcilicet in vera fide, per quam talia attribuebat diuinæ pietati. & ideo ſubdit: Tenuiſti manum dexteram meam &c. exponantur ſicut in poſtilla. C

## GLO. ORDIN.

a *Intellectus Aſaph. Auguſt.* Synagogæ (quæ tantũ de Iudęis) vox ſecundum grana, non paleas. Synagogæ data eſt lex, quæ quidem à Deo per Moyſen. Per Chriſtum gratia: quia impletur per charitatem, quòd tũc videbatur. Veritas quia redditur quod promittebatur. In lege, & prophetis eadem præcepta cũ Euãgelio ferè omnia. Moralia enim eadem, ſed non ceremonialia. Non tamen eadem ſacramenta, quia illa promittebant, hæc dant ſalutẽ. Nec eadem promiſſa, quia ibi terrena primò animalibus, hic ęterna ſpiritualibus. Illa ergo ablata ſunt: non eſt enĩ vnctio, vel ſacerdos, vel propheta, vel templum. Vbi veritas venit, vaſtata ſunt omnia, pro quibus Chriſtũ occiderunt: Hoc plangit Aſaph intelligens diſcernenſq; terrena à cœleſtibus, vetus teſtamentum à nouo, vt ſcias quid ex his eligas. Primus pſalmus lamentationis: ſequuntur alij duo. lxxviij. & cxxxvj. hoc genus dictionis: plenum charitate docet flere cum flentibus, ampliore miſericordia plorat ille in proſperis Ieruſalem nõdum euerſa, necdum viſa captiuitate ſicut poſt fleuit Ieremias captiuitate peracta. Ideo ſubuerſio captiuitatis deplorata preſcribitur, vt duritia Iudæorum, vel calamitatibus terreretur, vel molliretur. *Caſſiod.* Monet relictis figuris tranſire ad veritatem.

a ¶ Scilicet quod venit veritas figuris ablatis, & quod æterna non temporalia ęſtimanda ſunt.

a † Intellectus Aſaph.

Pſal. LXXIII.

a ¶ Quid venit veritas figuris ablatis. ¶ Non repreheḋit ſed quærit quare. ¶ Quaſi, cur niſi quia paſtorẽ nõ agnouimus.

V T quid Deus repuli
a ¶ Vſq; in finem ſeculi, vel in Chriſtum qui eſt finis. ¶ Ex toto. b ¶ Ita ſuroris, ex hac peminatione, grauiſſima oſtenditur ira.

a ſti † in finem: † iratus eſt furor tu
a ¶ Caſ. Præterita beneficia numerat, vt poſt iudex inuitetur ad conuerſ. beneficia, & plus ſua beneficia in eis quam eorum errata attendat.

e us ſuper oues paſcuæ tuæ. Me
a ¶ Græce ſynag. g. latine congregatio populi.

mor eſto congregationis tuæ,
a ¶ Hic eſt populus quem paſtor tuus poſſedit, non gentes. b ¶ Huius populi id eſt a patriarchis. c ¶ Memor eſto & debes. ¶ Quia. ¶ Ab Abraham & Aſaph.

f quam † poſſediſti ab initio. † Re
a ... ſolitarium.

h demiſti virgam hæreditatis tuæ:

## NIC. DE LYRA. PSAL. LXXIII.

V T quid Deus. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebręo, & in tranſlatione Hiero. Eruditio Aſaph, & habet multiplicem intellectum, quia eruditus fuit à Deo per reuelationẽ de contentis in hoc pſal. & ſcripſit hunc pſal. ad eruditionẽ aliorũ. De materia verò huius pſ. dicit Rab. Sa. quòd Aſaph in ſpũ præuidens captiuitatẽ populi Iſrael p Titũ, & Veſpaſianũ ſtendam, & diu duraturã, fecit hunc pſal. orans pro liberatione populi ab iſta captiuitate, in qua nunc eſt, quã liberationẽ expectant Iudæi fieri per regẽ Meſſiam, qui reędificabit eis ciuitatẽ Ieruſalẽ & tẽplum, & reſtituet eis arcã teſtamenti & vaſa ſanctuarij. Sed hæc expoſitio hẽt erroneum fundamentum. ſ. q Chriſtus futurus ſit in mundũ, cũ hoc iam tranſierit in præteritum, vt frequenter dictũ eſt: Similiter quantũ ad hoc, quod dr̃ de arca teſtamenti, et alijs vaſis ſanctuarij, q ſint eis reddenda: quia dicit Iere. In diebus illis ait dñs, nec dicent vltrà, arca teſtamẽti dñi, neq; aſcendet ſuper cor, neque recordabuntur illius, nec viſitabuntur, nec fiet vltrà: propter quod ſaluo meliori iudicio mihi videtur, q pſal. iſte loquitur ad literam de captiuitate Babylonica, quam præuidit Aſaph futurã, & in hoc pſal. orauit pro eius liberatione. Secundum igitur ſenſum hunc pſal. iſte diuiditur in quatuor partes. Primò enim Aſaph pro liberatione populi allegat priſtinam Dei amicitiam, ſecundò aduerſantium malitiam, ibi: Leua manus tuas. tertiò Dei potentiam, ibi: Vſquequo. quartò populi miſeriam, ibi: Ne tradas beſtijs. Circa primum ſciendũ, q ad magnanimũ pertinet, q ſi amicus eius familiaris in aliquo offenderit eũ, citius ei reconciliari debet pp priſtinam amicitiã: Deus autẽ elegit populum Iſrael tanq̃ ſibi familiarem, & peculiarẽ, & ex hoc allegat Aſaph diuinam reconciliationẽ, licet multipliciter Deum populus offenderit ante Babylonicam captiuitatem, & hoc eſt, quod dr̃:*

Materia pſal. Iudæi ... & qualiter ... per ... Meſſiam. D † fumabit. Iere. 3. e B Diuiſio. † liberalli.

a Vt quid Deus repu. *ſ. populum tibi familiarem, & electum.*
b In finem. *i. tandiu ſuſtinendo eius captiuitatem.*
c Iratus eſt furor tuus. *Per hoc non eſt intelligendus in Deo aliquis motus paſſionis, ſed rigor ſuæ vltionis.*
d Super oues paſ. *t. i. ſuper populũ tuũ Iſrael, quẽ paũiſti manna. ſ. lan. in deſerto vſquequo introduxiſti eum in terram melle & lacte fluentẽ.*
e Memor eſto congregationis tuæ. *Quia dominus congregauit filios Iſrael in Rameſſe, quando debuerunt egredi de Aegypto.* Ioſue. 5. b
f Quam poſ. ab ini. *ſ. exitus de Aegypto: quia per legem ſuſceptam populus Iſrael obligauit ſe Deo ad ſeruiendum ſibi ſpeciali ſeruitute.* Exo. 12. a
g Redemiſti virgam. *id eſt ſceptrum regium.*
h Hæreditatis tuæ. *i. Iudęæ, quę dicitur hęreditas domini, eò quòd ibi viguit cultus diuinus: vbi autem ſpecialiter habebat locum ſceptrum regium oſtenditur cum dicitur:*

a Mons

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. LXXIII.

V T *quid Deus. Caſſiod.* deſcribens euerſionem Ieruſalem irreparabilem, quærit cauſam quare admirans, & conquerens, & precatur pro repulſo populo, & vltionẽ in deſtructores: quæ quidem eis vtilis eſt, & iam facta eſt.
c *Repuliſti nos. Caſ.* Quaſi alienos à tua defenſione.
d *In finem.* Nec templo parcitur. Interitum, & captiuitatẽ ſignificat, quæ à Tito & Veſpaſiano. Oues nominat, vt pij paſtoris miſericordiam commoueat.
e *Tuę.* In eos temperantius vindicamus, quos aliquando fuiſſe noſtros meminimus.
f *Poſſedi. Caſſiod.* Vel, creaſti: etſi omnes creat, & diſponit, Iudęos tñ ſpecialiter, quibus legem, & prophetas dedit.
g *Redemiſti. Hier.* Te pretio. i. per te pretium. *Mons. Aug.* Eminentia, Sion ſpeculatio eſt, in quo, in qua re habitaſti. Vel vacat in eo. *Hiero.* Montem, vel montis Sion, ſiue in eo. Huiuſq; veri. teſt. facta: quæ ſequitur veritas promiſſa. Per Siõ, Ieruſalẽ ſignat, in qua pręſentia Chriſti habitauit, & ideo ne daret eam vaſtitati ſupplicat.
g *Virgam hæ. Aug.* Ipſa congregatio, virga hæreditatis dicitur, quam volens poſſidere virgam Moyſi in ſerpẽtem vertit: ſed apprehẽſa cauda redijt in virgam. *Hiero.* Quia mors ſuaſu ſerpentis intrauit in mundũ, virga in ſerpente, Chriſtus in morte. Vnde & intuebatur ſerpentem. id eſt Chriſtum mortuum credit, ſanatur à ſerpentibus. i. à morte æterna. Expauit Moyſes, & fugit, ſic Apoſtoli moriente Chriſto Retenta cauda, id eſt poſterioribus, fit virga: quia primò occiſus, poſtea ſurrexit. Cauda etiam eſt finis ſeculi, in quo redimus ad manum Dei, & ſtabilimur, qui per mortẽ quaſi per

## MORALITER.

a *Vt quid Deus repuliſti in finem ira. &c.* Pſalmum iſtum literaliter expoſui, vt ſit oratio Aſaph pro liberatione populi Iſrael de captiuitate Babylonica quam præuidit futuram. Moraliter autem poteſt exponi pro liberatione terræ ſanctæ de manu Saracenorum captæ tempore Saladini, & ad hoc allegatur amicitia priſtina, cùm dicitur: Vt quid Deus repuliſti. id eſt repelli permiſiſti populum Chriſtianum amicabilem tibi de terra ſancta.
c *Iratus eſt fu. tu. ſuper oues paſ. tuæ.* i. paſtę Euangelico verbo & euchariſtię ſacramento.
e *Memor eſto cong.* In Ieruſalem factæ ſub Apoſtolis in principio eccleſiæ. De qua dicitur in Act. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Act. 4. d
g *Rede. vir. hæred.* Sanguine proprio ibidem effuſo.

Leua

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

per ſerpentem fluximus. *Aug.* Sed quia hæc & de gentibus
E exprimit, de quibus dicat: Mons Sion. Id eſt non de genti-
*Vbi ſupra.* bus. Vel montem Sion iſtum, quem inhabitaſti in ipſo. Le-
ua manum tuam in ſuperbias eorum, à quibus euerſa eſt Ie
ruſalem, id eſt regibus gentium. In finem, quia & ipſi Chri
ſtum iam nouerunt.

*Vbi ſupra.* a *Leua. Caſſiod.* Potentiam, vt ſuperbiā eorum vertas ad humilitatem, ducens eos in finem. i. Chriſtum, quod & impletum eſt: quia Romæ Chriſtiana religio effloruit. Leua, quia ex multum ſuperſtitioſa facta eſt ſanctiſſima.

b *Quanta mali. &c. Aug.* Sacerdotes, & miniſteria templi præda fuerunt. Tota gens, vel occiſa vel captiuata Inimicus. Romanus exercitus, ad hoc per prolepſim præmiſit, eorum.

c *In ſ. &c. Caſſi.* In ſanctuario per contemptum ſancti templi, vbi deitas videtur deſpici: in præſumptores concitat inuidiam.

d *Gloriati ſunt. Aug. Caſſi.* De victoria ſua. Ecce quòd non bono zelo fecerunt. Gloriati, cum ſcelus ſoleat ſequi penitudo. hi ad gloriā vertunt, qui te oderunt ſerui dęmonum, qui nullatenus ſunt tolerandi.

e *In medio ſolennitatis tuæ.* Non in extremo loco, ſed in medio atrio. Alia litera: ſacrilegia commiſerunt.

f *Signa &c. Aug.* Aquilas, quibus in prælio, vel ſtatuas monimenta victoriæ ſuper portas. Signa ſua manifeſta: cum dolore iterat ſigna, vt ad celerem vindictam prouocet iudicem, oſtendens quòd ſuis viribus darent: vnde & ſubdit: Et non cognouerunt, ſcilicet quòd Dei diſpoſitione hoc fieret. Sicut in exitu, ita in templo poſuerunt ſigna: ſicut ſolent ſtatuæ principum in exitu, id eſt in portis vel in via, & in plateis poni, & hoc ſuper ſummum, id
F eſt per edita loca.

g *In exitu. Caſſiod.* Vel ſicut in egreſſu deſuper, id eſt nō cognouerunt, quod hæc licentia à Deo egrederetur.

h *Quaſi in ſylua &c. Caſſiod.* Antequam construeretur, prophetat euerſionem templi.

i *In ſecuri, & aſcia polluerunt &c. Auguſt.* Securis cædit trabes, aſcia minutius perſequitur. Per hoc ergo, & magnas res, & minimas dicit deiectas, vt ciuitas funditus ſit deuaſtata, prius inciſa, poſt ignis omnia vorauit.

K *In terra &c.* Vſque ad terram deiecerunt culmina ad laudem Dei erecta. Auget ſcelus, vt atrocius vindicetur. *Caſſiod.* Vel poteſt totum legi ex perſona deſperantium Iudæorum ab illo loco dixerunt in corde ſuo, prędicta vtique mala miſericordiam iudicis poterant mouere, niſi eſſet obſtinata in Iudæis ſuperbia. Iraſcentes enim viſa euerſione furioſè dixerunt: abijciamus legem Dei, quæ nos non liberauit: quia etiam ſigna quæ fiebant patribus non modò videmus: quaſi poſt reatum his deberetur quod illis deuotis factum. Adhuc verba deſperantium Iudæorum: Iam nō eſt propheta quem conſulamus, vt olim fiebat in aduerſitatibus cùm enim poſt Chriſtum eos non haberent, dixerunt ſe derelictos: hæc dixit, ne videretur inclementia, quòd Aſaph pro eis non eſt auditus: quia meritò ſuſtinent, qui inter hęc non pęnitent. *Aug.* Hæc dixerunt: ſed vſquequo pateris opprobria Iudęorum: Non hoc dixit vt eos velit perdi ſed cōmutari. In finem mundi, veſperam ſcilicet quando Iudæi conuertentur.

l *Signa no.* Quaſi diceret: meritò hęc mala nobis cōtigerunt. Quia nōne vidimus ſigna. q. d. vidimus, ſed nō intelleximus: ☞ & verè

---

a ¶Id eſt quæ hære. vel victa. vel congregatio eſt. b ¶Aug. Vbi populus, templum, ſacrificia, & omnia Chriſtum promittentia, & ideo non debebant tunc deficere.

†mons Sion †in quo habitaſti in-

a ¶Eripi. b ¶Potentiam tuam.

eo. †Leua †manus tuas in ſuper-

a ¶Quibus euerſa eſt Ieruſalem. ¶Regum gentium. b ¶Ducens eos. ¶Chriſtum quem modò & nos. c ¶Euerſionis hiſtoriam breuiter commemorat: quaſi ideo leua, quia inimicus idololatra malig. &c.

bias eorum in finem: quanta ma-

a ¶Maligne operatus eſt. b ¶Idololatra. c ¶Templo, ſacerdotio & cæteris ſacramentis quod permiſit Deus, quia iam nil præſignabant cum res eſſet.

lignatus eſt inimicus in †ſancto.

¶Serui dæmonum.

†Et gloriati ſunt †qui oderunt te

a ¶Tunc euerſa eſt Ieruſalem quando ſolennitas agebatur paſchalis in qua crucifixerunt dominum.

in medio †ſolennitatis tuæ. Po-

a ¶Vexilla Romana, vel ſtatuas quas prius in templo poſuerunt. b ¶Vel trophæa. c ¶Reſpexerunt.

ſuerūt ſigna ſua ſigna, †& non cō-

a ¶Quod à Deo eſſet hoc. b ¶Terræ vel aliquo excelſo loco.

gnouerunt, ſicut in exitu ſuper

a ¶Sine aliquo reſpectu & reuerentia.

ſummum. Quaſi in ſylua ligno-

a ¶Communiter. b ¶In quibus ornandis olim cura fuit.

rum ſecuribus †exciderunt ianu-

a ¶Simul. b ¶Conſpirati conſtanter.

as eius in idipſum: in †ſecuri & a-

a ¶Ciuitatem. b ¶Non modo domos priuatas.

ſcia deiecerūt eam. Incenderunt

a ¶Quod non poterat excidi. b ¶Quia illud quod in cęlo non potuerunt. vnde magis eſſet cuique elaborandum de illo.

igni ſanctuarium tuum in terra,

a ¶Quod Salomon fecit nomine domini.

polluerunt tabernaculum nomi-

a ¶Ideo hæc omnia quia. ¶Romani.

nis tui. Dixerunt in corde ſuo,

a ¶Non pauci. ¶Omnes ſimul. b ¶Quid? Iſtud. ¶Ne ſit in terra gloria nomini Dei.

†cognatio eorū †ſimul: quieſcere

a ¶Hoc ex perſona huius Aſaph interpoſitum eſt. Non enim idolis ſeruientes, Deum appellauerunt, cuius templum euertebant.

faciamus omnes dies feſtos Dei

a ¶Meritò hæc: quia, vel. Et cum hæc omnia: præterea. b ¶Prædicta mala. ſunt ei diſciplina. In his hoc Aſaph intelligit, quod euerſa ſunt omnia ſigna: quia res venit, quaſi his omnibus euerſis ceſſant ſigna.

à terra. Signa noſtra non vidi-

---

*tium malitiam, propter quam decens eſt, quòd Deus eam puniat, & liberet detentos ab eis. Et circa hoc primò allegat malitiam Babyloniorum, ſecundò apoſtatantium Iudæorum, ibi: Signa noſtra. Circa primum dicit: Leua manus tuas. Id eſt virtutem tuæ poteſtatis. quia in Deo non habent locum lineamenta corporis.* G

c In ſuperbias &c. *id eſt ad frangendum totaliter ſuperbiam Babyloniorum, quod factum fuit, quando dominus per Cyrum & Darium Babyloniam deſtruxit, vt habetur: Et huius deſtructionis allegat cauſam mouentem, dicens:*

d Quanta malignatus eſt inimicus. *i. rex Babylonis, & eius populus.*

e In ſancto. *i. in templo diuino cultui deputato. Conſequenter explicat magis in particulari mala facta à Babylonijs in ciuitate, & in templo Dei, cùm dicitur:*

f Et gloriati ſunt &c. *Tanquàm feciſſent propria virtute cùm tamen à te factum fuerit propter populi correctionem.*

g Qui oderunt te. *id eſt Babylonij qui erant idololatræ.*

h In medio ſolennitatis tuæ. *i. in Ieruſalem quam deſtruxerunt Babylonij, in qua Iudæi manentes in circuitu conueniebant ter in anno ad celebrandum feſtiuitates domini, ſ. in feſtis paſchæ, pentecoſtes, & tabernaculorum.*

i Poſuerunt ſigna ſua. *id eſt vexilla ſua in ſignum victoriæ: quia capta ciuitate Chaldæi poſuerunt vexilla ſua ſuper portas & loca ſolennia, in ſignum captionis, & victoriæ. ideo ſubditur:*

l Et non cognouerunt. *ſcilicet Chaldæi hoc facientes, quòd propter peccata populi Iſrael dabat Deus illis tantam victoriam, ſed attribuebant ſuæ poteſtati.*

m Sicut in exitu. *ſ. belli habita victoria.*

n Super ſummum. *i. ſuper turres, & loca ardua, vbi in ſignum victorię ſolent poni vexilla, & interponitur.*

o Quaſi in ſylua lignorum ſe. exci. ianuas eius. *id eſt ianuas ciuitatis à Deo electæ: ita irreuerenter exciderunt, & deſtruxerunt ſicut ligna de ſyluis.*

p Incenderunt ig. ſan. tuum. *id eſt templum tuo cultui deputatum, & dedicatum.*

q In terra. *Quaſi diceret: ſanctuarium quod eſt in cęlo, non potuerunt deſtruere.*

r Polluerunt &c. *Quia capto tēplo immolauerunt ſuis idolis victoriam eis attribuentes, ſicut conſueuerant in victorijs aliarum gentium.*

s Dixerunt in corde &c. *id eſt de hoc habuerunt commune conſilium Chaldæi, quod ſubditur:*

t Quieſcere faciamus omnes. *Erat enim eorum intentio, vt Deus Hebræorum amplius ibi non coleretur, propter quod templum funditus deſtruxerunt.*

v Signa noſtra non vidimus iam non eſt pro. *Hic conſequenter propheta allegat malitiam apoſtatantium Iudæorum. Multi enim Iudæo-* ☞ *rum tran-*

## MORALITER.

✱ b *Leua manus tuas.* Hic conſequenter allegatur ad idem aduerſariorum nequitia. Leua manus tuas. id eſt potentiam tuam ad puniendum eorum ſuperbiam.

d *Quanta mali. eſt &c.* ſ. locos quaſi dicat multa nimis.

f *Et gloriati ſunt qui oderunt te in medio ſolennitatis tuę.* ſ. in Ieruſalem, vbi ſolebant fieri ſolennitates tuæ.

i *Poſuerunt ſigna ſua.* id eſt vexilla in ciuitate capta.

K *Signa.* i. ad oſtenſionem ſuæ victoriæ.

l. *Et non co.* Quòd hoc contigerit propter peccata populi Chriſtiani.

m *Sicut in exitu ſuper ſum.* Tranſlatio Hiero. habet: Sicut in exitu deſuper, per quod ſignificantur portæ ciuitatis, ſuper quas fuerūt poſita dicta vexilla. Et refertur hoc ad illud quod præmittitur. Poſuerunt ſigna ſua.

o *Quaſi in ſil. li.* Quia ferro, & igne deſtruxerunt loca ſancta.

r *Polluerunt tabernaculum.* Nam in locis Deo dicatis equos ſtabulauerunt, & plures ſordes alias fecerunt.

s *Dixerunt &c.* id eſt cogitauerunt feſtiuitates eccleſiæ repellere de terra ſancta.

u *Signa no.* Hic pro prædictis ponitur Chriſti fidelium querela di. Signa noſtra non uidimus, i. ſigna diuinæ miſerationis erga nos. ✱ b Et

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ a Mons Sion. *Quia in monte Sion fuit templum, in quo dicebatur Deus ſpeciali modo habitare, & etiam domus regia, ſicut frequenter dictum eſt ſuprà.*

b Leua manus tuas. *Hic conſequenter allegat propheta aduerſantium*



☞ Et verè vidimus. quia hoc ſignum, quia nō eſt propheta, vel
A ſacerdos vel vnctio. vnde: Cum venerit ſanctus ſanctorum,
ceſſabit vnctio veſtra. Et nos nō cognoſcet amplius propheta aliquis, vel Deus per prophetam, id eſt non annuntiabit Chriſtum venturum, quia iam venit.

a *Amplius. Aug.* vel non cognoſcet adhuc donec ſ. Iudæus agnoſcat eum.

b *Vſquequo &c.* Et quaſi ſubitò cognouerit. Vſquequo, ſuppoſuit irritat aduerſarius? q. d. tandiu improperabit, quandiu aduerſarius. i. Iudæus irritat nomen tuum.

c *Vt quid au. Aug.* Poſt ſignum virgæ additum eſt ſignū manus Moyſi: hic eſt populus Dei, qui foras ab eo miſſus immundus eſt, ſed reuocatus redit in ſuum colorem. Dicit ergo: quo vſque non reuocas manum, vt agnoſcat ſaluatorem?

d *Manum tuam & dex.* id eſt Iudæos.

e *Deus au. rex noſter. Caſ.* Deſtructis ſignis, oſtendit rem ipſam. ſ. in aduētu Chriſti ſalutem vbiq; factam. *Auguſt.* Deus autem: Dicit Aſaph intelligēs: Nos ita clamamus ſine intellectu: Iā non eſt propheta &c. hic autē Deus noſter operatus eſt in medio terrę, & ego remanſi deſertus, ſalutem, hanc ſ. vt diſcerent homines non terrena, ſed æterna quærere. Ecce cæcitas contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium, &c. ſi ergo nō præceſſit, ſaltem ſequatur.

f *In medio terræ. Caſ.* Homo factus, Ieruſalem dicitur eſſe in medio.

g *Tu con.* Lapſus maris rubri firmauit, vt eſſet inter ſiccum Cuius myſterium ſubdit quòd in aquis baptiſmi capita immundorū ſpirituū annihilauit.

h *Eſcam. Auguſtin.* Chriſtus eſt eſca, qua nos conſummamur, diabolus quam conſumimus. Iſtud eſt caput
B vituli conflatilis, quod Moyſes miſit in ignem, vt prius confunderetur forma ipſa, deinde minutatim comminuit, vt paulatim conſumeretur, poſtremum miſit in aquā, & dedit populo bibere. Quia adoratores diaboli, corpus eius erāt, vt Chriſtiani corpus Chriſti: Sed Iſraelitæ. i. apoſtoli qui de illo populo corpus diaboli mactant euertendo mala, & manducāt in bonis ædificando: quod eſt comminuere & bibere: ſic diabolus amiſſis membris conſumitur. Idem ſignificatur cum draco Moyſi dracones magorum abſorbuit. Sic & modò gētes corpus diaboli deuorant qui credunt. Vel ipſum mordēt reprehēdendo, accuſando. *Caſ.* Vel dum tentat, eſca eſt: quia inde proficitur. Vel populus Aethiopum. Hier. Nolentibus conuerti dediſti eum eſcam in quo delectentur.

i *Fontes & torrentes. Aug.* In alijs fit verbum fons aquæ ſ. in vitam æternā In aliis torrens qui eſt aqua currens, ſed æſtate ſiccatur. Hi ſunt qui accepto verbo prædicant, currunt: ſed tentationibus cedunt: tn̄ vtriſq; rigatur terra à Deo. Vel torrens impropriè pro fluuio, & notat abundantiam prædicationis. *Caſ.* Vel totum de malis. Fontes quorum mala iugiter influebāt. Torrētes qui ſubitò & rapidè peccant: hos Deus dirūpit & ſiccat. Filii Ethan inūdationes & cōſilia diaboli. ☞ a *Tuus*

---

a ¶Quia. b ¶Vt olim in alijs captiuitatibus qui prædiceret liberationem.

mus, iam non eſt propheta, †& nos

non cognoſcet †amplius. Vſque-

quo Deus improperabit inimicus,

†irritat aduerſarius nomen tuum

in †finem? Vt quid †auertis manū

tuam, & dexteram tuam de medio

ſinu tuo †in finem? Deus autem rex

†noſter ante ſecula, operatus eſt ſa-

lutem in medio terræ. Tu †confir-

maſti in virtute tua mare, †contri-

bulaſti capita draconum †in aquis,

Tu cōfregiſti †capita †draconis, de-

diſti eum eſcā populis †Aethiopū.

Tu dirupiſti fontes, & torrentes,

---

c Vſquequo. *Hic conſequenter propheta allegat Dei potentiam quæ tanta eſt, quòd ſolo nutu poterat deſtruere illos qui tantum vituperium fecerant ciuitati, & loco ſuo nomini deputato, di.* C

d Vſquequo Deus. *quandiu.*

e Improperabit ini. *Improperabant enim Chaldæi Iudæis captiuatis, quòd Deus eorum non eſſet verus Deus, quia eos non ſaluauerat, & quia iſtud in iniuriam nominis Dei reſultabat, ſubditur,*

f Irritat aduerſa. no. tu. in fi. *id eſt nimis diu. ideo ſubditur,*

g Vt quid a. ma. *ſupple extrahere.*

g De medio ſi. tuo in fi. *i. tandiu. Et loquitur de Deo ad modum hominis, qui quandiu differt percutere, dicitur manum ſuam in ſinu tenere. Et quòd iſta dilatio non procedat ex impotentia, oſtendit di.*

h Deus autem rex noſter ante ſecu. *quod poteſt exponi dupliciter. Vno modo ſic: Rex noſter qui eſt Deus ante ſecula. i. ab æterno non tamen rex ab æterno, quia nomen regis connotat reſpectum ad creaturam ſubditam. Alio modo vt per ſecula intelligantur reuolutiones multorum iubileorum. Seculum enim communiter accipitur in ſacra ſcriptura pro reuolutione 50. annorum. ab exitu n. de Aegypto vſq; ad fundationem templi per Salomonem fluxerunt anni quadringenti octoginta, & inde ſeptem anni vſque ad conſummationem eius. Et inde vſque ad deſtructionem eius per Nabuchodonoſor quadringenti 10. ſecundum doctores Hebræorum.* 3. Reg. 6. *Et ſic patet quòd multi iubilei fluxerunt ab exitu de Aegypto, & ingreſſu terræ promiſſionis vſque ad tempus Aſaph, qui erat contemporaneus ipſi Dauid, & multò plures vſque ad tempus captiuitatis Babylonicæ, pro quo loquebatur in hoc pſal. di. Ante ſecula operatus eſt ſalutem. Et ſecundum iſtam expoſitionem ſecundam li ante ſecula, non notat æternitatem diuinitatis, ſed tempus quod fluxit à ſalute filiorum Iſrael de Aegypto per ingreſſum terræ promiſſionis, vſque ad horam in qua Aſaph fecit hunc pſal. vel vſque ad captiuitatem Babylonis, pro cuius relaxatione orabat.* D

i Operatus eſt ſalutem. *adducendo filios Iſrael in ſignis & prodigijs in Ieruſalem, & promiſſionis terram, quæ eſt in medio climate terræ habitabilis.*

l Tu confirmaſti in vir. tua ma. *quia in trāſitu maris rubri aquæ erāt filijs Iſrael pro muro à dexteris & ſiniſtris, vt habetur in Exo.*

m Con. capi. dra. &c. *quia aquæ reuerſæ ſunt ſuper Aegyptios, vt ibidem habetur: qui quidem Aegyptij nomine draconum deſignātur, quia regnum Aegypti draco nominatur. Ezech. Draco magne qui excubas in medio fluminum &c.* Ezech. 29. a

n Tu confregiſti ca. dra. *principales Aegypti ſubmergendo.*

o Dediſti eum eſcam po. *id eſt auibus coruini generis, qui paſcuntur cadaueribus. Mare autem rubrum proiecit Aegyptios mortuos in mari ad littus deſerti, & ſic fuerunt in eſcā auibus coruini generis, quæ vocantur hic Aethiopes. Primò propter ſimilitudinem nigredinis, ſecundò quia in aliqua parte Aethiopiæ homines comedunt dracones & ſerpentes, Aegyptij vocantur hic nomine draconum.* Exo. 14. g

p Tu dirupiſti. *quia eduxit aquam de petra in deſerto in tanta abundantia, quòd populus bibit & iumenta.* Num. 20. b

☞ a Tu

## NICOLAVS DE LYRA.

☞ *rum tranſierunt tunc ad Chaldæos, vt habetur Iere. 38. & illi erant acriores contra ciuitatem & templum, tanquam apoſtatæ à Iudaiſmo ſicut & de Rabſace qui Iudæus fuerat, vt habetur 4. Reg. 18. & iſti dicebant: Signa non vidimus, id eſt talia qualia data ſunt patribus noſtris in exitu de Aegypto.*

a Iam non eſt pro. *qui annuntiet nobis Dei voluntatem. & ſic debemus eum derelinquere ſicut reliquit nos, ideo ſubditur,*

b Et nos non co. am. &c. i. *facta noſtra non approbabit. Reputabant enim Deum totaliter repuliſſe populum Iudaicū: Sed contra illud quod dicitur hic: Iam non eſt propheta, videtur manifeſtè quod habetur 4. Regum, & Ier. 23. & pluribus alijs capitulis, quòd Ieremias prophetabat eis in nomine domini. Ad quod dicendum, quòd non reputabant eum prophetam domini: imò etiam illi qui remanſerant in Iudaiſmo dicebant ei: nō miſit te dominus, & mendacium loqueris, Ier. 44. a. & multò magis apoſtatæ Iudæorum putabant eum falſum prophetam.*

b Vſquequo.

## MORALITER.

✱ a *Iam non eſt prophe.* nos confortans.

b *Et nos non cognoſcet.* Verba ſunt Chriſtianorum in paſſione exiſtentium, & quaſi deſperantium de recuperatione locorum ſanctorum.

c *Vſquequo Deus impro. ini.* i. Saracenorū populus exprobrans Chriſtianis eiectionem de terra promiſſionis: & hoc opprobrium reuertitur contra honorem diuinum. ideo ſubditur,

f *Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam.* id eſt potentiam tuam à punitione eorum. Et quòd poſſit hoc facere, oſtendit cum dicitur,

h *Deus au. rex no. ante ſe.* i. in diſpoſitione æterna.

i *Operatus eſt ſalutem &c.* per filij ſui paſſionem.

K *In medio ter.* i. in Ieruſalem quæ eſt in medio climate.

l *Tu confirmaſti in vir. tua mare.* ne ſuper aridam efflueret.

m *Contribulaſti capita dra. &c.* quæ ſunt multò maiora quàm contere Saracenos. ideo concluditur in fine.

 ✱ f *Memor*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Tua eſt dies & tua eſt nox. Aug.* Dicit illuſtrat ſol incommutabilis ſapientiæ. Noctem conſolatur luna, ideſt carnis manifeſtatio. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et item: Nox nocti indicat ſcientiam.

*Vt ſupra. Ioan. 1. a Pſal. 18. b*

b *Auroram & ſolem. Aug.* vel lunam: ideſt carnalem, qui vt luna mutatur, qui tamen non deſerendus. Vel auroram & ſolem, ideſt initium & profectum ſapientiæ, inſipientes & perfectos.

c *Tu feciſti omnes. Caſ.* Vel omnia hiſtorialiter ab hoc loco: Tuus eſt dies. *Vbi ſupra.*

d *Terminos terræ eſt. & ver tu plaſmaſti ea. Caſ.* Apoſtoli & prophetæ vt termini fines diſtinguūt, ita hi fidei iura cuſtodiunt vel omnia hiſtoricè. *† ſolē & lunam*

e *Memor eſto. Caſ.* Iam quod vbiq; ſit, precatur Iudæis per numerata beneficia, pium iudicem prouocat. Q. memor eſto huius creaturæ tuæ.

f *Huius. Auguſt.* Creaturæ tuæ. cuius creaturæ tuæ?

g *Inimicus improperauit domino & populus. Auguſt.* Aſaph intellectu dolet priſtinam cæcitatē, & ſic pro Iudæis orat, vt eorum confiteantur errata. Hoc orat, quod ſcit futurum: erant enim inter Iudæos vaſa miſericordiæ. *† exprobrauit † imprudens*

h *Reſpice in teſtamentum tuum. Aug.* Reliquiæ ſaluæ fiant, quia multi qui tendunt ad terram obſcurati ſunt, & repleti terra. *Caſ.* Reſpice. Imple quæ promiſiſti; vt teſtamentum nouum quod eſt de æternis conſtituas. Meminit promiſſionis, quia merita deficiunt. Item ideo quia repleti ſunt iniquitatibus, vnde ſequitur obſcuritas quia lumen ſapientiæ perdunt repleti iniquitatibus, quia obſcurati ſunt F domus terræ terrena habitatione, id eſt cæci amore terrenitatis.

*† repleta ſunt loca tenebroſa terræ habitationum iniquorum, vel habitationibus iniquorum vel tenebroſa terræ domicilia ſcelere repleta ſunt.*

i *Ne auertatur humilis &c. Caſſi.* gratus pro odioſo ponitur, vt dilectio deuoti temperet odium contumacis.

k *Confuſus. Caſ.* Confundi non eſt humilis, ſed ſuperbi, qui non Deo, ſed ſibi attribuit.

l *Exurge Deus. Caſ.* Iam excutit Aſaph intelligens terrena promiſſa veteris teſtamenti.

m *Cauſam tuam. Caſ.* Dicunt enim, vbi eſt Deus tuus contemptus eſt à Iudæis ambulans in terra, & à falſis Chriſtianis ſedens in cęlo. Indica ergo. non fallatur ſpes mea, qui credidi quod non vidi. *Caſ* Cauſam tuam. Poſt omnia, facit cauſam iudicis, cui negotii ſui qualitas intimatur. Cauſam tuam contra illos qui obmurmurant, vt manifeſta veritate prædicent quod ſtultè abnuebant. Memor eſt tuis dans coronam, hoſtibus pœnam.

*† reuertatur contritus pudore affectus † memēto opprobrio ſum*

a *Tota*

a tu ſiccaſti fluuios † Ethan. Tuus eſt dies, & tua eſt nox, tu † fabricatus es † aurorā & ſolem. Tu † feciſti omnes terminos terræ, æſtatē & ver tu plaſmaſti ea. Memor eſto † huius: inimicus † improperauit dominō, & populus † inſipiens † incitauit nomen tuum. Ne trādas † beſtijs animas confitentiū tibi, & animas pauperum tuorū ne obliuiſcaris in † finem. Reſpice in teſtamentum tuum quia † repleti ſunt qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum. Ne † auertatur humilis factus confuſus, pauper & inops laudabunt nomen tuum. Exurge Deus, iudica cauſam tuā, † memor eſto imprope

cet non poterat ſaluare improperabant ipſi Deo.

h Et populus inſipiens. *Ideſt Babylonius qui dicitur inſipiens, eò quòd non habebat veram cognitionem de Deo, in quo ſolo eſt vera ſapientia.*

i Incitauit nomen tuum &c. *Ideſt ex blaſphemijs nomini tuo irrogatis metuit, quòd excitetur iuſtitia tua ad faciendum vindictam de ipſis.*

K Ne tradas. *Hic vltimò allegat propheta populi Iſrael miſeriam, qui in Babylonia frequenter dabatur morti ſine cauſa: ſicut patet in tribus pueris in ignem proiectis, eò quòd nolebant adorare ſtatuam auream. Et Daniel fuit proiectus in lacum leonum, eò quòd orabat Deum. Propter quod dicit Aſaph: Ne tradas beſtijs. ideſt leonibus ſicut Daniel, quia non eſt tanta iuſtitia in alijs ſicut in Daniele, quia mererentur ſaluari. vel aliter. Ne tradas beſtijs. Ideſt Babylonijs beſtialiter viuentibus, & crudeliter. Licet enim extunc eſſent traditi Babylonijs quantum ad captiuitatem, non tamen quantum ad mortem inferendam, niſi per regis ſententiam.*

l Animas. *Ideſt homines, denominans totum à parte digniori, ſicut in Exod. Omnes animæ, quæ egreſſæ ſunt de femore Iacob.*

m Confitentium tibi &c. *confeſſione fidei & laudis.*

n Reſpice in teſtamentum tuum &c. *quo promiſiſti filios Iſrael liberari de captiuitate, quando per pœnitentiam conuerterentur ad te in Deuter. Si ad cardines cœli fueris diſſipatus, inde te retrahet dominus Deus tuus &c. Allegat etiam Babyloniorum peccatum, dicens,*

o Quia repleti ſunt qui obſcurati &c. domibus iniquitatum &c. *Ideſt iniquitatibus in quibus perſeuerant tanquam habitantes in domibus.*

p Qui obſcurati ſunt terræ. *Ideſt à terra deſiderijs, quæ obſcurant lumen rationis.*

r Ne auertatur. *à tua miſericordia.* H

s Humilis factus confuſus &c. *ideſt populus Iſrael per captiuitatem humiliatus, & confuſus.*

t Pauper & inops &c. *Ideſt populus Iſrael per captiuitatem depauperatus & inops factus.*

u Laudabunt nomen tuum &c. *in reditu de Babylone in Ieruſalem, quod & factum, quia Zorobabel, & alij cum eo redeuntes ædificauerunt altare Dei, vt offerrent in eo holocauſtomata, & fecerunt feſtum tabernaculorum, vt habetur primi Eſdræ tertio.*

x Exur. Deus. *ad liberandum populū tuum.*

y Iudica cauſam tuam &c. *Inferendo pœnam pro iniurijs irrogatis contra tuam maieſtatem. ideo ſubditur,*

z Memor eſto imprope. &c. *Et patet litera ex prædictis.*

b Ne

## NICOL. DE LYRA.

a Tu ſiccaſti fluuios Ethan. *In tranſlatione Hieronymi habetur, Flumina fortia Ethan. Ethan enim vno modo eſt nomen proprium cuiuſdam deſerti, vt habetur in Nume. Alio modo eſt nomen appellatiuum, & ſignificat fortitudinem. & ſic tranſtulit Hieronymus hic. Dicit autem Rabi Salomon, quod per fluuios Ethan, ſeu fortitudinis intelligitur fluuius Iordanis, qui fuit ſiccatus diuina virtute in tranſitu filiorum Iſrael. Et accipitur plurale pro ſingulari, cum dicitur fluuios, ideſt fluuium: ſicut in Exo. Iſti ſunt dij tui Iſrael, & tamen non erat niſi vnus vitulus conflatilis.*

*Num. 33. b Ioſue 3. d Exo. 32. a*

b Tuus eſt dies & tua eſt nox. *quia tibi obediunt ſicut creatori.*

c Tu fabricatus es auroram & ſolem &c. *Per quæ intelligitur creatio corporum cęleſtium.*

d Tu feciſti om. terminos terræ. *Per quod intelligitur creatio inferiorum corporum. & per hoc intelligitur vlterius creatio mediorum.*

e Aeſtatem & ver tu plaſma. *quaſi diceret: Tu es factor omnium temporum. Omnia autem iſta induxit propheta ad oſtendendam magnitudinem diuinæ poteſtatis, qua poterit liberare populum ſuum, & vindictā accipere de blaſphemijs: ideo concludit dicens,*

f Memor eſt. *et quid ſit illud oſtendit, dicens:*

g Inimicus impro. do. *quia improperando captiuis Iudæis, quod Deus eos*

## MORALITER.

f *Memor eſto huius &c.* ne populus infidelis dicat opprobria cōtra te & populum Chriſtianum.

k *Ne tradas.* Hic allegatur adhuc contra Saracenos miſeria captiuorum Chriſtianorum, cum dicitur: Ne tradas beſtijs. ideſt Saracenis beſtialiter viuentibus.

l *Animas confitentium tibi & animas pauperum tuorum ne obli. in fi.* ne fractæ miſeria conſentiant legi Mahumeti.

n *Reſpice in teſtamentum tuum.* ſcilicet nouum, ne diſſipetur per nequitiam Saracenorum.

o *Quia repleti ſunt &c.* Ideſt terrenis deſiderijs, quæ Mahumetus laxauit eis.

q *Domibus iniquitatum.* Ad laxationem enim concupiſcentiarum ſequitur quod domus iniquitatibus repleantur.

r *Ne auertatur.* à tua miſericordia.

s *Humilis fa. confu.* ideſt populus Chriſtianus qui fuit valde confuſus in amiſſione terræ ſanctæ.

t *Pauper & inops lau. nomen tuum.* cum per te fuerint liberati de poteſtate Saracenorum. ideo ſequitur,

x *Exurge Deus iu. cau. tuam.* nam aduerſarij victoriam ſuam retorquent ad tuam blaſphemiam.

a *Quæ*



a *Tota die. Aug.* Ideo dicit, vt ipſa continuatio manſuetudinē A patientis iudicis incitaret.

b *Superbia eorum. Caſ.* In fine ponit execrabile malum, quod eſt ſuperbia.

riorum tuorū, eorū qui † ab inſipiēte ſunt tota die. Ne obliuiſcaris voces † inimicorum tuorū: † ſuperbia eorū qui te oderūt, aſcendit ſemper.

## NIC. DE LYRA.

b Ne obliuiſcaris. vo. ini. tu. *ideſt Babyloniorum te blaſphemantium, & propter hoc dicuntur inimici Dei, & quia erant idololatræ peſſimi.*

c Superbia &c. aſ. *ſ. intantum enim aſcendit ſuperbia Regis Babylonis, quod faciebat ſe adorare tanquam Deum in aurea ſtatua quā erexit, prout in Dan. fuit expoſitum. Moraliter poteſt exponi pſal. iſte, vt ſit oratio eccleſiæ pro populo catholico, qui aliquando per dæmones detinetur in captiuitate peccati. Ad cuius liberationem allegat primò eccleſia Dei amicitiam qua populum catholicum recepit per gratiam baptiſmalem, ſecundò dæmonum malitiam obſtinatam, tertiò Dei potentiam ad peccatorum iuſtificationem, quartò populi miſeriam quam diu detinetur in captiuitate peccati: quod per Babylonē ſignificatur quia Babylō confuſio interpretatur: & adhuc litera pōt de facili, cōſideratis prædictis applicari.* C

## MORALITER.

a *Quæ ab inſi.* i. à populo Saracenico, prophetæ falſo credente.

b *Ne obli. vo. ini.* ideſt eorum blaſphemias ad puniendum.

c *Superbia eo. qui te ode. aſcen.* ſemper Saraceni namq; ex captione terræ ſanctæ in ſuperbiam aſcenderunt.

*† ab imprudente † ſonus vel ſtatus*

*In pſal. 73. Vt quid Deus. vbi dicitur in poſtil. propter quod ſaluo meliori iudicio.*

## ADDITIO.

Pſal. iſte non videtur rationabiliter exponendus de Babylonica captiuitate. nam primus verſus qui eſt quaſi thema totius pſal. hoc non tolerat. Manifeſtum eſt enim, quod captiuitas Babylonica proceſſit ex euidentiſſima iuſtitia diuina, cui omnes prophetæ de illa captiuitate loquentes attribuunt illam captiuitatem, vt patet 4. Reg. 17. vbi per extenſum recitantur maxima ſcelera decem tribuum Iſrael, propter quæ ex Dei iuſtitia fuit ablatus à conſpectu Dei. & ibidem habetur quòd etiam, ipſe Iudas ambulauit in erroribus Iſrael: donec proijceret eos Deus à facie ſua. Similiter 2. Paral. 36. de Iuda dicit quam plurimas abominationes. & concludit: donec aſcenderet furor domini in Iuda, & non eſſet vlla eorum curatio. Et multa ad hoc pertinentia, Ier. 44. & in multis alijs locis. vnde non videtur cōuenienter dictum, quòd pſal. quaſi conquerens, vel ſaltem admirans dixiſſet: Vt quid Deus repuliſti in finem, iratus eſt furor tuus, &c. cum cauſa huius repulſionis erat manifeſtiſſima & iuſtiſſima, vt dictum eſt. Vnde iam exiſtens quaſi in fine ſeu termino illius captiuitatis ſ. 70. an. cum oraſſet pro liberatione populi & reædificatione templi, non allegat niſi miſerationes diuinas: vt patet Dan. 9. b. vbi inter multa ad hoc pertinentia dicit: Tibi domine iuſtitia, nobis autem B confuſio faciei & omni Iſrael &c. Similiter Zach. 1. c. de hac materia angelus ad Deum loquitur ſic: Vſquequo non miſereberis Ieruſalem &c. Non enim iſti prophetæ conquærentes ſeu admirantes pro tali liberatione orabant cum in hoc non habuiſſent locum: ſed ſolam miſericordiam humiliter petentes: & idem patet de omnibus prophetis de hac materia loquentibus. Et hæc eſt ratio quare Rab. Sal. & alij expoſitores Hebræorum non expoſuerunt hunc pſal. de illa captiuitate: licet multa in eo contenta poſſent de illa captiuitate exponi. Vnde maiorum ſemper reuerentia ſalua, pſal. iſte videtur loqui principaliter de afflictione fidelium Chriſti per tyrānidem Romanorum à tempore paſſionis Chriſti vſque ad tempus Conſtantini Cæſaris, ſub quo ſtatus eccleſiæ fuit in tranquillitate, prout in hiſtorijs eccleſiaſticis largius continetur: vnde Pſal. præuidens tam crebras, & acerbas, & continuas, atque diuturnas perſecutiones contra fideles Chriſti pro illo tempore inſurgere, fecit hunc pſal. Circa quod quatuordecim facit. Nam primò quaſi conquerens vel ſaltem admirans de diuina iuſtitia, inquantum oues paſcuæ Chriſti ſic tradebat, ſeu tradi permittebat in manibus infidelium, & ſpecialiter Romanorum, alloquitur Deum. d. Vt quid Deus repu. in fi. nos, &c. ideſt totaliter ſeu perpetuò nos repu. à tua protectione, in qua repulſione Deus oſtendebat ſe quaſi iratum ſuper oues paſcuæ ſuæ. ideo ſequitur: Iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ. Vnde quamuis tribulationes illæ ſeu perſecutiones in bonum ſpirituale fidelium cedebant, tamen ſecundum humanam apparentiam, videbantur fideles à Deo repelli, & contra eos furor Dei incēdi, quod eſt magna admiratione dignum: cum fideles in primitiua eccleſia erant valde deuoti, & in amore Dei feruentes, vt patet ex eorum geſtis, & ex eorum vita, propriè poterāt dici oues paſcuæ Chriſti. Non ſic de his qui in Babylonica captiuitate exiſtebant, qui pro eorum maiori parte idololatrabant, vt patet per magiſtrum hiſtoriarum dicentem, quod omnes ibidem exiſtentes præter ſocios Dan. adorauerant ſtatuam Nabuchodono. & idem tenent Hebræorum doctores. vnde licet inter eos eſſent pauciſſimi iuſti, non propter hoc totus populus potuit dici oues paſcuæ Chriſti: quia quod modicum eſt pro nihilo reputatur ſecundum Philoſophum. Conſequenter ſecundò allegat rationem qua ad Deum pertinere videtur protegere, ſeu liberare oues ſuas prædictas ab huiuſmodi perſecutoribus, & hoc ex memoria patrum antiquorum quibus fideles Chriſti in fide ſuccedunt d. Memor eſto congregationis tuæ quam poſſediſti ab initio, hoc eſt dicere, ideſt tempore antiquo, quo fuit ſegregatus populus Dei à cæteris nationibus ad cultum diuinum, & ſic ab ea poſſeſſus: communiter fuerunt à Deo protecti, & liberati ab afflictionibus aduerſariorum per ſigna, & prodigia, præſertim in temporibus in quibus leges diuinas obſeruabant, vt patet ex decurſu ve. teſt. pro magna parte. quod breuiter epilogans dicit: Redemiſti virgam hæreditatis tuæ, ideſt per virgam Moſaicam, per quam fuerunt multa prodigia facta, redemiſti hæreditatem tuam à ſeruitute Aegyptiaca, & ſequitur: Et mons Sion in quo habitaſti in eo, vbi prætermiſſis quampluriminis medijs de directione per deſertum & acquiſitione terræ, facit mentionem de vltima quiete quam habuerunt, quando templum Dei fuit circa montem Sion ædificatum, in quo dicitur Deus habitare, vnde dicit: Et mons Sion in quo habitaſti in eo, ex quibus allegat pſal. quod Deus non minus debuiſſet protegere oues paſcuæ ſuæ. ſ. populum, acquiſitionis nouæ legis, quàm congregationem antiquam patrum. Conſequenter tertiò petit ſuppreſſionē Romanæ ſuperbiæ ex duobus. Primò ex hoc quod templum Deo dedicatum deſtruxerunt. Pro quo ſciendum. quod licet deſtructio ciuitatis & templi ſecundi per Romanos fuit à Deo ordinata in vindictā occiſionis Chriſti, vt patet Dan. 9. & in alijs locis, Romani tamen non tendebant ad illum finem, ſed vt Iudæos debellarent tanquam rebelles Romano imperio. Quod manifeſtè patet ex hoc, quod ita tyrannicè & crudeliter perſecuti ſunt diſcipulos Chriſti, ſicut & Iudæos. Vnde ſicut & Nabuchodono. licet in deſtructione tēpli primi fuit executor diuinæ iuſtitiæ, vt dicitur Ier. 29. tamen quia eius intentio in hoc nō ferebatur, ſed potius in propriam elationem & ſuperbiā: idcirco de hoc fuit culpabilis. Et idem dicendum de Romanis in deſtructione templi ſecundi: vnde circa hoc dicit: Leua manus tuas in ſuperbiam eorum. i. Roma. &c. vſq; ibi: Polluerūt tabernaculum nominis tui. exponantur hi verſus ſicut in poſtil. hoc excepto quod ea quæ in poſt. applicātur Babylonijs circa deſtructionē templi primi, D applicētur Romanis reſpectu tēpli ſecundi. Cōſequenter quartò dicit: Dixerunt in corde ſuo &c. in hoc verſu Pſal. ponit ſecundam rationem qua Romani perſequentes fideles Chriſti tempore ſupradicto, erant digni punitione diuina, eo. ſ. quod propria intentio eorum erat amouere gloriā nōis Dei de terra, in qua peſſima intētione oēs ferè conueniebant: vnde cum dicit: Dixerunt in corde ſuo, denotat quod hoc erat ex propria intentione eorum. Intentio. n. communiter dicitur eſſe in corde. In hoc etiam quod dicit: Cognatio eorum ſimul, denotat quod omnes ſenatores, vel imperatores, & alii eorum prædeceſſores, erant vnius intentionis in hac perſecutione, & quæ ſit illa intentio declarat. d. Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à ter. Circa quod ſciendum, quod fideles Chriſti in primitiua eccleſia vſq; ad tempus Conſtantini prędictum, nondum permittebantur habere eccleſias, ſeu templa ſacra ad cultum diuinum publicè dedicata, ſicut in antiquo teſtamento erat templum Ieroſolymitanum dedicatum ad hoc, quod cultus diuinus apud fideles conſiſtebat totaliter in mentis trāquillitate & deuotione, quę ſunt propria feſta in quibus Deus ſecundum Aug. colitur, quod intendebant Romani à fidelibus Chriſti amouere, & hoc eſt quod dicit: Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra, ſic quod gloria nominis Dei ceſſaret in terra. Conſequenter quintò Pſal. in perſona fidelium ſic tribulatorum dicit: Signa noſtra non vidimus. Licet. n. in primitiua eccleſia tempore prędicto multa ſigna & miracula fiebāt à Deo per apoſtolos & alios diſcipulos Chriſti ad fidei confirmationē, iuxta illud. Domino cooperante & ſermonē confirmante ſequentibus ſignis. non tamen per illa ſigna tollebatur vniuerſaliter perſecutio Chriſtianorum, ſicut in antiquo tēpore per ſigna facta per Moyſen fuit populus totaliter à captiuitate redēptus: ſed ſēper remanebat crudelitas perſecutionis: vnde notanter dicit: Signa noſtra non vidimus: Non. n. dicit: Signa non vidimus, quia multa ſigna & miracula occurrebant: ſed dicit, Signa noſtra. ſ. ſigna quę congregatio Dei ab initio à Deo poſſedit, de qua in principio Pſal. locutus fuerat per quę populus Dei totaliter liberaretur ab afflictione, talia ſigna non vidimus in toto illo tēpore: Et idem intelligitur cum dicitur: Iam non eſt propheta, & nos non cognoſcet amplius. ſ. propheta talis, qui totum populum liberet ab huiuſmodi perſecutione. Conſequenter ſextò repetit admirationē, ſeu querelam ſuam in principio pſal. propoſitam, addens ſeu explicans querelā de diuturnitate huiuſmodi perſecutionis. & hoc cū dicit: Vſquequo Deus improperabit inimicus. Similiter, & declarās, quod hoc videbatur redūdare in dedecus diuini nominis, & hoc cū dicit: Irritat aduerſarius nomē tuū in finem. Similiter dicit: Vt quid auertis manū tuā &c. exponatur ſicut in poſt. Conſequēter ſeptimò allegat rōnē, quare huic gūationi nouę. ſ. fidelium Chri, de qua loquitur, deberet

*3. Reg. 8. per totum. Tertiò Dan. 9. Ier. 29. e Quartò Quintò Mar. 16. d Sextò Septimò*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E deberet potius ſuccurri per diuinam potentiam & miſericordiam. & hoc cum dicit: Deus autem noſter rex ante ſecula &c. q.d. licet idem Deus & rex ſit modernorum & antiquorum eiuſdem virtutis & potentiæ, tamen operatus eſt ſalutem in medio terræ: quaſi dicat tẽporibus noſtris operatus eſt ſalutẽ, per incarnationẽ & paſſionẽ, in medio terræ, ideſt in Ieruſalem, quæ dicitur eſſe in medio terræ habitabilis. vnde ab Hebræis dicitur vmbilicus mundi: & ideo potius debuiſſet ſuccurrere ſuis fidelibus quam antè præſertim cũ eis promiſiſſet: Ego autem vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem

Matt.28.d

ſeculi, Matt. 28. Quæ promiſſio non fuit facta antiquis ſic abſolutè

Octauo

niſi ſub conditione. Conſequenter octauo allegat ſigna & prodigia quæ fuerant facta patribus tam in redemptione Aegyptiaca, quam in deductione per deſertum, vt oſtendat ꝙ diuina potentia excedit poteſtatem omnium corporum in regione actiuorum, & paſſiuorum exiſtentium, & à fortiori poteſtatem tyrannorum excedit, vt ex hoc concludat, ꝙ Deus poſſet eos faciliter ſupprimere: & hoc cum dicit: Tu confirmaſti in virtute tua mare &c. vſque ibi:

Nonò

Tuus eſt dies &c. Et exponantur illi verſus ſicut in poſtilla. Conſequenter nonò oſtendit, ꝙ diuina potentia non ſolum ſe extendit ad tranſmutationem horum inferiorum, ſed etiam ad creationem cœleſtium & terreſtrium corporum, quæ quidem creatio eſt in infinitum maioris potentiæ quam tranſmutatio, vt eſt manifeſtum. Et

Decimò

circa hoc dicit: Tuus eſt dies & tua eſt nox, vſque ibi: Memor eſto. exponantur ſicut in poſtilla. Conſequenter decimò petit liberationem populi fideliũ, ex hoc ꝙ eorum afflictio redundabat in improperium diuinum, ſicut etiam iam ſupradixerat, & hoc cum dicitur, Memor eſto huius inimicus improperauit domino, & populus inſipiens &c. exponantur ſicut in poſtilla. Conſequenter vndecimò

Vndecimò

petit liberationem populi fidelium à Romanis, & eorum ſequacibus, ex hoc quòd illi ſcilicet aduerſarij erant brutales, eò ꝙ carebant cognitione diuina, & fideles erant confitentes Deo confeſſione veræ fidei & laudis. & hoc cum dicit: Ne tra.be. ideſt Romanis, qui licet vt homines viuerent, beſtiæ tamen debent dici in comparatione fi-

Dan.7.e

delium. vnde & Dan. 7. monarchia Roma. in beſtia quarta deſignatur. Homines etiam autem conſueuerunt in ſcriptura dici animæ, prout in poſtilla allegatur. & notanter dicit: Animas pauperum tuorum: quia veri fideles Chriſti propriè dici debent pauperes ſpiritu,

Matt.5.b

præſertim pro tempore illo de quo Pſal. hic loquitur: quo tempore poſſunt nominari pauperes ſimpliciter, eò ꝙ nihil appropriabãt

Duodecimò

ſibi, ſed viuebant in communi, vt Act. 2. Conſequenter duodecimò petit liberationem ex promiſſione diuina in no. teſta. ſ. de adſiſtentia Dei circa fideles vſq; ad conſummationem ſeculi, prout eſt alle-

F gatum. vnde dicit: Reſpice in teſtamentum tuum. ſ. nouum, quod eſt propriè tuum, quia confirmatum in tuo ſanguine iuxta illud Za-

Zach.9.c

cha. Tu autem in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos &c. Quod populus exiſtens in captiuitate Babylonica non rectè potuiſſet dicere. ſ. Reſpice in teſtamentum tuum. quia illa captiuitas fuit ordinata in vltionem teſtamenti Dei, quod irritum fecerant: vide Ier. 11. c. Et vt oſtendat quãtũ neceſſaria eſſet diuina prouidẽtia ad cuſtodiã huius teſtamẽti ſubiungit: Quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatũ. Hoc eſt dicere: quia illi, qui ſunt obſcurati, carentes. ſ. lumine gratiæ & fidei, & terrenis adhærentes, ſcilicet Romani, repleti ſunt domibus iniquitatum. ſ. quia omnia quæcunq; habent, ordinant in exercendam iniquitatem ſuam contra diuulgationem diuini nominis. & ſic diuina prouidentia erat valde

Tredecimò

neceſſaria. Conſequenter 13. petit huiuſmodi liberationem ex pietate Chriſti, quæ maximè in pauperibus & humilibus relucet, vt in pſal. Animas pauperum ſaluas faciet. & hoc cum dicit: Ne auertatur humilis factus confuſus. In illo enim ſtatu eccleſiæ. ſ. primitiuæ, de quo hic tractatur, in populo fidelium maximè vigebat humilitas & paupertas, vt patet in eorum geſtis. qui etiam expectabant & petebant laudare nomen domini ſ[illegible] & publicè ſicut fuit tempore Cõſtantini, qui eccleſias fecit ædificari per orbem, ad laudem diuini nominis. ideo dicit: Pauper & inops laudabunt nomen tuũ. Con-

ſequenter decimoquartò petit vt ſupra allegans, quòd iſta cauſa erat Dei potius quàm ſua. vnde dicit: Exurge Deus, & iudica cauſam tuam. Hoc eſt dicere: non peto vindictam ſeu vltionem ſanguinis ſeruorum tuorum: ſicut antiqui petebant, vt in pſal. Innoteſcat in gentibus vltio ſanguinis ſeruorum tuorum: ſed peto vt iudices cauſam tuam, ſcilicet blaſphemiam tui nominis. vnde dicit: Memor eſto improperiorum tuorum, & ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum &c. Inimici enim, ideſt Romani: non credebant quòd martyria ſanctorum cederent in magnam eorum gloriam: ſed ſolum concludebant ex hoc impotentiam Dei, & hoc publicè aſſerebant. vnde ſequitur: Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum. Ex quibus vlterius ſequebatur, quòd aduerſarij nedum non corrigerentur, ſed ꝙ eorum peccata quæ præcipuè fundabantur in ſuperbia quotidie augerentur, vnde ſuperbia eorũ aſcendit ſemper. Intantum enim creuerat cor Romanorum ſuperbia, vt quidam eorum faciebant ſe adorare vt Deos, vt patet de Adriano, qui poſuit ſtatuam ſuã in templo: vt ibi adoraretur, vbi Deus conſueuerat adorari, in quo grauius videtur peccaſſe quam Nabuchodonoſor, qui ſeipſum fecit in ſtatua adorari: & hoc propter circunſtantiam loci. Ex quibus diligenter conſideratis patet, ꝙ Pſal. nõ petit in hoc pſal. expreſsè vindictam de aduerſarijs, ſed potius eorum correctionem per ſuppreſſionem eorum ſuperbiæ. Vnde cum incepit contra eos orare, dixit: Leua manus tuas in ſuperbiam eorum: non in perſonas eorum, ſed in vitia. Similiter in fine hoc innuit, dicens: Superbia eorum qui te oderunt. Et eſt proprius modus ſanctorum noui teſtamenti, qui non mortem peccatorum, ſed eorum correctionem deſiderant. Sed fideles antiqui teſtamenti expreſsè petebant vltionem & vindictam corporalem contra Babylonios, vt patet infrà in pſalmo: Super flumina Babylonis: vbi habetur: Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi. Quod ad literam intelligitur de deſtructione regis Babylonis per Perſas. quod fuit in pęnam deſtructionis Ieruſalem. & eſt proprius modus antiquorum, quibus à Deo pręcipiebatur interficere corporaliter omnes Chananæos & Amalechitas, & huiuſmodi, vt in 1. Reg. 15. quod non pertinet ad perfectionem ſtatus ſanctorum noui teſtamenti. Et ex hoc ſatis patet ꝙ materia huius pſal. intelligenda eſt ſatis, vt ſupra. G

## REPLICA.

IN pſal. Vt quid Deus. Cum poſtil. inter cæteras expoſitiones eã quæ de captiuitate Babylonica elegiſſet, & optimè applicaſſet: Burgen. ex debili cauſa dicit eam irrationabilem. Nam vt dicit: prophetæ dicunt illam captiuitatem eſſe ex iuſtiſſima & manifeſſima cauſa. Et allegat ad hoc multa loca prophetarum. ideo Pſal. non potuit rationabiliter conqueri dicens: Vt quid Deus. Ad hoc reſpondeo primò, quòd prophetis allegatis per Burgen. conſtitit cauſa illius captiuitatis, quia fuerunt contemporanei illorum prauorum regum propter quos captiuitas fuit inflicta, palpauerunt, & captiuitatem ex ea cauſa prædixerunt. Dauid autem vel Aſaph ſolum in ſpiritu præuiderunt captiuitaté, non cauſam quamuis ſcirent eam non futuram ſine cauſa, cauſam tamen in ſpecie fortaſſe non viderunt. Stat enim mentem prophetæ tangi de vno, & non de alio. Ideo dixit Eliſeus. Et dominus celauit hoc à me &c. Reſpondeo ſecundò, quòd dato, quòd viderint & cauſam, & effectum in ſpiritu: non ſequitur, igitur non poterant rationabiliter orare pro liberatione, allegando ad hoc familiaritatem & amicitiam Dei ad populum illum ante huiuſmodi peccata habitam, prout exponit poſtil. Nec oportet dici, quòd illa oratio habet formam quærimoniæ: ſed potius admirationis & deſiderij. Et in ea forma dixit angelus Zacha. 1. c. Domine Deus exercituum, vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem & vrbium Iuda quibus iratus es. Et Apocal. 6. ſimilis forma eſt, nõ quærimoniæ ſanctorum, ſed deſiderij ſecundum ordinem iuſtitiæ complendi ſecundum gloſ. quia dicitur ibi: Vſquequo domine non vindicas. H

## GLO. ORDIN.

a *In finem ne di. Aug.* Ideſt ne violes ſpẽ quæ habetur in promiſſione Dei, ſed ſit tibi certa & integra promiſſio eius: Vt hoc facias vide finem. vbi tu beatus: miſeri qui hic rident: & ideo quocunq; modo occurrunt, proſpera vel aduerſa deſpice: in ſola Dei promiſſione gaude.

Super pſal. 74. to. 8.

*Aug.* Monet hic pſalmus, ne quis ſuperbè, de ſe præſumat, ne humilis de Deo deſperet quemet, ſi affligitur, certa conſolatur promiſſio. Proponitur humilis, qui & alios inuitat Pſalmus iſte contra tumorem ſuperbiæ medicinam humilitatis apportat. In quo Chriſtus verus Deus: verus homo, iudex viuorum & mortuorum. vt Iudæi credant non corrumpant fidem.

† corrũpas diſſipes

a ¶Reſpice. b ¶Tu Iudex vel quicunque. ¶Spem promiſſionis Dei. c ¶Qui monet ad bene operandum.

a In finem ne † diſperdas, pſalmus

a ¶Quia de reuerſione. b ¶Fidelis ſynagogæ.

cantici Aſaph LXXIIII.

a ¶Peccata iam humiles. ¶Hęc confeſſio euacuatio a malis eſt. b ¶Tibi non alij ¶Non credulũ vltori, ſed ignoſcenti.

b COnfitebimur tibi Deus.

## GLO. ORD. PSAL. LXXIIII.

b COnfitebimur tibi Deus. *Auguſt.* Certus ergo de promiſſis incipit: Confitebimur. Repetitio affirmatio

## NIC. DE LY. PSAL. LXXIIII.

COnfitebimur tibi Deus. *Huic pſalmo præmittitur talis titulus in Hebræo: Ad victoriam non diſperdas pſalmus Aſaph cantici. Et in translatione Hieronymi. victori non diſperdas, pſalmus Aſaph cantici. Et eſt eadem ſententia vtrobiq; quę talis eſt: Iſte pſalmus cantici Aſaph, ne diſperdas; Ideſt, vt non per captiuitatem diſperdas populum Iſrael, ſicut feciſti in captiuitate Babylonica. Sicut enim pſal. præ-* ¶ dens

## MORALITER.

✱ a *Confi.ti.Deus.* Iſte pſal. eſt gratiarum actio populi reuerſi de captiuitate Babylonis Moraliter autẽ poteſt exponi de quolibet peccatore veraciter pęnitente, & ſic reuerſus eſt de peccati captiuitate, & primò ponitur gratiarum actio, cum dicitur: Confitebimur tibi Deus, ego & mei ſimiles, de præteritis iniquitatibus. ✱ a Con-



matio eſt ne pęniteat te eſſe confeſſum. vnde & dñs congeminat, Amen, amen: Fiat fiat. Et Ioſeph de ſomno Pharaonis, qui vidit ſeptẽ ſpicas, & totidẽ ſteriles. Et ſeptem boues pingues, & totidem macilentas. *Caſ.* Repetitio cõfirmatio eſt ad ſignificationem veritatis. Sufficeret vnum, ad ſignificationem firmitatis, acceſſit alterum Confiteri peccata, vel ſemel terreno iudici mortem inducit, ſed Deo frequens cõfeſſio vitam. Inde inuocatio, pòſt narratio. vnde ſequitur, Narra.

a *Inuocabimus nomen tuum. Ca.* Poſt confeſſionem poteſt inuocari Deus, in hominem ſic mundatum, & ſicut per cõfeſſionem euacuatur à malis, ſic per inuocationem impletur bonis.

b *Narrabimus mirabilia tua &c. Ca.* Terretur ſuperbus iudicio quod effugi non poteſt, & ad eum reuocandũ columnæ confirmantur: quem & Deus ſic humiliat, humilem verò exaltat. Loquitur Chriſtus in perſona capitis, & membrorum. *Caſ.* Hæc eſt regula ſanctæ deuotionis, prius confiteri peccata, pòſt inuocare Deum in auxilium, tandem narrare. A purgato vocatur Deus, vt à ſuo indeuotus ſi vocat, iudicium poſtulat. Si autem purgatus inuocauerit, inde poteſt narrare: alioqn dicitẽ ei. Quare tu enarras iuſtiti. meas. Pro hac perfecta religione mox meretur audiri. Dicit enim Chriſtum quaſi reſpondere votis. in cuius perſona ſubditur,

c *Cum accepero tempus.* ſecundum hominem accipit, quod ipſe Deus dat, ſcilicet poteſtatem iudicium faciendi. Iuſtitias. Iudicandi igitur antè precentur abſolui.

d *Liquefacta eſt terra. Caſ.* Oſtendit omnes inexcuſabiles in iudicio, per hoc ꝙ

B præmiſit apoſtolos & prophetas.

e *Terra & omnes &c. Aug.* Prius firma, in diuerſas diffluit concupiſcentias. Vel terra prius vitijs conſtricta, flante ſpiritu ſancto liquefacta eſt, vt germina virtutum emitteret.

f *Inique agere. Aug.* Malum eſt peccare, peius eſt perſeuerare, pernitioſius defendendo ſe, in Deum culpam refundere.

g *Nolite exaltare cornu. Ca.* Maximum eſt vitium excuſationis, quaſi cornu erigit qui peccata ſua per alios nititur excuſare, vt per diabolum per ſuaſores, vel per neceſſitatem ſtellarum.

h *Loqui.* vt qui non ſua culpa, ſed neceſſitate ſtellarum dicũt ſe peccaſſe, vt Deo non ſibi imputetur. Vel qui ſciunt peccata ſua, ſed impunitatem ſibi promittunt.

i *Quia neque ab. Caſ.* Cur hæc? quia iudex talis eſt qui vitari nõ poteſt. quia vbiq; eſt, Deus. n. eſt. *Aug.* De nullo loco diuiſim iudicat, qui vbique præſens eſt vt Deus. *Caſ.* Myſticè. Oriens quibus ſol iuſtitiæ oritur, homines claritate Dei conſpicui. Occidens quibus occidit, ideſt mali. Deſerti mon. falſi prædicatores, ſuperbi hæretici, qui locum montium vſurpant, ſed à Deo deſerti quibus Deus preſens. non tamen ita vt bonis, in quibus præſens eſt per gratiam, non modo per cognitionem. Et hoc eſt, neq; ab oriente, neq; ab occidente neque à deſertis montibus & cæteris. ideſt omnibus generibus hominum: quia Deus præſens & cognitor eſt. ☞ a *Quia*

a ¶Ex quo ipſe aduocatus noſter. b ¶Sic implebimur bonis.

a cõfitebimur, et † inuocabimus no- a b

a ¶Plenus eructat. ¶Alias narrabo. ¶Iam enim omnes vnus Chriſtus. b ¶Vt alij veniant. ¶Quæ ſi quis non audit.

b men tuũ. † Narrabimus mirabilia c

a ¶Modo enim tempus dicendi eſt & miſericordiæ. b ¶Iudicandi. c ¶Qui modo non videor. ¶Chriſtus totus; quia & ſancti cum eo iudicabunt.

c tua, cũ accepero † tempus, ego † iu- d e

a ¶Modo quid? ¶Auguſt. a ſtabilitate mentis & iuſtitiæ.

d ſtitias iudicabo. Liquefacta eſt f

a ¶Exponit quam terram dixit: Ipſa terra defluxit inhabitantibus ſe.

e terra & omnes qui habitant in ea, g

a ¶Talem inueni terram, ſed ¶Non ſuppliciorum exactor, ſed peccatorum donator. b ¶Apoſtolos ¶Quæ in paſſione nutauerunt. c ¶Sed ¶Aug. per columnas confirmatas.

ego † cõfirmaui colũnas eius. ✱ Dixi h i

a ¶Omnibus generaliter. b ¶Hoc ſi icet. ¶Non perſeueretis in malo. c ¶Etſi iam feciſtis iniquitatem per cupiditatem.

f xi † iniquis. Nolite iniquè agere: k l

a ¶Si ſani non audiſtis, vel iacentes ſurgite. b ¶Peccata defendentibus. c ¶Inde ſuperbire apud vos. ¶Ne deficiatis per elationem. ¶Ad extendendum.

g et delinquentibus, nolite exaltare m

a ¶Et ¶Caſ. vt qui contra Deum blaſphema cogitatione demurmurat. b ¶Contra Deum.

cornu. Nolite † extollere, in altum n

a ¶Exponit in re. b ¶Vt qui dicit ſe iniuſte pati cũ nequiores ſint proſperi, o[illegible] iniuſtum facere Deum. ¶Corde etſi non lingua.

h cornu veſtrum, nolite loqui † ad- o

a ¶Quaſi neſciat hæc vel non curet. b ¶Ideo nolite.

i uerſus Deum iniquitatem. † Quia p

a ¶Deus iudex decit ¶Iudicat, q. vt inde fugias in occidentem, vt econuerſo. ¶Quia non eſt localis.

neq; ab oriente neque ab occiden-

a ¶Ideſt ſecretis locis eſt abſens. ¶Vt inde fugias in medium populorum.

te, neque à † deſertis mõtibus, qm̃ q

a ¶Etiam eorum qui ſunt in corde. b ¶Superbum Iudæum, vt Phariſæum de iuſtitia legis tumidum mẽte.

Deus iudex eſt. Hunc humiliat, r

*in nocte confitebantur, & adorabant in confeſſione & adoratione: De nocte confitentes Dei iuſtitiam, & de die eius miſericordiam, ſecundum illud. In die mandauit dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius.* C

Pſal. 41. b

c Narrabimus mirabilia tua. *Hoc dicitur in perſona populi qui narrabat mirabilia Dei, quibus Deus patres eorũ liberauerat de Aegyptiaca captiuitate, & ipſos de captiuitate Babylonica.*

d Cum accepero tempus. *Rab. Sa. coniungit hanc literam cum præcedente, dicens, ꝙ eſt verbum populi Iſrael. & eſt ſenſus: cum accepero tempus. ſ. feſtiuum. Ego iuſtitias iudicabo, ideſt laudes tuas narrabo non ſicut Gentiles, qui in vanitatibus, & idololatrijs expendunt feſtos dies. Sed quia iudicare non inuenitur dictum in ſacra ſcriptura pro narratione laudis, ideo aliter dicitur à doctoribus noſtris. ſ. ꝙ propheta mutat hic perſonam, & loquitur in perſona Dei dicentis: Cum accepero tempus. ideſt cum venerit tempus diſpoſitum ſecundum ordinem ſapientiæ meæ, quod expectatur in omnibus operibus diuinis.*

† propinquum

† tempus diſ[illegible] in quo congregantur [illegible] ad [illegible] recta

e Ego iuſtitias iudicabo. *ideſt ſententias iuſtitiæ ponam in effectum. iuſtos de aſſlictionibus liberando, & impios puniendo.*

✱ Sela [illegible] pra plag.

f Liquefacta eſt terra. *ſ. Iſrael.*

g Et omnes qui hab. in ea. *quia ſicut virtute ignis metalla reſoluuntur & liqueſcunt, ſic terra Iudæ & habitantes in ea, quorum ædificia per incendium à Chaldeis fuerant deſtructa.*

h Ego confirmaui. *in reuerſione de captiuitate: & vocantur hic columnæ terræ Iſrael Zorobabel, Ieſus filius Ioſedech, Eſdras, Nehemias, Aggeus, & Zacharias prophetæ: & cæteri qui confirmauerunt corda populi ad reædificationem templi & ciuitatis.*

† collo [illegible]

i Dixi. *Hic conſequenter deſcribitur aduerſantium punitio; quia Babylonij qui filios Iſrael captiuauerant, per Perſas, & Medos fuerunt debellati & deſtructi, vt habetur Daniel. 5. & quantum ad hoc dicitur in perſona Dei: Dixi. cuius dicere eſt facere, ſecundum illud pſal. dixit, & facta ſunt.* D

Dan.5.g

K Iniquis. *ideſt Babylonijs.*

l No. ini. agere. *quia abſtulit eis poteſtatem exercendi vltra ſuam nequitiam.*

m Et delinquentibus nolite exalta. cor. *i. poteſtatem regiam, quia ad Medos & Perſas tranſtulit eam.*

Dan.5.g

n No. extol. in al. *repetitio eſt eiuſdem ad maiorem confirmationem.*

o Noli. loqui aduer. Deum ini. *In hoc tangitur cauſa deiectionis potentiæ Babylonis, quia contra Deum blaſphemias loquebantur vt dictum eſt pſal. precedenti.*

p Quia neque ab oriente. *ideſt ex nulla parte poteris diuinum iudiciũ effugere, ideo ſubditur,*

q Quo. de. iud. eſt. *qui eſt præſens vbique per eſſentiam potentiam & præſentiam, ſecundum quod dicitur infra pſal. 137. Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero ad infernum, ades, &c.*

r Hunc humi. *eum eijciens à ſua poteſtate.*

¶ a Et

## NICO. DE LYRA.

¶ *dens eſt oratio Aſaph pro liberatione populi à dicta captiuitate vt dictum eſt. ita iſte pſalmus eſt deſcriptio populi reuerſi in terram natiuitatis ſuæ ſub Cyro rege. Quòd autem præmittitur, ad victoriam vel victori, ſecundum tranſlationem Hier. deſignat conatum Leuitarum in decantatione huius pſal. vt frequenter ſupradictum eſt. Secundum igitur hunc ſenſum pſal. iſte diuiditur in tres partes: quia primò deſcribitur reuerſorum conditio. ſecundò aduerſariorum punitio ibi: Dixi iniquis. tertiò pro ambobus gratiarum actio, ibi: Ego. Circa primum dicitur in perſona populi de captiuitate Babylonica reuerſi: Cõfitebimur tibi Deus. ꝙ iuſtè nos captiuaſti pro peccatis noſtris.*

a Confitebimur. *quòd miſericorditer nos reuocaſti.*

b Et inuocabimus nomen tuum. *Iſta duo confitendo. vnde dicitur Neem. 9. de reuerſis à captiuitate Babylonica. Quater in die & quater* in nocte

## MORALITER.

✱ a *Confitebimur.* confeſſione laudis pro beneficio noſtræ iuſtificationis.

b *Et inuocabimus nomen tuum.* pro alijs beneficijs obtinendis.

c *Narrabimus mirabilia tua.* quæ feciſti nobis, quia maius eſt iuſtificare impium, quàm creare celum & terram, ſicut dicit Aug. Et ſubditur diuina reſponſio cum dicitur,

d *Cum accepero tem.* ſcilicet opportunum, iudicabo iuſtos iudicio approbationis.

f *Liquefa. eſt ter.* homines in terrenis confidentes, quia ſicut cera liqueſcunt ab igne cõcupiſcentiæ per cõſenſum in mortale peccatũ.

h *Ego confir. co. e.* Columnæ terræ dicuntur homines iuſti, quorum meritis alij ſuſtentantur, & ipſi à Deo in bono confirmantur.

i *Dixi ini.* Hic ponitur punitio perſeuerantium in malo, cum dicitur: Dixi ini. Iſti ſunt qui faciunt contra præcepta negatiua.

m *Et delinquen.* qui faciunt contra affirmatiua.

n *Nolite extol. cor.* gloriantes de veſtra malitia.

o *Nolite exal. in al.* i. nolite loqui blaſphemias contra Deum.

p *Quia neque ab ori.* ideſt quia ex nulla parte abeſt dominus qui præſens eſt vbique.

q *Quo. de iu.* non ſolũ factorũ, ſed etiam verborum, & cogitationũ.

r *Hunc hu.* ſcilicet ſuperbum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E

a *Quia calix. Aug.* Calix, lex & omnis ſcriptura veteris teſtamenti, vbi nouum abſconditũ quaſi in fæce corporaliũ figurarum. Calix ergo meri.i.legis ſynceræ quantum ad præcepta moralia bona & iuſta.i.Deum vnum adorabis: Non occi. &c. Plenus miſto.i.fæce corporaliũ ſacramentorum, quæ reſident & remanent apud illos. & in de funditur omnis ſpiritualis intellectus, & eſt eliquatus in homines, ſed apud Iudæos remanſit, vnde omnes inſidi potati: ſed ego & mei ſeorſim, & omnia cornua peccatorum, quod ante hũc hu & exalta.cor. quod antè, & hunc exal. *Caſ.* Calix lex, vinum merum myſteriũ cęleſte. Plenus, quia etſi ſemper bibitur, nunquam expẽditur. Miſto, quia vetus & nouũ ſimul ſunt Iudæi non miſtum bibunt, quia vetus ſine nouo: Manichæi nouum ſine veteri. Ex hoc in hoc, à Iudæis tulit conuerſis inclinauit. Fex nõ pro ſordibus, ſed ima & vltima vini ſubtiliora legis, ad quæ non poteſt perueniri hic: quia omnibus bibentibus plenitudo non deficit. Bibẽt ex eo, vt de eo pleno omnes peccatores. i. Iudæi in fine conuerſi cum alijs. Vel calix poteſtas iudicandi. Vini meri, iuſti iudicii. Miſto miſericordia, & iudicio: quia alijs mors per iuſtitiam, alijs vita per miſericordiam, quod inclinat, & omnibus propinat: omnes enim ſentient miſericordiam & iudicium, & licet inclinet, fex, pęna bibentibus auſtera, cuius ſapor non exinanietur malis. vnde: Bibent omnes peccatores terræ, non ſolum Iudæi.

b *Ego. Caſ.* Omnes bibent, ſed ſeorſim ego.i. Chriſtus corpore: annuntiabo in ſeculum, quandiu ſeculum erit.

c *Cor. iu. &c.* i. munera Chriſti, quæ ſunt ſublimitas iuſti.

*a Canticum.*

(Margin: *Vbi ſupra.* — *Exo. 22. a* — † & vino rubefactus ẽ vel nouit viam. — † elladit — *Vbi ſupra.* — † feceseius quas exprimeat — † pſallam)

a ¶ Humilem Gentilem, vt publicanum. b ¶ Per legem quæ eſt in manu mediatoris. c ¶ Diſpenſat. d ¶ Poteſtare.

& hunc exaltat, quia calix in ma-

a ¶ Vinum merum propter ſynceritatem, miſtum propter fæcem. Vinum merum ſpiritualis ſenſus, fex corporalia ſacramenta.

nu domini, † uini meri plenus mi-

a ¶ Quia hunc humiliat & hunc exaltat. ¶ Legem. b ¶ A Iudeo in Gentilem. ¶ Alias hunc.

ſto. Et † inclinauit ex hoc in hoc,

a ¶ Quia carnalia deſideria apud Iudæos remanſerunt.

veruntamen † fex eius nõ eſt exina-

a ¶ Alij vinum, alij fecem. b ¶ Iudæi ſuperbi peccatores. Gentiles humiles peccatores.

nita, bibent omnes peccatores

a ¶ Vel gaudeo de promiſſione futura in finem, de qua dicitur: Ne corrumpas.

terræ. Ego autẽ † annuntiabo in-

ſeculum, † cantabo Deo Iacob. Et

a ¶ Quæ hic eriguntur. ¶ Auguſt. Dignitates ſuperborum. b ¶ In finem quæ modo nolunt frangi.

omnia cornua peccatorum con-

a ¶ In futuro, vbi ſuperbus humiliabitur, humilis exaltabitur. Et hoc eſt quod ſupra dixit: Et hunc exaltat. b ¶ Quæ non hic, ſed ibi.

fringam, & exaltabuntur cornua iuſti.

*Medos, & Perſas per Græcos, & Græcos per Romanos.*

G

g Verunta. fex e. non eſt exi. *i. fundus in quo feces reſident calicis, non eſt euacuatus: quia ſemper in Deo remanet virtus ad puniendum peccatores. ideo ſubditur: Bibent omnes peccatores terræ.*

i Ego au. *Hic vltimò ponitur gratiarum actio pro populi liberatione & aduerſariorum punitione, cũ dicitur, Ego au. annun. ſ. Dei virtutem & laudem.*

K In ſe. *quia pſal. iſte à tempore Aſaph vſque nunc decantatus eſt ad laudem Dei & adhuc decantabitur. ideo ſubditur,*

l Canta. Deo Ia. *Licet. n. ſit Deus omniũ per creationem: dicitur tamen Deus Iacob ſpecialiter, eò quod populus Iſrael deſcendẽs à Iacob ſuſceperat Dei legem non alij populi. vnde dicitur infra. Qui annuntiat verbum ſuum Iacob: iuſtitias, & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi.*

m Et omnia cor. *i. ſuperbias & poteſtates.*

n Peccato. confrin. *i. confringenda denuntio per poteſtatem diuinam. Vel aliter poteſt dici ꝙ propheta hic mutat modum loquendi: quia prius dicebat in perſona propria: Ego autem annuntiabo &c. Et conſequenter tranſit ſine deſcendit ad loquendum in perſona Dei dicens: Omnia cornua peccato. confringam. Quia Deus fecit de peccatoribus vindictam & tranſitus talis frequenter fit in prophetis & in illis maximè qui metricè ſcripſerũt, quales fuerunt illi, qui pſalmos fecerunt.*

o Et exalta. cor. iuſti. *Ideſt Chriſti qui dicit antomonaſicè iuſtus, eò ꝙ iuſtificat alios, ſecũdum quod dicitur in Eſa. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. In reſurrectione autem Chriſti exaltata fuerunt eius cornua. propter quod dixit tunc Mat. vlt. d. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. Propter quod ſanctus Zacharias nominauit Chriſtũ cornu, Et erexit cornu nobis ſalutis in domo Dauid pueri ſui. Chriſtus. n. deſcendit de Dauid ſecundum carnem. Qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Moraliter poteſt exponi pſal. iſte de quolibet verè pęnitente qui egreſſus de captiuitate peccati, confitetur Dei iuſtitiam & eius miſericordiam & poteſtatem damnum contemnit, & Deo gratias agit.*

H

(Margin: † in ſa gaudio — *Eſa. 53.* — *Luc. 1.* — *Rom. 1.*)

## NICOL. DE LYRA.

F

¶ a Et hunc exaltat. *à ſtatu humili & paupere: & hoc facit de quolibet pro ſua voluntate. & hoc patet in rege Babylonis quem deiecit per Cyrum, quem à ſtatu miſerabili ad monarchiam perduxit. Quando enim fuit natus de filia regis Aſtyagis, fuit in nemore expoſitus feris, & auibus deuorandus: ſed diuina virtute fuit ſaluatus, & poſtea ad monarchiam exaltatus, prout plenius dicitur in Scholaſtica hiſtoria ſuper Danie. Et cauſa efficiens dictæ deiectionis ſuperborum à ſublimitate ſubditur cum dicitur: quia calix in manu domini. Per calicem in ſcriptura intelligitur pœna à Deo inflicta vel infligenda. vnde habetur ſupra pſal. 10. b. Pluit ſuper peccatores laqueos, ignis, ſulphur & ſpiritus procellarum pars calicis eorum.*

c Vini meri. *i. puri ſine aqua. Et in Hebræo habetur, vini fortis.*

d Ple. miſt. *i. in calice cum vino forti miſta eſt aliqua ſpecies fortificatiua & inebriatiua, ſicut ſolet fieri in clareto. Omnia iſta dicuntur ad deſignandum acerbitatem vltionis diuinæ. Et inclinauit. ſ. calicem ſuum.*

f Ex hoc in hoc. *ad inebriandum vnũ populum poſt alium, puniendo peccatores ſucceſſiuè ſecundum ordinẽ ſuæ iuſtitiæ: ſicut puniuit Iudæos per Babylonios, & poſtea Babylonios per Medos, & Perſas, & poſtea Medos,*

## MORALITER.

✱ a *Et hunc exaltat.* ſcilicet humilem.

b *Qui. ca. in.* i. punitio dura ad puniẽdũ peccatores ꝓ volũtate ſua.

c *Et incli.* puniendo peccatores ſucceſſiuè diuerſo tempore, ſicut in diluuio, & poſtea in ſubuerſione Sodomæ: & ſic de alijs.

g *Veruntamen fex eius.* ſ. calicis.

h *Non eſt exi.* quia in eo remanet poteſtas ad puniẽdum malos pro voluntate ſua. ideo ſubditur, Bibent. o. p. ter.

i *Ego au.* Hic ponitur gratiarum actio pro peccatorum punitione, quæ tñ non procedit ex zelo vindictæ, ſed iuſtitiæ diuinæ: Lætabitur iuſtus cum vi. vin. & ſic dicitur in perſona iuſti: Ego autem annun. in ſeculum. Dei iuſtitiam in punitione peccatorum.

l *Cantabo Deo Ia.* Licet enim ſit Deus omnium, tamen ſpecialiter dicitur Deus iuſtorum, qui ſunt ſupplantatores vitiorum.

m *Et om. cor. pec. con.* Ideſt confringenda dicam per Dei iuſtitiam.

o *Et exaltabuntur cor. iuſti.* in ciuitate cęleſti.

✱ a *Notus*

*In pſal. 74. Confitebimur: vbi dicit poſt. Cum accepero tempus.*

## ADDITIO I.

¶ Quidam expoſitores noſtri intelligunt hæc verba. ſ. cum accepero tempus &c. à filio Dei dicta ante carnis aſſumptionem, vt ſit ſenſus: Cum ego qui ſum æternus accepero tempus, ideſt fuero factus homo temporaliter, tunc iuſtitiam iudicabo. iuxta illud Ioan. Omne iudicium dedit pater filio. & ſic cum dicitur; Liquefacta eſt terra &c. intelligitur à ſoliditate virtutum, eò ꝙ omnes ferè lapſi erant in peccato ante aduentum Chriſti: ſed dicit: Ego confirmaui columnas eius, ideſt apoſtolos, & correſpondenter ad iſtum ſenſum poſſunt exponi tam præcedentia, quàm ſequentia.

(Margin: *Ioan. 5. d*)

*In eodem pſal. 74. vbi dicitur in poſtil. Quia neq; ab oriente.*

## ADDITIO II.

¶ Attendendum eſt, quõ intelligantur iſta verba: Neq; à deſertis montibus. quia non videntur correſpondere huic quod præmittitur: nec ab oriente, neq; ab occidente: potius. n. debuiſſet dicere: Nec ab aquilone, & mari, ſicut conſueuit ſcriptura loqui cũ de quatuor partibus mundi agit, vt in plurimis locis. Sed ad huius propriũ intellectum ſciendum, ꝙ ſecundum aſtronomos terra habitabilis ſe extendit ab oriente in occidentem, ſic ꝙ continet 180. gradus quæ eſt medietas totius orbis terræ, & hæc diſtantia, quæ eſt ab oriente terræ vſq; ad occidentem, dicitur longitudo terræ: latitudo. n. terræ habitabilis, quæ conſideratur ab aquilone ad auſtrum non eſt tantæ diſtantiæ: quia non occupat niſi 66. gradus ferè. vnde totam reſiduum tam ex parte aquilonari quam auſtrali ſunt deſerta loca: prout philoſophi & aſtronomi de hoc loquentes, tam rationibus, quàm inueſtigationibus demõſtrant. Bene igitur Pſal. volens quatuor partes mundi notare: nominauit partem orientalem, & occidentalem ſub proprijs nominibus, eò ꝙ ab oriente in occidentem ſe extendit habitatio humana: ſed partẽ aquilonarem, & auſtralem nominauit deſertos montes, quia ſubtracta parte habitabili in latitudine terræ, ex vtraque parte remanent magna loca deſerta in quibus veriſimiliter ſunt montes.

*In eodem pſal. 74. vbi dicitur in poſtil. Vini meri.*

## ADDITIO III.

¶ Vbi translatio noſtra habet meri, in Hebra. habetur חמר chamat quæ magis ſonat ſpiſſum, vel lutoſum, quod quidam Heb. ſic exponunt, ꝙ ſub hoc calice. ſ. viſionis diuinę eſt vinum lutoſum, & ſpiſſum, quod generat in fundo multas feces, ſic ꝙ de inferiori parte, vbi ſunt feces, bibũt peccatores grauiſſimi, & de ſuperiori bibũt alij, qui non tam grauiter peccarunt, ad hoc deſignandum, ꝙ ſeruatur proportio diuinæ iuſtitiæ circa punitionem tranſgreſſorum.



A

a *Canticum.* Quia agit de bonis Chriſti. ſ. ꝙ notus, ꝙ habitat, ꝙ illuminat, ꝙ ſaluat. Frangit gloriam Iudæorum.

b *Ad Aſſyrios. Caſſ. Remig.* Contra Iudæos qui non dirigentes ſed errantes. Vel quòd erigunt ſe, quia ſine gratia quærunt ſalutem, & perſequuntur eccleſiam vt olim Aſſyrij Iudæos. Qui confutantur hic ablatis nominibus gloriæ. Et nihil poſſe, ſine gratia probantur.

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. LXXV.

Notus in Iudæa Deus. *Aug.* Gloriatur Iudæus, ꝙ Iudæo notus eſt Deus, & verum eſt, ſed Iudæo intus non in carne. *Aug.* Propheta, ſi Iudæi, tũc in vobis notus eſt Deus: ꝙ ſi non eſt, tunc non Iudæi. *In Iudæa. Aug.* Suſceptis filiis Ioſeph duobus cum reliquis xj. filiis Iacob xij tribus ſunt, excepta tribu Leui quæ ſacerdotalis, & de decimis viuebat. Duodecim tribubus terra diuiſa eſt. In his vna eſt Iuda, vnde Reges, & à regno omnes Iudæi dicũtur. Confeſſi aũt Cæſarem, non Chriſtum qui de Iuda iam non Iudæi.

d *In Sion. Aug.* Cõgruum verborum ordinẽ attende. Iudæa confeſſio poſtquam Iſrael. i. videns Deum, & ſic in pacato cũ Deo locus eſt. vnde ſequitur: In pace poſt in Sion. i. in contemplatione cum facie ad faciem videbit Deum, erit habitatio.

e *Ibi confregit potentias. Caſſ.* In Iudæa, in Iſrael, in Salem, in Sion, vbi Deus pacis autor venit hæc omnia (quæ & nomina gloriæ eorum) fugiunt.

f *Illuminans. Caſſ.* Diapſal. Illuminat Chriſtus, dormit Iudæus, Chriſtus iudicat, perit ille. *Aug.* Tu illuminas, ſed per montes, qui prius lumen excipiũt

B

per prophetas. ſ. & Apoſtolos. Sed de illuminatione turbati ſunt omnes inſipientes corde. Præmittit inde quare in futuro terribilis dormi. &c.

g *Dormierunt ſomnum ſuum. Caſſ.* A bonis ęternis refrigeſcẽtes carni acquieuerunt, pro futura non videntes Somnum ſuũ, qui diſtat à quiete bonorum, quia iſte fallax eſt, videntes per ſomniũ ſe habere theſauros, dum euigilant nihil inueniunt. vnde dicit: Et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum. Deſinitio auarorum.

h *Nihil inuenerunt omnes viri.* Quia nihil poſuerũt in manibus Chriſti, qui dicit: Eſuriui &c. *Remig.* In pauperibus nanque eſuriit, qui in cœlo diues eſt.

i *Viri diuitiarum.* Qui ſolam ſpem ſuam ponunt in incerto diuitiarum. Vnde non ait, habentes diuitias. Multi enim habent qui non amant.

K *In manibus ſuis. Caſſ.* Quaſi adhuc in manibus quærant, cùm ſe iam nil tenuiſſe cognoſcant.

l *Ab increpatione tua. Aug.* Strepitus increpationis ſolet excitare, ſed tantùm pondus eſt increpantis Dei, quòd dormitant, ideſt cor habent induratum.

a *Qui aſcen-*

(Margin: *pſal.* — *Ioan.* — *Mat. 25.* — *pſal.*)

a ¶ Dirigens. Chriſtum. b ¶ Laudibus ad quas monet.

† In finem in carminibus, pſal-

a ¶ Fidelis ſynagogæ. b ¶ Id eſt cõtra Iudæos qui nõ ſe dirigunt, ſed errant vel erigunt contra Chriſtũ.

mus Aſaph, canticum ad Aſſyrios LXXV.

a ¶ Vera. ¶ Vt confiteatur peccata.

Notus in Iudæa Deus, in

a Vera. b ¶ Non blaſphematur ſicut per malos.

Iſrael magnũ nomẽ eius.

a ¶ Alij Salem, cuius ponitur hic interpretatio.

Et factus eſt in pace locus eius, & ha-

a ¶ Vera i. eccleſia. ¶ Contẽplatione vel ſpeculatione. b ¶ Quod non niſi à Deo habent.

bitatio eius i Sion. Ibi cõfregit † po-

a ¶ Sciſſuræ. ¶ Dolos. b ¶ Vnde ſe ſuperbe protegunt. c ¶ Vnde pugnant. d ¶ Contra Deum defendendo peccata. ¶ Omnimodam contradictionem.

tẽtias, arcũ, ſcutũ, gladiũ, & bellũ. ✱

a ¶ Confregiſti & illuminas, tu terribilis ex futuris venturus ad iudicium. b ¶ Non montes ipſi. c ¶ Per mirabilia. d ¶ Id eſt per montes ęternos Apoſtolos prophetas. ¶ Vel in

† Illuminans tu mirabiliter à mon-

a ¶ Sed. ¶ Annunciata alia vita quæ non eſt hic. ¶ Parhenteſis, turbati ſunt. b ¶ Caſſ. deſideria mundi quærentes.

tibus ęternis, † turbati ſunt om-

a ¶ Et turbati. ¶ In præſentibus quæ facta ſunt eis delitioſa.

nes inſipientes corde. Dormierunt

a ¶ Caſſ. Studentes, vel quia libero arbitrio, & lege diuites ſe putant.

ſomnum ſuum, et † nihil inuene-

runt omnes viri † diuitiarum in ma-

a ✱ Dormie. ſed hoc à te. b ¶ Ab ira, & excæcatione.

nibus ſuis. Ab increpatione tua

*vigebat verus Dei cultus, nec ſcientia legis, & prophetarum.*

C

b In Iſrael magnum nomen eius. *Hic eſt nomen Domini tetragrammaton, quod eſt appropriatum altiſſimo creatori in quo nomine ſacerdotes templi benedicebant populum.*

c Et factus eſt in pace. *id eſt in tempore pacis.*

d Locus eius. *i. templũ, in quo habitat Deus per ſpecialem effectum, dando eis reſponſa ſuper propitiatorium. Hoc enim templum fuit ędificatum tempore Salomonis, qui propter hoc nominatus fuit Salomon, id eſt pacificus, quia maxima pax fuit in regno Iudæę temporibus eius.*

e Et habitatio eius in Sion. *Quia templum fuit ędificatum in illa parte ciuitatis Ieruſalem vbi eſt mons Sion.*

f Ibi confregit. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Sennacherib deiectio, eò quod volebat deſtruere ciuitatem Ieruſalem, & templum in eà ędificatum cultui diuino deputatum: & hoc eſt quod dicitur:* Ibi confregit. *ſcilicet Deus.*

g Potẽtias. *i. bellatores exercitus Sẽnacherib.*

h Arcum, ſcutum, gladium, & bellũ *i. omnia inſtrumenta bellica, quia interfectis bellatoribus arma bellica ad nihilum valebant vltrà ipſi Sennacherib, propter quod fuit territus, & confuſus, vt prædictum eſt.*

i Illuminans tu mirabiliter à montibus ęternis. *Montes ęterni hic dicũtur angeli qui ſunt immortales, quia miniſterio angelico facta eſt exercitus Sennacherib proſtratio. Et factum eſt hoc mirabiliter, qui corpora eorũ redacta fuerũt in cineres, veſtibus eorum & armis remanentibus illæſis: ita ꝙ Ezechias, & viri ſui ſine difficultate aliqua poterant colligere arma & ſpolia, & per hoc illuminati ſunt in cognitione diuinæ virtutis. In Hebræo habetur: De montibus rapinæ. Et in translatione Hieron. A montibus captiuitatis. Et tũc referendum eſt ad montem Sion & montem Moriam vbi templum erat fundatum, quia Sennacherib intendebat ſpoliare, & captiuare habitantes in eo, ſed ſacrificijs, & orationibus ibi factis ordinatione Dei percuſſit angelus caſtra Aſſyriorum, vt prædictum eſt, & ſic accidit contrarium.*

D

K Turbati ſunt omnes inſipientes corde. *Id eſt bellatores Sennacherib, qui erant adhuc idololatræ, & ſic inſipientes de Deo veram notitiam non habentes.*

l Dormierunt ſomnum ſuum. *Dormitione mortis, ſecundum quod dicitur in Ioan. Lazarus amicus noſter dormit, id eſt mortuus eſt, vt ibidem ſubditur:*

m Et nihil inuenerunt. *Quia bellatores Sennacherib multas diuitias per bella acquiſierant, quas ibidem dimiſerunt, quia mortui nihil potuerunt ibi habere: & illi pauci viri qui remanſerant, ita repente fugerunt cum Sennacherib, quòd nihil potuerunt de illis ſecum portare.*

n Ab increpatione tua. *id eſt mortui ſunt, non morte naturali, ſed tua virtute, ſecundum ordinem iuſtitiæ tuæ.*

¶ a Qui aſcen-

(Margin: *3. Reg. 5. a* — † ſagittas — ✱ Sela ſupra pſal. 3. — Angeli dicuntur montes æterni — † Spoliati ſunt ſtulti fortes corde — † non inuenerunt omnes viri exercitus virtutum idoles. — *Ioan. 11. b*)

## NIC. DE LY. PSAL. LXXV.

Notus in Iudæa Deus. *Huic pſal. præmittitur talis tit. in Hebræo: Ad victoriam in organis pſalm. Aſaph cantici. & in translatione Hieron. victori in carminibus pſalm. Aſaph cantici. & patet ſententia vtriuſque tituli ex dictis ſuprà pſal. 4. De materia autem huius pſalmi dicit Rabi Salomon, quod Aſaph prævidens in ſpiritu afflictionem Regni Iudeæ per Sennacherib tempore Ezechię, & eius percuſſionem à Deo, ſecundum quod habetur in Reg. quod angelus Domini percuſſit in caſtris Aſſyriorum 185. milia, quod videns Sennacherib, fugit confuſus ad terram ſuam, & ibi fuit occiſus à filijs ſuis, vt habetur ibidem. Fecit etiam de hoc pſalmum iſtum. Et huic dicto concordant plures doctores, & expoſitores catholici, propter quod intendo illud ſequi. Igitur ſecundum hoc pſalmus iſte diuiditur in tres partes, quia primò deſcribitur regni Iudeæ conditio. Secundò Sennacherib deiectio: Ibi confregit. Tertiò gratiarum actio, ibi: Quoniam cogitatio hominis. Circa primum ſciendum, quòd in Regno Iudeæ metropolis erat Ieruſalem, in qua erat templum: propter quod vigebat ibi diuinus cultus, & ſcientia legis, & prophetarum, & hoc eſt quod dr:* a Notus in Iudæa Deus, &c. *Non ſic autem in alijs terris, vbi non vigebat*

(Margin: *4. Reg. 19. g*)

## MORALITER.

✱ a *Notus in Iudæa.* Pſalmum iſtum fecit Aſaph præuidens in ſpiritu liberationem mirabilem populi Iudeæ à Sennacherib perſecutione. Myſticè poteſt exponi de liberatione populi Chriſtiani tempore Balduini Regis Ieruſalem, qui anno Domini 1124. præuentus à Saracenis, fuit captus ab eis, & tunc vndique venerunt Saraceni, vſq; ad lx. milia, vt Chriſtianos exterminarent totaliter de terra ſancta, qui confidentes in ſolo Deo, in prælium exierunt, non plures ęſtimati inter equites, & pedites quàm tria milia, & ſigno cælitus dato, de quo dicetur infrà victoriam mirabilem habuerunt, & Deo magnificè gratias egerunt. Sic ergo dicitur: *Notus in Iudæa.* Quoniam tunc à fidelibus habitabatur.

(Margin: *4. Reg. 19. g*)

b *In Iſrael magnum nomen eius.* Id eſt in clero illius populi, qui præ cæteris habebat maiorem notitiam Dei.

c *Et factus eſt in pace.* Dicta victoria de Saracenis obtenta.

e *Et habi. &c.* nam ibi habitabant deuotiores inter Chriſtianos.

f *Ibi confregit potentias.* Scilicet Saracenorum, qui in bellis vtũtur gladijs, arcubus, & ſcutis.

i *Illuminans.* Nam in principio congreſſus quidam fulgor cælitus deſcẽdit ſuper Saracenorum exercitum, & ſtatim omne robur fugit ab eis, & cæſi fuerant à Chriſtianis vſque ad vij. milia, & v. milia in aquis ſubmerſi, nullo de Chriſtianis cadente. ideo ſubditur:

K *Turbati ſunt omnes inſipientes corde.* Scilicet Saraceni.

l *Dormierunt ſomnum ſuum.* Scilicet mortis.

m *Et nihil inuenerunt.* ſ. de ſpolijs Chriſtianorũ, quæ ꝑdari ſperabãt.

n *Ab increpatione tua.* i. punitione tua modo prædicto facta.

✱ a *Dormitauerunt*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Qui aſcenderunt &c. Aug.* Quorum ſuperbia creuit, humili
E Chriſto non humiliati.

Vbi ſupra. Vbi ſupra. Deut.17.d 3.Reg.10.d b *Equos. Caſſ.* Quaſlibet ſeculares extollentias: vnde præceptũ erat in lege filiis Iſrael, vt non multiplicarent ſibi equos. Salamon quoque de Iudęa non habebat equos, ſed emebat de Aegypto.

2.Teſſal.1.c c *De cœlo auditum. Aug.* Vnde Apoſtolus: In reuelatione domini noſtri Ieſu de cœlo cum angelis venient ad iudicium exercẽdum. Cum exurgeret. i. cum potẽs apparebit, qui hic humilis. Vel, cùm exurgeret hic à morte, poſtea venturus ad iudiciũ. *Tunc. Aug.* quando veniens de cœlo facies auditum. i. omnibus notum. Virtus iudicij exponitur, vnde terreni terrentur, & perdita poteſtate quieſcunt, quieuit cum exurgeret.

† ſoporatus eſt, & currus & equus

† ſtabit coram te, ex eo tempore quo eſt perit ira tua

† audire

d *Manſuetos terræ. Aug.* Qui mentis pacem habẽt, non detrectantes iugum Dei.

† timuit

e *Quoniam &c. Caſſ.* Diapſalma. admonet iam deuotos offerre vota. Quaſi meritò ſalutat manſuetos. Quoniam cogitatio. i. laudabunt te cogitatione & opere. hoc eſt reliquiæ cogita. &c.

f *Cogitatio hominis confitebitur tibi. Caſſ.* conceptio voti. Reliquiæ redditio voti operatio, reliqua poſt cogitationẽ.

† ira. i. inſania hominis cedet tibi in gloriam

g *Reliquiæ cogitationis. Aug.* Quoniam cogitatio prima vnde incipimus bona. i. confiteri domino, quæ facit reliquias cogitationis, quæ feſtum agũt prius eſt damnare & diſplicere quod eramus: quod poſtea in memoria tenentes. ſ. quid eramus, & quid accepimus, gratias liberatori agamus, quod eſt ſolemnia celebrare. *Caſſ.* Quia ſolus dominus eſt cui feſtiuitas debeť. reddent vota Deo. Prima cogitatio damnat mala. *Reliquiæ &c.* Quia poſt

† ſolemnia celebrabũt

F ſemper debet homo recordari preterita mala, vt lugeat: licet mundus hic agat diem feſtum, quãdo ſentit ſe à peccato liberum, vt poſt emendationem Iudæi iubentur offerre feſtiuũ munus Deo.

h *Vouete & reddite &c. Aug.* Alia ſunt cõmunia vota de his, ſine quibus non eſt ſalus, alia propria, vt vouere caſtitatem, & huiuſmodi. *Caſſ. Vouete.* Quædam ſunt quæ nec promittentes debemus ſoluere: vt non occides, & huiuſmodi. Alia ſunt quæ niſi vouemus non cogimur implere, vt virginitatem ſeruare. Ad hæc ergo vouenda inuitat omnes, qui in circuitu eius ſunt per fidem: hi monentur vouere, non hæretici, vel pagani. Vel, vos moneo, quia qui in circuitu ſunt, vt famuli offerent, vel afferent &c. *Aug.* Sunt quaſi medij in circuitu eius, qui intelligunt communem eſſe omnibus veritatem, & non faciunt ſuperbiendo ſuam, hi offerunt munera, quia habẽt humilitatem. & ideo timeat quiſq; ſuperbus facere ſuam, ſed ſit humilis, communẽ omnibus intelligens, habens ſpiritum Dei, non principum. i. ſuperbum.

a *Munera*

a ¶Iuniores populi. b ¶Vt Pharao qui increpationes Dei obſtinata mente contempſit, ita negligunt ſancti monita. ¶Cæcitate cordis. ¶Pharao & Aegyptus & qui per ſecularia vagi ſunt.

a Deus Iacob † dormitauerunt, qui a b

a ¶Noluerunt eſſe humiles. b ¶Superbiæ. c ¶Sed. ¶Quod dormientes nunc non ſentiunt, in fine ſentient. ¶In iudicio futuro.

b aſcenderunt equos. Tu terribilis es, c

a ¶Tunc etſi hic aliquo modo. b ¶Nullus ſed. c ¶Modo faciunt quod volunt. ¶Erit.

& quis † reſiſtet tibi, ex tunc ira tua. d e

a ¶Quid enim tunc? ¶De me dixit Aſaph. b ¶Futurum eſſe. c ¶Facios, ſed præteritum ponit quaſi iam factum.

e De cęlo † auditum feciſti iudicium: f

a ¶Vnde. ¶Homo. b ¶Melius modo timeret & quieſceret. c ¶A malis ſuis. d ¶Quando. e ¶Seuere iudicans, qui hic quietus omnia pertulit.

terra † tremuit & quieuit. Cum exg h i

a ¶Ieſus Chriſtus. b ¶Ne putes iudicium fieri ad ſolam damnationem iniquorum, ſubdit, vt ſaluos faceret. ¶Vel o.

urgeret in iudicio Deus, vt ſaluos k

a ¶Auguſt. Qui non aſcendunt equos, ſed in humilitate confeſſi ſunt peccata. b ¶Non dico angelos.

d faceret omnes † manſuetos terrę. *

a ¶Prima quæ damnat malum, & incipit bona.

e f Quoniam † cogitatio hominis cõ- l m

a ¶Poſt pœnitentiam.

g fitebitur tibi, & † reliquiæ cogitatio- n

a ¶Ceſſabunt à ſeruili opere non intenti mundo, ſed quieti bonis intendent operibus. b ¶Gratias agendo. c ¶Mente. ¶Quodlibet bonum.

h nis † diem feſtum agent tibi. Voue- o

a ¶Neceſſario poſt votum. ¶Opere. b ¶Non tantum homini. c ¶Id eſt omnes humiles qui confitentur ei & adorant eum.

te, & reddite Dñõ Deo veſtro, om- p

a ¶Per fidem. ¶Vt famuli. b ¶Vel offerent. ¶Alias afferent.

nes qui in circuitu eius affertis q

n Et reliquię cogitationis diem feſtum agent tibi. *Reliquiæ cogitationis dicuntur hic memoriæ de illo facto, quia Ezechias, & populus ſuus non ſolum egerant gratias Deo ſemel, ſcilicet quando liberati fuerunt, ſed etiam poſtea quando iſtud beneficium occurrebat memorię eorum. Propter quod in veteri teſtamento fuerunt aliqua feſta annuatim ordinata ad beneficia diuina recolenda, ſicut feſtum paſchæ pro exitu de Aegypto, & feſtum pentecoſtes pro datione legis, & ſic de alijs. & ſimiliter in nouo teſtamento de Natiuitate Chriſti, & eius reſurrectione, & aſcenſione, & conſimilibus. Tranſlatio Hieron. habet ſic: Quia mœror hominis confitebitur tibi reliquijs mœroris accingeris: Quod ſic poteſt exponi: Quia mœror hominis ſcilicet Ezechiæ, & populi ſui, qui fuerunt in mœrore poſiti pro verbis & literis blaſphematorijs contra Deum, ipſius Sennacherib, & nunciorum eius. Confitebitur tibi, quia tunc Ezechias orauit Dominum, confitens, quòd pro peccatis ſuis, & populi talia contigiſſent. Reliquijs mœroris accingeris, quia poſtquam Ezechias ex mœrore ſciderat veſtimenta ſua, & indutus fuerat ſacco, vt habetur ibidem, aſcendit in domum Domini, & expandit illas literas blaſphematorias coram altari Domini, quaſi accingens illud. In Hebræo autem ſic habetur: Quoniam ira hominis confitebitur tibi, & reliquias iræ cinges vel retinebis. Quod exponit Rabi Salomon ſic: Quoniam ira hominis, id eſt Sennacherib, qui iratus contra regnum Iudæ volebat illud deſtruere. Confitebitur tibi, id eſt erit occaſio confitendi tibi confeſſione laudis: quia populus à perſecutione eius liberatus habuit maiorem occaſionem gratias agendi Deo, & ſe occupandi in diuinis laudibus. Et reliquias iræ cinges vel retinebis. Quod exponit Rabi Salomon de Regibus perſequentibus populum Iſrael, qui quando videbant liberationem eius mirabilem, retinebantur ab ira, & conuertebantur ad Dei laudem: Sicut Nabuchodonoſor ex ira fecit proijci tres pueros in caminũ ignis: Sed quando vidit liberationem eorum mirabilem, fuit conuerſus in manſuetudinem, Deum laudans & dicens: Benedictus Deus eorum, Sidrac, videlicet, Miſac, & Abdenago. Sed quia Sennacherib ex liberatione Ezechiæ & populi Iſrael mirabili, non legitur conuerſus ad Dei laudem, ſed magis ad oppoſitum: quia fugiens ad terram ſuam, adorauit in templo Neſrach Deum ſuum. Ideo aliter exponitur iſta litera. Et reliquias iræ cinges vel retinebis: quia Sennacherib fugiens, & iram contra Iudæam retinens cogitabat, ſi poſſet iterum exercitum congregare ad deſtructionem Iudeæ: ſed fuit impeditus à Deo, ex cuius ordinatione filij ſui Adramelech & Saraſar occiderunt eum. Conſequenter propheta inuitat populum ad Dei laudem, dicens:*

G H

o Vouete, & reddite Domino Deo veſtro. *i. vota quæ feciſtis vt liberaremini à Sennacherib perſecutione, reddite, ex quo eſtis liberati, quia diſplicet Deo infidelis promiſſio, ait Eccleſiaſt.*

p Omnes qui in circuitu eius. *i. de tota terra Iudeæ, quę eſt in circuitu Ieruſalem, & templi.*

q Affertis munera terribili. *i. Deo qui terribile iudicium fecit de Sennacherib, & exercitu eius. In Hebręo, & in tranſlatione Hierony. li terribili, eſt finis huius verſus, & verſus ſequens incipit ibi: Et ei qui aufert ſpiritum principum. vbi redditur ratio quare Deus dicitur terribilis in fine pręcedentis verſus. Et eſt ſenſus continuando ad literam pręcedentem.* Affertis munera terribili, & ei &c. *Et pro id eſt.*

a Et ei qui

## NICOL. DE LYRA.

a Qui aſcenderunt equos. *i. equites exercitus Sennacherib.*

c Tu terribilis es. *In iudicijs tuis.*

d Et quis reſiſtet tibi. *q. d. nullus cum infinita ſit tua virtus.*

e Ex tunc ira tua. *i. ſtatim cum decreueris punitionem alicuius procedit in effectum ſecundum modum tuæ iuſtitiæ, vel ſententiæ.*

f De cœlo auditum feciſti iudicium, *quia punitionem Sennacherib,*

4.Reg.19.d *& exercitus eius Deus nunciauit Eſaię, & Eſaias Ezechiæ.*

g Terra tremuit. *Id eſt habitantes in terra Iuda prę timore tremuerũt ex aduentu Sennacherib contra eos.*

h Et quieuit. *Quia audientes perſecutionem ſui exercitus, & fugam eius in ſecuritate quieuerunt. ideo ſubditur:*

i Cum exurgeret in iudicio Deus. *Id eſt ad faciendum vindictam de Sennacherib, & exercitu eius.*

K Vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ. *Id eſt Ezechiam, & populum eius.*

l Quoniam cogitatio hominis, &c. *Hic vltimo ponitur gratiarum actio pro populi liberatione & ſuperborum punitione, cùm dicitur:* Quoniam cogitatio hominis. *Id eſt Ezechiæ rationabiliter viuentis, & populi ſui.*

m Confitebitur tibi. *Confeſſione laudis pro ſua liberatione mirabili.*

n Et reli-

## MORALITER.

* a *Dormitauerunt.* Somno mortis.

b *Qui aſcenderunt equos.* Id eſt equites Saraceni.

c *Tu terribilis es.* Propter quod nullus poteſt reſiſtere tibi.

f *De cœlo auditum feciſti iudicium.* Per fulgorem prædictum.

g *Terra tremuit.* In aduentu Saracenorum.

h *Et quieuit.* In debellatione eorum. ideo ſubditur:

i *Cum exurgeret in iudicio Deus.* Ad puniendum Saracenos.

K *Vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ.* Id eſt Chriſtianos.

l *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi.* Chriſtiani namque videntes manifeſtum auxilium Dei, confeſſi ſunt ſuper magnificè cõfeſſione laudis bonitatem miſericordiæ diuinæ, & promiſerunt Domino fideliter ſeruire. ideo ſubditur:

o *Vouete & reddite &c.* Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum, id eſt principalium in exercitu Saracenorum.

In



a *Munera. Caſſ.* Quæ altarib. offeruntur.
A b *Terribili.* quem timent boni, mali verò non timent.
c *Spiritum principum &c. Caſſ.* Superbię vel tumori tollit, & facit reges ſui, qui corpus ſuum moderantur.

a ¶Voſipſos. b ¶Quia. ¶Si non amore vel timore facite. c ¶Dando ſibi m.

a b munera † terribili. † Et ei qui aufert a

a ¶Illam. ¶Audaciam ſuperborum. ¶Superbum. b ¶Terrenorum. c ¶Non ſolum aliis eſt terribilis, ſed etiam regibus.

c ſpiritum pricipum † terribili apud b

a ¶Qui ſe regunt ſubiecti Deo. vnde: Cor Regis in manu Domini. ¶Qui terribiles ſunt aliis.

omnes reges terræ.

*dictum eſt de Sennacherib, & principibus ſui exercitus.* C

b Terribili. *Quia alij reges audientes punitionem Sennacherib, Deum Iſrael timuerunt. Moraliter poteſt exponi pſalmus iſte de qualibet communitate fideli ſeu perſona ſingulari, quę de afflictione magna corporali, temporali vel ſpirituali à Deo magnificè liberatur, & ex hoc ad Dei laudem deuotè excitatur.*

† Succides

† terribilis erit Regibus

## NICOL. DE LY.

a Et ei qui aufert. *i. vitam eorum, ſicut dictam*

*In pſal. 75. Notus in Iudęa Deus. vbi dicitur in poſtilla: In Hebręo habetur: De montibus, & rapinis.*

## ADDITIO.

¶ In hoc loco litera Hebraica habet vocabula diuerſimodè interpretabilia ſicut in multis alijs locis. Sed vnus modus intelligendi propinquior literę talis eſt: Terribilis es tu mirabiliter, quàm mõtes ferarum. i. rapacium animalium, & eſt ſenſus, ꝙ ſicut homines conſueuerunt terreri à montibus, in quibus feræ habitant, ſic magis fuit territus Sennacherib, & illi qui cum eo remanſerunt, à Deo inferente illam plagam terribilem. Vnde ſequitur: Turbati ſunt omnes inſipientes corde.

## GLO. ORDIN.

a *In finem pro Idith m. Aug.* Congregatio loquitur tranſiliens, vt perueniat ad finem, qui eſt Chriſtus. Docet igitur deſideria & illecebras mundi calcare nihil ſibi præponere, niſi ex quo ſunt omnia. *Caſſ.* Tranſcendens omnia Deum quærit, & inuenit.

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. LXXVI.

b V*Oce mea ad Domi. clamaui. Aug.* Intenſione deuotionis ad dominum, non aliud ab eo petens, quia dominus, & quia Deus. Vel, Vox mea ad eum. Ad hoc eſt vox propter quod edit, hoc addit, ne putetur propter aliud clamare ad Deum, quam propter ipſum, ſupra quem nihil eſt. *Caſſ.* nõ dicit quid petat, quia non opus eſt dici ei qui nouit quod expedit.

c *Intendit mihi. Caſſ.* Intendere Dei eſt dare totum quod petitur, & pluſquã petatur.

B d *In die tribul. meæ Deum exquiſiui. Aug.* Quomodo exquiſiſti? Manibus meis. Quando? Nocte. Vbi? Corã eo. Quo fructu? Non ſum deceptus. Tota vita huic eſt tribulatio, qui deſiderat cœlum orans. Manus ſunt opera. Nox, hoc ſeculum, in quo opus eſt lucerna verbi Dei. vnde Petr. Nos certiorem habemus propheticũ ſermonẽ, cui bene facitis intendentes velut lucernæ lucẽti in obſcuro loco, donec dies luceſcat, & lucifer &c. Nox, comparatione futuræ diei. Dies, comparatione vitæ infidelium. vnde Apoſtolus: Sicut in die ho. amb. Coram ipſo quærit, qui non facit iuſtitiam coram hominibus vt videatur.

e *Renuit conſolari. Aug.* Exponit tribulationem, quæ pungit,

& quo-

a ¶Chriſtum. b ¶Et agit. ¶Id eſt de tranſiliente. c ¶Attribuitur.

a † In finem pro Idithun pſalmus

a ¶Fideli ſynagogæ.

Aſaph LXXVI.

a ¶Ab ipſo ipſum petit, & tranſit quicquid infra eſt. ¶Ente.

b VOce mea ad Dominum a

a ¶Alias vox mea ad Deum.

clamaui, † voce mea

a ¶Ente. b ¶Semper adeſt quærentibus. ¶Id eſt reſpexit me ſe non ab eo aliud quærentẽ. c ¶Quomodò hoc fit? ¶Caſſ. in quas alij currunt de ea exire, qui non tranſiliunt: iſte neceſſitatum oblitus Deum tantum quærit. ¶Non ſolum voce & alio tempore, ſed in die tribulationis.

c d ad Deum, & † intendit mihi. In die b c

a ¶Aug. Ex tribulatione Deum, vt in eo ſit quies: non aliud ab eo quærit.

tribulationis meę Deum exquiſiui, d e f

a ¶Operi non inani deſiderio. b ¶Vel coram eo.

† manibꝰ meis nocte cõtra eũ, & nõ g h

a ¶Vt hi qui aliud quærunt. ¶Inueni quod quærebam. b ¶Quia adeo exquiſiui Deum quod. c ¶Quia vndique mala. ¶In aliis rebus quam in Deo.

e ſum deceptus. † Renuit conſolari i

*ter eſt exponendus iſte titulus. ſ. q. Aſaph in ſpiritu pręuidit captiuitatẽ Babylonicam futuram propter peccata malorum Iudæorum, & eam terminandam per orationes bonorum virorum. ſ. Danielis: vt patet in Dan. & Ezech. & aliorum ſanctorum illius temporis, & ſecundum leges ſuæ ſapientiæ & iuſtitiæ, quæ per Idithun ſignificãtur, & ſic fecit hunc pſal. de futuratione huius captiuitatis & eius terminatione. Secundum hoc igitur pſal. iſte diuiditur in duas partes, quia Aſaph primò proponit intentum. ſecundò declarat propoſitũ, ibi: In die tribulationis. Circa primum dicit in perſona propria & ſanctorum qui futuri erant in captiuitate Babylonica, dicens:*

4.Reg.25. Dan.9.a

Diuiſio.

a Voce mea ad Dominum clamaui. *Quia ipſe Dauid pro liberatione illius captiuitatis futuræ, & ſimiliter ſancti qui fuerunt tempore captiuitatis. ſ. Ieremias, & Ezechiel, Daniel, & cæteri pro eodem orauerunt.*

† & vox

b Et intendit mihi. *Quia à Deo exauditi fuerunt. Captiuitas enim illa fuit liberata in fine 70. annorum ſecundum commune dictũ. ſecundum Hebræos in fine 52. annorum.*

c In die tribulat. *Hic conſequenter declarat propoſitum. & primò quantũ ad prędictorũ ſanctorũ orationem. ſecundò quantũ ad populi liberationẽ, ibi: Memor fui. Prima in duas, quia primò ponitur oratio ſanctorum deuota. ſecundò eorum afflictio ex fragilitate humana, ibi: Nunquid in ęternũ. Circa primum in perſona ſanctorum pro liberatione captiuitatis deprecantium dicitur* In die tribul. *id eſt tempore captiuitatis Babylonicæ.* D

† Neguí

d Deum exquiſiui. *Id eſt diligenter quęſiui miſericordiam eius per deuotam orationem. ideo ſubditur:*

e Manibus meis. *i. ad Deum extenſis.*

f Nocte. *i. tribulationis tempore, quod per noctem deſignatur.*

g Cõtra eum. *ſ. verſus Ieruſalẽ, vbi dicebatur habitatio Dei ꝑ tẽplum quod fuerat ibi, ꝑ quod Iudęi extra terram promiſſionis in captiuitate poſiti, verſa facie contra Ieruſalem adorabant, vt hr̃ in Dan. & in Reg.*

Dan.6.e 3.Reg.8.e

h Et non ſum deceptus. *Quia ſecutus eſt finaliter orationis effectus. liberatio populi per Cyrum Regem Perſarum. vt habetur in Eſd. & in Paralip. In tranſlatione Hieron. habetur: Manus mea nocte extendit. ſcilicet in oratione tribulationis tempore. Et non quieſcit, quia ſancti orabant pro liberatione populi quaſi continuè.*

1.Eſd.1.a 2.Par.36.d

i Renuit cõſolari &c. *ſ. in corporalibus delectationibus, à quibus ſancti*

tunc ſe

## NIC. DE LY. PSAL. LXXVI.

V*Oce mea. Huic pſal. pręmittitur talis ti. in Heb. Ad victoriã ſuper Idithun ipſi Aſaph pſal. & in tranſlat.* Hiero. *Victori ſuper Idithun pſal. Aſaph. & eſt eadem ſententia in vtroq;, vt patet ex ſupradictis in pluribus locis. Dicunt autem aliqui ſequentes in hoc opinionem Aug. dicentis, ꝙ Dauid qui fecit omnes pſalmos, vt dictum fuit in principio huius libri diffuſius, fecit hunc pſal. pro perſecutionibus quas ſuſtinuit à Saule, & Abſalon filio ſuo. Sed contra illud dictũ eſt, quod in tit. dr̃: Pſal. Aſaph, ꝑ quod iſti refugiunt ad interpretationem nominis, dicentes, ꝙ Aſaph interpretatur trãſiliens. Dauid autem in hoc pſal. inſtruit calcantes tribulationes huius vitæ per virtutẽ fortitudinis, & tranſilientes ad Deũ per confidentiã in ipſo, ſicut ipſe in perſecutione Saulis, & Abſalon filij ſui. Super Idithun: quia primò fuit cantatus pſal. iſte per eũ. Sed iſta expoſitio prima facie vr̃ extorta, propter quod Ra. Sa. dicit, ꝙ Aſaph fecit hunc pſal. quia habuit ſpiritũ propheticum, vt dictũ eſt, & ſic pręuidit tribulationem, in qua modo ſunt Iudæi per Romanos factã, de qua fecit hunc pſal. orãs pro liberatione populi Iſrael ab iſta captiuitate, à qua ipſe, & alij Iudęi expectãt liberari per Regem Meſſiã venturũ, & ſic dr̃ in hoc tit. Pſalmus Aſaph. i. factus ab ipſo Aſaph ſuper Idithun, dicens, ꝙ Idithun non eſt hic nomen propriũ vnius cantoris, prout accipitur in Paral. ſed eſt nomen appellatiuum, & ſignificat leges in plurali ſecundum proprietatem Chaldaici ſermonis, quo vtuntur frequenter prophetæ, & maximè in hoc libro Pſal. Et per leges intelliguntur hic diuinæ ſententię, quibus decreuit populum Iſrael affligi per Romanos ſecundum ordinem ſuæ iuſtitiæ: quia frequenter in ſacra ſcriptura lex accipitur pro ſententia, quæ per legem profertur, expoſitio autem iſta quantum ad aliquid eſt falſa. ſ. ꝙ Chriſtus ſit venturus, & Iudæos per orbem diſperſos in Ieruſalem congregaturus, propter quod aliter eſt*

## MORALITER.

* a *Voce mea ad Do. clamaui.* Sicut dictum fuit in expoſitione literali, Aſaph in ſpiritu præuidens captiuitatem Babylonicam futuram propter filiorum Iſrael peccata, et eius terminationem propter bonorum merita, ſ. Danielis, Ezechielis, & aliorum ſanctorum illius temporis, fecit hunc pſal. *Myſticè* verò poteſt exponi de perſecutionibus eccleſiæ per Imperatores Romanos, quæ cœperunt tempore Neronis, & terminatæ fuerunt in morte Iuliani Apoſtatę: quia tunc Iouiniano Chriſtianiſſimo Imperatore facto, apertæ ſunt eccleſiæ, & cępit religio Chriſtiana gaudere, ſicut dicitur in legenda ſanctorum martyrũ Ioannis & Pauli. Dictæ verò perſecutiones terminatę fuerũt per bonorum orationes, & ſpecialiter B. Baſilij. & populi ſui, ad quorum preces beata Virgo miſit S. Mercurium martyrem ad interficiendum Iulianum Apoſtatam. Sic ergo dicitur in perſona eccleſiæ: *Voce mea ad Dominum &c.* Tempore perſecutionis orando.

Hiſt. Tripar. lib.7.c.3.

b *Et intendit mihi.* Me liberando.

d *Deum exquiſiui manibus meis.* ſ. extenſis ad cœlum.

g *Et non ſum deceptus.* Verbum eſt orantis plebis deuotè, ſentientis effectum orationis ſuæ.

i *Renuit conſolari &c.* Hic reuertitur pſal. ad tempus præcedens liberationem eccleſiæ, dicens in eius perſona: *Renuit conſolari anima mea.* In blanditiis tyrannorum, qui frequenter Chriſtianis promittebant magna, vt eos euellerent à fide Chriſtiana.

* e *Memor*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

& quodammodo impingit ei neceſſitatem tranſiliendi. Tũ tędium, & triſtitia pro peccatoribus quidem me occupauit contra omnem conſolationẽ claudat ſe anima. Si quis enim iuſtus vř, qui ſolus eſt, cõſolatio ſæpe aliter inuenitur: quod expertus iſte percuſſus ſcandalis, & ideo iam timet in aliquo conſolari & lætari, quia qui in omnibus hominibus ſcandalum, vel inuenit, vel timet, in nullo ſecurus eſt.

Vbi ſupra. † memor ero

a *Et exercitatus ſum. Aug.* Vel garriui. i. exultaui loquẽdo vt garrulus, qui prę lætitia nec vellet nec poſſet tacere: & rurſus in garriẽdo deficit ſpiritus, qui prius contabuerat tædio malorum.

Vbi ſupra.

b *Anticipauerunt vigilias. Caſſ.* Diapſal. Inuẽto Deo qui ſolus bonum eſt ei, deliberat an ſit eum reducturus. *Aug.* Anticipauerunt. Exponit exercitationem. Anticipauerunt vigilias aliorũ.

c *Oculi mei.* Vt ille qui ante tẽpus ſurgit ad negocium. Vel oculi mei, affectiones meæ. Anticipauerunt, ſedulitatem aliorum. Vel per vigilias nocturnos ſignificat, quos facimus, & viualiter ſic vocamus in laudibus Dei, & ideo:

† recordabor cantionis meę

d *Turbatus ſum. Caſſ.* Quia conſequi nõ potui, quod quæro.

e *Non ſum locutus.* Non murmuraui contra Deum. Vel turbatus ſum, quądum nocte ſecreta animi perquirit, videt humanũ genus in peccata ruere, & pio dolore pro aliis cruciatur, qui iam vitia tranſiluit. Tacet, quia nocte non habet ſolatiũ humani colloquij, quo tempore cautius cogitat: & ideo ſubdit: Cogi. Oculi mei. Aliàs Inimici mei anticipauerunt vigilias. *Aug.* i. vigilauerũt ſuper me, plus me,

F tentando inſidias. Pręoccupauerunt me ſpirituales inimici,

Epheſ. 6. b

de quibus Apoſtolus: Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus prin. & po. aduer. mundi rectores: Hi verò plus vigilauerunt ad decipiẽdum, quàm ego ad cuſtodiendum: vbique ponit ſcandala, vbiq; muſcipulas: G timendum eſt ne triſtitia abſorbeat lætitiam, vel ne garriendo ſpiritus in lætitia deficiat, & dicat homo quod inimicus teneat, vnde turbatur & non loquitur: Non tamen ceſſat, vult & hoc tranſcendere, vnde ſubdit:

a ¶ Quæ ergo reſpiratio! Ecce. b ¶ In quo ſuauitas. ¶ Hunc manus quærentis inuenerant in triſtitia conſolatorem.

a anima mea † mẽ mor fui Dei, & † de b

a Alias garriui, inquirendo magnitudinem ſapientiæ, & potentiæ eius.

lectatus ſum, & exercitatus ſum, & c

a quia eſt res incomprehenſibilis.

b defecit ſpiritus meus. * † Anticipa- d e

a ¶ Ideo defecit . . . in ſpiritus, quia. ¶ Quærentes . . . in verbis. b ¶ Aliorum. c ¶ Qua qui dormit . . . ſomniat ſe . . .

d uerunt vigilias oculi mei, turba- f

a ¶ Malum eſt tacere, malum eſt loqui, vnde intro redit. b ¶ Quaſi qui extra vapulauit iam in ſecreto mẽte agit, vt nemo oblatrat, & Deus adeſt . . . ibi mẽs de ęternis agit, quod ibi licet, non extra in ſtrepitu.

f tus ſum, & nõn ſum locutus. † Cõ- g h

g gitaui dies antiquos, & annos ęter- i

a ¶ Vbi, . . . hęc mala. b ¶ Memoria.

nos † in mẽnte habui. † Et medi- k

a ¶ Vbi non eſt locus . . .

tatus ſum nocte cum corde meo, &

a ¶ Alias garriebã. b ¶ Alias ſcrutabar. ¶ Alias ventilabam in me ſpi. ¶ Caſſ. . . . virtutẽ animi huc & illuc . . . actus deliberationis exprimit.

h exercitabãr, & ſcõpebam ſpiritum l m

a ¶ Deliberat. b ¶ Hominem . . . abſit.

meum. Nunquid in ęternũ † proii- n

a ¶ Id eſt nonne addet.

i ciet Deus? aut nõ appõnet, vt † com- o

a ¶ Quia ira Dei fuit quod patimur. ¶ Quia miſericors. b ¶ Omnino à bonis, ſicut à malis . . . complementum temporis.

plãcitior ſit adhuc? Aut in † finem p

f *Cogitaui.* Ideo turbatus: quia cogitaui dies antiquos Adę, in quibus corruit homo. Sed cõtra dies antiquos, annos ponit ęternos. ideo turbatus, qa hos deſiderat hõ, ęternos negligit.

g *Dies antiquos in mente habui. Caſſ.* Quid contigit Adæ pro inobedientia, ex illo cognoui hũc hominis defectum eſſe: Et annos ęternos quos periſtẽs haberet in mente habui, quod non ſtulti: Et etiam meditatus ſum nocte. i. in hoc defectu: Cum corde, id eſt cum ratione, ſi quo modo poſſem redire ad annos ęternos. Cum ratione tacitus loquitur, qui in ea quietus exercetur.

h *Et exercitabar, &c.* In ipſa meditatione. Scopebam ſpiritum meum, purgabam mentem. Alij ventilabã ſpiritũ meum, ſic apud me tractans. Nunquid in ęternum proiicies, genus humanum, vt complacitior. Quaſi, qui iam placitus fuit ſua gratia in veteri teſtamento, nonne addet vt plus ſit in nouo per aduentum filij: hoc ſentit, qui de pietate tractat. Exercitabar & ſcopebam. *Aug.* Vel, garriebam, non iam foris ſicut prius, ſed, Scrutabar ſpiritum, vbi multa (ſi cum eo loquor, & garrio) inuenire potero. Et quid inueniſti? Quod nõ in ęternum repellet Deus, & ideo trãſiliuit. Nec ceſſauit tranſilire etiam ſpiritũ ſuũ, donec ad finem veniret: de quo titulus: vbi hoc inuenit, quod non in ęternum proiiciet Deus.

i *Vt complacitior ſit.* ſ. vt ipſe, qui fuit iratus repellendo, mala inferendo, ſit manſuetior liberando, reuocando:

a *Aut obli-*

## NIC. DE LYRA.

¶ *tunc ſe abſtinebant, vt Dei miſericordiam facilius impetrarent. vnde dicitur in Dan. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem deſiderabilem non comedi &c. & Ieremias dixit ad Baruch. Ecce quos ędificaui, ego deſtruo. ſ. populum meum Iſrael. Sequitur ibi: Et tu quæris tibi gaudia, quaſi dicat: non debes quærere tempore captiuitatis populi Domini.*

Dan. 10. a

Ierem. 45. b

*a* Memor fui Dei &c. *Quia in talibus afflictionibus Deus reſpicit ſanctos ſuos viſitans eos ſpiritualibus conſolationibus.*

*b* Et delectatus ſum. *In diuinis laudibus.*

*d* Et defecit ſpiritus meus. *Quia aliquando homines deuoti ex ferventi deuotione rapiuntur à ſenſibus, & ſic deficit ſpiritus quãtùm ad vſum actualem exteriorum ſenſuum. Litera Hieron. ſic habet: Recordans Dei conturbabar, loquebar, & deficiebat ſpiritus meus. Et eadem ſentẽtia eſt in Hebræo, quę ſic poteſt exponi: Recordatus Dei. i. diuinorum beneficiorum erga populum Iſrael. Conturbabar offenſa eius contra Deũ, ex qua merui captiuari. Loquebar conferendo diuinam bonitatem ad populi ingratitudinem, & econuerſo: Et deficiebat ſpiritus meus prę nimia admiratione. Et loquitur propheta in perſona propria præuidens iſta, & in perſona iuſtorum in captiuitate Babylonica detentorum.*

*e* Anticipauerunt vigilias oculi mei. *ſ. excitatus à ſomno aperui oculos meos ante vigilias. i. antequam eſſet tempus ſurgendi ad matutinum, & ad dicendum laudes diuinas de nocte ſecundum modum conſuetum. Sic enim faciunt homines deuotione feruentes, quia ſurgunt ante alios ad orandum.*

*f* Turbatus ſum. *De ira Dei excitata per populum.*

g Et non

g Et non ſum locutus. *i. non habui audaciã aliquid petendi à Deo prę confuſione. Sic enim loquebantur tres pueri in camino ignis. Et nunc nõ poſſumus aperire os, confuſio & opprobrium facti ſumus &c.*

*h* Cogitaui dies antiquos. *i. creationis mundi, quando homo factus eſt ad imaginẽ Dei, dominans omnibus creaturis inferioribus: & tamẽ per culpam ſuã fuit eiectus de delitiis paradiſi, ſicut & nos de terra noſtra.*

*i* Et annos ęternos in mente habui. *Repetitio eſt eiuſdem ſententię ad maiorem expreſſionem, & dicuntur hic anni ęterni anni primi, ſicut & montes dicuntur ęterni in pluribus locis ſacrę ſcripturę, ad deſignandum longitudinem durationis.* H

K Et meditatus ſum nocte cum corde meo. *Recolens noſtram culpam, & diuinam iuſtitiam.*

*l* Et exercitabar. *In talibus meditationibus.*

*m* Et ſcopebam ſpiritum meum. *Diligenter inueſtigando, ne ibi lateret aliqua grauis culpa Dei offenſiua.*

*n* Nunquid in ęternum proiiciet Deus. *Hic conſequenter deſcribitur iuſtorum afflictio ex fragilitate humana. Dicitur enim in Prouerb. Spes quæ differtur, affligit animam. Iuſti autem in captiuitate poſiti ſperabant inde liberari, quia tamen iſta liberatio differebatur, mens eorum affligebatur, & dicebant:* Nunquid in ęternum proiiciet Deus. *Nos à terra noſtra. Modus eſt loquendi hominibus in afflictione longa poſitis: quia ſic apprehenditur ab eis ex humana fragilitate, quaſi ſemper deberet durare.*

*o* Aut non apponet, &c. *Erga populum ſuum, quem propter culpam ſuam de terra ſua captiuauit, tanquam abiectum.*

*p* Aut in finem, &c. *Hoc eſt totaliter.*

¶ *a* Miſericordiam

## MORALITER.

Act. 5. g

Matth. 5. a

* a *Memor fui Dei.* Pro me paſſi.

b *Et delectatus ſum.* In contumeliis pro ipſo in Act. Ibant Apoſtoli gaudentes à cõſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

c *Et exercitatus ſum.* In patientiæ virtute.

d *Et defecit &c.* Vera humiliatione, de quo defectu dř: Beati pauperes ſpiritu. i. non habentes inflantem ſpiritum, vt exponit Aug.

e *Anticipauerunt &c.* Sicut legitur de B. Petro, quòd ſurgebat de nocte in primo gallorum cantu ad recordãdum cum fletu, qualiter Chriſtum negauerat præ timore. Chriſtiani etiam in primitiua eccleſia vigilabant de nocte ad ſepulturas martyrum ex deuotione.

f *Turbatus ſum &c.* Quia flentes pro peccatorum recordatione & martyrum paſſione, magis orabant corde, quàm voce. vnde dicit Poeta: Interdum lachrymæ pondera vocis habent.

h *Cogitaui dies antiquos.* i. beneficium creationis.

i *Et annos ęternos &c.* i. beneficium ęternæ retributionis.

K *Et meditatus ſum nocte cum corde meo.* In oratione ſecreta.

l *Et exercitabar.* Perſcrutando conſcientiæ meæ ſecreta.

m *Et ſcopebam ſpiritum meum.* Extergens inde peccata ſaltem venialia, ſine quibus non pertranſitur præſens vita.

n *Nunquid in ęternum &c.* Licet perfecti de eccleſia non timeant afflictiones pro perſonis propriis, tamen eas timent pro perſonis infirmis, & eos conſolantur dicẽtes: *Nunquid in ęter. proij. Deus.* ſ. populum ſuũ ipſum dimittẽs in afflictione? q. d. non, ſed ipſum reſpiciet in miſericordia, & conſolatione. ideo ſubditur in perſona eccleſiæ:

* c *Et dixi:*



a *Aut obliuiſcetur miſereri Deus. Aug.* In alio modo non eſt miA ſericordia, niſi Deus eam donet, & ipſe erit ſine ea. Riuus currit, fons ſiccatus eſt?

b *Et dixi. Caſſiod.* Quid deliberando inuenerit, ſcilicet quòd Chriſtus mutat homines, & redimit. *Caſſiod. Et dixi.* Huic meditationi reſpondi nunc: Id eſt iam cœpi ſapere, id eſt intellexi quod fuit tacitum ab ęternis temporibus, ſcilicet quòd homo reduceretur ad annos ęternos, quod eſt argumentum de futura conſummatione. Et dixi. Cùm & me tranſiliens ad Deum veni, hic nullum periculum.

c *Nunc cœpi, &c. Aug.* Aliquid vbi ſecurus ſum, vbi non anticipant inimici, modò cœpit me mutare excelſus.

d *Mutatio dexteræ excelſi. Caſſiod.* Ab ira ad miſericordiam, quòd de ſeruis filij.

e *Memor fui operum Domini. &c. Aug.* Iam ſpatiatur in operibus Dei, & ſecurus gaudet, qui foris garriens defecit: iam & ſui oblitus in ſolo Deo delectatur. Memor fui. *Caſſiod.* Huius imitationis in me factæ memor fui nunquam dans obliuioni, vt meliora mererer: ſed ne de ſe tantùm lætari videretur, addit: quia memor ero mirabilium, quæ generi humano indulſit, quòd Adam ad imaginem ſuã fecit, quòd Abel hoſtiam accepit, de Noe, de Abrahã, tandem quòd ipſe venit, hæc ſunt, quæ ſanctum mulcent.

f *In adinuentionibus tuis exercebor. Aug.* id eſt in præceptis quæ inueniſti, vel quibus inueniris. *Caſſ.* Vel obſeruationibus, id eſt præceptis, quæ obſeruanda ſunt, exercebor: quia non ſatis eſt legere ſcripturas, ſed & fructus operum demonſtrare oportet: his eruditus in laudes prorumpit. *Auguſt.* In adinuentionibus, vel affectionibus tuis non in meis, vt in terrenis eſt affectio: ita in operibus, & meditatione Dei eſt interior quædam affectio, cũ inſpicitur mundus, & in creaturis quæritur creator, & inuenitur nuſquam diſplicens, ſed vndique placens. B

g *Deus in ſancto. Aug.* Per prædicta certus ſum quòd veniam, & hoc duce.

a ¶ Incarnationis. ¶ Quòd de virgine natus. b ¶ Quia ipſe natura miſericors. c ¶ A genere humano. d Primò certè. ¶ Malorum.

miſericõrdiã ſuãm abſcindẽt, à gẽ- a b

a ¶ Vltimam noui teſtamenti. ¶ . . . b ¶ Repetit. ¶ Quia miſericor . . .

a neratione in genẽrationem? Aut c

a ¶ Quid incœpit. b ¶ Vt & conſueuit. c ¶ Iterum repetit. ¶ Quia . . .

obliuiſcetur miſerẽri Deus, aut con d

a ¶ Aug. Id eſt ira vincet miſericordiã. potius miſericor dia iram. vnde Eſaia: Non in ęternum vobis vindex ero, neque per omne tempus iraſcar vobis. Eſa. 57. c. ¶ In cogitabis apud me & poſt hæc diui.

tinebit in irã miſericordias ſuas. *

a ¶ Primo. b ¶ Sapere. c ¶ Et. ¶ Eſt. d ¶ Per Chriſtum.

b c d Et dixi, † Nũnc cępi, hæc mutatio e f

a ¶ Fauoris & propitiationis Dei. b ¶ Scio quod poteſt mutare . . . quia omnia creauit.

e dexteræ excelſi. Mẽmor fui operũ g

¶ Et fui.

Domini, quia memor ero ab initio h

a ¶ . . . ¶ Non ſolum memor, ſed.

mirabilium tuorum. Et meditã- i

a ¶ Creaturis.

bor in omnibus opẽribus tuis, &

a ¶ Præceptis.

f † in adinuentionibus tuis exercebor. k

a ¶ O. b ¶ Chriſto. c ¶ Et. ¶ Qui ait. Ego ſum via, veritas, & vita. d ¶ De diis gentium, quibus affecti colunt.

g h Deus † in ſanctõ via tua, quis Deus l m

a ¶ Q. d. Nullus. b ¶ Nos . . . c ¶ . . .

magnus ſicut Deus noſter? Tũ es n

a ¶ Solus. b ¶ Tam in anima, quàm in corpore. c ¶ Aug. Per hæc & ſic ſit tranſiliens, quod eſt tuum d mirabilibus.

i Deus qui facis mirabilia. † Notam o

a ¶ Cum miſiſti. b ¶ De fidelibus & infidelibus. c ¶ Chriſtum.

k feciſti in populis † virtutem tuam: p

a ¶ Chriſto.

redemiſti in brãchio tuo populum q r

a ¶ Scilicet Iudæos credentes. b ¶ Gentilem populum.

l tuum, filios † Iacob & Ioſeph. * s

*Auguſt.* Deus in ſancto. i. in Chriſto, via redeundi ad te. Et cum hoc ſit, quis Deus magnus &c.

h *Via tua. Aug.* Colendi te, & ad te veniendi, vnde potentiã Dei lętus præfert ſimulacris, quæ falsò colebantur.

i *Mirabilia. Aug.* Sanati ſunt ſurdi, cæci, languidi, mortui, paralytici. Iſta in corporibus facta ſunt. In anima quidam ſobrij ſunt, qui paulò ante ebrioſi, infideles, adoratores ſimulacrorum.

k *Populis virtutem tuam, &c. Aug.* Infidelibus vt cognoſcant Chriſtum tantùm corpore, fidelibus re & deitate, ſubdit: quid præſtiterit: redemiſti.

l *Filios Iacob & Ioſeph. Aug.* Id eſt Gentilem populum. Vel Ioſeph intelligitur Chriſtus: quia ſicut Ioſeph venditus in Aegyptum regnauit, ita Chriſtus in gentibus, prius humiliatus in martyribus. *Auguſt.* Ioſeph qui peruenit ad gentes, augmentum interpretatur: & ſignificat gentes, de quibus augmentatus eſt populus Dei. Vel Ioſeph Chriſtus à Iudæis venditus, & pulſus ad gentes, filij eius quos ex gentibus elegit.

a *Viderunt*

*non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. ideo ſubditur.* C

*e* Et dixi, nunc cœpi. *In Hebræo & in tranſlatione Hieron. habetur: Et dixi: imbecillitas mea eſt.*

*f* Hæc mutatio dexteræ excelſi. *Et eſt ſenſus: Et dixi, ſecundum rationis iudicium: Imbecillitas mea eſt hæc: id eſt talis querelatio, quam præmiſi, procedit ex imbecillitate humana. Mutatio dexteræ excelſi. Per dexteram intelligitur miſericordia Dei, & per ſiniſtrã eius iuſtitia. eſt igitur ſenſus: Hæc mutatio dexteræ excelſi. i. mutatio effectus ſuæ pietatis, qua nos in terram Iſrael introduxit, & nunc per ſiniſtram ſuæ iuſtitiæ inde eiecit, & afflixit, proceſſit ſecundum ordinem ſuę ſapientię, & iuſtitiæ ad noſtram correctionem.*

* Sela ſuprà pſal. 3.

*g* Memor fui operum Domini. *Hic conſequenter declarat propoſitum quantùm ad populi liberationem, quam declarat futuram per ſimile vel maius, quia populus Iſrael diutius, & grauius fuit afflictus in captiuitate Aegyptiaca, quam in Babylonica, & tamen ab illa fuit liberatus per orationes, & merita iuſtorum. Ex quo concludit, quòd multò fortius liberabitur ab iſta per orationes eorũ. Virtutem huius rationis ponit diffuſè. ſ. liberationem populi de Aegypto diuina virtute. & primò in generali. ſecundò magis in ſpeciali, ibi: Viderunt te. Circa primũm dicit:* Memor fui operum Domini. *quæ fecit pro liberatione populi de Aegypto, percutiens Aegyptum multis plagis.*

Exo. 7. vſque ad 12. . . .

*h* Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. *i. mirabilium quæ feciſti in principio huius liberationis. ſ. apparendo Moyſi in rubo in ſpecie ignis rubum non comburentis, & de verſione virgę Moyſi in colubrum, & iterum in virgam & de manu eius apparente lepro ſa, & iterum ſana: & de conuerſione aquæ fluminis in ſanguinem: quę mirabilia fecit Deus in principio liberationis de Aegypto, mittens ad hoc Moyſen.*

Exo. 4. a & vbi ſupra.

† noſti

Exo. 4. a

*i* Et meditabor in omnibus operibus tuis. *quæ feciſti in liberatione populi de Aegypto.*

† Scire

K Et in adinuentionibus tuis exercebor. *i. in pręceptis legis, quæ ſpecialiter adinueniſti, vt dares ea populo de Aegypto exeunti.*

† fortitudinem † tuo

*l* Deus in ſancto via tua. *i. in angelo ſancto tuo, qui præcedebat caſtra filiorum Iſrael in columna ignis & nubis, oſtendens eis viã per diẽ & noctẽ, et conſequenter Pſal. ex talibus admirans conuertit modum loquendi, dicens:* D

* Sela ſuprà pſal. 3. Exod. 13. & 14. . . . Gen. 37. f Matth. 2. . .

*m* Quis Deus magnus ſicut Deus noſter? *Quaſi dicat nullus: quia nullus alius poteſt facere opera virtutem totius creaturæ excedentia, ideo ſubditur:*

*n* Tu es Deus qui facis mirabilia. *Non ſolùm hominibus, ſed etiam angelis, quia mirabilia diuina non ſolùm excedunt facultatem humanam ſed etiam angelicam.*

*o* Notam feciſti in populis. *Totius orbis terræ.*

*p* Virtutem tuam. *Quia multipliciter percuſſiſti Aegyptũ & hoc per ſcripturas legis & prophetarum, quæ diffuſę ſunt ad omnes populos, diuulgatæ per prædicationem Apoſtolorum, aliorumq; Chriſti diſcipulorũ, & etiam per Iudæos diſperſos per orbem terrarum.*

*q* Redemiſti in brachio tuo. *Id eſt in fortitudine tua, quæ per brachium deſignatur.*

*r* Populum tuum, filios Iacob & Ioſeph. *Dicit filios Iacob, quantùm ad illos. qui cum Iacob deſcenderunt in Aegyptum, de quibus habetur in Gen. & quantùm ad poſteritatem eorum dicit: Aut filios Ioſeph, quia illi fuerunt nati in Aegypto, & illi, & iſti fecerunt vnum populũ à Deo per totum electum, eò quòd Chriſtus de illo populo erat naſciturus.*

Geneſ. 46. a

¶ *a* Viderunt

## NICOL. DE LYRA.

¶ *a* Miſericordiam ſuam abſcindet. *A nobis.*

*b* A generatione in generationem. *Id eſt in generationibus ſibi ſuccedentibus.*

*c* Aut obliuiſcetur miſereri Deus. *Nobis & cùm tamen eius proprietas ſit miſereri & parcere.*

*d* Aut continebit in ira miſericordias ſuas. *Ita quòd extendat eas amplius ad nos. Tales querelas & conſimiles ſolent facere homines, etiã boni in afflictione poſiti ex parte ſenſualitatis moti, licet per rationem ſentiant contrarium, ſicut Chriſtus ſecundum ſenſualitatem dicebat: Tranſeat à me calix iſte, & ſecundum rationem dicebat: Veruntamen*

*non ſicut*

## MORALITER.

* c *Et dixi, nunc cœpi.* Scilicet pace gaudere, quod fuit impletum in morte Iuliani Apoſtatæ.

f *Hæc mutatio &c.* i. per eius potentiam & miſericordiam facta.

g *Memor fui operum Domini.* Quibus ab initio mundi conſueuit iniuſtè paſſis miſereri. ideo ſubditur:

m *Quis Deus magnus &c.* q. d. nullus, quia facit mirabilia totius naturæ creatæ virtutem tranſcendentia. ideo ſubditur.

o *Notam fe. in po. &c.* Iulianum Imperatorem orbi deijciendo.

q *Redemiſti in brachio tuo.* i. virtute tua.

r *Populum tuum.* Chriſtianum de tyrannide Iuliani.

s *Filios Iacob & Ioſeph.* Id eſt vitia ſupplantantes, & in virtutibus creſcentes.

* a *Viderunt*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Viderunt te aquæ Deus. Caſſ.* Diapſal. Quæ in mundo Chriſtus operatur, exponit. *Aug.* Q. quoniam notam feciſti virtutem, vel per eum viderunt te o Deus pater, vel te o Chriſte, qui es virtus & brachium vi. te a. &c.

b *Multitudo. Caſſ.* Non pauci, ſed multitudo. Sonitus, in gemitu culparum, in actione gratiarũ: quaſi enim mare cõfragoſum ſonant diuerſa vota populorum.

*Vbi ſupra. Vbi ſupra.*

c *Sonitus aquarum. Aug.* Vnde iſti ſonitus aquarum, turbatio abyſſorum? quia vocem dederunt nubes, de quibus: Mãdabo nubibus meis ne pluãt ſuper eam imbrem.

† doluerũt, etiam commotę ſunt. *Eſa. 5.b*

d *Vox tonitrui tui. Caſſ.* Tonitrui vox reuoluitur, vt rotatus, & ſinuoſus ſonus ſentiatur: Allegoria in rota totius mundi.

*Allegoricè.* † Inundare fecerũt aquas nubes

e *In rota. Hieron. Aug.* Eſt quod exponit orbis terræ, quem circumierunt nubes tonando præceptis, coruſcando miraculis.

*Super pſal. 76.* † cœli † fulgura

f *Contremuit terra. Caſſ.* Qui habitant in terra: Ipſa terra mare dicitur per ſimilitudinem, quia humana vita amara, tempeſtatibus ſubdita, vbi maior piſcis minorem deuorat.

g *In mari via tua. Aug.* ad literam, dum Chriſtus ſuper aquas ambulauit. Vel in cordibus hominum quos ſibi ſubdidit. Vel per terram Iudæi, per mare gentes accipiuntur.

† terrarum *Mar. 6.g*

h *Et veſtigia tua non cognoſcentur.* Increpatio tacita Iudæorum. Q. d. licet palam veneris, & te miraculis oſtẽderis, nõ eſt cognitus à Iudæis infidelibus, quos deduxit in manu Moyſi, & Aaron. i. operatione miraculorum, quæ fecerunt. Veſtigia tua &c. Tetigit aliquos. i. Iudæos, qui dicunt nondum venit Chriſtus, non vident ſuper mare ambulantem.

† cognita ſunt

F

i *Sicut oues populum tuum.* Quia non verè oues ſed hædi.

K *Moyſi & Aaron. Caſſ.* Moyſes interpretatur aſſumptus de flumine, Aaron mons fortitudinis. his nominibus virtutes, quas fecerunt, exprimuntur. Moyſes inter cætera in mari viam fecit, ſignans per baptiſmum populum liberari. Aarõ eccleſiæ tenebat imaginẽ, quæ monti fortiſſimo cõparatur.

a ¶Quia notam feciſti virtutem. ¶Fide. b ¶Populi. c ¶O Deus pater.

Viderunt te aquæ Deus, viderunt

a ¶O Deus Chriſte. Vterque populus. b ¶De peccatis. c ¶Pungente conſcientia.

te aquæ, † & timuerunt, & turba-

a ¶Altitudines aquarum. b ¶Et ita. ¶Eſt. c ¶In confeſſione peccatorum, in laudibus Dei.

tæ ſunt abyſſi. † Multitudo ſo-

a ¶Populorum. b ¶In omnibus gentibus.

nitus aquarum, vocem dederunt

a ¶Prædicatores verbi Dei b ¶O Deus. c ¶Verbum prædicationis: pluuia, quia rigat: ſagitta, quia percutit. ¶Voces nubium.

† nubes. Etenim † ſagittę tuę † trã-

a ¶Vſque ad eos. ¶Vel euangelizæ de gente ad gentẽ. b ¶Quaſi non in occulto facta eſt, ſed fuit vox tonitrui, id eſt aperta.

ſierunt, vox tonitrui tui in rota.

a ¶Nubes, id eſt prædicatores tranſierunt per illos. b ¶Caſſ. diuina præcepta, quæ tenebras pellerent mundi, vel miracula.

Illuxerunt coruſcationes tuæ or-

a ¶Vnde. ¶Ad conuerſionem.

bi † terræ: commota eſt, & † con-

a ¶Nunc eſt in mari via tua: iamdudum in ſancto erat. In mari ambulat ſuper aquas gentium, eas per fidem ſubiiciendo.

tremuit terra. In mari via tua, &

a ¶Præcepta. b ¶Populis multis nõ paucis gentium. c ¶Tamen.

ſemitæ tuæ in aquis multis, et ve-

a ¶Præſentia corporalis, doctrina, miracula. b ¶Iudæis.

ſtigia tua non † cognoſcentur. De-

a ¶A quibus non cog. ab his quos deduxiſti. ¶De Aegypto. ¶Et eſt increpatio & exprobratio eorũ. b ¶Quaſi & te non nouit.

duxiſti ſicut oues populum tuum,

a ¶In operatione miraculorum quæ ipſi fecerunt.

in manu Moyſi & Aaron.

tur ſonus rotarum curruum, videtur aliquãdo, q̃ ſit tonitruũ. Vel aliter. G

b In rota. *Quia ſonitus tonitrui cauſatur in nubibus, quæ voluuntur circa terram.*

i Illuxerũt cor. tuæ &c. *Quia illę coruſcationes, & tonitrua deuenerũt ad notitiam omnium habitantiũ in terra, vt prędictum eſt. ideo ſubditur:*

K Commota eſt, & con. terra. *Quia ex tali notitia in omnibus terrę partibus aliqui moti ſunt ad diuinam reuerentiam, et timorem.*

l In mari via tua. *Quia viam fecit populo ſuo per medium maris.*

m Et veſtigia tua non cognoſcentur. *quia poſtquam aquę reuerſæ fuerunt ad locum ſuum, illa via ab hominibus non fuit viſa.*

n Deduxiſti ſicut oues populum tuum. *Per deſertum ad modum ouium.*

o In manu Moyſi & Aaron. *Quia Moyſes erat dux populi, & Aaron frater eius ſummus ſacerdos offerens hoſtias, & ſacrificia pro ſalute populi Iſrael. Vnde in Exo. dicit: Iſte eſt Aaron & Moyſes, quibus præcepit Dominus, vt educerent filios Iſrael de Aegypto. Moraliter poteſt exponi pſal. iſte de quacunque congregatione fideli, ſeu perſona ſingulari exiſtente in tribulatione temporali, ſeu ſpirituali rogante Deum deuotè ab ea liberari, & quantumcunque ex infirmitate humana tędio afficiatur, tamen ſperat diuinitus liberari exemplo prędecentium ſanctorum quos Deus liberauit de manibus tyrãnorum, per gloriam martyrij ad ęternam beatitudinem trãsferendo: & aliquando etiam in præſenti vita ad tempus reſeruando ad confirmationem Chriſtianorum in fide, qui videntes aliquando martyres liberari de manibus tyrannorum miraculoſè, per hoc magis confirmabantur in fide.*

## MORALITER.

a *Viderunt te aquæ Deus.* i. populi viderunt potentiam tuam contra Cæſarem.

b *Et timuerunt.* Fideles tuos perſequi.

c *Et turbatæ ſunt abyſſi.* i. malefici habẽtes pacta cum dæmonibus, quorum arte vtebatur Iulianus, vt dr̃ in hiſtoria Tripartita. H

d *Multitudo ſonitus aquarum.* Ideſt populorum qui de morte Iuliani multipliciter loquebantur, & Chriſtiani Deum laudabant. ideo ſubditur:

e *Vocem dederunt nubes.* Per quas ſignificantur Chriſtiani in virtutis culmine conſtituti.

f *Etenim ſagittæ tuæ tranſierunt, &c.* Id eſt prædicatores. vnde in perſona prædicatoris dicit Eſa. Poſuit me quaſi ſagittam elect. Iſtæ verò ſagittæ mortuo Iuliano tranſierunt ad prædicãdum Chriſtum ſecurè, quod ante facere non audebant.

g *Vox tonitrui tui &c.* Id eſt prædicationis.

h *In rota.* i. tunc fuit in orbe, quæ eſt circularis figuræ.

i *Illuxerunt cor. tuæ. &c.* i. miracula prædicationem confirmantia.

K *Commota eſt, & con. terra.* Ad credendum in Chriſtum: Et quoniam ex hoc ſequitur multiplicatio bonorum operum, ſequitur:

l *In mari via tua.* Per viam intelligitur obſeruatio mandatorum, per ſemitas autem obſeruatio conſiliorum, quæ ſunt viæ procedendi per mare huius mundi ad patriam paradiſi.

m *Et veſtigia tua non cognoſcentur.* Per creaturas enim in quibus eſt veſtigium Dei perfectè non cognoſcitur eius eſſentia.

n *Deduxiſti ſicut oues populum tuum.* Chriſtianum.

o *In manu Moyſi & Aaron.* Per Moyſen populi ducem, intelligitur bonus princeps, & per Aaron pontificem, bonus prælatus: per iſtos enim bene regitur in temporalibus & ſpiritualibus populus Chriſtianus.

## NIC. DE LYRA.

a Viderunt te aquæ Deus. *Hic deſcribitur liberatio populi de Aegypto, magis in ſpeciali per diuiſionem maris rubri ipſam ſpecificando, cùm dicitur:* Vide. te aquæ Deus, & ti. &c. *i. ita diuiſæ fuerunt aquæ maris rubri ad imperium tuum, acſi te viderent, & timerent, quia etiam creatura inſenſibilis obedit creatori.*

c Et turbatæ ſunt abyſſi. *Inquantum contra naturam ſuam ſolidatæ ſunt, & erant pro muris filijs Iſrael a dextris, & ſiniſtris.*

*Exo. 14.e*

d Multitudo ſonitus aquarum. *Quia aquę maris rubri cum magno fremitu, & fragore reuerſæ ſunt ſuper Aegyptios, ſubuertẽtes currus, & equites eorum, vt habetur ibidem.*

e Vocem dederunt nubes. *Quia Dominus ex columna ignis & nubis fecit procedere contra Aegyptios fulgura et tonitrua, vt dictũ fuit ibidẽ.*

f Etenim ſagittæ tuę tranſierunt. *Quia illa fulgura procedebant quaſi quędam ſagittę à Deo immiſſæ.*

g Vox tonitrui in rota. *i. ad ſimilitudinem rotarum. Quando enim auditur*

*In pſal. 76. Voce mea. vbi dicitur in poſtilla: Super Idithun.*

### ADDITIO PRIMA.

¶ Idithun nec Hebraicè, nec Chaldaicè ſignificat leges in plurali, nec in ſingulari: דת dat enim ſignificat legem in ſingulari: ſimiliter datin vel dathoth ſignificat leges in plurali: ſed Idithũ nihil horum ſignificat niſi fortè per modũ etymologiæ valde remotę: Vnde alij expoſitores Hebræorum dicunt, q̃ Idithun, vel eſt proprium nomẽ illius cantoris: de quo in Paral. vel eſt nomen alicuius muſici inſtrumenti, ſeu modulaminis, quo cantor ille frequentius vtebatur.

*1. Par. 16.d 25.a*

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtilla: Secundum hoc igitur pſalmus iſte diuiditur in duas partes.*

### ADDITIO II.

¶ Non propriè videtur applicari materia huius pſal. captiuitati Babylonicę: Tum quia in illa captiuitate iuſti rariſſimi reperiebantur, vt dictum eſt in additione ſuper pſal. 73. Vt quid Deus. Tum quia quod dicit poſtill. de ſanctis, qui abſtinebãt à delectationibus tempore huius captiuitatis, nullum fundamentum habet in litera, niſi ſolum de Daniele in illo ieiunio trium hebdomadarum. Illud enim quod allegat de Baruch, manifeſtè deuiat à veritate literæ, tam Hebraica quàm Latina. non enim legitur ibi: Et tu quęris tibi gaudia, prout poſtill. allegat: ſed dicit: Tu quæris tibi grandia. prout manifeſtè veritas Hebraica habet. Similiter & in libris noſtris correctis habetur: Tum quia quod dicitur: Nunquid in ęternum proiiciet Deus &c. vſque ibi: Aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas: incluſiuè nullum videtur habere locum in illa captiuitate: cum iam eſſet taxata à Deo duratio illius captiuitatis, ſcilicet ſeptuaginta annorum. Quæ quidem taxatio nota erat ſaltem ſanctis, qui pro liberatione populi orabant, prout patet in Dan. in quorum perſona pſal. iſte loquitur ſecundum poſtil. vnde melius videtur dicendum, quòd pſalm. iſte loquitur de afflictione populi Chriſtiani ſub tyrannica poteſtate Romani Imperij in primitiua eccleſia, de qua materia tractat pſal. 73. Vt quid Deus, prout in additione ibidem fuit expoſitum. De fidelibus enim illius temporis poſſunt omnia contenta in hoc pſal. exponi. Ipſi enim propriè renuebant conſolari in delectationibus mundi, & memores Dei per ſpem & charitatẽ delectabantur etiam in martyrio conſtituti: ſimiliter in diuinis laudibus quotidie

*Dan. 10.a*



A quotidie exercebantur anticipando vigilias, & hmõi. Iſti ẽt poterãt dicere admiratiuè: Nunquid in æternũ &c. quia duratio illius perſecutionis non legebatur prætaxata in ſacris ſcripturis: vñ ex fragilitate humana vna cũ ignorantia termini illius perſecutionis admiratiuè cõquerebatur: acſi ęſtimaret, q̃ illę perſecutiones eſſent in perpetuum duraturæ: vnde ad conſolationẽ omnium prædictorũ dicit: Et dixi nunc cępi: hæc mutatio dexteræ excelſi. Pro cuius declaratione ſciendũ, q̃ potentia diuina quæ manifeſtata fuit in veteri lege per miracula, ſubuertentia aduerſarios corporaliter, & liberãtia populum Dei, vt in Aegypto & in mari rubro & hmõi: in noua lege potius fuit oſtenſa per mirabilem patientiam ſanctorum in acerbiſſimis cruciatibus, & perſecutionibus aſſiduis. Et hanc differentiam innuit Apoſtolus, vbi dicit: Sancti per fidem vicerunt regna &c. obturauerunt ora leonum, & extinxerunt impetum ignis, caſtra verterunt, & hmõi: quæ omnia pertinent ad ſtatum antiquorum. ſ. vet. teſt. vbi omnia iſta, & ſimilia leguntur. ſed poſtea ſubdit: Alij verò diſtenti ſunt non inuenientes redemptionem, &c. Quod pertinet præcipuè ad ſtatum ſanctorum no. teſt. quorum quàmplurimi præſertim in primitiua eccleſia non inuenerunt redemptionẽ. ſ. corporalẽ, vt meliorẽ inuenirent redẽptionẽ. ſ. ſpiritualem. de quibus ibidẽ dicit: Lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſ. gla. mor. ſunt, &c. Qui quidem fuerunt maximi in teſtimonio fidei, vt ibidẽ concludit Apoſt. dicens: Et hi oẽs teſtimonio fidei probati inuẽti ſunt. Ex quibus patet, q̃ in ſtatu primitiuæ eccleſiæ de qua hic tractatur, cępit mutatio dex. ex. Nam dextera excelſi. ſ. potentia Dei quæ manifeſtabatur antiquitus per deſtructionẽ aduerſariorũ corporalẽ, nũc. ſ. in ſtatu primitiuæ eccleſiæ principalius manifeſtabatur per mortẽ, & perſecutionẽ fideliũ illatam ab aduerſarijs: & hoc nõ immeritò, quia iſti ſequebantur veſtigia Chriſti, qui moriendo vicit hoſtẽ. Illi verò nondũ tã perfecti ſequebantur veſtigia Moyſi & aliorũ patrũ, qui non moriendo, ſed ſuperando vincebant. vñ bñ dr̃: Et dixi &c. hoc eſt in ſolutione prædictarũ admirationũ, & conſolatione pſecutionũ, ſup quib⁹ cogitabã annos ęternos, & hmõi. Dixi nũc cępi. i. nunc in primitiua eccleſia incipit mutatio dex. ex. modo ſupradicto. Et ponitur ibi cœpi in prima perſona pro cępit, quod eſt tertia perſona, ſicut in pluribus locis habetur, & ſic ſancti remanẽt cõſolati de pſecutionibus ſuis inquãtũ cedebãt in gloriã Dei p teſtimoniũ fidei. Cõſequenter cõmemorat miracula antiquorũ patrum, dicens: Memor fui ope. do. &c. exponatur ſicut in poſtilla &c. mutatis mutandis vſq; ibi: Deduxiſti ſicut oues populũ tuũ &c. hoc eſt dicere q̃ oĩa miracula illa pertinebãt ad illũ ſtatũ imperfectũ, qui p pmiſſiones tpales deducebantur: in 1. 2. q. 99. art. vlt. in cor. q ſicut & à puris hominibus regebant. ſ. à Moyſe, & Aaron ſecus aũt oportuit fieri in ouibus Chriſti, quorum ipſe eſt paſtor & exemplar, quem ſequentes non debent admirari de mundi perſecutionibus iuxta illud: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum.

B

### REPLICA.

IN pſal. Voce mea: ſimilis eſt altercatio poſtil. bene applicando exponit illũ pſal. de captiuitate Babylonica terminanda per orationes ſanctorũ illius tpis, in quorũ pſona pſal. iſte loquit. Burg. autẽ exponit de pſecutione eccleſiæ primitiuę ſub tyrannide Romani imperij aſſerens q̃ expoſitio poſtillatoris ſit irrationabilis. Primò ex eo, quia in illa captiuitate rariſſimè inueniebãtur ſancti, & iuſti. vbi dico quòd ſufficiunt Daniel, tres pueri, Ezechiel, Abacuch, Aggęus, Zacharias, Nehemias, Zorobabel, de quibus cõſtat ex canone ſacræ ſcripturæ, præter plures alios in quorum perſona propheta hic orationẽ texuit. Q̃ aũt hi delectationes corporales abiecerũt de Daniele & tribus pueris, conſtat in Dan. dictum, de aliorum abſtinentia non oportet dubitare, nec vrget q̃ tẽp captiuitatis illius erat taxatum, quaſi iõ non habeat locũ qd hic dr̃: Nunquid in ęternũ pijciet Deus, aut continebit in ira ſua, &c. quia pphetiæ non ſunt ſemp diffinitiuę, & ſic diffinita foret, taxatio, adhuc Deus vult rogari: vñ & Angelus in Zach. non obſtante illa taxatione ſibi nota, dixit: Dñe Deus exercituum. pùt in pcedenti correctione allegatũ eſt. Burg. aũt expoſit o q̃ putat aliquid magni reperiſſe, maiores ſuit nec difficultates. Primum omniũ cũ exponit illũ paſſum: Nunquid in ęternũ pijciet Deus de querelis ſanctorũ no. teſt. extraneè vr̃ ſonare cũ ſacro canone: nõ legimus querelas primitiuę eccleſiæ, qñ Apoſtoli gaudebant in conſpectu concilij, ſimiliter & alij, qñ digni habiti ſunt pro noĩe Ieſu contumeliã pati. Et ipſe Bur. dicit eoſdẽ ſanctos renuiſſe cõſolationes mundi: ſed memores dñi p ſpẽ & charitatẽ, delectabantur etiã in martyrio cõſtituti. Nec valet prima rõ querelę ſanctorũ p Burg. hic confictæ, quaſi iõ quærulabãtur, quia terminũ perſecutionis eccleſiæ ignorabant: nã pax eccleſiæ ptaxata in Apoc. legitur, vbi clarè oĩs ſtatus eccleſiæ p tunc & nunc futurus diſtinguitur. Nec ſecunda rõ ſua multũ decorat ſtatum eccleſiæ primitiuæ, quia dicit eam quærulaſſe pp ignorãtiã termini & humanã fragilitatẽ. Illa n. eccleſia non catholicè dr̃ fragilis fuiſſe, quæ tantas victorias exercuit, vt etiam regna, & Imperium ſubiugaret. Nec etiam ignorantia in ea locum habuit, quia in ea fuerũt prophetæ & doctores per ſpiritumſanctum edocti de omni veritate ad illum ſtatum pertinẽte: iuxta Chriſti promiſſum. Nec minor difficultas oritur ex alio dicto Bur. quo ad mutationem dexteræ excelſi nititur diſtinguere eccleſiam primitiuam à ſynagoga peragere & pati. quaſi ſynagoga in ſuis victorijs fuerit in ſphęra actiuorum, eccleſia autem primitiua fuerit in ſphęra paſſiuorum. Allegat ad hoc Apoſtolum. vbi ſecundum expoſitionem ſuam de ſynagoga dicitur: Sancti per fi. vice. reg. & ea quæ ſequuntur vſque ibi: Alij verò diſtenti ſunt, non inuenientes redemptionem lapida. ſunt, ſecti ſunt &c. quæ dicit pertinere ad eccleſiam primitiuam: Sed ficta eſt hæc glo. Bur. ſimiliter & diſtinctio in illa glo. fundata. Nam Apoſtolus tam actiones, quàm paſſiones allegatas de ſanctis veteris legis dixit: prout omnes exponunt. & Apoſtolus oſtendit ibidem in prin. c. 12. vbi poſt inducta exempla patientiæ & virtutum ſanctorum veteris teſt. inducit exempla virtutum Chriſti euidentius, & ſanctorum noui teſta. Et quia expoſitio Bur. eſt contra rotundam literam, malè applicat dictum Apoſtoli ſic malè expoſitum ad exponendum illud illius pſal. hæc mutatio dex. ex. in no. teſt. Nec valere vr̃ fundamentũ qd̃ aſſumit ex dictis ſancti Th. 1. 2. q. 99. quòd videlicet miracula per Apoſtolum in illo loco allegata pertinebant ad illum ſtatum imperfectum deductum per promiſſiones temporales, & directũ per puros homines. ſ. Moyſen & Aarõ, quia de illo ſtatu dr̃ conſequenter: Non ſuſcipientes redemptionem. ſ. tẽporalem vt meliorẽ inuenirent reſurrectionem. Et ſequitur de eodem ſtatu, quibus dignus non erat mundus: vnde patet quòd illa miracula non pertinẽt ad promiſſiones tpales, ſed ſpirituales & æternas, prout vult glo. magiſtralis, & communiter omnes ſic exponunt Apoſtolum, &c.

C

*Dan. 1.c* *Zach. 1.c* *Act. 5.g* *Heb. 11.f*

D

## GLOS. ORDIN.

a *Intelle. Aſaph. Aug.* Quia hæc narrata interius intelligenda ſunt, non modo in figura. Intellectus igitur Aſaph eſt quod intellexit ſynagoga, ſed fidelis, vel quod ſpiritualiter debet intelligere. quæ enim myſticè tunc, id eſt figuraliter, eadem modo in re, & ſicut tunc non in omnibus illis bene placuit Deo, ſic nec in iſtis & ideo monendi. *Auguſt.* Pſal. vel verba intelligentiæ quæ eſt data ipſi Aſaph, ſic ex Gręco determinatur. *Aug.* In hoc pſal. dum hiſtoria refertur, noui teſta. gratia declaratur, ſic Iudæos pro ſuis delictis expulſos, & Chriſtianos aſſerit intromiſſos, vt vtriuſque legis intẽtionem in vnum faciat pendere. *Aug.* Per acta in veteri populo, intendit monere nouum populum, ne ſint ingrati beneficijs Dei & irã eius prouocent. Primò attentos facit: quia quæ aperta videntur, parabolę ſunt & ænigmata.

a ¶Caſſ. fidelis congregationis.

† Intellectus Aſaph.

LXXVII.

a ¶Aug. hoc Deus, qui & dedit legem. ¶Corde veritatem rei. ¶Auguſt. vos. ſ. qui & congregatio Chriſti. b ¶O.

ATtẽdite popule me⁹ le-

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. LXXVII.

ATtendite. *Caſſ.* Primò ipſe dominus loquitur vt reuerentia creſcat.

c *Po. me.* Qui mihi obedis. Os Dei eſt Aſaph, qui inferius

## NIC. DE LY. PSAL. LXXVII.

ATtendi. po. me. *Huic pſal. præmittitur talis titu. in Hebręo & in tranſlatione Hie. Eruditio Aſaph. Et accipitur dupliciter. ſ. actiuè & paſſiuè, quia de his quæ in hoc pſal. continentur Aſaph fuit edoctus à parentibus, vt patet in textu, & per ſpiritumſanctum plenius. Scripſit etiam pſal. iſtum ad eruditionem populi. De materia verò huius pſal. ſaluo iudicio meliori mihi videtur, quòd Aſaph fecit hunc pſal. volens oſtendere ex ſcripturis & hiſtorijs antiquis, quòd regnum Iſrael pertinebat ad Dauid & poſteritatem eius ex diuina electione. Inter alias autem tribus: tribus Ephraim videbatur magis aſpirare ad regnũ. Tum quia Ephraim fuit filius Ioſeph qui habuit dominium ſuper alios fratres ſuos in Aegypto. Tum quia Iacob Patriarcha adoptauit Ephraim, & Manaſſen in filios. Tum quia benedicens eis præpoſuit Ephraim qui erat iunior ipſi Manaſſe, vnde & Ieroboam qui inuaſit regnum quantum ad decem tribus, fuit de tribu Ephraim: propter quod Aſaph licet toti populo Iſrael in hoc pſal. loquatur, tamen ſpecialiter contra tribum Ephraim inuehitur. Igitur ſecundum hunc ſenſum pſal. iſte in tres partes diuiditur, quia primò Aſaph præmittit quandam præfationem. Et ſecundò ſubiungit ſuam narrationem, ibi: Quanta audiuimus. Tertiò concludit intentam concluſionem, ibi: Et repulit. Circa primum Aſaph reddit auditores beneuolos, dociles, & attentos, ſicut ſolet in pręfationibus fieri. Reddit autem auditores eos beniuolos, in perſona domini, dicens:*

*Materia pſalmi* *Gen. 48.*

a Attendite populæ me. &c. *Quaſi diceret: vos qui eſtis mihi populus peculiaris*

## MORALITER.

a *Attendi.* Pſal. iſte ſecundum ſenſum literalem loquitur de regno Dauid, qui fuit figura Chriſti. pp quod myſticè põt exponi. de re-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

inferius locutus eſt iſti: Quanta audi. ab initio veteris teſtamenti: vel fidelis ſenagoga malis exprobrat.

a *In parabolis &c.* Parabolæ, rerum ſimilitudines.

b *Propoſitiones.* Quæ Græce problemata, quæſtiones aliquid ſoluendum habentes.

c *Quanta a. Caſſi.* Summatim dicit, quæ Iudæis Deus fecit tamẽ ingratis ſibi & ſic, ſi non eis, prodeſt tamen filijs ne fiant ſicut patres. *Aug.* Prius Deus in homine locutus eſt, iam homo ipſe, quanta au. Illud prædictum dixit Deus ex ſe, ne contemnatur eius locutio.

d *Et ſuſcitauit. Auguſt.* Hoc teſtimonium, vnde ſupra, loquar propo. ab initio. Initium eſt vetus teſtamentũ, finis nouum. Ibi timor qui eſt initiũ, ſed hic Chriſtus finis legis ad iuſtitiã omni credẽti qui dat ſpiritum, vnde charitas quæ pellit timorem. Huius no. teſta. teſtimonium dicitur vetus lex, quia habet teſtimonium à lege & prophetis. vnde tabernaculum teſtimonij dicebatur illud quod tot myſtica figurabat. Teſtimonium ergo dicitur ve. teſta. inquantum probat & teſtatur, lex inquantum iubet. *a fine.* Rem. Suſcitauit quaſi mortuum in Adam teſtimoniũ. i. legem. vel dum deſcribitur ſuſcitatur prius ignorantia ſopitum. Teſtimonium in Iacob, hoc forſan eſt quòd Iacob cum Angelo luctatus, tacto femore claudicauit: quod ſignificat Iudæos partim fide conſtare, partim à ſalute diſcedere, & ita huius rei teſtimonium fuit, quod Iacob accidit. Ecce parabola.

e *Filijs ſuis.* Et ſunt ijdem filij generatio altera, ſcilicet populus gratiæ.

f *Gene. al.* Per generationes trãſmiſſa ſunt mandata Dei, ne quis putet vni data.

g *Vt ponant.* Hæc eſt vtilitas paternæ prædicationis.

h *Exquirant. Auguſt.* Qui dicti ſunt ſuprà cognouiſſe, modo exquirant, vt ſperantes in Deo, adiuuentur ad implendum ab eo.

i *Praua. Caſſiod.* Quæ veritatem non recipit, & ideo diſtorta exaſperans ſuper omnes acerbitates, ut in ſaluatorem armarẽtur. Vnde per Ezechielem dicit, dominus: Vade & dic domui exaſperanti.

a *Non direxit*

... gem meã, inclinate aurẽ veſtrã in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meũ, loquar † propoſitiones ab initio. Quãta audiuimus, & cognouimus ea, & patres noſtri narrauerũt nobis. Non ſunt occultata à filijs eorũ, in generatione † altera. Narrantes laudes dñi, & † uirtutes ei⁹, & mirabilia eius quæ fecit. Et † ſuſcitauit teſtimoniũ in Iacob, et legẽ poſuit in Iſrael. † Quanta mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis ut cognoſcat generatio altera, filij qui naſcentur, et exurgent, & narrabunt filijs ſuis. Vt ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius † exquirant. Ne fiant ſicut patres eorum, generatio † praua

ſes & alij iuſti laudauerunt Deum in exitu maris rubri, dicentes: Cantemus domino, glorioſè &c.

K Et virtutes eius. *Quibus percuſſit Aegyptum decem plagis.*

l Et mirabilia eius. *Ducendo patres noſtros per mare rubrum & per deſertum,*

m Et ſuſcitauit. *Quia poſt eductionẽ populi de Aegypto dedit eis legem in monte Sinai. Quæ vocatur teſtimonium, eò quod decem præcepta decalogi fuerunt ſcripta in tabulis lapideis, vt in poſterum eſſent in teſtimoniũ diuinæ locutionis cum populo. Moyſes ſimiliter ſcripſit Deuteronomium, & præcepit poni in latere arcæ, vt eſſet ibi in teſtimoniũ contra populum. Dicitur etiam lex a ligando, quia filij Iſrael eam ſuſceperunt pro ſe & pro poſteris ſuis, & ſic ligabat omnes præſentes & abſentes futuros, ſecundum quod dicitur in Deute. Nec vobis ſolis ego hoc fœdus ferio & hæc iuramenta confirmo, ſed cunctis præſentibus & abſentibus. propter quod dicitur:*

p Quanta man. &c. *Ex quo enim patres legem receperant pro ſe & pro ſua poſteritate, tenebantur eis notificare propter quod dicitur in Deut. Narrabis ea filijs ac nepotibus tuis.*

r Vt cogno. gene. al. *Quia patres tenebantur notificare filijs de generatione in generationem, ideo ſubditur:*

s Filij qui na. *Et patet litera ex dictis, & huius notificationis ſubditur cauſa finalis duplex. Vna eſt adeptio boni, quæ notatur cum dicitur:*

t Vt ponant. *De futura retributione.*

u Et nõ obli. *Minus dicit & plus ſignificat. i. in ſua memoria teneanẽ firmiter opera Dei.*

x Et man. eius. *Sanum intellectũ à ſapientibus inquirendo, vt ſic impleant opere, non ſolum ſecundum verba legis, ſed etiam ſecundum intentionem mandantis. Secunda cauſa, prædictæ notificationis, eſt euitatio mali quæ notatur cum dicitur:*

y Ne fiant ſicut pa. eo. *i. iram Dei prouocans. Quod enim patres de Aegypto exeuntes pro magna parte fuerũt praui & Deum exaſperantes, patet in fabricatione vituli aurei, & in multis alijs quæ tanguntur in Exodo & in li. Nume. propter quod dixit Moyſes propinquus morti ſuæ. A die qua egreſſus es de Aegypto ſemper aduerſus dominũ contendiſti, ideo ſubditur:*

a Gene-

## NICOL. DE LY.

*peculiaris & electus debetis eſſe beniuoli ad audiendã legem, quam præ cæteris populis dedi vobis in monte Sinai. Secundò reddit eos dociles, dicens:*

b Inclinate aurem. *Modus enim eſt docilis diſcipuli aurem ſuam humiliter inclinare ad verba magiſtri ſui. Tertiò reddit eos attentos difficultate dicendorum ad quæ debent homines attendere, dicens:*

c Aperiam in pa. &c. *vocantur hic parabolæ facta & dicta veteris teſtamenti, quia fuerunt figuræ noui. Apoſt. Omnia in figura contingebant illis.*

1. Cor. 10.c

d Loquar. propo. ab initio. *i. quæ ſolent tractari inter ſapientes ab antiquo. Vnde in Heb. & in tranſlatione Hierony. habetur: loquar ænigmata antiqua.*

e Quanta &c. *Hic conſequenter ſubditur narratio, in qua primò deſcribitur bonitas Dei, & ingratitudo populi in quodam generali. ſecundò magis in ſpeciali, ibi: Filij Ephrem. Circa primum oſtendit beneficia Dei collata populo Iudaico fuiſſe ſufficienter ei manifeſtata, vt de ingratitudine non poſſet per ignorantiam excuſari, dicens: Quanta audiuimus &c. ſcilicet Dei beneficia collata populo Iudaico: in egreſſu de Aegypto, & in progreſſu per deſertum, & in ingreſſu terræ promiſſionis, quæ diffuſè ſcripta ſunt in libris Moyſi, & Ioſue eius miniſtri.*

f Et cogno. ea. &c. *Et modus cognoſcendi ſubditur, cùm dicitur:*

g Et pa. n. &c. *Quibus debemus credere tãquã ſolicitis de noſtra ſalute*

h Non ſunt occultata &c. *Quia patres narrauerunt filijs in ſuccedentibus ſibi generationibus.*

i Narrantes laudes domini &c. *Hoc refertur ad illud quod præmittitur: Patres noſtri narrauerunt nobis laudes domini: quibus Moy-ſes &*

## MORALITER.

✱ de regno eius. Igitur primò excitatur auditorum attentio cum dicitur: Attendite popule meus. id eſt popule Chriſtiane, qui à Chriſto eſt denominatus.

a *Legem meam.* ſcilicet Euangelicam.

b *Inclinate aurem veſtram.* ſ. corporis & cordis.

c *Aperiam in parabolis.* Ex decurſu Euangelij. patet quòd Chriſtus communiter parabolicè docebat.

d *Loquar propoſitiones ab initio.* ſ. legis datæ, cuius præcepta moralia replicauit: Euangelica conſilia ſuperaddendo.

e *Quanta audiuimus & cæt.* Hic conſequenter ponitur narratio, in qua declaratur multiplex bonitas Chriſti, & per oppoſitum ingratitudo mali populi Chriſti, cum dicitur: Quanta audi. Homo Chriſtus, à patre audiuit, & diſcipulis nuntiauit, ſicut dicitur: Quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo: & ex præcepto Chriſti Apoſtoli denuntiauerunt orbi Mar. Euntes in mundum docete omnes gentes, &cæt. Et ſucceſſores Apoſtolorum alijs denuntiauerunt, ideo ſubditur:

h *Non ſunt occul. a fil. &c. nar. lau. do.* ſ. Ieſu Chriſti.

l *Et mi. e. quæ fecit.* in Ieruſalem & Iudæa.

m *Et ſuſci. teſtimonium,* id eſt legem Euangelicam.

n *In Iacob.* id eſt ſupplantatoribus vitiorum quibus proficit Euangelium.

o *Et legem po. in Iſrael.* i. contemplatoribus diuinæ veritatis.

p *Quanta man. pa. no.* i. Apoſtolis alijsq; diſcipulis.

q *Nota fa. ea fi. ſuis.* i. credentibus, qui ſunt filii Dei ſpirituales.

r *Vt cognoſcat ge. al. &c.* Vſque ad finem mundi futura.

t *Vt ponant in Deo ſpem ſuam &c.* Et non in vanitate mundana.

y *Ne fiant ſicut patres eorum generatio praua &c.* Per quos intelliguntur pſeudo Apoſtoli & hæretici, qui cœperunt docere & malè à principio eccleſiæ.

✱ *Generatio*



a *Non direxit cor ſuum. Caſſiod.* Diſtortum cor habet qui prauè intellecta non corrigit, & quæ natura docet, non perficit, non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius, id eſt ſi ratio benè ſuaſit, non ei acquieuit.

b *Non eſt creditus. Aug.* Quando cum ſpiritu Dei operante ſpiritus hominis cooperatur, fit quod Deus iubet, & hoc non eſt niſi credendo in eum qui iuſtificat impiũ, quam fidem non habet generatio praua & amaricans. *Aug.* Expreſſius multo dicit, vt ſignificet gratiam, quæ non ſolum facit remiſſionem peccatorum, ſed cooperari ſibi ſpiritum hominis in operibus bonis, quàm ſi diceret, nõ credidit Deo ſpiritus eius habere cum Deo ſpiritum creditum, eſt nõ credere ſpiritum ſuũ poſſe facere ſine Deo iuſtitiam ſed cum Deo, quod eſt credere in Deum, quod plus eſt quàm credere Deo. Nam credimus & homini, ſed non in homine. In Deum credere eſt ei credendo adhærere ad bene operandum. vñ Apoſtolus: Qui adhæret Deo, vnus eſt ſpiritus cũ illo. Illa autẽ generatio etſi credidit Deo, nõ tñ in Deũ.

c *Filij Ephrem. Aug.* Intendẽtes, & mittentes arcum, id eſt arcu aliquid mittentes. Vel, Intendentes arcum, & mittentes ſagittas, id eſt promittentes ſeruare legem apertè dicentes: Omnia quæcunque dixerit nobis dominus, faciemus, & audiemus Conuerſi ſunt, & defecerunt in die belli i. tẽtationis. vnde Oſee propheta ait: Ephraim factus eſt quaſi columba inſipiens non habens cor: quia promiſſionem obedientiæ non auditio, ſed tentatio probat.

d *Mittentes ar. Auguſt.* Figuratè dicit, quia aliquid mittitur arcu. Vel intendentes arcum & mittentes ſagittas: Græci tamen habent mittentes arcubus. Per Ephrem totam gentem à parte ſignificat, & ideo quia ab his aliquid boni expectandũ fuit, hanc partem elegit. Sunt. n. de illo filio Ioſeph, cui Iacob dexteram impoſuit, & maiori præpoſuit. Cum autem hæc tribus hic culpetur, patet Iacob figuraſſe, quod nouiſſimi eſſent primi, & primi nouiſſimi. Sic Abel maiori prælatus eſt, Iſaac Iſmaeli, Iacob, Eſau, Phares Zaram illi qui prius manum emiſit: Dauid fratribus, ſic populo Iudæorum populus Chriſtianus.

Gen. 48. b

e *Coram patribus &c. Caſſiod.* Incipit narrare iam quæ ab eductione de Aegypto fecit eis: nec tamen deſtitit à murmure & a tentatione. Aug. Corã patribus. Qui ſunt patres huius prauæ generationis à qua filios diſſuadit, ne ſint patribus his ſimiles. Si Abraham, Iſaac, Iacob accipitis, non coram eis fecit mira in Ægypto quia iam defuncti, niſi ſpiritu dicas præſentes quos Chriſtus in Euangelio viuere dicit. Vel Moyſes, & Aaron, & alij ſeniores patres iſtorum ſunt coram quibus fecit. Ibi facta bona vel mala myſticè fiũt & in nobis: Sed bona gratia Dei. Mala iudicio: propter quod monuit attendere, & ſpem in Deo ponere, ne ſimus ſimiles illis. Ægyptus ergo mundus. Campus Thaneos, & planicies humilis mandati. In mundo ergo humile mandatũ accipimus, vt in futuro exaltemur. Qui fecit ſtare aquas & traiecit eos, cohibet cõcupiſcentias, cũ ſeculo renũtiatur, vt peccatis omnibus quaſi inimicis deletis, populus fidelis traijciatur per baptiſmũ. Poſt deducit ſpirituali itinere, ſacramẽto eius manifeſtato in hoc ſeculo quaſi in die. per nubẽ i. carnẽ, in iudicio quaſi in nocte in illuminatione ignis, quia tũc magna tribulatio quæ tanquam ignis lucebit iuſtis, & ardebit iniuſtis. De petra etiam quæ eſt

Luc. 20. g

& † exaſperans. Generatio quæ non direxit cor ſuum, et non † eſt creditus cum Deo ſpiritus eius. Filij Ephrem † intendẽtes & mittẽtes arcũ, cõuerſi ſunt in die belli. Nõn cuſtodierunt teſtamentũ Dei, & in lege ei⁹ noluerũt ambulare. Et obliti ſunt † beneficiorũ eius, & mirabiliũ eius quæ oſtendit eis. Coram patribus eorum fecit

† operum

## NICO. DE LYRA.

a Generatio quæ non direxit cor ſuum. *Ad Deum diligendum, & in præceptis eius ambulandum.*

b Et non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius. *Quia increduli fuerunt eius promiſſionibus, vt patet Nu. xiiij. Et loquitur hic Aſaph pro malis hominibus illius populi ratione quorum ſimul etiam vituperantur boni, ſecundum illam regulam, quam ego poſui in principio Gene. de corpore domini permiſto ex bonis & malis.*

c Filij Ephrem. *Hic conſequenter oſtendit Dei bonitatem & populi ingratitudinem magis in ſpeciali. Et primò quantùm ad ipſius Ephraim tribum. ſecundò quantum ad totum populum, ibi: Et obliti ſunt. Circa primum ſciendum, quòd aliqui Hebræi exponunt hanc literam de filijs Ephraim, qui viuente adhuc patre multiplicati ſunt, & fortificati, & præſumptuoſiores effecti rationibus ſupradictis exierunt de Aegypto, vt iſti dicunt, & per viam breuiorem ingredi voluerunt terram promiſſionis. ſ. per terram Philiſthijm, quæ vicina eſt, vt habetur in Exod. Sed interfecti ſunt à Philiſtheis qui habitabant in Geth & terris circumiacentibus, eò quòd præoccupabant tempus à Deo conſtitutum, qui dixit Abrahæ Gen. xv. ſemen eius futurum peregrinum in terra aliena quadringentis annis, qui nondum erant completi. Sed hoc non videtur verum, quia infrà aſſignatur cauſa huius ingratitudinis. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti: nulla autem mirabilia leguntur facta pro populo Iſrael in terra Aegypti ante tempus Moyſi, qui longo tempore natus eſt poſt mortem Ephraim patriarchæ. Item ante tempus Moyſi filij Iſrael erant in Aegypto in magna ſeruitute, & ſic non eſt veriſimile, quòd poſſet ingredi pro ſua voluntate, & maximè cum exercitu: propter quod iſtud melius exponitur de filijs Iſrael, qui contra voluntatem Moyſi proceſſerunt ad prælium contra Amorrhæos & Amalechitas. Et in iſtis filij Ephraim fuerunt principales & alios mouentes, eò quòd præ cæteris aſpirabant ad dominium rationibus ſupradictis. & hoc eſt quod dicitur: Filij Ephrem. in Hebreo & in tranſlatione Hierony. habetur filij Ephraim. Sicut enim nomina Latina propria frequenter variantur à parte finis, vt Guillermus & Guillerotus, ita etiam in Hebræo: tamen eandem perſonam ſignificant.*

d Intendentes & mit. ar. *i. tendẽtes arcum & mittentes ſagittas ex eo.*

e Conuerſi ſunt in die belli. *Quia ſtatim fuerunt debellati & fugerunt confuſi, vt habetur Num. xiiij.*

f Non cuſtodierunt teſtamentum Dei &c. *Quia ad mandatum Dei per Moyſen noluerunt procedere ad bellum contra aduerſarios, ſed volebant in Aegyptum diuerti, vel reuerti, & poſtea propria capitoſitate moti perrexerunt contra inhibitionem Moyſi factam ex parte Dei, & tamen in ſuſceptione legis cum alijs petierant quòd mandata Dei ferent eis per Moyſen promittentes quod humiliter obedirent. dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur. & propter hoc dicitur hic: Non cuſtodierunt teſtamentum &c.*

Exo. 20. c

g Et obliti ſunt &c. *Hic conſequenter deſcribitur bonitas Dei & ingratitudo populi generaliter: Et primò in comparatione populi ad beneficia Dei ingreſſum terræ promiſſionis præcedentia. ſecundò quantum ad ſequentia, ibi: Et induxit eos in montem ſanctificationis. Prima in duas, quia primò deſcribuntur beneficia Dei. ſecundò ingratitudo populi, ibi: Et appoſuerunt. Prima in tres: quia primò deſcribuntur beneficia præſtita populo in Aegypto, ſecundò in mari rubro, ibi: Interrupit mare. tertiò in deſerto, ibi: Interrupit petram & c. Circa primum dicit ſic: Et obliti ſunt. ſ. filij Iſrael generaliter.*

h Beneficiorum eius. *Quia flagellando Aegyptios, & pecora eorum, ſaluauit Hebræos, & ſubſtantiam eorum.*

i Et mirabilium &c. *Quia Aegyptijs exiſtentibus in tenebris tribus diebus lux magna erat, vbicunque habitabant filij Iſrael, quod fuit valde mirabile, & ſimiliter in alijs plagis Aegypti à quibus filij Iſrael fuerunt immunes & ſaluati.*

Exo. 10. f

K Coram patribus eorum fecit. *Videtur quòd deberet dicere coram eis, quia loquitur de eis qui exierunt de Aegypto, vt patet per literam præcedentem & ſubſequẽtem. Ad quod dicendum, quod cõiter filij & iam*

*prouecti*

## MORALITER.

✱ a *Generatio quæ non direxit cor ſuum.* ad ſequendum Chriſtum.

b *Et non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius.* Errabant enim in fide & moribus.

c *Fili Ephrem intendenes &c.* Sic ordinetur litera: Intendentes arcum & mittẽtes ſagittas ex arcu. Per filios Ephrem: qui proceſſerũt ad pugnam contra Domini voluntatem, ſignificantur hæretici qui impugnant fidei veritatem, & ipſi intendunt arcum ſacræ ſcripturæ eam interpretantes peruersè, & mittunt ſagittas contra veros doctores. ſed quia non præualent, Subditur:

e *Conuerſi ſunt in die belli.* à ſactis doctoribus confutati.

f *Non cuſtodierũt &c.* Moribus & fide deuiãtes à veritate euãgelij.

k *Coram patribus eorum &c.* i. coram veris apoſtolis, qui dicuntur hic patres hæreticorum, eò quòd ex ipſis exierunt, Iohan. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.

1. Ioh. 2. c

l *Fecit mirabilia in terra Aegypti &c.* Id eſt in Iudæa quæ dicitur Aegyptus, eò quòd erroribus fuit obtenebrata.



✱ *In campo*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

F quæ eſt Chriſtus qui (dicit: Si quis ſitit, veniat ad me & bi.) deducit ſitienti fidei donum, & fluenta ſpiritusſancti, accedente ligno crucis quaſi virga Moyſi.

Vbi ſupra. *In terra Aegypti, in campo Taneos &c. Auguſt.* Vt omnem dubitationem tollat, & prouinciam dicit, & locum factorũ: Sic Chriſtus in terra poſitus coram patribus nouit, humile mandatum docuit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. (Matt. 11.d.)

b *In nube. Hier. Caſſiod.* Hoc futurum iudicabant. Dies Chriſtus eſt, tamẽ nube carnis celatur perfidis. Et ſicut illis nubes contra æſtum ſolis, ſic nobis Chriſtus per incarnationem dat refrigerium contra æſtum vitiorum.

c *Tota nocte.* Toto tempore vitæ.

d *In illuminatione ignis.* Chriſtianos in hoc ſeculo luminis ſui claritate cuſtodit ignis ſpiritusſancti.

e *Petram in eremo, &c. Caſſiod.* In eremo. Prius aqua maris quaſi petra, modò petra fons. In eremo, vbi neceſſe, vt gratius ſit munus.

f *Adaquauit eos velut in abyſſo multa.* Quaſi pecora, non homines, quia non egerunt gratias.

g *Tanquam flumina aquas. Et appoſuerunt &c. Caſſiod.* Aqua quæ de Chriſto prodit, nulla imminutione deficit, ſed fit fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

h *Adhuc peccare ei. Caſſiod.* i. adiecerunt, vt inter tot beneficia non crederent, quod vt maximum intelligeretur peccatum, cum dominus dixit in Euangelio: Spiritus arguet mundum de peccato exponendo ſubiunxit de peccato quidem, quia non credunt in me. Sicut ergo peccatum dicit ibi non credere, & hic peccare dicit non credere. (Ioan. 16.b.)

i *In iram excitauerunt excelſum &c. Caſ.* Non credentes Deum poſſe difficilia ſibi facere, qđ grauiſſimum eſt apud Deum: ſic & nos abluti per baptiſmum prouocamus Deum ad irã.

F k *In inaquoſo. Auguſtinus.* Vel, in alia eremo ad literam, vel potius in ſe, quia licet pleni ventres aquæ de petra, aridæ tamen mentes fuerunt.

☞ a Menſam.

---

a ¶ Tenebræ vel tribulatio.
a mirabilia in terra Ægypti, in cam- a
a ¶ Humile mandatum. a ¶ Quaſi non liquidum.
po Thaneos. † Interrupit mare, & b
¶ Ad terram.
pduxit eos, & ſtatuit aquas † quaſi in c
a ¶ Clauſas. b ¶ Priuſquam ponat in patria.
b † vtrẽ. † Et deduxit eos in nube † di- d e
c d ei, & tota nocte in illuminatione
a ¶ Latus in cruce. b ¶ Chriſtum. c ¶ Huius ſeculi.
e ignis. † Interrupit † petrã in eremõ, f
f & adaquauit eos velut in abyſſo mul g h
¶ Copiam notat. a ¶ Quæ ſequebatur eos quocunque ibant. b ¶ Quod mirum.
ta. Et eduxit aquam de petra, & i
a ¶ Non parum. b ¶ Sed. c ¶ Copioſe. d ¶ Hæc fecit illis Deus ¶ Tamen.
g eduxit tanquàm flumina aquas. Et k
a ¶ Illi ſcilicet praua generatio. ¶ Adiecerunt vt inter tot mira non crederent. b ¶ Id eſt non credere.
h i appoſuerunt adhuc peccare ei: in irã l
a ¶ Plus cordis quam loci. b ¶ Vel ſiccitate.
k † excitauerunt excelſum in † inaquo-
¶ Quomodo? a ¶ Tentare, eſt doloſe poſtulare, vt in verbis ſit ſimplicitas cum ſit in corde malitia. ¶ Non credendo petierunt.
ſo. Et tentauerunt Deum in cordibus m
a ¶ Sic & multi cum tentatione quærunt hodie ſapientiam a Deo. b ¶ Spirituales vitæ ſuæ.
ſuis, † vt peterent eſcas animabus n
¶ Tunc. ¶ Falſa.
ſuis. Et † malè locuti ſunt de Deo: o

† exacerbauerunt. † petendo. † detraxerunt.

## NICO. DE LYRA.

¶ pronecti exierunt cum patribus ſuis, ſicut Naaſon cum Aminadab patre ſuo, & ſic de alijs. Et licet patres & filij illa mirabilia vidiſſent, tamen ſcriptura facit memoriam de patribus magis quàm de filijs, quia erant honorabiliores & principaliores. Poteſt etiam aliter dici de mirabilibus factis in perſona Moyſi: de quo dicunt Hebræi, & ſatis probabiliter, ſicut ego poſui ſuper illud Exod. Quis fabricatus eſt mutum & ſurdum, videntem & cæcum, quòd cum adductus fuiſſet coram Pharaone vt occideretur propter interfectionem Aegyptij, ſpiculator qui debebat eum occidere: fuit tunc percuſſus cæcitate, & ſic Moyſes euaſit. Pharao etiam videns eum recedentem, factus eſt mutus ad horam, ita quòd non potuit ſeruis ſuis præcipere, vt caperetur, & ſerui ſui ita attoniti, ac ſi eſſent ſurdi & cæci, & ſic ex talibus miraculis Moyſes fugit liberè. Iſta autem mirabilia fuerunt facta in iuuentute Moyſi, qui in ingreſſu de Aegypto fuit lxxx. annorum, & ſic iſta mirabilia non fuerunt viſa à iuuenibus de Aegypto exeuntibus: ſed ſolùm à patribus eorum. (Exod. 4.c. Exod. 2.c. Moyſes Pharaonis manus mirabiliter euaſit. Exod. 7.a.)

a In campo Tha. &c. Thanis ciuitas eſt Aegypti regia propter quod tenebantur ibi regia conſilia, ſecundum quod dicitur Eſa. xix. b. Stulti principes Thaneos: ſapientes conſiliarij Pharaonis, dederunt conſilium inſipiens. Et quia propter obſtinationem regis tota Aegyptus flagellabatur diuerſis plagis, ciuitas regia & terra propinqua grauius percutiebatur, propter quod de illa fit hic ſpecialis mentio. Similiter ſi referatur hæc litera ad mirabilia circa Moyſen facta vt prædictum eſt, veriſimile eſt quòd hoc fuerit in Thanis, in qua rex frequentius habitabat.

b Interrupit. Hic conſequenter deſcribuntur Dei beneficia in mari rubro exhibita, cum dicitur: Interrupit mare & perduxit eos: quia ſicco pede fecit eos tranſire.

c Et ſtatuit aquas quaſi in vtrẽ. Aquæ enim detinentur in vtre ne effluant: & eodem modo aquæ maris diuiſæ ex vtraque parte detinebantur diuina virtute, ne effluerent ſuper filios Iſrael, quia vt ibidem dicitur: erant eis quaſi pro muro à dextris, & à ſiniſtris. (Exod. 14.e.)

e Et deduxit eos in nube di. &c. i. columna nubis & ignis, vt ibidem habetur. Et columna nubis protegebat eos ab ardore ſolis, & columna ignis oſtendebat eis viam in tenebris noctis: in qua tranſierunt mare rubrum, & alijs etiam temporibus quando de nocte incedebat exercitus. Vtrum autem eſſet vna columna ignis, & nubis, vel duæ, dictum fuit in Exo. G

f Interrupit. Hic ponuntur beneficia exhibita in deſerto: non omnia, ſed aliqua, & ſpecialiter fit hic mentio de beneficio aquæ, quando eductæ fuerunt aquæ de petra Oreb, & hoc eſt quod dicit: Interrupit petram in eremo, id eſt loco ſicco & deſerto. (Exod. 17.)

g Et adaquauit eos, id eſt abundanter potauit.

h Quaſi in abyſ. Quia egreſſæ fuerũt aquæ in magna abundantia, quia in exercitu Hebræorum erant ſexcenta milia abſque mulieribus, & paruulis, & pecoribus, & ideo oportuit quòd eſſet aqua multa vnde tanta multitudo populi poſſet adaquari. Simile etiam factum legitur in Nu. vbi dicitur, quòd Moyſes percuſſit virga bis ſilicem, & egreſſæ ſunt aquæ largiſſimè, ita vt populus biberet & iumenta. & propter hoc ſubditur: (Num. 20.)

i Et eduxit aquam. Quod enim iſta eductio aquæ de petra fuerit alia à præcedente, patet: quia illa fuit ante dationem legis: iſta verò poſt vt patet intuenti lib. Exod. & Nu. Sciendum tamen, quòd illa quæ narrantur in hoc pſal. & in alijs, non ſemper narrantur eo ordine quo fuerunt facta: ſed aliqua prius facta poſtea ſcribuntur, & econuerſo, ſicut patet in alijs libris ſacræ ſcripturæ, & maximè in illis qui metricè ſcripti ſunt, qualis eſt liber pſalmorum.

K Et appoſue. Hic conſequenter oſtenditur ingratitudo populi. & primò quantum ad ingratitudinis magnitudinem. ſecundò quantum ad eius multitudinem, ibi: Quoties exacerbauerunt. Prima in duas: quia primò oſtenditur propoſitum in his quæ contigerunt ante miſſionem exploratorum. ſecundò poſt miſſionem eorum, ibi: In omnibus his. Prima adhuc in duas, quia primò deſcribitur populi ingratitudo, ſecundò Dei manſuetudo, ibi: Ideo audiuit. Circa primum dicitur: Et appoſuerunt adhuc peccare ei &c. & per hoc quod dicitur: Et appoſuerunt, apparet recidiuum eorum in peccatum, ex quo aggrauatur negotium, antequàm enim trãſiſſent mare rubrum, peccauerunt contra Moyſen, & Deum, dicẽtes. Quid hoc facere voluiſti, vt educeres nos de Aegypto, & ſubditur: Multò enim melius erat ſeruire Aegyptijs, quàm mori in ſolitudine. H

l In iram excitauerunt excel. etc. i. in deſerto, in quo erat defectus aquæ, quia poſt tranſitum maris rubri frequenter murmurauerunt contra Deum & Moyſen in deſerto, vt patet in lib. Exod. & Numeri.

m Et tenta. Deum. i. ex præmeditatione & certa malitia. Tentare aũt eſt accipere experimẽtũ de aliquo: iſti aũt voluerũt experiri in ſenſibili ſigno, an Deus hẽret curã de eis, puidendo eis de victualibus, iõ ſubditur:

n Vt peterent eſcas etc. i. ad ſuſtentamentum vitæ ipſorum, cum deberent hoc tenere firmiter ex præcedentibus ſignis. Legũtur autem hoc bis petiiſſe, ſemel ante dationem legis: vt habetur in Exo. vbi dixerunt Moyſi: Cur induxiſti nos in deſertum iſtud, vt occideres omnem multitudinem iſtam famæ: & aliàs poſt legem datam, vt habetur in Num. dicentes: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes, &c. Et quantum ad iſtud ſecundum ſubditur:

o Et male. Et modus loquendi ſubditur, cum dicitur: Dixerunt:

¶ a Nunquid

## MORALITER.

✻ a *In cam. Tha.* Qui interpretatur cõſummatio: nã ibi ſaluator opus noſtræ ſalutis conſummauit, di. in cruce: Conſummatum eſt.

b *Interrupit mare.* ideſt præſens ſeculum.

c *Et perdu. eos.* ſ. Apoſtolos ad prædicandum gentibus per orbem.

d *Et ſta. aquas.* i. tribulationes mundi ab eorum impedimẽto compeſcuit. nam tempore tribulationis numerus fideliũ magis creuit.

e *Et de.* i. ſeipſo, qui eſt nubes ab æſtu protegẽs et noctẽ illuminãs.

f *Interru. pe.* i. ſeipſum (qui petra dicitur.) interrupi permiſit in ſua paſſione, clauorum, et lanceæ perforatione.

g *Et adaqua. eos.* Nam inde prodierunt fluenta gratiæ.

K *Et ap. adhuc.* ſ. hæretici et mali Chriſtiani.

n *Vt pet. eſcas.* Illa petitio mala quæ deſcribitur hic vſq; ibi: In omnibus his. dupliciter poteſt exponi myſticè. ſ. de cibo corporali et ſpirituali. Primò modo exponitur de malis religioſis, et ĩgratis, qui non ſunt contenti conuentualibus ſibi miniſtratis: cum tñ frequenter talia et pauciora ſuffeciſſent eis in ſeculo, et propter eorum importunitatem præſidentes monaſteriis condeſcendunt petitioni eorum, et hoc cecidit ad malum ſpirituale petentium, et aliqñ hoc ad corporale malum: nam ex ingurgitatione incurrunt infirmitatem, et aliqñ mortẽ. Alio modo exponitur de ſumentibus indignè ſacramentum euchariſtiæ in quo ſub ſpecie panis vera Chriſti ca-

✻ ro con-



☞ a *Menſam. Caſſiod.* Myſticè, refectionem ſapientiæ, vel corpus Chriſti. A

b *Ideo audiuit. Caſſi.* Quòd dilata vindicta, dedit prius, quod petebant, ne videretur non poſſe.

c *Diſtulit. Auguſt.* Pœnam dans prius, quod licet tentando petebat, ne videretur non poſſe. & poſtquàm dedit, ignis id eſt ira aſcendit in Iſrael. Et hoc eſt, quod prius dixit: Ignis accenſus eſt in Iacob.

d *Et man.* Vtrunque breuiter poſitũ. ſ. quòd audiuit, quòd ira aſcendit, apertè hic incipit narrare: Et prius quõ audiuit exequitur, poſtea in ſequẽti parte quomodo vindicauit.

e *Et ianuas cœli. Caſſi.* d Ianuæ ipſi prædicatores, quibus intratur in cœlum, vel ſcripturæ.

f *Aperuit.* Quia dedit ſpiritum ſuis, vt intelligerent ſcripturas.

g *Manna ad manducandum.* Significat panem qui de cœlo deſcendit, qui eſt cibus Angelorum: quem vt manducaret homo, verbum caro factum, qui per nubes Euangelicas pluitur toti mundo, & apertis eorum cordibus, quaſi cæleſtibus ianuis credenti eccleſiæ prædicatur non tentãti ſynagogæ. *Caſſiod.* Manna, quid eſt hoc? quia hic cibus admirando requiritur, & eſſe corpus Chriſti ſcitur.

h *Panis cœli. Caſſiod.* Non aliter quàm Chriſtus de quo cæleſtes, id eſt Angeli reficiuntur eius contemplatione & hunc panem, id eſt verbum quo grandi cibo paſcuntur Angeli per carnem factum, lac edit homo.

i *Africum.* Quia ibi ſunt coturnices.

K *Et pluit ſuper eos, &c. Aug.* Sic & paruulam fidem non tentantium & credentium paſcit carne editis vocum ſignis, & per aerem tranſcurrentibus quaſi volatilibus cæli: non tamen ab aquilone venientibus, vbi frigus & caligo, id eſt ab eloquentia ſeculi, ſed auſtro tranſlato ad terras, vt paruuli audiendo terreſtria nutriantur ad cœleſtia. vnde: Si terrena dixi vobis & non B creditis mihi: quõ ſi di. vo. cæ &c.

l *Sicut pul. Caſſiod.* Puluis hoc ſignificat intelligentiæ ſubtilitatem, quæ ad ſuperna conſcendit. Arenam innumeram prudentiæ copiã ſalis ſapore conditam.

m *Volatilia pen.* Cæleſtia deſideria, quibus anima paſta pingueſcit: hæc intra ſepta eccleſiæ poſſumus accipere. vnde ſubdit:

n *Et ceciderunt in medio caſtrorum. Aug.* Significans per hoc, quòd ſponte veniunt venti ad homines, & portant eis verba diuinitus miſſa, vt in ſuis ſedibus, & circa tabernacula audiant: quia in omnem terram exiuit ſonus eorum.

o *Et mandu.* Conuicti ſunt qui hoc Deo impoſſibile putauerunt.

p *Adhuc eſcæ eorum &c. & ira Dei. Caſſiod.* De vindictis, & ſimulatis reuerſionibus eorum, timore pœnarum, & tamen ſententia Dei per miſericordiam temperata. Ecce. *Caſſiod.* Manna coturnices.

☞ a Electos.

---

a ¶ Quaſi non hæc diffidentia Deo eſt iniuria.
dixerunt: Nunquid poterit Deus a
a parare mẽſam in deſerto? † Quo- b
a ¶ Cals. exemplum dant, & de ſimili deſperant. ¶ Quaſi poterit. quia & hoc aliud potuit. Quoniam percuſſit &c.
niam percuſſit petram, & fluxe- c
runt aquæ, & torrentes inunda- d
uerunt. Nunquid & panem pote- e
a ¶ Copioſam refectionem. b ¶ Tot hominibus.
rit dare, aut parare † mẽſam po- f
a ¶ Ne videretur non poſſe. b ¶ Dando rogata.
b pulo ſuo? † Ideo audiuit dñs & g
¶ Pœnam.
c † diſtulit, & ignis accẽſus eſt in Ia h i
¶ Exponit ignem. ¶ Cur.
cob, & ✻ ira aſcẽdit in Iſrael: Quia k l
¶ Poſſe dare.
non crediderũt in Deo, nec ſpera
¶ Chriſto. ¶ Audiuit. ¶ Et ideo.
d uerũt in ſalutari eius. Et mãdauit m
¶ Prædicatoribus.
e nubibus deſuper, & ianuas cœli n
f g apuit. Et pluit illis mãna † ad man o p
a ¶ Id eſt manna. b ¶ Non labore humano.
h ducãdum, & † pãnẽ cæli dedit eis. q
a ¶ Nomine ſignificati intelligitur ſignificans.
† Pãnẽ † Angelorũ mãducauit ho- r
a ¶ Quæ ſequuntur. b ¶ Quæ ab auidis non poterant conſumi.
mo, cibaria miſit eis † ĩ abũdãtia. s
a ¶ Quomodo. ¶ Ad terras. ¶ Non potui loqui vobis quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. b ¶ Vt inferius ſtaret.
Trãſtulit auſtrũ de cælo, & ĩduxit t
a ¶ Ne ſibi det Africus quæ ex Deo habet. b ¶ Feruentes & lucentes prædicatores.
i k ĩ † virtute ſua Africũ. Et pluit ſup u
a ¶ Abunde. b ¶ Carneam fidem carneis vocibus editam.
l eos ſicut puluerẽ carnes, & ſicut x y
a ¶ Ideo mirum, quod cum eſſent volatilia pennata pro voluntate ea capiebant.
m arenam maris volatilia pennata.
a ¶ Duobus cubitis ſuper terram. ¶ Vt nec difficultas capiendi eſſet.
n Et † ceciderunt in medio caſtrorũ z
¶ Itinere vnius diei.
eorum, circa tabernacula eorum.
a ¶ Ventre, non mente.
o Et mãducauerũt & ſaturati ſunt a
a ¶ Licet eis non profuerit. ¶ Conceduntur enim interdum quæ non proſunt.
nimis: & deſiderium eorũ attulit b
a ¶ Multum ſunt vſi illis carnibus. ¶ Ne impotentia a Deo videretur.
eis. Nõ ſunt † fraudati à deſiderio c
a ¶ Ecce quid diſtulit? b ¶ Infidelis & prauæ generationis. ¶ Alias eſca erat.
p ſuo. Adhuc eſcæ eorũ erant in ore d

† Ecce. † carnes. † manducare.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Nunquid po. de. pa. i. refectionem ſplendidam carnium: quia erant attediati eſu mannæ, dicẽtes, Nu. xj. Anima noſtra arida eſt. nihil reſpiciunt oculi noſtri niſi man. & quòd Deus deberet hoc facere, arguebant per ſignum dationis aquæ de petra dicentes:

b Quo. percuſ. pe. i. percuti fecit per Moyſen.

c Et fluxerunt aquæ. Hoc dicitur de prima eductione aquæ ante dationem legis, quæ tangitur in Exod.

d Et tor. inun. Quia aq̃ in magna abũdãtia exierũt, vt ſuprà dictũ eſt.

e Nunquid & pa. po. da. Ex modo loquẽdi apparet, quòd non loquebant aſſertiuè vt fideles, ſed magis dubitatiuè, & Deũ tẽtantes. Sciẽdũ ẽt quòd locutio hæc nõ intelligitur de datione mãnæ, q̃ pceſſit eductionẽ aquæ de petra immediatè pdictã: quia mãna fuit prius data, vt hr̃ in Exo. & prima eductio aquæ de petra poſtea ſubditur. Sed per petitionem panis, hic intelligitur petitio cibi delicati carniũ, quæ ponitur Nu. xj. ideo ſubditur: C (Exod. 17.a.)

f Aut pa. men. po. ſuo. i. refectionem ſplendidam, & delicatam. In Hebræo & in trãslatione Hier. habetur: Aut parare carnẽ populo ſuo.

g Ideo audi. Hic deſcribitur domini manſuetudo, quia non ſtatim puniuit eorum ingratitudinem, ſed primò impleuit eorum petitionem, & diſtulit pœnam tempore debito inferendam. Et circa hoc primò ponitur Dei ordinatio. Secundò ordinationis executio, ibi: & mandauit. Circa primum dicitur: Ideo audi. do. eo. pe. non propter meritũ: ſed ad ſuæ potentiæ declarationem.

h Et diſtu. Inferre eis pœnam debitam.

i Et ignis. i. furor domini, qui frequenter in ſcriptura per ignem deſignatur, accenſus eſt contra populum deſcendentem de Iacob. ideo ſubditur:

K Et ira Dei. Et eſt expoſitio præcedentis verbi, Et, pro id eſt ira Dei aſcendit in Iſrael ad puniendum ipſum, vt videbitur inf. & cauſa huius iræ ſubditur, cum dicitur:

l Quia non credi. Ex miraculis enim præcedentibus debebant credere firmiter & ſperare, quòd Deus non deficeret eis in neceſſarijs. Aliter etiam exponitur ab aliquibus. Et ignis accenſus eſt in Iacob, de igne, qui deuorauit extremam partem caſtrorum, Nu. xj. ſed prima expoſitio magis conſonat ordini hiſtoriæ. (Num. 11.a.)

m Et man. Hic conſequenter deſcribitur diuinæ ordinationis executio. & primò quantum ad piam exauditionem. ſecundò quantùm ad iuſtam petitionem, ibi: Adhuc eſcæ. Circa primum primò ponitur exauditio petitionis panis, cum dicitur: Et man. nubi. deſuper. quia manna data eis pro pane generabatur ſurſum in aere, vbi locus nubium. (Diuiſio. Exod. 16.d.)

n Et ianu. cæli. ſcilicet aerei.

o Aperuit. Inquantum manna inde deſcendere fecit. ideo ſubditur:

p Et plu. il. man. Deſcendebat enim cum rore. Ros autẽ & pluuia differunt ſolum ſecũdũ multitudinem & paucitatem materiæ, ideo dr̃ hic manna deſcendere per modum pluuiæ. (Num. 11.b.)

q Et panem cæli dedit eis. id eſt formatum in cœlo aereo. D

r Panem Angelo. Quia manna formabatur & deſcendebat miniſterio Angelico.

s Cibaria miſit eis in abundantia. Quia quilibet colligebat quantum edere poterat, Exo. xvj. Conſequenter ponitur petitionis carnium exauditio, cum dicitur: (Exod. 16.a.)

t Tranſtu. au. de cæ. Auſter eſt ventus meridionalis, quem tunc Deus fecit ceſſare à flatu ſuo, & fecit flare Africum, qui eſt ventus occidentalis: lateralis tamen verſus meridiẽ, quia in regione oppoſita caſtris quæ erant verſus ventum illum, erat magna multitudo coturnicum: quas ventus ille tranſportauit vltra mare rubrum ad locum vbi erant caſtra Hebræorum, vt habetur in Num. vbi dicitur: Ventus autem egrediens à domino arreptas trans mare coturnices detulit, & dimiſit in caſtra. ideo ſubditur. (Num. 11.g.)

u Et plu. ſu. e. ſi. pul. i. valde abundanter.

x Carnes. Non mortuas ſed viuas, ideo ſubditur: Et pro id eſt.

y Si. are. ma. vo. penna. Et dicit ſicut arenam maris pp abundantiam, quia inde habuerunt ſatis ad comedendum vſque ad menſem.

z Et ceciderunt in medio caſtrorum &c. Ita quòd poterant eas capere ſine aliqua difficultate. (Ibidem.)

a Et manducauerunt &c. Quia multi tantũ comederũt, quòd vertebatur in nauſeam. Donec exeat per nares veſtras, & vertatur in nauſeam. (Ibidem.)

b Et deſiderium eorum attulit eis &c. id eſt abundantiam carnium ſicut deſiderauerant.

c ¶ Non ſunt frau. a deſi. ſuo. Quia conſecuti ſunt effectum: tamen ad malum ipſorum, vt ſtatim ſubditur:

d Adhuc eſcæ. Hic conſequenter deſcribitur executio diuinæ ordinationis quantum ad eorum punitionem, cum dicitur: Adhuc eſcæ eorum &c. quia non totum adhuc comederant, & probabile eſt, quòd ipſi.

¶ vel

## MORALITER.

✻ ro continetur, et de talibus dicitur: Qui verò manducat indi. ſibi man. & bi. propter quod in fine concluditur. (1. Cor. 11.g.)

d *Adhuc eſcæ co. &c. Et occi. pin.* Nam indigna ſumptio vel celebratio huius ſacramẽti magis eſt dãnoſa illis q̃ ſunt in ſtatu maiori.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Electos Iſr. vel impediuit. Auguſt.* id eſt impediuit, ne illis pro- E deſſent, quibus paterno affectu continere cupiebant. Vel
*Vbi ſupra.* potius, compediuit, vt cum eis moleſtias ſuſtinerent electi ad exemplum, non iuſtitiæ tantum, ſed & patientiæ.
b *Impediuit. Auguſt.* Murmure eorum, vt Moyſes, qui dixit:
*Nu.20.b* Nunquid poterimus de petra aquam vobis eijcere?
c *In omnibus his peccauerunt adhuc & non credide. &c.* Correcti poſt hęc omnia grauiora ſunt peccata quę ſemper accreſcunt.
d *Et defecerunt, &c. Auguſt.* Cùm poſſent, credendo, dies in veritate ſine defectu habere.
e *In vanitate dies eorum & anni eorum. Caſſiod.* A ſimilitudine illius qui in ortu moritur, in vanum eſt natus.
f *Cum feſtinatione. Auguſt.* Et quæ prolixior videtur, vita citò præterit.
g *Quærebant eum. Caſſiod. Auguſt.* Non occiſi, ſed reliqui: Sed ſic loquitur: quia vnus populus ſunt, quaſi de vno corpore.
h *Diluculo veniebant ad eum &c. Caſſ.* Sedulò vel ante lucem: Vnde vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. Pius in luce, impius ante lucem rogat. Quærebant, reuertebantur, veniebant. *Aug.* Hæc omnia, propter temporalia bona acquirenda, & vitanda mala: & ita non Deus, ſed illa colebantur.
i *Nec fideles habiti ſunt in teſtamento &c. Caſſiod.* Qui verè credit, opera facit. vnde fides dicitur quòd fiant dicta: vnde dicit: Nec fideles in præceptis.
K *Ipſe autem eſt miſericors & propitius fiet &c. Auguſt.* Hic mali impunitatem ſibi promittunt, ſed miſericordia eſt etiam malis, verùm ante iudiciū, quia
*Matt.5.f* facit ſolem oriri ſuper bonos & ma- F los. Sic & illi genti pepercit, ne penitus eradicaret, ſed manet in ſucceſſione poſterorum, ſicut Cain ſigno
*Gen.4.c* accepto, ne quis eum occideret.
l *Peccatis eorum &c.* Populi. *Aug.* qui idem eſt in ſucceſſione filiorum, vt & poſt abſtulit eos de Aegypto, & induxit eos in montem ſanctificationis, cùm non eos niſi in ſucceſſione. Sic & hic cum dicitur: propitius fiet peccatis eorum, intelligimus etiam impletum eſſe quod dicitur ab Apoſtolo. Reliquiæ ſaluæ ſi quæ credēt in Chriſtum, quod hic præuidit cùm ſubdit:
*Rom.9.f* Et non diſper.e. Et abun. & auer. &c. quia.
m *Non omnem iram accendit &c.* i. non puniuit eos quantū digni erant: quia & illud remiſit, ꝙ filium occiderunt.
n *Spiritus vadens & non rediens &cæt.* Ideo per gratiam reuocat, quia per ſe redire non poſſunt. vnde in prouerbijs de
*Prou.2.d* via iniquitatis dicitur: Omnes qui ambulant in ea, non reuertentur, ſcilicet per ſe, ſed per gratiam reuocabuntur.
e *Operuit. Caſ.* Altitudo, & latitudo vineæ hic exponitur. Supna eſt vinea, q̃ & montes ſubliniores, vita & doctrina obũbrat, & magis creſcere facit. Vites quę arbores aſcendunt, arbuſta nominantur, per quę minores in eccleſia accipiuntur. Cedri, non ſuperbi, ſed qui ſunt Dei, martyres ſunt, qui in eccleſia alti ſunt: hos etiam eccleſia in gremio ſuo protegit. Propagines, filios regenerationis qui à flumine Iordane manauerunt, quia ibi cępit regula baptiſmi.

f *Montes. Aug.* Prophetæ quos operit vmbra, quia obſcurè locuti ſunt in figuris, ſed poſt vmbram venit res. Vmbra eſt circunciſio, ſabbathũ & hmõi, quæ & prophetæ locuti ſũt. Vmbra. i. cura, & ſolicitudo de eis opit maiores. Et arbuſta. i. eorũ excrementa ſimiliter operiũt cedros Dei. i. doctores.

g *Cedros Dei. Auguſt.* Quia ſunt cedri euertendę, ſuperbi. ſ. qui ſunt cedri ſeculi, ſed non Dei.

h *Vt quid.* Miratur cur huic tali ſubtracta eſt Dñi defenſio. *Augu.* Vt quid. Quia ſupbia fuit aduerſus plantatorẽ, & ſeruos occidit ad ſe miſſos & tandem filium hæredem, deſtructa eſt maceria, & inuenerunt eam gẽtes deſtructam & deleuerunt. Hoc primò plangit Aſaph, ſed non ſine ſpe, de dirigentibus enim cor iam loquitur.

i *Aper. Augu. Caſ.* Veſpaſianus fortis & ſæuus & contrarius Iudæis, qui hoc animal inter cætera habent immundum.

K *Singul. fer.* Titus q reliquias terribili depaſtione conſumpſit, qui dr̃ ſingularis. i. ſuperbus. Vel pro eodẽ accipit aper, & ferus. ſ. Romanus exercitus. Et vide quibus peccatis laboret, & pereat homo. Singularis. *Aug.* Dicit omnis ſuperbus: Ego ſum, ego ſum, & nemo alius. Aper. *Caſ.* diabolus fortis, & ferox de ſylua, quia cogitationes eius agreſtes, & auiæ ſunt. Sed tu Domine Deus vir. Vel ita continua Ita vaſtata eſt vinea ſed vt reliquiæ ſaluæ ſint. O Deus virtutum con. in finem ſeculi ſup. ſerenus aſpice, commutatis in melius hoc remedium precatur.

a *Et perfice*

Marg.: *Vt ſupra.* — † deriſerũt — † exercitũ regnũ, & infrà — † iuſtitia & infrà — † Exportaſti (Praegnationes) lib. ſententiã vel locum — † radicare feciſti extendiſti — † repleta eſt terra — † Miſiſti, Extendiſti ſummitates ſurculos eius — *Pſal. 71.* — † tranſeũtes — † Deuaſtauit — † fera agri (nomẽ Hebraicũ eſt generale beſtiarũ ſyluestrium) — *Mat. 12. a*

[Psalm text, with interlinear glosses:]

*¶ Non modo contradixerunt. ¶ Quaſi colentes mortuum.*
dictionem vicinis noſtris, & ini-
mici noſtri † ſubſannauerũt nos.
*¶ Vel licet tam à ſimus paſſuri, non tamen ideo minus optamus eum.*
Deus † virtutum conuerte nos, &
*¶ Præſentiam Chriſti.*
† oſtẽde faciẽ tuã, & ſalui erimus.
*¶ In terram promiſſionis.*
Vineam de Ægypto tranſtuliſti,
*¶ De terra promiſſionis. ¶ Amorrhæos, Iebuſæos & alios. ¶ Poſt. ¶ Vt agricola. ¶ Vineam.*
eieciſti gẽtes, & plantaſti eam.
*¶ Vt vinea orbem comprehenderet. ¶ Vel dux itineris in columna nubis & ignis. ¶ Apparens eis viſibilis carne aſſumpta.*
† Dux itineris fuiſti in conſpectu
*¶ Principes eorum. ¶ Prophetas, apoſtolos & martyres.*
eius, & † plantaſti radices eius, &
*¶ Vel ipſius vineę, quę non impleuit terram: ¶ Operuit montes.*
† impleuit terrã. Operuit montes
*¶ Aſcendendo ſ. la vinea operuit. ¶ Omnes ſanctos prophetas & patriarchas. ¶ Et.*
vmbra ei⁹, et arbuſta eius † cedros
*¶ Ab Ieruſalem. ¶ A ſimili. ¶ Filios.*
Dei. † Extẽdit palmites ſuos vſq;
*¶ Quod prope Iudæos, typicè omnium gentium. ¶ Iordanis.*
ad mare, & vſq; ad flumẽ propa
*¶ Ergo. ¶ Inde quid accidit? eieuerſa eſt gens illa. Et hoc eſt deſtruxiſti.*
gines eius. Vt quid deſtruxiſti
*¶ Caſ. munitionem, quę de ſolis lapidibus fit circa vineam. ¶ Spoliant.*
maceriam eius, & vindemiant eã
*¶ Gentes, quæ idola colunt. ¶ Caſ. vel iam tranſeuntes ſunt temporaliter dominantes. ¶ Legem vel Chriſtum.*
omnes † qui prętergrediũtur viam,
*¶ Extra terminos. ¶ Veniens. ¶ Gentibus.*
† Exterminauit eã aper de ſylua,
*¶ Ita deſt per quẽ exter. auit.*
& † ſingularis ferus depaſtus eſt

a Et inimici &c. *Sicut dicitur Nehe. iiij. Factũ eſt autem cum audiſſet Sanaballath, quòd ædificaremus murum, iratus eſt valde, & motus nimis ſubſannauit Iudæos &c.* C

b Deus virtutum. *exponatur ſicut prius, quia repetitio eſt eiuſdẽ, ſicut frequenter fit in orationibus.*

c Vineam. *hic cõſequenter deſcribit̃ pceſſus eccleſiæ ante Chriſti aduentũ, quæ proprio nomine dicitur ſynagoga: & primò deſcribitur proceſſus in proſperitate, ibi: Vt quid deſtruxiſti. Circa primum dicit: Vineam. i. populum Iſrael Dei cultorem. Eſa. Vinea Domini exercituum domus Iſrael eſt.*

d De Ægypto &c. *educendo populum illum mirabiliter de Aegyp. quæ erat terra idololatriæ dedita, ſicut agricola tranſplantat vineam de terra mala in bonam.*

e Eieciſti gen. *De terra promiſſionis, vt habetur in lib. Ioſue, cuius victoriæ cõtra reges Chanaã fuerũt magis virtute diuina, quã humana.*

f Et plan. eam. *dando populo Iſrael in terra promiſſionis quietẽ, ſcd̃m q̃d dr̃ in Ioſue. Cepit go Ioſue oẽm terram, ſicut locutus eſt Dñs ad Moyſen, & tradidit eam in poſſeſſionem filijs Iſrael ſecundũ partes, & tribus ſuas, quieuitq; terra à prælijs.*

g Dux iti. fuiſti. *in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem, vt dux eſſes itineris vtroque tempore.*

h Et plan. ra. *i. ſanctos patres, vt Ioſue, & cõſimiles, q in cultu, et fide Dei erant radicati.*

i Et imple. ter. *per multiplicationem prolis.*

K Operuit mon. &c. *p adeptionẽ honoris et dignitatis: q̃d maximè fuit tẽpore Dauid et Salomonis, & aliorum regum bonorum.*

m Extendit pal. &c. *ſ. mediterraneum.*

n Et vſq; ad flu. *ſcilicet Eufratem.*

o Propagi. eius. *Et in hoc denotatur dilatatio poſſeſſionis. quia tota terra intermedia ſubiecta fuit regno Iſrael tempore Salomonis, vt frequenter ſuprà dictum eſt.*

p Vt quid. *Hic conſequenter deſcribitur proceſſus in aduerſitate, cum dr̃: Vt quid deſtruxiſti mac. eius. i. angelorũ cuſtodiã, eò q populus erat conuerſus ad idololatriã, vt patet 3. et 4. Reg. in multis locis. Vel p maceriã intelligitur clauſura Ieruſalẽ quã deſtruxerunt Chaldæi.* D

r Et vindemiant eam oẽs &c. *quia reges Syriæ & multi alij ante deſtructionem ciuitatis p Nabuchodonoſor & poſt fuerunt eis moleſti bona eorum rapientes et populum occidẽtes, vt patet 3. & 4. Reg. & in li. Eſdræ, & Nehemiæ, & j. & ij. Machab.*

s Exterminauit eam aper. *ideſt Nabuchodonoſor, qui ſic nominatur, eò quòd diu habitauit inter feras.*

t Et ſingularis &c. *Iſte fuit Antiochus rex, qui fuit valde ſingularis in ſuperbia, quaſi haberet terram ad nauigandũ, & mare ad ambulãdum, pp mentis elationẽ. Fuit ẽt valde ferus per tormenta inhumana & exquiſita inducens populum Iſrael ad tranſgreſſionem legis. In Hebræo habetur. Et commotio agri depaſta eſt eam. per commotionem intelliguntur omnes beſtiæ, quæ communiter mouentur per agrum ad depaſcen-* ¶ *dum ipſum.*

## NICO. DE LYRA.

¶ *quam redierant de licentia Cyri, fuerunt eis multum moleſti, vt patet j. Eſdræ & Nehe. quaſi per totum.*

Marg.: *1. Eſdræ, & 2. Nehem. per totum*

Et inimici

## MORALITER.

✱ b *Deus vir. &c.* ſcilicet de luctu ad gaudium per depreſſionem inimicorum tuorum.

c *Viae. &c.* Hic ponit̃ rõ ad p̃dicta, quilibet. n. diligit & defendit opa ſua, pp q̃d p̃ponit̃, quòd eccleſia ſit opus Dei, cũ dr̃: Vinea de Ægy. i. eccleſiã tuã de infidelitate gentiũ ad fidem. Ideo ſubditur.

e *Eieciſti gen.* ſcilicet de ſua infidelitate, cùm dicitur: Verte impios & non erunt, ſcilicet impii ſicut ante.

f *Et plan. eam.* per apoſtolorum prædicationem.

g *Dux iti. fui.* ſicut dicit Mar. Illi aũt profecti p̃dicauerunt ubique Dño cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

K *Operuit mon. &c.* conuertendo mundi principes.

l *Et arbuſta eius cedros Dei.* cõuertendo maximos ſapientes. ſ. Dionyſium, Ambroſiũ, Auguſtinum, & alios plures. Sed quoniã ex credentibus multi declinauerunt à fide & moribus, ſubditur,

p *Vt quid deſtruxiſti.* ideſt deſtrui permiſiſti.

q *Maceriam eius.* i. clauſuram, virtutum.

r *Vindemiant eam omnes &c.* i. maligni ſpiritus, qui diſcurrunt ad deſtruendum fructus eccleſiæ.

s *Extermi. eam &c.* i. porcus ſylueſtris, qui eſt animal immundum, propter quod ſignat dęmonem tentantem de luxuria.

t *Et ſingularis ferus dep.* ideſt dęmon tentans de ſuperbia, propter quod petitur diuinum auxilium, cum dicitur,

✱ *Deus vir-*



a *Et perfice eam. Aug.* Non aliam inſtitue, ſed hanc perfice. In
A hac enim eſt ſemen Abrahæ: ibi eſt radix, quæ portat oleaſtrum. Perfice, quia cæcitas ex parte cõtingit in Iſrael, vt plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.

b *Super filium hominis. Caſſ.* Super te fundatam, & ſuper filium hominis. Hic apertè Chriſtus oſtenditur, qui de Maria natus. Confirmaſti, cum dixit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene mihi complacui, ipſum audite: in quo confirmatus eſt Chriſtus apud homines.

c *Incẽ. &c. Aug.* Incẽſa mala q̃ igne cupiditatis fiũt. Suffoſſa, occulta dũ aliis paratur inſidioſè fouea. Peribunt, dũ dicetur: Ite in ig. ęter. Vt hæc oĩa impleantur. Fiat manus tua. i. operatio ad effectum promiſſa ducat. Incenſa. i. peccata. Sed incenſa ſunt, quæ facit amens cupiditas. Suffoſſa, quæ timor malè iacens: Et hæc ſunt omnia peccata, quia omnia fiunt propter cupiditatem, vel timorem, quæ nõ capit cupiditas, vincit timor. Sic econtra amor Dei & timor eius ducit ad omne bonũ, amas vt bene tibi ſit: times ne malè tibi ſit hoc age in Deo, non in ſeculo. Vterq; amor incendit, vterque timor humiliat. De bono dicit̃, fodiam circa illam, & mittam ſtercora. Foſſa, ſignificat piam humilitatẽ timentis. Stercora, vtiles ſordes pœnitentis. De igne autem boni amoris dicitur: Ignem veni mittere in terrã, & quid volo, niſi vt ardeat?

d *Fiat manus tua. Caſſ.* Grande ſacramẽtum, & munus Dei, quia tãdiu ſalus Iſrael dubitari potuit, donec Chriſtus venit: ſed tunc completa eſt promiſſio, nec vltrà diſcedit ab eo eccleſia ſponſo coniuncta. Dicit ergo: Fiat manus, operationem ſanctæ incarnationis precatur.

e *Non diſcedimus à te. Caſſ.* Vltra, cum filium hominis. Viui-
B ficabis: hæc eſt vtilitas ab eo.

f *Domine Deus. Caſſ.* Magna ſuauitas huius verſiculi, in quo regulam totius religionis exponit. Primò enim Deus nos cõuertit, & tunc nõ ante faciem oſtendit. i. lumine pietatis nos inſpicit. poſt q nos tandem ſaluat. Hunc ergo propheta iterat, quia per ipſum quiſq; breuiter quod expedit, implorat.

[Psalm text, with interlinear glosses:]

*¶ Sed quo fructu hoc paſſi ſumus? vt ſic ſanemur, & conuertamur. Et hoc dicit orando. ¶ Ab ira.*
eam. Deus † virtutũ conuertere, ✱
*¶ Miſericordia. ¶ Cœlorum. ¶ Faciam cognoſcere te, vel peccata ſua. ¶ Infirmam ſana.*
reſpice de cœlo: & vide, & uiſita vi-
neam iſtam. Et † perfice eam quam
*¶ Inchoauit. ¶ Propitiatio tua. ¶ Sed vbi perficit? ¶ Perfice. ¶ Qui ſolus eſt fundamentum.*
plãtauit dextera tua, & ſuper † filiũ
hominis quem † confirmaſti tibi.
*¶ Et ſic erit quia. ¶ Incendit amor, vterque bonus ſcilicet & malus.*
Incenſa igni & † ſuffoſſa, ab increpa-
*¶ Facies quæ delet peccata. ¶ Filij tui. ¶ Iam ante.*
tione † vultus tui peribunt. Fiat
*¶ Operatio tua ad effectum promiſſa perducat. ¶ Quaſi quandiu mali erimus? Oſtende te miſericordia tua, fac bene cum vinea tua. demonſtrata facie tua i. verbo tuo vi dext. tuæ. i. filium Virginis.*
manus tua ſuper virum dexteræ tuę,
& ſuper filium hominis quem con-
*¶ Aug. Quaſi quando increpas & accuſas tuos. Fiat manus, hoc fac. Et non diſ.*
firmaſti tibi. Et non diſcedimus à
*¶ Vere. non terrena amemus, in quo prius mortui.*
te: viuificabis nos, & nomen tuum
*¶ Id eſt te diligemus, tu eris nobis totum. ¶ Quod ſit ſic. ¶ In quo cœpi in eo finiam.*
inuocabimus. Domine Deus vir-
tutum conuerte nos, ✱ oſtende fa-
ciem tuam, & ſalui erimus.

*malis, & ſtuderẽt bonis, magis ducti amore boni quod eſt proprium perfectorum, quàm timore mali pęnę, quod eſt perfectorum: vnde dicit Poeta: Oderunt peccare mali formidine pœnę: Oderunt peccare boni virtutis amore. Ceremonialia vero, quę tantùm figuralia erant, adimpleuit in ſua incarnatione & paſſione, cuius erant figuræ & ſacramenta efficaciora inſtituit. quæ conferunt gratiam & introducunt ad gloriam, quod non poterant facere ſacramenta veteris legis, propter quod dicuntur egena & infirma.* C

f Et ſuper filium hominis. *Reſumatur li reſpice. ſ. ſuper Chriſtũ hominem, qui in euãgelio vocatur filius hominis. i. virginis: quia hoc nomẽ homo, eſt generis communis, alij autem ſunt filij hominum. ſ. viri & mulieris.*

g Quem confirmaſti tibi. *i. immobiliter aſſumpſiſti: quia quod ſemel aſſumpſit, nunquã dimiſit, ut dicit Dama. vnde & in triduo mortis Chriſti, anima exiſtens in limbo, et corpus in ſepulchro fuerunt coniuncta verbo.*

h Incenſa igni & ſuffoſſa. *Per hoc intelliguntur ſacerdotes Iudęorum, qui in vltionem mortis Chriſti à Romanis fuerunt obſeſſi, & tandem in incendio templi aliqui eorum fuerunt mortui, & alij fugerunt ad ſubterranea loca, vbi fuerunt capti, & interfecti. ideo ſubditur:*

i Ab increpatione. *Quia ex rigore diuinæ iuſtitiæ quę hic increpatio dicitur, in vltionem mortis Chriſti perierunt.*

K Fiat manus tua. *Vir iſte eſt Chriſtus homo ad dexteram Dei patris aſſumptus. Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. Super virum iſtum poſt eius aſcenſionem facta eſt ſpecialiter manus diuinę virtutis declarando eius gloriam, & deitatem per miracula facta ab Apoſtolis, alijsq; diſcipulis in nomine Chriſti.*

l Et filium hominis. *Et accipitur hic &, pro id eſt, vt illud quod ſubditur, ſuper filium hominis ſit expoſitiuum illius quod pręmittitur: ſuper virum dexterę tuæ, vt per hoc homo Chriſtus intelligatur, de quo ſuprà dixerat. Super filium hominis &c.*

m Et non diſcedimus à te. *Per auerſionem à fide: vnde dicit Apoſtolus: Quis nos ſeparabit à charitate quæ eſt in Chriſto Ieſu? tribulatio? fames? nuditas? aut gladius? &c. Quaſi diceret, non, ſicut litera ſequens oſtendit.* Viuificabis nos. *Vita gratię in pręſenti, & glorię in futuro.* D

o Et nomen tuum inuocabimus. *Temporaliter in præſenti, & æternaliter in futuro, ſecundùm illud Pſal. Beati, qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.*

p Do. Deus vir. conuer. &c. *Nos ad te perfectè diligendum.*

q Oſtende faciem tuam. *Per apertam viſionem.*

r Et ſalui erimus. *Quia in clara viſione, & perfecta fruitione conſiſtit ęterna ſalus.*

Marg.: *Hora. lib. 1. Epiſt.* — *Gal. 4. a* — *Mar. 16. d* — *Rom. 8. g* — *Pſal. 83. a*

## NICOL. DE LYRA.

¶ *dum ipſum: propter quod Hier. tranſtulit: Et omnes beſtiæ agri depaſtæ ſunt eam, per quod poteſt intelligi multitudo diuerſarum gentiũ, quæ erant in exercitu Antiochi, & aliorum regum Iudæam deuaſtantium.*

a Deus virtutũ. *Hic conſequenter deſcribitur ſtatus eccleſiæ perfectus poſt aduentum Chriſti, quam perfectionem petit Aſaph deuotè, dicens:* Deus virtutum conuertere. *Per condeſcenſionem bonitatis tuæ.*

b Reſpice de cœlo, & vide. *Oculo tuæ clementiæ.*

c Et viſita. *In propria perſona.*

d Vineam iſtam. *Quod factum eſt in benedicta ſua incarnatione, in qua viſitauit nos oriens ex alto.*

e Et perfice eam. *Status enim vet. teſt. fuit imperfectus, ſecundũ quod habetur ad Heb. Nihil ad perfectum adduxit lex. Sed hæc perfectio reſeruabatur Chriſto: propter quod dicit. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere: quia moralia præcepta adimpleuit, conſilia ſuper addendo: Iudicialia verò adimpleuit rigorem temperando, vt homines cauerent à malis,*

## MORALITER.

✱ a *Deus virtutum conuertere.* Eccleſiam tuam defendendo, & eam in bonis perficiendo.

f *Et ſuper fil. ho. &c.* i. Chriſti Vicarium, qui caput eſt eccleſię.

h *Incenſa igni & ſuffoſſa.* Id eſt dæmones ignem ſuum portantes, & inferni foſſæ deputati.

i *Ab increp. tua peribunt.* i. ab impugnatione eccleſiæ ceſſabunt.

k *Fiat ma. tua ſuper vi. dext. tuæ.* i. tua protectio ſuper caput eccleſię.

l *Quem confirmaſti tibi.* Id eſt loco tui poſuiſti.

m *Et non diſcedimus à te.* Et quia bonitas prælati multum facit ad bonitatem populi. ideo ſubditur:

n *Viuificabis nos.* Vita gratiæ. Reſiduum patet ex dictis.

*In pſal. 79. Qui Regis Iſrael, vbi dicitur in poſtilla: Manifeſtare coram Ephraim & Beniamin.*

### ADDITIO PRIMA.

¶ Quidam expoſitores Hebræorum aliter aſſignant cauſam nominationis harum tribuum. ſ. Ephraim, Beniamin, & Manaſſe, dicẽtes, q quando Iacob benedicebat filiis ſuis, in benedictione Ioſeph dixit iſta verba. Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. Ex quibus verbis dicunt, quod ſumitur exordium huius pſal. cum dicit: Qui regis Iſrael, quod in Hebræo in hoc loco propriè ſonat. Quis eſt paſtor, ſeu rector Iſrael? & ideo ſubiungit pſal. Qui deducis velut ouem Ioſeph. ſ. filium illum, in cuius benedictione Deus fuit nominatus paſtor, ſeu rector Iſrael. Et quia Pſalmiſta nominauerat in hoc loco Ioſeph ratione prædicta, vlterius nominat duos filios Ioſeph, ſcilicet Ephraim & Manaſſe. Nominauit etiam Beniamin cum iſtis duobus duplici de cauſa: Prima eò q dixerat: Qui ſedes ſuper cherubin manifeſtare: Arca enim teſtamenti vbi erant cherubin, primò fuit in ſorte Ioſeph: quia in Silo: ſecundò in ſorte Beniamin. ſ. in Ieruſalem, & ideo nominauit Beniamin cum aliis. Item quia Ioſeph & Beniamin ambo erant filij Rachel, quæ quidem fuit vxor Iacob, prima in intentione, licet ſecunda in executione, vt patet in Gen. & ideo ſimul nominat omnes tribus ab ea deſcendentes, &c.

Marg.: *Gen. 49. c* — *Gen. 29. e*

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtilla: Deus virtutum.*

### ADDITIO II.

¶ Secundum Aug. iſte verſus. ſ. Deus virtutum conuerte nos, ſummam totius continet religionis, vnde trina repetitione commendatur. Hæc ille. Sed attendendum eſt, q trina repetitio huius verſus non debet à myſterio vacare: per quod dici poteſt, quod facies Dei quæ eſt Chriſtus, vt ad Cor. Tripliciter nobis oſtẽditur ad ſalutem: Primò in ſtatu viæ per fidem, quæ eſt oſtenſio ænigmatica, ſecundò in patria per apertam & claram viſionem quæ dicitur eſſe facie ad faciem. unde ad Cor. Videmus nunc per ſpeculum & in ęnigmate, tunc autem facie ad faciem. Tertiò in ſtatu reſurrectionis glorioſę, in quo nobis oſtendetur Chriſtus non ſolùm quò ad mentem, ſed etiam quò ad corpora, cùm oculi corporales glorioſi Chriſtum in

Marg.: *1. Cor. 13. d* — *1. Cor. 13. d*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E gloria reſpiciens, de quo poteſt intelligi illud Eſa. Oculo ad oculum videbant, cùm conuerteret dominus Sion, in quibus oſtentionibus triplici modo conuertimur ad Deum, in primo per fidem iuſtifican tem, in ſecundo per viſionem beatificantem, in tertio per gloriam conſummantem: vnde media ter repetit pſal. Domine Deus conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

*In eodem pſalmo vbi dicitur in poſtilla. In Hebręo habetur: Et commotio agri depaſta eſt eam.*

ADDITIO III.

¶ In Hebræo non habetur in hoc loco dictio, ſignificans commotionem, ſed eſt ibi dictio quæ ſecundum quoſdam eſt nomen ſpeciei cuiuſdam auis nobis ignotæ, & ſimilis dictio ponitur ſuprà in pſalmo 49. vbi tranſlatio noſtra habet: Et pulchritudo agri mecum eſt. Quæ quidem auis dicitur eſſe inter volatilia, ſicut Leuiathan inter piſces.

*In eodem pſalmo 79. vbi dicitur in poſtilla: Ceremonialia quæ tantùm figuralia erant.*

ADDITIO IIII.

¶ Ceremonialia veteris teſtamenti non erant tantùm figuralia: habebant enim duplicem rationem. ſ. literalem, quæ ad cultum Dei pro illo tempore ordinabatur, & figuralem quæ ordinabatur ad figurandum Chriſtum, & eius myſteria, prout largius habetur prima ſecundæ q. 102. artic. 2. arguendo in oppoſitum: nihilominus tamen veniente Chriſto ceſſabāt ceremonialia, & omnes rationes eorum: vt habetur in eadem parte. q. 103. artic. 3. in cor. q.

REPLICA.

IN pſalmo 89. Qui regis Iſrael intende &c. Burgen. notat poſtilla. quia dixit: Ceremonialia tantum fore figuralia, volens Burgen. ſecundum intentionem ſancti Tho. quod etiam ſint literalia. Ad hæc concordandum dico, quòd poſtil. loquitur ſecundum principalem intentionem inſtituentis qualis non eſt literalis. Ratio enim legalium ſpecialiter ceremonialium duplex eſt, opus & exercitium, ſcilicet opus operans, & opus operatum. Primum reſpicit principalem intentionē inſtituentis, quia ad hoc primò reſpicit, ideo reſpexit Deus ad Abel, & conſequenter ad munera eius. Ad ſecundum ſ. opus operatum ſola occaſione Deus reſpexit, immo ſecundum ſe, & propriam rationem literalem deſpexit, quia huiuſmodi facta ſunt ei moleſta, immo odita, vide cap. 1. Eſa. hæc eſt ſententia beati Auguſt. 1. & 2. Retractationum, & magiſtri in principio. 4. & communiter omnium catholicorum doctorum: vnde de ſolo opere operante habente reſpectum ad inſtituentem, dixit poſtillat. ad occaſionale quod reſpicit literam occidentem, & ad opus operatum direxit Burgen. ſuum reſpectum, adhuc vt apparet Iudaizans.

GLO. ORDIN.

a *Pro torcularibus. Aug.* In quibus tria, preſſura, & de ea duo, oleum, & amurca, quorum vnum reconditur, aliud proiicitur. Similiter, vinum & acinum, ſic in eccleſia. Si ergo ſunt preſſuræ, quas quæruntur blaſphemi abundare temporibus Chriſtianis, ne turberis: eſto oleum, non amurca, quæ proiicitur. Hic nāque diſcernitur, quod ſimul illic pendebat in arbore. Preſſura ergo diſcernente renatis ex aqua cantatur pſal. Aſaph. i. dominicæ congregationi.

b *Quinta ſabbathi.* Quo die Deus animalia piſces & aues creauit ex aquis. Loquitur ergo pſal. baptizatis, ex quibus alij oleum, vinum, aues. i. ſpirituales: alij amurca, acinum piſces.

c *Aſaph. Aug.* Quia ſecundum hiſtoriam Iudæis, ſpiritualiter Chriſtianis loquitur. *Aug.* Primò dicit quid agendū electis qui ſunt, oleum, vinū, aues.

GLOS. ORDINARIA. PSAL. LXXX.

d EXultate Deo. Aſaph propoſita ſibi imagine cuiuſdam ſolennitatis electos ad celebritatem incitat, dicens:

e *Deo Iac.* Fictitius Deus, deluſor eſt.

f *Sumite pſalmum. Aug.* Verba Dei & humani actus cōueniāt in vnam ſocietatem: hæc enim eſt pax Ieruſalem: hæc eſt ratio dati & accepti. vnde Apoſtolus: Si ſpiritualia ſeminauimus vobis, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus?

g *Buccinate &c.* Hucuſque ad partitionem, vel ad literam, ſimpliciter de Iudæis accipiēda ſunt, vel allegoricè de Chriſtianis. *Aug.* Buccinate, & annunciate aliis innouationem veſtri In neomenia: vel. in initio menſis, à prima die ſeptimi menſis iuſſum erat, vt ſeptem diebus tuba canerent: quia ſeptiformis gratia ſpiritusſancti per quā innouamur, erat prædicāda tuba apertè per opera, vel altis clamoribus. vnde Eſa. Clama, ne ceſſes, vt tuba exalta vocem tuam, &c.

h *In neomenia tuba. Caſſiod.* In initio menſis iuſſi ſunt Iudæi tuba canere, id eſt in initio nouæ lunæ, quæ ſignificat nouam vitam. Neomenia, feſtum nouæ lunæ, quod & feſtum tubarum dicitur, quod celebrabaat in memoriam illius rei, quod Dominus oſtendit Abrahæ arietem inter vepres hærentem, quem pro Iſaac immolauit.

a ¶Dirigens. ¶Chriſtum. b ¶Id eſt eccleſiis, quibus eſt preſſura tribulationum.

† In finem † pro torcularibus quin

a ¶Habitus. ¶ Loquens de baptizatis aqua baptiſmi, quod figuratum eſt per opus quintæ ſabbathi.

ta ſabbati pſalmus Aſaph LXXX.

a ¶ Oues, vinum, oleum, id eſt ò congregatio Dei, cui fit hic pſalmus. b ¶ Alij exultant deceptori ſuo mundo.

EXultate Deo † adiutori noſtro, iubilate Deo Iacob.

a ¶ Gaudete quod non poteſtis explicare. b ¶ Quia vos verè eſtis Iacob. minori ſeruit maior.

a ¶ Spiritualia accipite: carnalia date. b ¶ Donum eccleſiæ, quod à Deo.

† Sumite pſalmum, & date tympanum, † pſalterium iucundum cum

a ¶ Carnale, quod à vobis. i. in veſtris ſacculis habetis. b ¶ Qui expectat cœleſtia, non ſit piger ad operāda terrena: prædicationi verbi Dei corporalibus reſpondentibus operibus. ¶ Quod hic ponitur pro pſalmo.

cithara, † Buccinate in neomenia

a ¶ Pro tympano. b ¶ Ne terreamini, ſed clarius & fidentius prædicate nouam vitam.

quendo: quod incipiebat prima die ſeptembris, quę apud Hebręos eſt in nouilunio propinquiori ęquinoctio autumnali, ſiue ſit ante ęquinoctium, ſiue poſt, ſiue in ipſo ęquinoctio: illo autem tempore communiter cōpletę ſunt vindemię in terra promiſſionis, quę calida eſt, et ideo de vino tūc expreſſo de torcularibus fiebant libamina ſacrificiorum in tēplo, propter quod pſal. iſte intitulatur à torcularibus, ſeu torculari. Item quia Leuitę cantabant pſal. non ſolùm vocibus humanis, ſed etiam muſicis inſtrumentis vt frequenter dictum eſt: & cantus huius pſal. magis propriè cantabatur inſtrumento muſico, quod Hebraicè vocatur gitith: propter hoc etiam iſte pſal. intitulatur baggittith, prout eſt nomen inſtrumenti muſici, & ſic accipitur in hoc tit. in ſignificatione duplici. His premiſſis ſciendum, quòd vna de cauſis quibus pſal. iſte cantabatur in feſto tubarum, erat pro gratiarum actione de fructibus anni collectis: quorum collectio tunc erat completa, vt dictum eſt. Et ideo pſal. iſte diuiditur in duas partes, quia primò inducitur populus ad gratitudinem erga Deum. ſecundò oſtenditur eius ingratitudo per oppoſitum, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. ſecunda ibi: In tribulatione. Prima in duas, quia primò populus ad Dei laudem incitatur. ſecundò ad hoc ratio adducitur, ibi: Quia precęptum. Circa primùm dicitur:

a Exultate. *Deuotione.*

b Deo adiutori noſtro. *In omnibus periculis & negocijs.*

c Iubilate. *Ore vocis, ſecundum illud: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.*

e Deo Iacob. *Dicitur autem Deus Iacob, eò quòd votum fecit ei de cultu ſpeciali, in Gen. Si Deus fuerit mecum &c. Sequitur: erit mihi Dominus in Deum, & lapis iſte quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei &c.*

f Sumite pſalmum. *Ad decantandum non ſolum vocibus, ſed etiam inſtrumentis muſicalibus. ideo ſubditur:*

g Et date tympanum. *Non exprimit hic inſtrumentum gittith, quamuis ſit magis proprium cantui huius pſal. quàm alia: quia principalem mentionē fecerat de ipſo in tit. pſal. Secundum enim Heb. tituli fuerunt appoſiti in principijs pſalmorum ab autoribus ipſorum.*

h Buccinate in neomenia tu. *i. nouilunio: & dicitur à νέος neos Grecè,* ¶ *quod eſt*

NIC. DE LY. PSAL. LXXX.

EXultate Deo. *Huic pſalmo premittitur talis titulus in Hebręo. Ad victoriam ſuper הגתית baggittith Aſaph. Ad cuius intellectum ſciendum, quod prima ſyllaba huius dictionis baggittith non eſt de ſubſtantia vocabuli, ſed eſt articulare accuſatiui caſus, ſicut dicitur in Latino, ò magiſter, li ò, non eſt de ſubſtantia dictionis, ſed eſt articulare vocatiui caſus: Gitith autem in Heb. habet duplicē ſignificationem, quia ſignificat inſtrumentum muſicum ſic nominatum, eò quod repertum fuit in ciuitate Geth, vt dicit Ra. Sa. Significat etiam torcular, & hoc modo tranſtulit Hieron. qui ponit talem tit. Victori in torcularibus Aſaph: Ita quod ſecundum eum ibi accipitur ſingulare pro plurali, ſ. torcular pro torcularibus, ſicut frequenter fit in ſcriptura, & econuerſo. Poteſt autem conuenienter dici, quòd gittith hic accipitur in vtraque ſignificatione. Ad cuius intellectum ſciendum, quod pſalm. iſte ſpecialiter erat decantandus in feſto tubarum, vt magis videbitur proſequendo:*

MORALITER.

✱ a *Exultate Deo.* Hunc pſal. fecit Aſaph ad decantandum per Leuitas in principio menſis ſeptimi, cui apud nos correſpondet ſeptēber pro gratiarum actione ex fructuum collectione. Fructus autem bonorum operū eſt beatitudo. Sap. Bonorū laborum glorioſus eſt fructus. Qui fructus colligitur poſt hanc vitā in re, ſed in pręſenti quodammodo colligitur in ſpe, quoniam ex deguſtatione bonorum cęleſtium ſentitur aliqua dulcedo cœleſtis patriæ, & talibus dicitur:

a *Exultate Deo.* Menus deuotione.

c *Adiutori noſtro.* In omni boni promotione.

d *Iubilate Deo Iacob.* Licet enim ſit Deus omnium per creationem, tamen Deus eſt ſupplantantium vitia per cultum ſpecialem.

f *Sumite pſal. & c. date tymp. & c.* Per hæc inſtrumenta muſicalia ſignificantur varij motus anni per deuotionem in Deum.

h *Buccinate in neomenia.* i. laudate Deum in renouatione mentis per gratiam: neomenia nanque dicitur à νέος neos quod eſt nouum.

✱ a *In inſigni*



a *Quia pręceptum in Iſrael eſt. Caſſ.* Ideo tuba canendum, quia lex data eſt Iudæis per Moyſen, & quia iudex futurus eſt.

b *In Ioſeph poſuit illud. Aug.* Gētes, ſunt Ioſeph: quia multi filij deſertæ magis quam eius quæ habet virum. Cum exiret: Ecce quinta ſabbathi, de quo in titulo. Cum populus multiplicatus exit de terra Ægypti de tenebris ignorantiæ, per baptiſmum, audit, & percipit myſteria, quæ non nouerat, vbi debebat habere cor.

c *Ab oneribus. Aug.* Quibus oneribus? manus in cophino. i. ſeruili opere. Peccata, ſeruilia opera ſunt, iuxta illud: Qui facit peccatū, ſeruus eſt peccati.

d *In cophino ſeruierunt. Aug.* In immunditiis peccatorū, in terrenis operibus, & lutoſis.

e *In tribulatione &c. Caſſ.* Si propheta: Diuertit Dominus, dicens: In tribulatione, imputātur eis beneficia Dei, vt grauior ęſtimetur offenſa.

f *Exaudiui te in abſcondito. Aug.* Vt corde credas ad iuſtitiam. Probaui, vt ore fiat confeſſio ad ſalutem.

g *Tempeſtatis. Aug.* Non in tempeſtate maris, ſed cordis: vbi exauditus debet probari, in aqua contradictionis: iam enim gradiens viam Dei, habet multis modis obſiſtentes. Hæc eſt aqua contradictionis quam ſenſerunt antiqui, ſed iam penè ſiccata eſt: tunc enim aquæ populorum turbabātur, & acriter reſiſtebant. Tunc Samſoni forti viro. i. Chriſto, ducere eunti vxorem de alienigenis. i. eccleſiam de gētibus, occurrit leo fremens. i. populus gentium, ſed diſſipauit eum, vt hædum caprarum, & quia populus iſte fremēs nihil erat niſi languidus peccator. Occiſa autem in eo illa feritate iam non ſic fremit, immo iam in ipſo inuenimus leges pro eccleſia, quaſi fauum in ore leonis.

h *Aqua contradictionis. Aug.* Chriſtus fuit etiam in ſeipſo, vt de eo nato dictum eſt: Erit hic in ruinam, & reſurrectionem multorum in ſignum cui contradicetur, vt Iudæi contradixerunt titulo crucis.

a *Audi*

a ¶Exponendo quaſi ſubdit. b ¶Scilicet. ¶Vbi. eſt veritatis cognitio. & a malis feriatio.

tuba, in † inſigni die ſolennitatis † veſtræ. Quia † præceptum † in

a ¶Hoc ideo. b ¶A Deo. ¶Aug. Vbi præceptum ibi iudicium, quia, qui in lége peccauit, per legem iudicabitur.

a ¶Iudæis. b ¶Quia etiam iudex futurus eſt, qui hoc præcipit.

Iſrael eſt, & iudicium Deo Iacob.

a ¶Futuræ rei. b Argumentatis gentibus. ¶Gentibus etiam præcepit.

Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud, cum exiret † de terra Aegypti:

a ¶Præceptum, vel ſine illud. b ¶Quando. c ¶ De tenebris ignorantiæ.

a ¶Præcepta euangelij quæ prius nō nouerunt. Vel hic ſignificat, quod Apoſtoli varijs linguis locuti ſunt.

linguam quam non † nouerat, audiuit. † Diuertit ab oneribus dorſum eius, manus eius † in cophino

a ¶Et dominus. Quid ex hoc audiuit ſibi? Vel Fuit ne exeundum? Fuit vtique, quia diuertit.
b ¶Sarcina peccatorum quæ & in perſequentes Aegyptios notata ſunt. Vnde: Venite ad me omnes qui onerati eſtis &c. c ¶ Rationem.

a ¶Quo terram portabat lateres faciens.

a ¶Sed. ¶Quæ erat preſſo peccatis.

ſeruierunt. In tribulatione inuocaſti me, & † liberaui te, & exaudiui te in abſcondito † tempeſtatis: probaui te † apud aquam con-

a ¶Abſcondito tempeſtatis ad literam, quando nec apertè audebant gemere metu Aegyptiorum, cum affligerentur operibus lucis. ¶Typice, vbi bellum ſuggeſtionis pateris.

a ¶ Ita probat nos Deus contradictionibus hæreticorum. b ¶Populum contradicentem.

*prępoſitus ſuper Aegyptum, et tunc iuit ad videndum terram Aegypti, & ad prouidendum de conſeruatione frumenti, ſecundum quod dicitur in Gen. Egreſſus eſt itaque ad terram Aegypti &c.* Gen. 41 f

f Linguam quam non nouerat, audiuit. *Dicit Ra. Sa. q. hic accipitur lingua pro idiomate, ſicut frequenter accipitur in ſcriptura, & etiam in modo communi loquendi. Dicit ergo, quòd Gabriel docuit Ioſeph. lxx. idiomata, quę ante non nouerat, ſed tantum Hebraicum.*

g Di. ab one. dor. *quia liberatus fuit à ſeruitute principis militię, q ipſū emerat in ſeruū.* Gen. 39 a

h Manus eius in co. ſer. *Sicut modus eſt miniſtrantium in domibus principum. Quod autem dictum eſt in hac expoſitione, Gabrielem omnia idiomata Ioſeph docuiſſe, falſum eſt: quia ad hoc ſe non extendit virtus angeli, vt in inſtanti, vel tempore tam breui hoc faciat, ſed ſolùm ad virtutem ſpiritusſancti, qui donū linguarum dedit Apoſtolis. Pręterea, ſancti & doctores catholici dicunt communiter, quod hoc donum primò datū fuit Apoſtolis, vt poſſent pręedicare fidem catholicā in omni lingua, quę ratio non habuit locū in Ioſeph, & ideo aliter exponitur hęc ſcriptura ab illo loco. Teſtimonium in Ioſeph &c. i. in populo Iſrael nominato nomine Ioſeph, quia populū illum ſaluauit in Aegypto tempore famis, vt dictum eſt in pſal. preced. Cum exiret de terra Aegypti, quia citò poſt exitū de Aegypto dedit Dominus pręceptum de feſto tubarum Moyſi in deſerto: ſed ſicut dictum eſt in Heb. habetur: Super terram Aegypti: & tunc impledum eſt liberè, quia ante retinebatur populus Iſrael in aliquibus ciuitatibus ſub ſeruitute, vnde non poterat exire: ſed primogenitis interfectis habuerunt licētiā exeundi ad aliam terrā Aegypti, & eundi per quam partem vellent. Linguam quam non nouerat, audiuit, quia populus audiuit Deum loquētem, dando x. legis pręcepta. Diuertit ab oneribus dorſum eius, quia populus de ſeruitute Aegyptiaca fuit diuinitus liberatus. In trāſl. Hier. habetur: Amoui ab onere humerum eius: & eſt eadem ſententia, niſi q mutatur modus loquendi de Deo de tertia perſona ad primā, quæ mutatio frequens eſt in prophetis.* Manus eius in co. ſer. *i. inſtrumento facto ad exportandum feces de ciuitatibus, ad quod compellebantur filij Iſrael in Aegypto, prout dictū fuit in Exo. In Heb. & in tranſlat. Hiero. habetur: Manus eius à cophino tranſierunt, vel receſſerunt: & ſic refertur ad tempus, in quo fuerunt à dicta ſeruitute liberati: tranſlatio autem iſta refertur ad tempus quo fuerant in ſeruitute occupati.*

i In tribulatione. *Hic conſequenter deſcribitur ingratitudo populi. & primò quantum ad culpā. ſecundò quantum ad pęnam. ibi, & dimiſi eos. Circa primum dr̄ in perſona Dei primò recolentis ſua beneficia pręſtita.*

i In tribulatione. *Qua fuiſti oppreſſus in Aegypto dura ſeruitute.*

K Inuocaſti me. *Vt te liberarem.*

l Et liberaui te. *In ſignis & prodigijs te educendo.*

m Et exaudiui te in abſcon. temp. *i. quando tempeſtas veniebat ſuper Aegyptios exaudiui te ſaluando quaſi in abſcondito & loco tuto.*

n Pro. te a. aq. cont. *Declarādo tuā ingratitudinē & rebellionē. Nu. 20.*

¶ a Audi

NICOL. DE LYRA.

¶ *quod nouum Latinè. In omnibus enim nouilunijs faciebant feſtū propter beneficium diuinæ gubernationis, eò quod in nouilunio communiter magis apparet tranſmutatio temporis: Sed in nouilunio menſis ſeptimi, cum hoc concurrebat feſtum tubarum, quod erat valde ſolenne apud Iudæos, vt habetur in Leuit. & in Num. ideo ſubditur:*

a In inſigni die ſo. ve. &c. *i. feſti tubarum. In Hebręo habetur. In termino diei feſti veſtri, & eſt eadem ſententia, quia terminus dicti feſti quantùm ad eius incboationē erat prima dies menſis ſeptimi. In tranſla. verò Hieron. ſic habetur: In medio menſe die ſolennitatis veſtræ: Et ad idem poteſt referri, quia prima dies menſis ſeptimi eſt in medio anni, ſecundum quod incipit annus à principio Martij: alio tamen modo incipit à principio Septembris, prout dictum fuit plenius Gen. 7. & Exo. 12. Si autem referatur hoc ad medium menſis ſeptimi, ſic dies ſolennitatis refertur ad quintamdecimam diem eiuſdem menſis, in qua incipiebat ſolennitas tabernaculorum Leuit. 23. & Num. 29.*

b Quia præceptum. *Hic conſequenter ponitur dictæ inductionis ratio, cùm dicitur:* Quia præceptum in Iſrael. *quaſi dicat, bene debetis Deum laudare in dicta ſolennitate, quia Dominus præcepit hoc Iſrael in lege Leuit. 23. & Num. 29. vt prædictum eſt.*

c Et iudicium Deo Iacob. *i. faciet vindictā de pręcepti omiſſione. Ratio verò quare Dominus præcepit illam ſolennitatem tubarum, fuit propter memoriam liberationis Iſaac ab immolatione, vel potius propter memoriam obedientiæ Abrahæ, qui paratus fuit filium immolare, & ipſius Iſaac qui paratus fuit ex eadem obedientia ad Deum immolationem ſuſtinere, ſicut plenius fuit declaratum Gen. 22. Vnde & in feſto prędicto Iudæi clangebāt in cornibus arietum memoriam arietis oblati pro Iſaac.*

d Teſtimonium in Ioſeph. *Dicit Rabi Sal. quòd eodem die poſt renouationem amorum Ioſeph eductus fuit de carcere, & ſic illa dies fuit ſolennis, etiam pro Ioſeph liberatione.*

e Cum exiret de terra Aegypti. *In Hebręo habetur ſuper terrā Aegypti, quod ſecundum iſtam expoſitionem fuit, quando Ioſeph factus fuit prępoſitus*

MORALITER.

✱ a *In inſigni die ſolennitatis veſtrę.* Id eſt quando per probabilem coniecturam percipitis in vobis gratiæ renouationem.

b *Quia pręceptum in Iſrael eſt.* Id eſt in populo Chriſtiano, vt de tali beneficio reddantur grati Deo.

c *Et iudicium Deo Iacob.* Iudicium. ſ. approbationis: nam Deus approbat talem gratitudinem hominis.

d *Teſtimonium in Ioſeph.* Per Ioſeph qui creſcens interpretatur, augmentum in bonis operibus ſignificatur, & hoc eſt quoddam teſtimonium diuinæ gratiæ creſcentis in mente.

e *Cum exiret de terra Aegypti.* Id eſt de tenebris ignorantiæ ad illuminationem ſapientiæ diuinæ.

f *Linguam quam non nouerat, audiuit.* Quia tunc diuinas conſolationes percipit. Oſe. Loquar ad cor eius &c. Oſee 2.e

g *Diuertit ab oneribus dorſum eius.* Quia talis abſoluitur à iugo mundi carnis & diaboli.

i *In tribulatione &c.* Homo ſic à Deo illuminatus, & conſolatus aliquando fortiter impugnatur à dæmone: propter quod debet fortius ſemper orare & feruentius, & ſic Deus eum exaudit. ideo dicit: *In tribulat. &c. exaudiui te &c.* Id eſt in forti impugnatione dæmonum inuiſibilium.

n *Probaui te apud aquam contradictionis.* Non ſolum enim dæmones per ſeipſos iuſtos homines moleſtant, ſed etiam per homines malos, vt eos ab incepto bono retrahant: & hoc vocatur aqua contradictionis. Nam iuſtus probatur, quando per hoc à bono non impeditur, ſed magis per conſtantiam in hoc firmatur: & talibus dicit Deus:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Audi populus meus.Caſſ.* Diapſalma. Hactenus de oleo torculatium, iam de amurca, quod dicitur ad cauendum, hic attinguntur reprobi.

*Vbi ſupra.*

b *Conteſtabor te.Caſſ.* Ipſe dominus iudicij teſtem ſe facit veritatis, tã hic quàm in futuro, vt nullus dubitet. Deinde quid velit eum intelligere ſubdit: Iſrael ſi me audieris, vocãdo eum Iſrael familiarem ſibi ſignificat, & ad iuſtã inuitat. In te in corde tuo, vbi veritas, nõ falſitas debet eſſe. Recẽs, ne verbum patris putetur ſub tempore. Deum alienum, qui nomine non eſſentia. Alienum: Penè par eſt ſcelus recentẽ Deum putare, & idolis ſeruire.

*Sela pſ.3.*

c *Non erit in te Deus. Aug.* Alij faciunt ſibi recentes deos, vel idola, vel Chriſtum imparem patri, & alia huiuſmodi fingunt in corde, & ita ſunt templa ſimulacrorum in omnibus terrena cogitatio, opinio diuerſa, vanitas vna. Ideo Samſon caudas vulpium colligauit, vt incenderet meſſes Philiſthæorum Samſon interpretatur ſol eorum. ſ. quibus ipſe lucet, non omnium, de quo mali dicturi ſunt: Errauimus à via veritatis. & ſol iuſtitię nõ illuxit nobis. Et alibi: Sol iuſtitiæ eſt, & ſanitas in pennis eius. Vulpes ſunt inſidioſi, maximè hæretici, latentes in tortuoſis cauernis decipientes, odore putentes: qui etſi diſſentire ab inuicem videntur in malum tamen. i. in poſterioribus conſentiunt, ſimili vanitate tenentur, & incendunt meſſes non noſtrorum: quia nouit Deus qui ſunt eius, ſed alienigenarũ, quę ſunt vaſa contumeliæ.

*Vbi ſupra. Iudic.15.a Sap.5.a Mala.4.a*

d *Qui eduxi te de terra Aegypti.* Factis propriis indicatur Deus.

e *Et dimiſi eos &c.* Et ſi impleui ora prophetarum, non tamen ab amurca auditi ſunt, vnde digna vltio: quia & dimiſi &c.

F

f *Pro nihilo forſitan &c.Caſſ.* Si Deo reſiſtimus, ipſe non contradicit inimicis noſtris, nec manum defenſionis ſuper eos ponit.

g *Inimici Domini.Aug.* Hæc item prophetia.

h *Mentiti ſunt ei.* Non peragẽtes promiſſa: hoc non pagani: quia nihil promiſerunt.

i *Tempus eorum.* Pęnæ etſi hic floreãt, vel variatio eorum per pœnas.

K *Ex adipe frumenti.Aug.* Ad literam, vel manna, vel corpore Chriſti, vel ſpirituali intellectu.

*† obtemperauit mihi († conſenſit mihi, noluit me) † eum in duritia vel obſtinatione) 2.Timo.2.c † Vtinam populus † plebs mea †Quaſi modicum (penè. i. breui tempore †vertiſſem (vel reduxiſſem) †Odio habentes dominum fruſtrarentur in eo. i. non ſuccederet eis ſecundum conſilium eorũ, & eſſet tẽpus eorum ęternitas. † eum*

a ¶Quia tot feci. ¶Intelligite. b ¶Et hic enim ſitus eſt pertinens ad torcular.

a tradictionis. *Audi populus meus, a

a ¶Vel teſtificabor. ¶Et teſtimonio ſcripturarum probabo.

b & conteſtabor te: Iſrael ſi me audie- b c

a ¶In te non ad te quaſi foris, ſed in corde vbi imago phantaſiatur. b ¶Etſi homo recens tamen Deus eternus eſt Chriſtus. ¶Aug. Si non cogitas falſum Deum, nec adorabis fabricatum: Nec debes, quia Ego ſum qui ſum.

c ris, non erit in te Deus † recens, neq; d e

a ¶Non alienus.

adorabis deum alienum. Ego enim f

a ¶Etſi homo. b ¶Qui tibi hoc temporaliter preſtiti. c ¶Scilicet. d ¶Per hoc non recens. ¶Per baptiſmum.

d ſum Dominus Deus tuus, qui edu- g

a ¶Hiſtorialiter: vel, Allegoricè de tenebris ignorantia. b ¶Deſiderio. ¶Confitendo, amando: frange idolum cordis, quod te anguſtat.

xi te de terra Aegypti: dilata os tuũ, h

a ¶Quia apud me fons vitæ & intellectus. b ¶Sic monui: Et non au.

& implebo illud. Et † non audi- i k

a ¶Cui legem dedi & magna feci, vt culpa creſceret.

uit populus meus vocem meam,

a ¶Ecce quis, cuius vocem. b ¶Ingratus de tot beneficiis, nec me audire voluit. c ¶Ecce currit amurca apertis foraminibus torcularis. ¶Vnde tradidit eos Deus in concupiſcentias cordis eorum.

e & Iſrael non † intendit mihi. Et di- l m

a ¶Dedi eos ſibi.

miſi † eos ſecundum deſideria cor- n

a ¶Et ipſi. b ¶Quia propter traditiones ſuas, irrita fecerunt mandata Dei. ¶Quibus libet.

dis eorum, ibunt in † adinuentioni- o

a ¶Credendo.

bus ſuis. † Si † populus meus audiſ- p q

a ¶Scilicet. ¶Hic eſt populus. b ¶Hoc eſt enim audire me.

ſet me, Iſrael ſi in viis meis ambu- r

a ¶Computandis vel gratis. ¶Alias in nihilum omnes. ¶Redigendo. b ¶Omnis generis. ¶De quibus conqueritur, quod per eos peccet.

f laſſet: † pro nihilo forſitan inimicos s t

corum humiliaſſem, & ſuper tri- u

a ¶Preſſiſſem potentia. ¶Vindictam.

bulantes eos † miſiſſem manum

a ¶Quarũtur de inimicis. ¶Sed ipſi facti ſunt inimici. b ¶Reſumendo quibus renunciauerunt, & ſunt nouiſſima peiora prioribus.

g h meam. † Inimici Domini mentiti x y

a ¶Ideo. ¶Quid inde eis ſi ſi hic tolerati, non erũt impuniti, non ſaluantur ſolis ſacramentis. b ¶Pene. c ¶Qui ſunt iſti? ¶Vel tales ſunt & tamen.

i ſunt ei, et erit tempus eorũ in ſecu- z

¶Ecce. a ¶Sacramentis ſuis miſcuit eos, & inde buccellam dedit. b ¶Vnde ingrati.

k la. Et cibauit † eos ex adipe frumen- a

a ¶Non ſolum adipe frumenti, ſed. b ¶Ideſt ſapientia Chriſti, vt delectentur verbo Dei, cognitione ſacramentorũ, ſolutione parabolarũ. ¶Et tamen ingrati.

ti, et de petra melle † ſaturauit eos. b

*pore eſt facta, & per conſequens eſt recens reſpectu ęternitatis.* G

c Neque adora. &c. *Vnde in Exo. ſubditur: Non adorabis ea, neque coles. Ego enim ſum Dominus Deus &c. & non alius, ſicut falsò dixiſti de vitulo. Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de Aegypto.*

h Dilata os tuum. *Petendo tibi vtilia.*

i Et implebo illud. *Dando petitionem tuã, ſi tamen me ſolum recognoueris.*

K Et nõ au.po.me.vo.m. *Mihi obediendo.*

l Et Iſrael nõ in. mihi. *mandata mea paruipẽdẽdo, in quo apparet maxima ingratitudo.*

m Et dimiſi eos. *Hic conſequenter ponitur huius ingratitudinis ſequẽs pęna quę eſt multiplex. Prima eſt priuatio gratię ſpiritualis, quæ notatur, cũ dicitur:* Et dimiſi eos. *ſubtrahendo ab eis meam gratiã à peccatis conſeruantem, ideo ſubditur:*

n Secundum deſideria cordis eorum. *i. ſecundum inclinationem fomitis ad malum.*

o Ibunt in adinuentionibus ſuis. *Id eſt in peccatis enormibus ab ipſis inuentis. Secunda pœna eſt ſubtractio ſubſidij temporalis, quę notatur, cum dicitur:*

p Si populus meus. *Id eſt populus Iſrael quem redemi de Aegypto.*

q Audiſſet me. *Mihi obediendo.*

r Si in vi.me.am. *pręcepta mea obſeruãdo, quę ſunt vię perueniendi ad beatitudinem. Matt. Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata.*

s Pro nihilo. i. gratis.

t Forſitã ini.eo.hu. *eos ad nihilum deducendo. Et dicit forſitan, non propter mutabilitatẽ diuinæ volũtatis, quę eſt immutabilis, ſed propter vertibilitatem hominis de bono ad malum: propter quod frequenter impeditur diuinæ promiſſionis effectus, qui eſt ſub conditione. ſ. ſi homo perſeueret in bono.*

u Et ſuper tri.eos. *eos interficiendo, ſicut feci Pharaoni in mari rubro: quæ ſubſidia eis non feci propter eorũ ingratitudinẽ de præteritis beneficijs. Tertia pœna eſt inflictio ſupplicij gehennalis, quæ notatur, cum dicitur:*

x Ini.Dñi. *Iſti ſunt peruerſi Iudęi qui promiſerant obſeruare legem Dei, Exo.24. dicentes: Omnia quæ mandauerit nobis Dñs faciemus, & erimus obedientes: & tamen ſcienter & à propoſito citò tranſgreſſi fuerunt enormiter, vitulum conflatilem adorantes.* H

z Et erit tẽ. *i. tempus punitionis huius peccati, quia licet tunc in parte fuerit punitum, vt ibidem hr̃, quia ceciderunt in illa die quaſi 23. milia: tamen adhuc reſeruatur punitio in futurum, ſecundũ quod dixit Dominus Moyſi poſt illam mortalitatem. Ego autem in die vltionis viſitabo hoc peccatum eorum.*

a Et cibauit eos. *Ideſt de pane facto de ſimila tritici, quia non obſtante dicta tranſgreſſione introduxit populum ad terram promiſſam tritico abundantem.*

b Et de pe.melle ſa.eos. *Quia apes mellificant in rupibus terrę promiſſionis, vbi abundanter mel colligitur: vnde & terra illa dicitur manans melle, in Exo. Moraliter poteſt exponi pſal. iſte, vt ſit gratiarũ actio eccleſiæ pro aliquo, ſeu pro aliquibus beneficijs à Deo exhibitis populo Chriſtiano: veruntamen quia ſecundum dictum Saluatoris. Eccleſia eſt ſicut ſagena nõdum tracta ad littus, & ſic habet bonos cum malis permiſtos, ideo gratitudinẽ bonorum conſiderans erga Deum, primò in hoc pſal. in Deum per exultationem & iubilum eleuatur. ſecundò ingratitudinem malorum conſiderans eos in perſona Domini deteſtatur, & patent partes ſecundum prædicta.*

### NICOL. DE LY.

¶ a Audi populus meus. *Cui ſpecialem legem dedi in monte Sinai.*

b Et conteſtabor te. *Id eſt ero contra te teſtis ſicut & iudex, ſi legem meam tranſgreſſus fueris, ideo ſubditur.*

c Si audieris me. *Obediendo ei quod dixi tibi in datione legis. Non habebis deos alienos coram me.* *Exo.20.a*

d Non erit in te Deus re. *i. nulla creatura naturaliter vel artificialiter facta, erit apud te, à te pro Deo reputata. Omnis enim creatura in tempore eſt*

### MORALITER.

a *Audi populus meus.* Et quid dicat ſubditur:

c *Si audieris me.* In mandatis meis perſeuerando.

d *Non erit in te Deus recens.* Deus recens dicitur creatura quę malè amatur, ſicut pecunia eſt deus auari, & ribalda luxurioſi, & ſic de aliis.

f *Ego enim ſum Dominus Deus tuus.* Latria colendus.

g *Qui eduxi te de terra Aegypti.* i. de tenebris peccati.

h *Dilata os tuum.* i. deſiderium tuum ad bonum.

i *Et implebo illud.* Quia ſolus Deus appetitũ hominis poteſt ſatiare.

k *Et non audiuit.* Eccleſia militans eſt ſicut ſagena ad littus mundi tracta, propter quod habet malos homines cum bonis admiſtos, & pro illis ſubditur: *Et non audiuit populus meus vocem meam. Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum ibunt.* Quia propter ſuam malitiam diuina gratia ſubtrahitur, & ſic ſenſualitatem ſequuntur de malo in malum ruendo. *Math.13.f*

p *Si populus meus &c.* Mihi obediendo.

s *Pro nihilo forſitan &c.* i. pro modico ſeruitio mihi facto dæmones & malos homines eis ſubieciſſem.

x *Inimici verò Domini.* Id eſt mali Chriſtiani.

y *Men. ſunt ei.* Recedẽtes à promiſſo, quod ei fecerant in baptiſmo.

z *Et erit tempus eorum in ſecula.* i. eorum punitio erit ęterna.

a *Et cibauit eos.* Id eſt ſacramento Euchariſtiæ.

b *Et de petra melle ſaturauit eos.* Id eſt de Chriſto, de quo dicitur ad Corinth. Petra autem erat Chriſtus. Qui mel conſolationis adminiſtrat ſuis fidelibus, ſed quando fiunt ingrati de tantis beneficiis permittuntur à Deo in fecibus ſuis, & aliquando vſque ad mortem, & ſic incurrunt pœnam ęternam.

*In pſal.*



A *In pſal.80. Exultate Deo, vbi dicitur in poſtilla: Et ideo pſal. iſte diuiditur in duas partes.*

### ADDITIO.

¶ Pſalmus iſte non videtur verè exponi in poſtilla, eò quod pręſupponitur falſum tam circa cauſam celebrationis feſti tubarum, quam etiam circa tempus completæ collectionis fructuum in terra promiſſionis: Quod patet ſic, nam feſtum tubarum non celebrabatur pro gratiarum actione de fructibus collectis ipſius anni, ſicut neque collectio fructuum tunc erat completa, prout poſtill. ſupponit in hoc loco, cuius contrarium ipſemet fatetur infra pſal.8?. vbi dicit, q; vigeſimoſecũdo mẽſis Septembris erat tempus ad hoc aſſignatum. Falſitas autem præſuppoſiti prædicti patet. Legitur enim in Deuter. Solennitatem quoq; tabernaculorum celebrabis per ſeptem dies, quando collegeris de area, & de torculari fruges tuas: Ex quo patet manifeſtè, quòd in feſto tabernaculorum de quo agebatur, & quòd pro tunc erant fructus collecti: non autem in feſto tubarum. Idem patet in Leuit. vbi ſic dicitur: Quintadecima ergo die menſis ſeptimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ veſtræ celebrabitis ferias Domini ſeptem diebus. Vnde ad veriorẽ intellectum huius pſal. præmittenda ſunt duo. Primum eſt, quod inter feſta veteris teſtamenti, de quibus agitur Leuitici prædicto capitulo, & in aliis locis quædam erant celebranda cum gaudio, & lętitia in memoriam pręteritorum beneficiorum ſicut feſtum paſchę in memoriam redemptionis Aegyptiacæ, & feſtum pentecoſtes in memoriam dationis legis, & feſtum tabernaculorum, quod celebratur decimoquinto die menſis ſeptimi, in memoriam beneficiorum Dei in deſerto exhibitorum, de quo feſto dicit in prædicto capitulo: Habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus, & infrà. Vt diſcant poſteri veſtri, quòd in tabernaculis fecerim habitare filios Iſrael. In quo quidem feſto, ſcilicet tabernaculorum reddebantur gratiarum actiones cum magna lætitia de fructibus collectis de eodem anno, vnde in capit. præallegato, cum dixiſſet: Quando congregaueritis omnes fructus terræ veſtræ, celebrabitis ferias Domini ſeptem diebus: poſtea ſubiungit: Sumetisq; vobis in die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulasq; palmarum, & ſequitur: Et lætabimini coram Domino Deo veſtro ſeptem diebus. Quædam verò alia feſta celebrabantur ad hoc: vt in illis temporibus ad Deum conuerterentur: & ideo talia feſta licet celeberrima, non tamen cum gaudio ſaltem corporali celebrabantur: Quæ quidem feſta duo erant. B Primum ſcilicet prima die menſis ſeptimi in qua excitabantur ad contritionem, vt ad Deum conuerterentur, & ideo illa dies vocabatur dies clangoris, in Num. Dies clangoris eſt & tubarum. Similiter vocabatur, & feſtum memoriale in Leuit. Quod quidem memoriale poteſt intelligi dupliciter. Vno modo reſpectu celebrantium, qui habebant reducere ad memoriam flagitia præterita, vt contererentur. Alio modo reſpectu Dei, qui memor iuſtitiæ patrum, & promiſſionum quas eis fecerat, & ſpecialiter Abrahæ, filios eorum reduceret ad ſtatum pœnitentiæ, & auerteret ab eis iram ſuam, vt patet in Exo. vbi agitur de propitiatione peccati vituli, & in aliis locis quàm plurimis, vbi memoria patrum, pro venia poſteritatis eorum allegabatur. Secundum verò feſtum, erat decima die huius menſis ſeptimi, quod vocabatur dies expiationis celebertimus & ſanctus, propter expiationem peccatorum, quam in illa die à Deo ſpectabant. In quo quidem feſto ceſſabant gaudia quæcunque temporalia, immo tenebantur affligere animas. Dicitur enim in Leuit. Omnis anima quæ non fuerit afflicta, die hoc, peribit à populis ſuis. Ratio autem quare dies prima & dies decima menſis ſeptimi erat aſſignata ad huiuſmodi pœnitentiam & propitiationem, in Nume. prędicto cap. eſt videnda. Secundò præmittendum eſt, quòd tubæ in veteri lege dupliciter accipiuntur. Vno modo pro tubis ductilibus, quæ de metallo fiunt, quæ quidem tubæ vocantur in Hebræo hacoſrot, & iſtis vtebantur in ſolennibus lætitiis, & in bellis, & in aliis congregationibus. ſimiliter & in feſtis primo modo dictis & in neomeniis communibus. vnde in Nume. Siquando habebitis epulum & dies feſtos, & calendas canetis tubis ſuper holocauſtis &c. quæ quidem tubæ erant argenteæ, vt ibidem dicitur: & vocabantur hacoſrot, vt dictum eſt. Alio modo accipitur tuba pro cornea, quæ quandoque dicitur buccina, & talis tuba ſemper vocatur in Hebræo, non hacoſrot: ſed ſophar, & talibus tubis vtebantur ſpecialiter quando Deus, vel eius miniſtri populum intendebant excitare ad intentionem alicuius magni, ſicut in datione legis legitur: Clangorque buccinæ vehementius perſtrepebat, vbi loco buccinæ habetur in Hebræo ſophar. Similiter quando prophetæ exhortabantur populum ad pœnitentiam, talis exhortatio aſſimilabatur in ſcriptura voci tubæ corneæ, vt in Eſaia. Quaſi tuba exalta vocem tuam. & in Ezech. Si audiens autem quis ſonitum buccinæ, nõ ſe obſeruauerit &c. ſanguis ipſius ſuper caput eius erit. Vnde in quolibet iſtorum locorum, & ſimilium habetur in Hebræo ſophar, non hacoſrot, licet tranſlatio noſtra indifferenter videatur iſta accipere vt in pluribus. In hoc igitur feſto, ſcilicet clangoris ſeu tubarum non tuba ductilis, ſed cornea ad prouocationem pœnitentiæ clangebatur ratione prædicta. His præmiſſis pſal. iſte fuit propriè ordinatus pro feſto tubarum, ſicut etiam hodie Hebręi eundem pſalmum cantant in eodem feſto, ſed non ordinatur ad gratiarum actiones, de fructibus collectis, vt in poſtilla: ſed potius, C vt præpararentur per timorem Dei ad expiationem, ſeu indulgentiam in proximo futuram, ſcilicet in decima huius mẽſis, vt dictum eſt. Vnde Pſalmiſta circa hoc octo facit. Primum præponit, quod communiter, ſcilicet in aliis temporibus præſertim feſtiuis exultandum eſt Deo, & iubilandum tanquam vero adiutori & gubernatori: & hoc non ſolum mente & ore, ſed etiam cum muſicis inſtrumentis, & de hoc intelligũtur duo verſus primi. ſ. Exultate Deo &c. Date tympanum. Conſequenter ſecundò dicit, quòd in feſto tubarum aliter eſt agendum, ſcilicet quod non in muſicis inſtrumentis iucundis, ſed potius in tuba cornea eſt clangendum, ſeu buccinandum, eò quòd hoc feſtum non ordinatur ad gratiarum actionem de præteritis, ſed potius ad contritionem de commiſſis, & ad diſponendum populum ad ſuſcipiendam expiationem. vnde dicit: Buccinate in neomenia tuba, ſcilicet cornea. vnde in Hebræo in hoc loco dicitur ſophar: quod nullo modo ſignificat niſi tubã corneam, quod facit ad excitationem peccatorum ad pœnitentiam prouocando eos non ad lætitiam, ſed ad timorem. Et quia neomenię ſunt duodecim in quolibet anno, ſicut & duodecim lunationes: idcirco declarat quæ ſit iſta neomenia, de qua in hoc pſalmo loquitur dicens: In inſigni die ſolennitatis veſtræ. Cęteræ autem neomeniæ non erant ſolennes, quod patet ex hoc, quod non connumerabantur inter alias ferias Domini ſanctas. Leuit.23. vnde & in eis poterant opera ſeruilia facere, ſicut & in aliis diebus prophanis. Sed hæc neomenia, ſcilicet ſeptimi menſis erat ſolennis & ſancta, in qua non licebat aliquid operari, vt in prædicto capit. habetur. Et hoc notatur, cùm dicit: In inſigni die ſolennitatis veſtræ, id eſt in illa neomenia tantùm debet buccinari tuba cornea modo prædicto, & non in aliis. In cæteris autem neomeniis tubæ ductiles clangebantur, vt in Nume. vbi ſuprà. Cuius rationem reddit dic. Quia præceptum in Iſrael eſt &c. exponatur vt in poſtilla. Conſequenter tertiò, quia homines ſæpe retrahuntur à diuino timore: igitur Pſalmiſta dicit contra tales teſtimonium dicens: Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud: Cuius ſenſus eſt, quòd in hiſtoria Ioſeph habetur manifeſtum teſtimonium, quòd homo debet præponere diuinum timorem timori humano. Ioſeph enim cùm ab vxore domini ſui agitaretur vt committeret adulterium, diuinum timorem allegauit dicens: Quomodo poſſum facere malum hoc, & peccare in Deum meum? Qui quidem Ioſeph licet ob hanc cauſam fuit acriter incarceratus, de eo enim legitur in Pſal. Humiliauerunt in compedibus pedes eius &c. poſtea tamen de carcere eductus præpoſitus fuit ſuper totam terram Aegypti. Et hoc eſt quod dicitur: Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud &c. hoc eſt dicere: D manifeſtè videmus, quòd Ioſeph fuit ab oneribus & ſeruitutibus, in quibus fuerat poſitus, diuinitus liberatus, eò quòd timuit Deum plus quàm homines. Et non ſolum hoc, ſed etiam ſuper terram Aegypti quaſi Dominus exiuit, cuius regionis linguam non nouerat, quod eſt magis mirabile, quàm habere dominiũ in propria patria. Et ex his patet propria expoſitio horum verſuum vſque ibi excluſiuè: In tribulatione. Conſequenter quartò inducit aliud teſtimonium de populo Iſraelitico, dicẽs: In tribulatione inuocaſti me &c. Ad quod ſciendum, quod teſtimonium de Ioſeph prædictum non omnino ſuffeciſſet ad inducendum peccatores ad pœnitentiam, cũ ipſe Ioſeph eſſet iuſtus, de quo nullus defectus peccati in ſcriptura legitur, quod non inuenitur in communi ſtatu hominum, de quibus in Iohan. Si dixerimus, quod peccatum non habemus &c. Miſericordia igitur diuina circa Ioſeph facta fortè non eſſet trahenda ad conſequentiam quantùm ad manifeſtos peccatores, ideo pſal. ſufficiens inductiuum allegat quo ad peccatores, vt timore peccatorum commiſſorum à contritione non deſiſtant. Vnde dicit: In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te, vbi loquitur populo Iſraelitico quem Deus liberauit à tribulatione Aegyptiaca: de qua vt in gloſa, nec in Aegyptiorum non audebant gemere cum affligerentur. vnde in Exo. Poſt multum verò temporis mortuus eſt Rex Aegypti, & ingemiſcentes filij Iſrael propter ſeruitium, quod erat durum &c. Ex quo apparet, quòd in temporibus longis retroactis gemere non audebant, & ideo dicit: Exaudiui te in abſcondito tempeſtatis, quia tribulationes illæ quaſi in cordibus abſcondebantur. Sed quòd hæc liberatio non fieret eis tanquam bonis, & iuſtis, ſicut facta fuit Ioſeph, oſtendit cum ſequitur: Probaui te apud aquam contradictionis, de qua legitur in Num. in contradictione de qua potentia diuina, & eius bonitate detraxerunt dicentes, vt in pſalm. Numquid poterit Deus menſam parare in deſerto? Ex quibus concluditur, quòd non ſolùm bonis Deus prouidet de ſua miſericordia, ſed etiam peccatoribus: quod introducit Pſal. ad excitandum populum vt conuerteretur ad Deum. Conſequenter quintò, quia homines frequenter retrahuntur à timore diuino propter falſas ſuggeſtiones dæmonum, qui vt plurimum in idolis coluntur, idcirco Pſal. dicit: Audi popule meus &c. quæ verba planè intelliguntur, ad idololatriam contra quam dupliciter prohibet. Primò ſcilicet in corde, cùm dicit: Non erit in te, id eſt intra te. Deus recens, quia ſecundum glo. cum imago recentis Dei, ſcilicet non ęterni in mente portatur, tunc imago veri Dei, in ipſa creatione animæ impreſſi, remanet vetuſta. Secundò idololatriam prohibet in exteriori cultu: & hoc cum dicit: Nec adorabis deum alienum: & qui ad iſta erant obligati per præcepta diuinæ legis, in prima tabula contenta, quæ inci-

*Leui.23.per totum. Num.10.a Gen.39.b Pſal.104.b Gen.41.b Gen.41.a 1.Iohan.1. Exo.1.d Num.20 Pſalm.77.*



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

E quæ incipiebat à cognitione Dei. Exo. 20. Ego ſum Dominus Deus
Exo. 20. a tuus, qui eduxi te de Aegypto. Idcirco Pſal. hic commemorat illud verbum, ſcilicet primum in decalogo, cui immediatè ſequuntur prædicta præcepta: vnde propriè præmiſit: Audi popule meus & conteſtabor te, id eſt teſtimoniis ſcripturarum probabo quod dicam tibi: Non erit in te Deus recens. Conſequenter ſexto, quia multi retrahuntur à diuino timore, ſeu cultu timentes ne deficiant in temporalibus, quæ credebant habere à dæmonibus, quos in ido
Oſee 2. a lis colebant, iuxta illud Oſee: Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, &c. Idcirco Pſalmiſta contra hoc dicit: Dilata os tuum, & implebo illud: quod poteſt dupliciter intelligi. Primò reſpectu bonorum temporalium, quia Deus nunquam deficit
Pſal. 33. b in neceſſariis, iuxta illud pſal. Requirentes autem Dominum, non minuentur omni bono. Secundò reſpectu bonorum ſpiritualium, quæ in bonum infinitum ordinantur: circa quod notanter dicit: Dilata os tuum, quia deſideria temporalium licet multa & varia, anguſta tamen ſunt & modici valoris, eò quòd ſunt finita. Sed deſiderium, cæleſtium bonorum quæ ſunt infinita, requirit magnam dilatationem, ſeu capacitatem in recipiente: ideo dicit: Dilata os tuum, quaſi dicat, non deſideres breuia & finita, ſed infinita & ęterna. Et ego implebo illud, quia ſolus Deus poteſt tale deſiderium ſatiare. Conſequenter ſeptimò, quia ſecundum Philoſophum plures ſunt, quos ſenſus certificat, quàm quos ratio perſuadet: idcirco Pſal. ad certificationem prædictorum inducit teſtimonium experimentale de ipſo populo Iſrael, qui quãdiu receſſerunt à Deo, & adhæſerunt idolis, fuerunt deſerti à diuina protectione, vt patet in multis hiſtoriis ſacris, ſpecialiter in libro Iudic. quaſi per totum: & hoc eſt quod dicit: Et non audiuit populus vocem meam, &c. Et dimiſi eos, id eſt permiſi eos ambulare ſecundum deſideria cordis eorum: & exponatur prout in poſtil. & ſequitur. Ibunt in adinuen-
Oſee 9. c tionibus ſuis, iuxta illud Oſee: Facti ſunt abhominabiles, ſicut ea, quæ dilexerunt: & loquitur de idololatris. Conſequenter octauò idem intendit inducere ab oppoſito, quia ſcilicet quando populus ille obediebat mandatis Dei communiter, proficiebat in duobus. Primò ſcilicet, quia à Deo protegebatur ſpecialiter ab hoſtibus. Secundò quia prouidebatur ei à Deo, non ſolum circa neceſſaria vitæ, ſed etiam circa quædam delectabilia, quæ conferunt ad vitæ cõſeruationem. Primum oſtendit cum dicit: Si populus meus audiſſet me. Et nota, quod in Hebræo nulla dictio ponitur hic quæ ſonat forſan, vel forſitan, quę eſt dictio dubitandi, ſed habetur ſic: Iſrael ſi in viis meis ambulaſſet quaſi pro modico inimicos eius humiliaſſem, quaſi dicat, ſine vlla difficultate, quia quod modicum eſt, quaſi pro nihilo reputatur, ſecundum Philoſophum. 2. Phy. & hoc eſt manifeſtum: quia voluntati diuinæ non eſt qui reſiſtat. Et quia quandocunque populus Dei in viis eius ambulat, tribulantes eos, ſunt inimici Dei, eo quod perſequuntur populum ſuum, & turbant eius cultum, idcirco cum Pſalm. dixiſſet: Super tribulantes eos miſiſſem manum meam. Subdit: Inimici verò Domini mentiti ſunt ei, q. d. tribulantes populum Dei inimici Domini ſunt, eo modo quo dicitur in ſimili materia. Inimicus ero inimicis tuis. Similiter & tales inimici Deo mentiuntur, inquantum denegant eius dominium generale, ſecundum quod tenentur ſeruos ſuos ſeruare, & non turbare cultum eius: & ſequitur: Et erit tempus eorum in ſecula: exponatur prout in poſtilla: Quo ad ſecundum dicit: Cibauit eos ex adipe frumenti, ad oſtendendum quod Deus prouidebat populo ſuo de pertinentibus ad conſeruationem vitæ, quę in nomine panis includuntur. Similiter prouidebat eis de aliis delectabilibus ad conſeruationem vitæ conferentibus. & circa hoc dicit: Et de petra melle ſaturauit eos: quia terra promiſſionis de his omnibus abundabat. Ex quibus Pſal. intendit inducere populum ad diuinum timorem, per clangorem tubæ corneæ in prima parte ſiguatum, oſtendendo eis exempla de bonis temporalibus, quibus populus ille ad actus virtutum inducebatur. G

## REPLICA.

IN pſal. Exultate Deo. poſtil. & Burg. ſatis concordant in cõcluſione, quia quod Burg. exponit de timore Dei, poſtil. de laude Dei, quia timor filialis non eſt ſine laude, nec laus ſine timore. In quibus verò diſſonant, pertinent ad cultum Iudęorũ, quem puto ſecundum vſum modernorum Burg. fuiſſe magis notũ, poſtili. tamen ſecundum vſum antiquum in ſcriptura ſatis oſtendit fundamentum: Nec multùm pertinet ad intellectum ſenſus literalis, ille, vel iſte vſus cultus, certum non eſſe omnino eundem &c.

## GLOS. ORDIN.

a *Pſalmus Aſaph. Caſſiod.* Pſalmus de duabus naturis in Chri
Expoſ. pſ. 80. ſto. In quo Chriſtus vel propheta loquens, exprobrat ipſi Aſaph, id eſt ſynagogæ, quæ dominum corporaliter vidit, & tamen eum non cognouit. *Caſſ.*
F Primò nunciat Deum ſtetiſſe, & arguit contrarios. Stat homo, diſcernit Deus.

a ¶Fit. b ¶Synagogæ quę hic redarguitur, vt ſaltem nunc intelligant quod non ante.

a Pſalmus Aſaph LXXXI.

a ¶Factus homo. b ¶Populis Iudæorum.

DEus † ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem † Deos

a ¶Aug. Non meritis, ſed gratia diſcernit vaſa, alia in ho. alia in cont. b ¶Maiores.

diiudicat. Vſquequo iudicatis

a ¶Iniquè. ¶Similitudines.

iniquitatem, & facies † peccato-

a ¶Minores. b ¶Quaſi: Nolite iudicare iniquitatem, vel conſentire iudicantibus, ſeu potius. ¶Hoc maioribus dicitur.

rum ſumitis? * Iudicate egeno &

## GLOS. ORDINARIA. PSALMVS LXXXI.

b DEus ſtetit. *Caſſ.* Cuius non eſt ſtare, qui cœlum & terram cõplet, qui eſt intra omnia nõ incluſus, extra omnia non excluſus, ſed breuiter Deum hominem indicat.
Enar. pſ. 81.
Ez. 8. c *Stetit &c. Aug.* Filius qui miſſus ad
Math. 15. c oues domus Iſrael, ſpiritualis autem præſentia deitatis, quæ vbique non
* Sela ſupra pſal. 3. propriè ad ſynagogam pertinet, nec tempore variatur. Cur ibi ſtetit? Ecce Deos diiudicat. i. ſecundum quod Deus. i. non meritis, ſed
Rom. 9. e gratia diſcernit vaſa, alia in honorem, alia in contumeliam.
Ioan. 1. d Hoc autem facit ſtans in medio. Vnde: Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. vnde & hic: Neſcierunt, neque intell. ſed amicus ſponſi ſtat, & au. & gaudio gaudet.
Iohann. 3. d d *Deorum. Aug.* Quos poſt, filios excelſi dicit, ibi: Ego dixi dij
Eſa. 1. a eſtis, & filij excel omnes. Vnde etiã filios nutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Filij dicuntur non ſolum gratia noui teſtam. ſed gratia vet. qua eos de Ægypto liberauit.
e *Vſquequo iudicatis iniquitatem. Aug.* Hæc eſt vox diſcernẽtis: Miſit legem, & prophetas, & reſtitiſtis, ſed quouſque? Num vſque ad aduentum miſi prophetas, & iniuriis affeciſtis, vel interfeciſtis, vel hoc agentibus conſenſiſtis? Sed cum hæc agentibus nec loqui dignum ſit, vos qui tacuiſtis, & imitari
Math. 21. d eos voluiſtis, vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies pec-
Math. 25. c catorum ſumitis? Num & hæres occidendus eſt, qui pro vobis venit, qui pro vobis ſine patre eſſe voluit vt pupillus? qui
2. Cor. 8. b propter vos eſuriuit & ſitiuit: vt egenus, qui propter vos pauper factus eſt, cum eſſet diues?
f *Iudicate egeno & pupillo, pauperem & humilem iuſtificate. Caſſ.* Diapſalma, monet intelligere Chriſtum eſſe Deum, etſi egenus & pauper fuit, quod eos non feciſſe dicit.

a *Eripite*

## NIC. DE LYRA. PSAL. LXXXI.

DEus ſtetit in ſynagoga. *Huic pſalmo pręmittitur talis titulus in Hebręo, & in translatione Hieron. Pſal. Aſaph. ex quo apparet autor. De materia verò huius pſalmi dicunt expoſitores Hebręi, & Catholici, quod Aſaph fecit hunc pſalmum contra peruerſos iudices arguens eorum nequitiam, & petens ſuper hoc diuinam iuſtitiam ad lineam ęquitatis talia reducentem: Dicit igitur:* H
a Deus ſtetit in ſynagoga. *Id eſt in congregatione. Et dicitur à ſyn quod eſt con, & goge aggregatio.*
b Deorum. *Id eſt iudicum, ſecundum quod dicitur in Exod. Ad Deos vtriuſque cauſa perueniet, id eſt ad iudices. Et dicitur Deus ſtare in congregatione iudicum, quia clarè videt, & attentè facta & dicta eorum, ideo ſubditur:*
c In medio autem Deos diiudicat. *Id eſt diſcernit vtrum iudices iuſtè vel iniuſtè iudicent. & ideo ſubdit Aſaph contra iudices peruerſos.*
d Vſquequo. *i. quandiu.*
e Iudicatis iniquitatem. *Iuſtificando partem iniquam propter munera vel fauorem.*
f Et facies peccatorum ſumitis? *Id eſt perſonas malorum propter eorum potentiam vel aliam cauſam malam acceptatis.*
g Iudicate egeno. *Eius iuſtitiam declarando.*

a Humilem

## MORALITER.

* a *Deus ſtetit in ſynagoga deorum.* Aſaph videns iuſtitiã ſubuerti per iudices malos, fecit pſal. iſtum contra eos. *Myſticè* verò poteſt exponi cõtra ſacerdotes, & ſcribas Iudæorum, qui Chriſtum, & eius diſcipulos innocentes condemnauerunt ad mortem: & ſic dicitur: Deus ſtetit in ſynagoga deorum. i. iudicum. vnde dicitur in Exod. Vtriuſque cauſa ad Deos veniet. Deus enim præſentialiter videt hominum iudicia, diſcernens ſi ſint iuſta. ideo ſubditur:
b *In medio autem Deos diiudicat.* Et contra malos dicit:
d *Vſquequo iudicatis iniquitatem.* Iniqua iudicia proferendo.
f *Et facies peccatorum ſumitis.* Eos iniquos iuſtificando.
g *Iudicate egeno.* Id eſt pro eo eius iuſtitiam conſeruando. Tales fuerunt Chriſtus, & eius diſcipuli, qui tamen fuerunt à ſcribis, & ſacerdotibus condemnati. ideo ſubditur:

* a Neſcierunt



a *Eripite paupe. Aug.* Oſtendit nec illos immunes, qui permi-
A ſerunt principibus Chriſtum, cum præ multitudine timerentur, & poſſent illos à facto, & ſe cõſenſu liberare. *Caſ.* Qui enim deſinit obuiare, cum poteſt, conſentit.
b *Mouebun. Caſ.* Hinc patet, de quo dixerat: hoc ſignũ in crucifixione contigit. Vel ſpiritualiter terreni moti ſunt illo tempore, viſo tanto miraculo, vt Centurio qui dixit: Verè filius Dei erat iſte. *Aug.* Mouebantur omnia fun. Q. per hanc Iſrael cæcitatẽ. Mouebũtur ad fidem. Omnia fun. ter. i. plenitudo gẽtium intrabit. Vel, in morte, & paſſione dñi mota eſt terra. Vel, fundamenta i. felices copia terrenorum mouebũtur. Vel, admirando coli pauperem mortuũ. Vel eum contemptis terrenis ſectando. Addit: Omnia, qa nullus eſt qui non mireť, vel conuertať. Terrenę aũt felicitatis regnum eſt ſuperbia, cõtra quã venit humilis Chriſtus, exprobrans eis quos vult facere altos per humilitatẽ his verbis: Ego dixi: dij eſtis vos boni. Vos aũt mali, ſicut ho. mor. Vel omnibus dicit, dij eſtis. i. omnibus promiſi cęleſtia: vos aũt ſicut ho. primi qui ſuaſione peccauerunt, & vos maiores ſicut diabolus qui ſuperbia peccauit.
c *Ego di. Caſ.* Quid eis propoſitũ? ſed petierunt. *Caſ.* Ego dixi. Neſcierunt, neq; intelle. tñ Ego dixi. Has promiſſiones omnes accipiunt ſi mandata cuſtodiunt, vt ſint filij & Dei: hoc ad iuſtos. Vos autem: hoc ad malos.
d *Sicut ho. Aug.* Quaſi: Cũ citò, ſicut homines, ſitis morituri, non inde corrigimini, ſed vt diabolus qui carne non moritur, extollimini, vt cadatis: quia per ſuperbiã diabolicã inuiderũt glorię Chriſti, & viluit eis humilitas crucis.
B Sed vt hoc vitiũ ſaneť ex pſona prophetæ ſubdiť: Surge &c.
e *Sicut vnus. Aug.* Turba quæ cecidit dicitur vnus, quia in ſuperbia ſimilis Vos cadetis, ſed:
f *Exurge Deus. Aug.* i. dãna iſtos, quia his repulſis, tu hereditabis. Vel, iudica mundũ, qa tuus eſt, & hoc eſt, tu hæreditabis.

a ¶Ad honorem eius qui voluit eſſe ſine patre propter vos. b ¶Chriſtum factum. c ¶Propter vos, non illos propter ſe ſuperbos.

pupillo, † humilem & pauperẽ iuſti-

a ¶Iuſtum prædicare. b ¶Hoc modo minoribus dicitur.

ficate. † Eripite pauperem, & egenũ

a ¶Sed hoc omnibus conuenit prælatis & ſubditis. Si cognouiſſent, nec illi do. gloriæ cruci. nec iſti Barrabam eligerent.

de manu peccatoris † liberate. Neſcie

a ¶Neq; curant ſcire, quaſi neſcire voluerint. b ¶Quia. ¶Id eſt excæcati ſunt.

runt, † neq; intellexerunt, in tenebris

a ¶Tamen.

ambulãt: † mouebuntur omnia fun-

a ¶Super quos ædificantur, vt boni ſuper apoſtolos. b ¶Per adoptionem gratiæ. c ¶Vos boni.

damenta terræ. † Ego dixi, dij eſtis,

a ¶Hæredes. b ¶Dei. c ¶Cuiuſcunque conditionis. d ¶Mali.

& filij † excelſi omnes *. † Vos aũt ſi-

a ¶Peccatores, qui non redempti. ¶Primi Adam & Eua, qui ſuaſione diaboli peccauerunt. b ¶Per infirmitatem carnis. c ¶Per elationem animi vt diabolus.

cut homines moriemini, & ſicut vnꝰ

a ¶Non extollemini. ¶Per ſuperbiam. b ¶A mortuis.

de principibus cadetis. Surge Deus,

a ¶Vos cadetis ſed tu. b ¶Quæ tumuit te crucifigens. c ¶Alias diſperdes, terram ipſam, vel conterendo eos penitus & ab hæreditate exterminando, vel affectum terræ in credentibus abſumendo, ſecundum quem intellectum dicitur: Tu hæreditabis ter. in o. g.

iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

*errorem electionis, quam ignorat omnis malus, vt habetur 3. Ethic. Quia etiam ille qui peccat ex certa ſcientia, ignorat. i. q. tale malum ſit dimittendum ne priuetur aliquo bono apparenti, quod tunc elegit ex peruerſa affectione ipſum ad hoc inclinante, & ideo ſequitur,* C
e In teneb. am. *quia peruerſitas affectus inducit tenebras in intellectu.*
f Moue. o. f. t. *in finali iudicio in quo iſta peruerſa ad debitũ ordinẽ iuſtitiæ reducenť.*
g Ego dixi dii eſtis. *ſ. participatiuè, eò q. iudices ex officio ſunt executores diuinæ iuſtitiæ.*
h Et filij excelſi omnes. *inquantũ ad eius imaginem ſunt facti.*
i Vos au. ſicut ho. mo. *quia poteſtas veſtra non preſeruabit vos à morte.*
K Et ſicut vnus de prin. *Id eſt de angelis ſuperbientibus.* † auferte inopem & pauperem
l Cadetis. *In foueam gehennæ, per æquitatem diuinæ ſententiæ. ideo ſubditur,*
m Surge Deus iud. ter. *Id eſt ſurge ad iudicandum habitantes terram generaliter.*
n Quo. tu hæ. *quia finali iudicio peracto, omnes electi erunt ſubiecti ordini ſuæ miſericordiæ immobiliter, & reprobi ordini ſuæ iuſtitiæ. Myſticè poteſt exponi pſal. iſte, contra ſacerdotes, & ſcribas Iudæorũ, qui Chriſtum humilem, & pauperem condemnauerunt ad mortem, propter quod p diuinũ iudicium à Romanis fuerunt temporaliter occiſi & captiuati, & in iudicio extremo erunt æternaliter condemnati.* * vos † Certè ſicut Adam vel Verũtamẽ ſicut homo

## MORALITER.

* d *Neſcie. neq; in.* i. ſcire, & intelligere noluerunt eorum ſanctitatem.
e *In te. am.* ignorantiæ affectatæ quæ magis aggrauat quàm excuſet.
f *Moue. om. fun. ter.* i. Iudææ, quæ deſtructa fuit per Romanos in vindictam mortis Chriſti & diſcipulorum eius.
g *Ego di.* Hic ponitur beneficium à Deo iudicibus datũ, vt ex hoc grauius appareat eorum peccatum cum dicitur: Ego di. dij eſt. ſ. participatiuè, inquantum habebant poteſtatem iudicandi à domino.
h *Et fi. ex.* per ſuſceptionem legis in monte Sinai. D
i *Vos a. ſi. h.* morte culpæ, accipiť hic hoĩes, ſicut 1. Cor. 3. a. cũ inter vos ſit zelus & cõtẽtio, nõne carnales eſtis, & ſm hoĩem ambulatis? 1. Cor. 3. a
K *Et ſi. v. de pr. ca.* i. ſicut vnus de angelis cadẽtibus in pęnã gehẽnę.
m *Sur. Deus iu. ter.* id eſt ſurges ad iudicandum orbem in fine mundi, licet enim deſcendat ad iudicium, dicitur tamen tunc ſurgere, quia tunc apparebit in maxima poteſtate qui in aduentu primo apparuit in maxima humilitate.
n *Quo. tu. hę.* hæreditabit enim tunc in bonis per dulcorem miſericordiæ, & in malis per rigorem iuſtitiæ.

## NICO. DE LYRA.

a Humilem & pau. iu. *id eſt iuſtitiam conſeruate.*
b Eri. pau. *de manu diuitis iniqui.*
c Et ege. de m. p. *qui eum calumniatur iniuſte.*
d Neſ. neq; in. *ſ. talia facere, non propter ignorãtiam legis, ſed propter errorem*

## GLO. ORDIN.

a *Canticum pſal. Caſ.* quia in rebus actualibus, habenda eſt diuina contemplatio. Deterret autem iniquos à perſecutione populi Dei, bonos verò monet ad patientiam.
*Caſ.* Pſalmus de aduentu Chriſti ad iudicium vbi boni, qui hic patiuntur coronabuntur. Mali verò qui eos pſequunť torquebunť.

## GLOS. ORDINAR. PSAL. LXXXII.

b DEus quis ſi. *Ca.* Propoſito timore futuri iudicis, deſcribit malitiã inimicorũ. *Aug.* Deus quis ſimilis, cũ in claritate iudicabis: ideo tunc ne taceas qui primò tacuiſti, & poteſtatem compeſcuiſti, vt poſſes teneri & perimi. *Aug.* Deus quis ſimilis. Non ad diuinitatẽ hoc referť. cui nullũ hominẽ comparandũ cogitauit. Ideo nõ ait, quis ſimilis eſt tibi, qđ vtiq; ad diuinitatẽ referreť. Sed dicit, quis ſimilis erit tibi, hoc ad formã ſerui referens, q̃ tunc cæteris diſſimilis hominibus erit: qñ iudex in gloria apparebit, vel põt hoc referri ad diuinitatem ſecundum qđ dicit:

O Deus

a ¶De iucunditate mentis. b ¶Monens ad bonas actiones. c ¶Eſt. ¶Id eſt populi Dei.

a Canticum pſal. Aſaph LXXXII.

¶In forma ſerui.

b DEus † qs ſimilis erit tibi?

## NIC. DE LY. PSAL. LXXXII.

DEus quis. *Huic pſal. pręmittitur talis titulus in Hebręo, & in tranſla. Hier. Canticum pſal. Aſaph, ex quo apparet autor pſal. De materia verò ipſius dicunt communiter expoſitores Hebræi & Latini, q. Aſaph fecit hũc pſal. contra hoſtes inuadentes terram, & populum Iudæorum, & litera concordat: ſed contra quos hoſtes, vel quo tempore non dicunt: ſed literã exponunt partim de hoſtibus quos habuerunt à principio exitus de Aegypto vſq; ad tempus Aſaph, & partim de hoſtibus qui fuerunt poſtea. Sed cõtra hoc videtur, quod de illis petit Aſaph: Fac illis ſicut Madian & Siſaræ, &c. & poſtea ſubdit: Deus meus pone illos vt ro. &c. ex quibus videtur, q. loquiť de hoſtibus Iſrael futuris poſt tempus ſuũ. Non. n. ſit petitio de præteritis. pp quod ſaluo meliori iudicio videtur mihi, q. Aſaph fecit hunc pſal. contra Sennacherib. & eius exercitũ, ſicut de pſal. 75. ſupra dictum eſt. Pſalmiſtę. n. de eadem re plures aliquando pſal. fecerunt, ſicut ſupra pluries dictũ eſt de Dauid: & eodẽ modo dicitur hic de Aſaph. Verumtamẽ pſal. iſte differt à 75. quia ille pſal. loquitur principaliter contra Sennacherib, non exprimẽs populos in odium Iudæorum ſibi adiunctos. In hoc aũt ſit econuerſo, quia exprimuntur principaliter populi in circuitu Iudææ habitantes, qui incitauerũt Sennacherib ad veniendum contra terrã Iuda tempore Ezechiæ duplici rõne. Vna quia inuidebant Iudęis, & eos odiebant. Alia quia illi populi iam Sennacherib ſubditi erant, qui Deos eorum exterminauerat. ſecundum quod dicitur. Verè dñe diſſipauerunt reges Aſſy. &c. Solatium autem eſt miſero habere ſocium: & ideo incitauerunt Sennacherib, vt veniret in Iudæam ad ſubijciendum ſibi gentem & deſtruendum inde diuinum cultum. Igitur ſecundum hoc pſal. iſte diuiditur in duas partes, quia Aſaph primò deprecando narrat hoſtium nequitiam: ſecundò contra eos implorat diuinam iuſtitiam, ibi: Fac illis. Circa primũ dicit,* Iud. 4. per to. 4. Reg. 19. d Diuiſio.
a Deus quis ſimilis erit tibi. *translatio Hier. ſic habet. Deus ne taceas*

¶ tibi.

## MORALITER.

* a *Deus quis.* Pſalmum iſtum expoſui literaliter de mirabili liberatione populi Iſrael ab exercitu Sennacherib. Myſticè verò poteſt exponi de liberatione mirabili Chriſtianorum de Saracenis tempore Balduini regis Ieruſalem, ſicut & pſal. qui incipit: Notus in Iudæa, dicendo. Deus quis ſi. e. ti. ſ. in virtute. q. d. nullus. 4. Reg. 19. g Myſtice.

* a Ne

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

O Deus quis ſimilis tibi,in potentia deitatis. Chriſtũ enim, quem mali viderũt,extra, iſte videt intra.i.omnipotentem.

*Vbi ſupra.* a *Quo.ecce. Aug.* Nouiſſima tempora Antichriſti deſignat, quando quæ modò premuntur metu, in liberam vocem erumpent:quæ vox quia irrationabilis erat, magis ſonitus, quàm locutio dicitur,

*Vbi ſupra.* † quieſcas

b *Qui oderunt.Caſ.* Plures,ſed vnum caput Antichriſtus,quod elatum eſt,vt Deus dicatur.

c *Su.po.tuum.* Caput ſuum extulerũt, ſed non populum tuum depreſſerũt. *Aug.* Super populum tuum. Irridenter hoc dicit:non enim poſſunt nocere populo Dei,pro quo eſt Deus, vnde Apoſtolus: Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Rom.8.f*

d *Dixerunt ve. Aug.* Ecce conſiliũ,quo meditati ſũt inania.Iſte eſt ille ſonus, qui nõ eſt ſermo,ſed inaniter ſtrepit.

e *De gente.Caſ.* Singulariter,quia oẽs Chriſtiani vna gens,cum ex vno fonte baptiſmatis nati, vel omnes boni, quos ille Antichriſtus vocat vnã gentem: ecce perſecutio Antichriſti,qui nomen Chriſtianum, quaſi malum, intendit tollere funditus.

*Teſtamentũ* f *Teſta.diſpo. Aug.* Quippe in ſcripturis non illud ſolum dicitur,quod nõ valet,niſi teſtatore mortuo, ſed etiã omne pactum,& placitũ, quod inter viuos valet,teſtamentum vocatur,ſicut Laban, & Iacob teſtamentum fecerunt. Ita & mali inter ſe quaſi pactũ fecerunt, q̃ vnanimiter bonos perſequerentur. *Gen.31.g*

† conſiliati ſunt corde pariter

g *Ta.Idu.* Expoſuit, quo ſtudio malignauerũt,oſtẽdit deinde,iã q̃ ſint malignãtes dicens:Tabernacula Idu.&c.

h *Idu.& Iſmahelitæ.Caſ.* Per hæc nomina, Chriſti inimicos declarat, qui tẽporibus Antichriſti tot malis ſimilantur:quia ſicut iſti contra Iſrael: ita illi contra Chriſtianos tunc bellabunt.

F

*Super pſal. 82.10.7.* † Philiſtæi

i *Moab. Aug.Hier.* vnde Moabitæ, quẽ Lot ebri⁹ de maiore filia ſua genuit.

K *Agareni. Aug.Hier.* ab Agar, qui & proſelyti interpretantur.

*Gen.19.g*

l *Gebal. Aug.Hier.* vallis vana.Ge enim vallis: Bal, vana.

m *Ammon. Aug.Hier.* vnde Ammonitæ, genuit Loth ebrius de filia ſua minore.

n *Amalec. Aug.Hier.* filius Eliphaz primogeniti Eſau, à quo Amalecitæ.

o *Aſſur.Hie. Aug.* ad literam Nabuchodonoſor,qui fuit rex Aſſyriorum. Idumæi. *Aug.Hier.* terreni,vel ſanguinei.Iſma. obedientes ſibi,non Deo: quia prauas cogitationes ſuas ſequuntur. Moab,ex patre, quod in malo.Bonus quidem pater,quo filia illicitè vſa eſt,ſicut & lex bona eſt, ſi quis ea legitimè vtatur,non inceſtè.Agareni, proſelyti. i.aduenæ,qui non ciues,ſed alieno animo ſubintrant, & inuenta occaſione nocendi ſe oſtendunt.Gebal,vallis vana i.fallaciter humilis.Ammõ,populus turbidus,vel mœroris. Amalec,populus lingens terram.Alienigenę.Licet Latino nomine ſe indicẽt alienos,& ob hoc inimicos,tamen Hebraicè dicuntur Philiſtiim i.cadentes potione,vt ebrii luxuria ſeculari.Tyrus.Hebraicè ſor,tribulatio vel anguſtia, ſecundum illud: Tribulatio,vel anguſtia in omnem animam hominis operantis malum.Aſſur,deprimens vel elatus.Lot declinans, angeli apoſtatæ filii declinationis, quia à veritate declinando in ſatelli- tium *1.Tim.1.b* *Rom.2.b*

a ¶A pœna. b ¶Vel miteſcas. ¶Ab incepto

ne taceas,neq; † compeſcaris Deus. a b

a ¶Ne taceas quia ſonuerunt. Ne compeſcaris.quia extulerunt caput b ¶Membra Antichriſti. c ¶Contradicendo.

a Quoniam ecce inimici tui † ſonue- c d

a ¶Iamdiu non noui.... b ¶Tunc leuabunt caput non capita ſed illud quod extollitur ſupra oẽ quod colitur aut nominatur Deus,ide Antichriſtum.

b runt,& qui oderunt te,extulerũt ca- e

a ¶Aliis ſi plebem.... cogi ....

e put. Super populũ tuum † maligna- f

a ¶Ad decipiendum.

uerunt conſiliũ,& † cogitauerunt ad g

a ¶Non ſolum contra mediocres, ſed etiam contra celeſtiores. b ¶Quærentes in hoc ſibi ſocios.

d uerſus ſanctos tuos. Dixerunt,veni- h i

a ¶Aug Ne ſint gentes idest tollamus eos de mundo. ¶Alias gentibus.

e te & diſperdamus eos de gente, & k

a ¶Totem qui ſe dicunt Iſrael. ¶Veri.

non memoretur nomen Iſrael vltrà.

a ¶Exponit malignantes qui vel quo ſtudio malignauerunt. b ¶Cum ſtudio. c ¶Omnes. ¶Et qui ſi poſſent eſſe fortiores,

Quoniam † cogitauerunt vnanimi- l

a ¶Vt contra eos mouearis. b ¶Pactum inter ſe, placitũ quod & inter viuos valet.

f ter,ſimul aduerſus te † teſtamẽtum m

a ¶Congregationes. ¶Aug incipit inimicos Chriſti memorare ſub nominibus quibuſdã gentium quæ myſticè eis congruunt. b ¶Ab Edom qui & Eſau.

g h diſpoſuerunt tabernacula Idumæo- n o

a ¶Ab Iſmael filio Abrahæ & Agar. b ¶Gentes exleges quæ recedentes à Deo patre ſunt ex patre diabolo. c ¶Alieni qui & aduenæ falſi fratres qui nomine tenus ſunt in eccleſia.

i k rum & Iſmahelitæ, Moab, & Aga- p q

a ¶Hypocritæ. b ¶Furioſi vel turbidi ¶Cupidi auari amantes terrena.

l m reni,Gebal & Ammon & Amalec, r s t

n a ¶Ebrij luxuria ſeculari. b ¶Poſſidentibus terrena circa quæ anguſtiantur.

† alienigenæ cum habitantibus Ty- u

a ¶Curiſti ſunt inimici populi Dei? ¶Quia. b ¶Diabolus qui operatur in his. c ¶Hi homines operante in ſe diabolo adiuuant inuiſibiles hoſtes,qui per iſtos oppugnant populum Dei.

o rũ. Etenim Aſſur † venit cum illis, x y

c Quo,ecce ocu.tui. *Qui voluni deſtruere locum cultus tui.*

d Sonuerunt. *Ideſt ad hoc cum fremitu armorum, & ſonitu tubarum venerunt.*

e Et tulerunt caput. *Contra te ſuperbientes: vnde dixit Sennacherib ſcribens Ezechiæ: Non ſeducat te Deus tuus. Credebat enim, q̃ non poſſet ſaluare Ezechiam, & populum eius de manu ſua, dicens: Num igitur ſolus poteris liberari? Nunquid liberauerunt dij gentium ſingulos,&c.*

G

f Super populum tuum malignauerunt conſilium. *Vt ſcilicet excitarent Sennacherib contra populum Dei,& templum, vt dictum eſt.*

g Et cogitauerunt aduerſus ſanctos ſuos, *ideſt ſacerdotes, & Leuitas tuo cultui deputatos, ſicut etiam res inanimatæ dicuntur ſanctæ, eò quòd ſunt diuino cultui deputatæ, vt vaſa,veſtes,& huiuſmodi.*

h Dixerunt. *Adinuicem mutuò ſe exhortantes.*

i Venite,& diſperdamus eos de gente,& non memoretur nomen Iſrael. *ideſt ſic deleamus eos, quòd non remaneat huius gentis memoria.*

l Quoniam cogitauerunt vnanimiter. *id eſt concorditer in malo.*

m Simul. *ideſt pactum firmum ad deſtruendum terram,& templum cultus tui.*

n Diſpoſuerunt. *i.firmiter ſtatuerunt. Et qui fuerint iſti populi,explicat dicens,*

o Taber.Idu. *i. habitantes in tabernaculis Idumæorum. Iſti autem deſcenderunt ab Eſau,qui altero nomine vocatus eſt Edom,& ſicut iſte odiebat Iacob fratrem ſuum quærẽs occidere eum, ſic Idumæi deſcendentes ab eo odiebant filios Iſrael deſcendentes à Iacob.*

p Et Iſmaheli. *Iſti deſcenderunt ab Iſmahel filio Abrahæ, & odiebant filios Iſrael, qui deſcenderant de Iſaac, ſicut & Iſmahel perſequebatur Iſaac, ſecundum quod dicitur, Gal.4.* *Gal.4.*

q Moab. *Iſte fuit filius Lot,& ſimiliter Ammon qui poſtea ponitur. Et ab iſtis denominati ſunt duo populi.ſ.Moabitæ & Ammonitæ: & iſti odiebant populos Iſrael imponentes eis(licet falsò) q̃ tuliſſent partem terræ ipſorum,quãdo aſcenderunt de Aegypto.*

H

r Et Agareni. *Iſti fuerunt filij Cethuræ, quæ alio nomine dicta eſt Agar, vt dictum fuit Gen.25.a.& iſti odiebant filios Iſrael, ſicut, & Iſmahelitæ fratres ſui.*

s Gebal,& Ammon. *De iſto non habetur clarè origo, niſi fortè fuerit Sobal filius Seir Horræi. Nomina enim Hebræa aliquando ſic variantur à parte principij ſicut & Latina. Nicolaus enim, & Colinus ſunt idem nomen, variatum tamen à parte principij. Iſti igitur deſcendentes de Gebal fuerunt moleſti filijs Iſrael, ſicut & Idumæi habitatores montis Seir.*

t Et Amalec. *Populus iſte odiebat filios Iſrael, & primò inuaſit eos in deſerto cum deſcenderent de Aegypto.*

u Alie. *In Hebræo habetur, Philiſthæi,qui fuerunt multũ infeſti Iudæis.*

x Cum ha. *Licet.n.habitatores Tyri fuerint confœderati Iudæis tẽpore Salomonis,& Hiram regis Tyri,tamen poſtea fuerunt eis inimici. Et omnes iſti populi fuerunt habitantes in circuitu terræ filiorum Iſrael,& incitauerunt Sennacherib regem Aſſyriorum ad veniendum contra regnum Iudeæ tempore Ezechiæ rationibus prædictis. ideo ſubditur,*

y Etenim Aſ. *Hoc non dicitur,eò quòd filij Lot eſſent principales in illo exercitu, ſed Sennacherib rex Aſſyriorum, vt dictum eſt: ſed hoc dicitur de filijs Lot, eò quòd ipſi vindicabant ius in aliqua parte terræ, vt prædictum eſt: & ſic ille exercitus faciebat quodammodo ad eorum adiutorium.*

¶ a Fac

## NICOL. DE LYRA.

¶ *tibi: Et ratio huius diuerſitatis eſt,quia dictio Hebraica quæ ponitur ibi* דמי *domi æquiuoca eſt ad ſignificandum ſimilitudinem, & taciturnitatem: credo tamen q̃ iſta tranſlatio melior eſt in hoc, quia ſtatim ſubditur: Ne taceas.& ideo in tranſlatione Hier. eſt quædam apparens negatio. Exponatur igitur iſta tranſlatio: Deus quis ſimilis erit tibi? q.d. dij gentium quos deſtruxit Sennacherib non erant ſimiles tibi ſecundum quod dicitur. Non enim erant dij, ſed opera manuum hominum. ideo ſubditur,* *4.Reg.19.d*

a Ne ta. *i.ne diſſimules iniuriam hoſtium noſtrorum, qui reputant te deijciendum per Sennacherib,ſicut Deos ſuos.*

q Neq; co. *i.retinearis amplius ab illatione vindictæ:Cuius cã ſubdit,*

c Quo.

## MORALITER.

✠ a *Ne taceas neque compeſcaris Deus.* ideſt,ne diſſimules,ne retarderis amplius a punitione malorum.

c *Quoniam ecce ini.ſo.* ideſt contra te in membris tuis cum magno fremitu venerunt.Cætera patent vſque ibi.

i *Venite.& diſper.eos.* Hoc enim credebant de Chriſtianis facere ſicut dictum fuit pſalmo ſupra poſito: Notus in Iudæa &c.

K *Et non me.nomen Iſrael vltra.* Sequitur,

o *Tabernacula Idumæorum & Iſmahelitę &c.* Probabile eſt, quòd de omnibus gentibus iſtis fuerunt aliqui in exercitu illo contra Chriſtianos.

✠ a Facti



tium diaboli diſceſſerunt,vnde in Apo. Draco cecidit,& traxit ſecum tertiam partem ſtellarum, de quibus Apoſtolus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & poteſtates Madian declinans iudicium.Siſara,excluſio gaudij. Iabin,ſapiens.de quo:Vbi ſapiens? vbi ſcriba? Ciſon,vbi victi fuerunt,duritia interpretatur. Endor, vbi perierunt,fons generationis. Et intelligitur generatio carnalis, non aqua baptiſmi regenerati. Oreb,ſiccitas.Zeb,lupus,Zebee,victima lupi, non Dei. Salmana, vmbra commotionis. Hæc omnia congruunt malis quos in bono vicit populus Dei.

A

a *Fac illis ſicut Madian,& Siſaræ ſicut Iabin in torrente. Caſ.* De vindicta iniquorum. Sicut omnes illi victi ſunt in figura à populo Dei:ſic iſtos precatur in veritate ſuperari.

b *Sicut Madian. Aug.* Vtpote illi qui declinant iudicium, ſe iudicandos non putantes, & qui excludunt futurũ iudiciũ,& hi omnes in Ciſon, & in fonte Endor perierunt.

c *Pone principes eorum ſicut.* Hæc omnibus communiter. Sed ſpecialiter, pone principes eorum: hoc optat militibus Antichriſti, qui non ſunt conuertendi.

d *Hereditate poſſidea. ſanctuarium Dei. Aug.* Dei, inuadunt vt ſuam.

e *Vt rotam & ſicut ſtipulam ante faciem venti. Caſ.* Per hanc ſimilitudinẽ, multas eorum prædicit calamitates.

f *Venti.Caſſ.* Leuitas peccantium,vẽto comparatur, quia huc, & illuc volitat.

g *Ignis, & flamma comburens montes. Aug.* congruè in iudicio eſſe dicuntur,quando & denſæ ſyluæ peccatorũ,& montes ſuperbiæ cremabunt.

B

h *Imple facies. Ca.* Pœnis contumacium prophetatis,orat pro credituris, qui non habent ſcelerum laudatores,ſed culpatores, quos ſæpe opprobrium corrigit. *Aug.* Melius eſt ruere, vt pœniteat, quàm ſub ſpecie religionis ſuperbire. vnde propheta ait:Et tu filia Sion, vſque ad Babylonem,venies,ibiq; liberaberis. *Auguſt.* Imple facies Hoc bonum,& optabile eis non prophetaretur niſi inter eos inimicos eſſent tales,quibus hoc ante iudicium præſtabitur: quia & nunc idem corpus ſonat, & leuat caput:ſed particulatim,non vniuerſaliter, vt in fine: & tamen inde aliqui conuertentur, quibus hic orat.

i *Erubeſcant, Aug.* Hic de malis qui non conuertentur. Erubeſcant,in futuro de malis,quæ fecerunt.Et conturbentur, de pœnis quas patientur Et hoc in ſe.ſe.i.in æternum.

k *Et con. Aug.* Rurſus redit ad eos qui in pſenti cõfundentur ne confundantur in æternum.q.d. Illi conturbentur in æternum:quærentes autem nomen domini modo,& confundantur de peccatis ſalubriter,& pereant, inquantum mali ſunt. Et ſi cognoſcant:Vel tunc cõfundantur mali,anima & corpore,& pereant omnino inſeparabiliter:Et tunc cognoſcãt quod modo nolunt. *Caſ.* Notandum,quia vndecim ſuperioribus pſalmis introductus eſt Aſaph, vt duritia Iudæorum, frequenti voce ipſius ſynagogæ molleſceret, vel ipſi nomini,cui deuoti eſſe videbantur,crederent Egit autem in prædictis pſalmis de domini incarnatione, & gentium fide, & de iudicio in quibus tranſgreſſio multiplex Iudæorum redarguitur. Vnde congruè vndecim ſunt: vndenarius enim numerus tranſgreſſionis eſt,quia & denarium tranſit & ad duodenarium non peruenit:vnde vndecim erant vela capillacea in tabernaculo domini, & in vndenario fuerunt apoſtoli,reiecto infeliciſſimo Iuda tempore paſſionis,quàndo à fide defecerunt: vnde; Poſuiſti tenebras,& facta eſt nox.

☞ a In

facti ſunt in † adiutorium filijs Lot ✠. a

a ¶Et tu domine. ¶Non maledicit,ſed prædicit illis futura mala ſub figura quorundam hominum. b ¶Hos omnes populus Dei.i.Iſrael debellauit & vicit.

a b Fac illis ſicut Madian & Siſaræ, ſicut b

a ¶De hiſ ſi carnali generatione vt ſtercus, de quibus nihil propagatur,niſi terrena fecunditas.

Iabin in torrente Ciſon. Diſperierũt c d

a ¶Dum cadauera putreſcerent.

c in Endor, facti ſũt vt ſtercus terrę. Po- e f

a ¶Vtpote ſiccus gratia Dei. b ¶Et rapaces.

ne principes eorũ ſicut Oreb, & Zeb,

a ¶Qui iam ſunt victima lupi. b ¶Diaboli. & inſtabiles omni prauæ ſuggeſtioni cedentes. c ¶Quid per ſingula.

& Zebee,& Salmana. Omnes prin- g

a ¶Conſiliorum autores. Ecce inanis ſonitus quo ſonuerunt inimici tui.

d cipes eorum,qui dixerũt:Hereditate h

a ¶Vt cedant nobis ſubditi. b ¶De quo: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos

poſſideamus † ſanctuariũ Dei. Deus i

a ¶Animo caduci terrenis dilati. ¶Non ſint ſtabiles in eo quod cogitant,vel ex his quæ retro ſunt, ideſt terrenis extollantur,de eo vero quod verè eſt,& ante cadant: ideſt ab æternis. b ¶Cedant omnibus motibus prauæ ſuggeſtionis.

e meus pone illos vt rotam,& ſicut ſti-

a ¶Præſentium tentationis, qua leuia & inania corda puniuntur.Leuitatem vero peccantium ſequitur malus & grauis cruciatus. Sicut ignis. b ¶In futuro autem.

f g pulam ante faciem venti. Sicut ignis k

a ¶Quia illi ſteriles a iuſtitia. ¶Malos. b ¶Aug.Ignis flammeus vrens Deus.

qui comburit ſyluam, & ſicut flãma l

a ¶Quia pleni ſuperbia. ¶Dicit quos & ſyluam.

comburens montes. Ita perſequeris m

a ¶In iudicio, quod improuiſum & graue. b ¶Iuſtitia vindictæ vltimæ.

illos in tẽpeſtate tua, & in † irã tua tur-

a ¶Fac eos ſibi & aliis ignominioſos videri.

h babis eos. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum do- n o

a ¶Quærent nomen tuum quod ii non fecerint. ¶Qui quærent nomen domini etſi modo pro peccatis erubeſcant & conturbentur,nõ tamen in æternũ confundentur.

i mine. Erubeſcant & conturben- p

k tur in ſeculum ſeculi, & confundan- q

a ¶Quicunq; alij:non vero nec ſuo nomine domini nuncupantur,quoniam ſeruiliter dominantur.

tur & pereant. Et cognoſcant, quia r s

a ¶Et cuius. b ¶Etiam in cœlo & ſuper omne cœlum,ſed hoc elegit,quo premantur humana ſuperbia. definit.n.terra ſuperbire.i.homo de quo. Terra es & in terram ibis: cũ ſcit Deum altum ſuper omnem terram. i.nullũ valere contra eos de quibus dicitur:Si Deus pro nobis,quis contra nos.

† nomen tibi dominus, tu ſolus altiſ- t

ſimus in omni terra.

c In torrente Ciſon. *Bellum illud fuit prope torrentem illum, & multi fuerunt ibi ſubmerſi. vnde dicitur Iud.5.c. Torrens Ciſon traxit cadauera eorum.* C *Iud.5.c*

d Diſpe.in Endor. *nomen eſt loci, vnde fuit illa mulier Pythoniſſa, quam conſuluit Saul. Et bellum illud fuit propter.* *1.Reg.28.b*

e Fa.ſunt vt ſter. *quia cadauera eorum remanſerunt ſuper terram inſepulta.*

f Po.principes eorum. *Iſtos debellauit dominus miraculosè per Gedeonem & trecentos viros cum eo.* *Iud.7.c*

g Omnes principes eorum. *ideſt populorum ſupra me moratorum.*

h Qui dixerunt. *i. Ieruſalem in qua erat templum Dei,& per conſequens terram Iudææ, cuius metropolis erat Ieruſalem.*

i Deus meus po. *i.fac illos inſtabiles. Dicit autem Rab. Sa. q̃ per rotam intelligitur hic quædam ſpecies tribuli ſeu herbæ, quæ in ſummitate facit quandam ſphæram albam lanugini ſimilem,quæ ad modicum flatum venti diſpergitur & diſparet: & ſimiliter ſtipula,flatui venti reſiſtere non poteſt & ita factũ fuit de exercitu Sennacherib, quia angelus domini vna nocte interfecit ibi centum octoginta quinque millia.*

K Sicut ignis qui com.ſyl. *ex magna potentia.* *4.Reg.19.g*

l Et ſicut flam.com.mon. *ex ardoris vehementia.*

m Ita perſeque. *quia corpora mortuorum in exercitu Sennacherib fuerunt redacta in cineres, ita q̃ Ezechias, & viri eius poterant colligere ſpolia abſque aliqua difficultate.*

n Imple.fa.eorum igno. *quod tunc fuit impletum, quia Sennacherib mane ſurgens, & videns illam peſtilentiam ſui exercitus, fugit cum paucis ad terram ſuam confuſus.*

o Et quærent no.tuum. *hoc nõ dicitur pro ipſo Sennacherib, qui videns illam plagam diuinitus inflictam, non quæſiuit Deum per pœnitentiam,ſed magis tanquam idololatra peſſimus adorauit in templo Neſrach Deum ſuum,vt habetur ibidem. Sed hoc dicitur pro aliquibus cum eo fugientibus, qui conſiderantes Dei Iſrael potentiam, exhibuerunt ſibi reuerentiam. vnde & plurimi quorum amici fuerant in illa peſtilentia mortui,imputantes hoc ſuperbiæ Sennacherib, eò q̃ blaſphemauerat Deum Iſrael, diſponebant eum interficere, propter quod conuertit ſe ad adorandum Deum ſuum, promittens quòd immolaret ei duos filios, Adramelech,& Sarazar, ſi poſſet illud periculum euadere, quod illi intelligentes interfecerũt eum,vt dictum fuit plenius 4.Reg.19.* † turbine tuo D *4.Reg.19.g*

p Erubeſcant & conturbentur in ſeculũ ſeculi & confundantur. & pereant. *Hoc dicitur de Sennacherib, & alijs cum eo in malo obſtinatis. Frequenter enim ſcriptura ſub eodem contextu de malis tranſit ad bonos,& econuerſo ſicut dictum fuit in principio Gen. ſecundum regulam illam de corpore domini bipertito. & habitum eſt exemplum ſupra pſal.77.d.vbi dicitur: Cum occideret eos, quærebant eum. Quod non poteſt intelligi de eiſdem numero, ſed quia aliquibus occiſis propter ſuam malitiam alij hoc videntes conuertebantur ad Deum per pœnitentiam ſaltem ad horam,vt ibi dictum fuit.*

r Et cognoſcant. *per experientiam pœnæ ſibi inflictæ.*

s Quia no.ti.Deus. *& nulli alteri eſt diuinitas attribuenda: hoc enim dæmones & damnati cognoſcunt.*

t Tu ſolus al.in omni terra. *Quia nulli alteri poteſt competere potentia infinita. Moraliter poteſt exponi pſal.iſte, vt ſit oratio eccleſiæ contra hoſtes fidelium,referens humiliter coram Deo eorum nequitiam, & ſuper hoc petens deuotè diuinam vindictam exemplo malorum antiquorum à Deo iuſtè punitorum.*

¶ a Quàm

## NICOLAVS DE LYRA.

b Fac illis. *Hic conſequenter Aſaph implorat contra prædictos hoſtes vindictam diuinam,dicens: Fac illis ſicut Madian & Siſa. Quos miraculosè debellauit Deus per Barach.*

c In

## MORALITER.

✠ a *Facti ſunt in adiu.filijs Lot.* ideſt Moabitis,& Amonitis exiſtentibus in illo exercitu.

b *Fac illis ſicut Madian & Siſaræ.* omnes iſti debellati fuerunt miraculosè per Barach & Gedeonem. *Iud.4.a.& 7.c*

n *Imple facies eorum ignomi.& quærent no.* non ad benedicendum, ſed blaſphemandum,ſicut dicit ſal. Quæretis me,& in peccato veſtro moriemini. ideo ſubditur, *Ioh.8.7.c*

q *Et confundantur & pe.& cognoſcant &c.* Per experientiam inflictæ ſibi pœnæ. Quia no.ti. Deus &c.

✠ a Quàm

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E In pſal.82. *Deus quis ſimilis erit tibi. vbi dicitur in poſtil. Propter quod ſaluo meliori iudicio videtur mihi.*

## ADDITIO.

¶ Hæc expoſitio nullum habet fundamentum in ſcripturis ſacris. Nuſquam enim legitur in ſacra ſcriptura, nec in glo. autenticiſi, quòd gentes in hoc pſal.expreſſę, vel aliquę eorum incitaſſent Sennacherib ad veniendum contra Ieruſalem, ſeu contra Iudæos: ſed potius ex plano textu hiſtoriæ ſacræ habetur alia cauſa potiſſima, qua Sennacherib aſcendit contra Iudæam, & eius regem ſcilicet
4.Reg.16.b Ezechiam. Legitur enim quòd Achaz rex Iuda tribulatus à rege Syriæ, & à rege Iſrael, qui contra eum conſurrexerunt, habuit refugium ad regem Aſſyriorum, & recepit eum in dominum, vt eum liberaret à prædictis aduerſarijs: vnde litera ibidem ſic dicit: Miſit autem Achaz nuntios ad regem Aſſyriorum dicens: Seruus tuus, & filius tuus ego ſum, aſcende, & ſaluum me fac de manu regis Syriæ &c. Sed poſtea cum Ezechias filius prædicti regis Achaz re-
4.Reg.18.b gnaſſet: rebellauit contra regem Aſſyriorum, prout legitur 4.Regum 18. vbi loquens de exordio regis Ezechiæ dicit ſic: Rebellauit quoque contra regem Aſſyriorum, & non ſeruiuit ei: nulla enim requiritur alia incitatio Idumæorum vel Iſmaelitarum, & huiuſmodi prout poſtil. ait ad hoc, quòd Sennacherib inſurgeret contra Ezechiam & regnum eius: quia prædicta rebellio fuit ſufficiens cauſa ad hoc vt ex dictis patet, præſertim cum Sennacherib manifeſtè anhelabat ad monarchiam volens ſibi omnes gentes ſubijcere. vnde
4.Reg.19.c legitur ſcripſiſſe Ezechiæ regi ſic: Tu enim ipſe audiſti quæ fecerunt reges Aſſyriorũ vniuerſis terris, quomodo vaſtauerunt eas &c. Ex quo patet, quòd non indigebat incitatoribus ad hoc, vt Iudæam ſubiugaret, quia potentiſſimè intendebat ſibi ſubiugare nationes: vnde pſal. iſte non videtur appropriandus Sennacherib, nec exercitui eius: nec etiam alicui de perſecutoribus gentis Iudaicæ in ſingulari. Sed Pſalmiſta in hoc pſal. intendit generaliter loqui contra aduerſarios, & impugnatores populi Iſraelitici, qui fuerant tempore regni ipſius Dauid, & ſucceſſorum eius, & ſpecialiter eorum qui erant iuſti ſicut Ezechias, & Ioſias, & huiuſmodi. Pro quo ſciendum, quòd tempore iudicum quandiu populus Iſraeliticus recedebat à Deo & adhærebat idolis, tradebat eos Deus in manibus inimi-
Iud.3.a corum circumſtantium, vt habetur Iud. 3. Similiter & quando ſurgebant aliqui iudices prouidentia diuina, ſaluabantur ab hoſtibus, vt in eodem cap. habetur in generali: & conſequenter quaſi per totum librum in ſpeciali. Regnante autem Dauid cuius regnũ fuit
F à Deo in perpetuum ſtabilitum prout quam plurimæ autoritates ſonant, fuit eis propheticè dictum à Deo per Nathan prophetam, ꝙ de cætero populus Dei non turbaretur ſic per aduerſarios. vnde 2.
2.Reg.7.b Reg.7.b. ſic legitur: Ponam locum populo meo Iſrael, & non turbabitur amplius, nec addent filij iniquitatis, vt affligant eũ ſicut prius ex die qua conſtitui iudices ſuper populum meum Iſrael: Sed quia in principio regni ipſius Dauid ſuper Iſrael ſtatim aſcenderunt Phi-
2.Reg.5.c liſtæi contra eum. & poſtea in proceſſu temporis habuit agere bella cum diuerſis nationibus in circuitu. & ſpecialiter cum Syria, Moab, & Amon, & Philiſtijm, & Amalech, & Idumæo, prout po-
2.Reg.8.per totum. teſt haberi 2.Reg.8. idcirco Dauid præuidens in ſpiritu iſta bella futura tempore ſuo, & etiam alia tempore ſucceſſorum, compoſuit iſtum pſal. petens à Deo vindictam de ſuis aduerſarijs, eo modo ſaltem quo conſueuerunt facere tempore iudicum, quando iudex erat G Deo gratus. & ideo dicit: Fac illis ſicut Madian, & Siſaræ. Vnde notandum quòd ſicut illi quos hic nominat, de quibus fuerat facta vindicta à Deo tempore iudicum, ſcilicet Madian, Oreb, & Zebee, & huiuſmodi non concurrerunt ſimul, ſed ſucceſſiuè in diuerſis temporibus. Sic intelligendum eſt de inimicis, de quibus vindictam petit Pſalmiſta, ſcilicet tabernacula idumæorum & Iſmaelitarum & huiuſmodi: nec obſtat quod dicit: Cogitauerunt vnanimiter ſimul & huiuſmodi, quia inquantum hoc omnes conueniebant, vt diſperderent Iſraelem de gente, in hoc vnanimes dici poſſunt, ſicut vna dicitur fides vel opinio diuerſorum quando conueniunt in eodem credibili ſeu opinabili, licet non ſint in eodem tempore nec loco. Et notanter dicit Pſal. Ecce inimici tui ſonuerunt, ſimiliter & aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt quaſi diceret, per amplius debes vindictam exercere in iſtis quàm in alijs aduerſarijs qui fuerunt tempore iudicum, quia tunc Iſraelitæ erant idololatræ, & per conſequens, qui aduerſabantur eis non aduerſabantur Deo, ſed tempore Dauid & ſimilium qui verum Deum colebant, eorum aduerſarij inimici Dei debent dici, & contra eum teſtamentum diſponere. vnde potius erant puniendi. Ex quibus bene conſideratis ſatis patet propria applicatio literæ huius pſal. ad hanc expoſitionem &c.

## REPLICA.

IN pſal. Deus quis ſimilis poſtil. applicat hiſtoriam perſecutionis, & punitionis Sennacherib ad materiam huius pſal. ſed propter gentes Iudæis vicinas in hoc pſal. commemoratas addit poſtil. quòd ideo fit illarum gentium commemoratio, quia illæ incitabant Sennacherib ad inuadendum, & deſtruendum Iudæos. Et puto ad hoc bonam fore veriſimilitudinem, quia illæ gentes valde oderant Iudæos, & ſæpe eos infeſtabant: ita quòd Achaz contra eos inuocaret auxilium Sennacherib, & ſic auxilio ipſius recepto in Iudæos non poterant deſæuire. Audientes autem Ezechiam rebellare, & à tributo Sennacherib receſſiſſe, gauiſæ proculdubio ad ipſum inuadendum Iudæos concitabant auxilia promittentes, vt eſt commune in populis. Burgen. attendens rationabilem applicationem materiæ huius pſal. ad Sennacherib, tam quò ad inuaſionem, quam ſui exercitus deiectionem, ſolum obiicit contra id quod poſtil. addidit de concitatione, & facit argumentum ſatis debile, quod fundat ſuper falſa imaginatione, videlicet quòd eiuſdem effectus non poſſunt eſſe plures cauſæ partiales occaſionales, vel ſine quibus non: Arguit enim ſic primò: Non legitur de H illa concitatione, ſed non ſequitur. igitur non eſt veriſimilis, quia ſupra veriſimilitudo oſtenſa eſt. Et ſecundò arguit: Rebellatio Ezechiæ fuit cauſa mouens Sennacherib, igitur non gentium concitatio. Sed conſtat non ſequi, quia commune eſt in effectibus plures cauſas partiales concurrere. Nec expoſitio Burgen. de bellis Dauid contra hoſtes Iudæorum valet, quia Philiſthæi fuerunt primi, & acerbiores impugnatores Dauid, qui tamen hic inter hoſtes non nominantur. Et ſic valet argumentum conſuetum: Valet & meũ in ſimili forma. Non legitur Aſſur vnquam contra Dauid pugnaſſe: tamen in hoc pſal. dicitur: Etenim Aſſur venit cum illis, facti ſunt in adiutorium filijs Loth, & ſic de multis alijs, quæ contra Burgen. obiici poſſent &c.

## GLO. ORDIN.

a *In finem. Aug.* Nihil hic dicitur de torcularibus viſibilibus, vnde conſtat ſpiritualia eſſe. Vua in vite, oliua in arbore pẽdens libero fruuntur aere, nec illa eſt vinum, nec iſta oleum ante preſſuram. Sic quos præſciuit
Rom.8.e Deus ante ſecula fieri cõformes imaginis filij, antequam accedãt ad ſeruitutem Dei, fruuntur in ſeculo delicioſa libertate. Sed cum accedunt ad ſeruitutem Dei, dicitur eis: Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Ecce torcular, conteruntur. exuuntur in tegumentis carnalium deſideriorum, quaſi vinacijs exuũtur veteri homine, & in apothecam Dei defluunt: ideo torcularia dicuntur eccleſiæ preſentis temporis. Sed qui in his filij Core, ideſt calui, ſcilicet Chriſti? Caluus nanque Eliſeus irriſus à pueris figura fuit Chriſti, qui in Caluaria crucifixus. Ideo hic præmitur Chriſtianus, vt quærat quietem, quæ non eſt hic, & ſit ei Deus refugium. Qui enim incumbit terrenis, incumbit in baculum arundinis.

b *Pro tor. Aug.* In torculari fructus vuæ, vel oliuæ emanat, ſic in preſſuris merita ſanctorum patent, quæ in pace latebant. *Caſ.* Pſal. ſecundus de charitate. *Caſſi.* Primò de inæſtimabili deſiderio æternæ domus.

a ¶Chriſtum. b ¶Abitus. ¶Ideſt agens de eccleſiis in quibus preſſuræ tribulationum. c ¶Proponitur.

† In finem † pro torcularibus, filijs

a ¶Ideſt Chriſti in Caluaria crucifixi b ¶Dirigens.

Core pſalmus LXXXIII.

a ¶Caſſi. Quaſi non poteſt dici quantum. ¶Auguſtinus. De æternis dicit. in quibus nulla eſt preſſura, vt de militia quæ in terra.

QVàm dile-

## GLO. ORDINARIA PSAL. LXXXIII.

QVàm dil. Ecce quanta militia, Etenim paſſer quam ſecura. Beati qui habitant, ad quam beatitudinem ducit Beatus vir cuius.

a Etenim

## NIC DE LY. PSAL. LXXXIII.

a QVàm dicta &c. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebreo: Ad victoriam ſuper hagittith filiorum Core pſal. In quo ſecundum Hieron. & doctores Hebreos apparet autor pſal. vel autores .ſ. filij Core, non tamen dicunt vtrum fuerit*

factus

## MORALITER.

a *Quàm dile.* Pſal. iſte ſecundum ſenſum literalem exprimit deſiderium perfectorum, reputantium vitam iſtam miſeriam, & de ipſa exire deſiderantes, cum Paulo dicentes, Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, & ſic patet ꝙ ſenſus literalis eſt etiam moralis: ideo non eſt hic alia moralitas requirenda.



a *Etenim paſſer. Auguſt.* Duobus duo reddit. Cor vt paſſer. A Caro vt turtur, cui dat, & pullos: corde cogitamus Deum, quaſi volet paſſer ad domum, carne agimus opera. *Aug.* Sicut paſſer deſerit ſyluas & inuenta domo lætatur, vbi non timet inſidias, ſic anima lætatur, dum ſcit ſibi domum paratam in cœlo. Spiritus qui eſt quaſi paſſer volans in altum, tendens ad ipſum Deum.

b *Nidum. Auguſt.* Nidus ad tempus, domus verò in æternum. Nidum ergo dicit fidem, & conformitatem ſacramentorum eccleſiæ, quem nidũ quærit turtur, vt reponat pullos ſuos. Non enim abiicit vbicunque, ſed in nido eccleſiæ facit opera bona ſalubriter, pro quibus ſaluatur: per quod differt ab aliis, qui opera faciũt: ſed non in nido fidei. Nam & pagani faciunt opera, veſtiũt nudos &c. & hæretici multa faciunt, ſed non in nido eccleſiæ, & ideo conculcantur non ſeruantur. Hæc caro eſt mulier per quam ſeducitur paſſer, ſed ſaluabitur per generationem operum, ſi in nido, ideſt perſeuerauerit in fide. Prebet autem Deus vnde fiat nidus, induit enim ſe fœno carnis, vt ad te veniret.

c *Altaria tua domine. Caſ.* Vbi animæ cœleſti conuiuio epulantur, vbi anima quaſi in domo gaudeat. *Aug.* & caro reponit opera ſua, vnde beati qui &c. vbi oſtendit, ad quam beatitudinem militia ducit.

d *Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Auguſt.* Hoc boni iam habent, ſcilicet quòd habitant in domo tua. Sequitur: In ſecula ſeculorum laudabunt te. Hoc totum negotium eſt ibi ſanctorum. Non eſt ibi neceſſitas, quæ
B mater eſt omnium humanarum actionum, quia cui faciunt ibi quippiam, vbi nulli indigent. habent ergo, & agunt vnde beati ſunt. Omnis autem beatus habendo, vel agendo dicitur beatus.

e *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpo. Caſſi.* Quo auxilio ad domum veniatur.

f *In valle lachrymarum. Caſ.* Vallis lachrymarum eſt pœnitentis humilitas. Vel, Hieron. deiectio huius ſeculi quem poſuit, vel diſpoſuit. *Aug.* vnde autem ploratio, quia lege nos afflixit per quam cognouimus peccatum repugnare ſpiritui, & gemimus, quomodo ſcilicet veniamus ad locum quẽ poſuit, ope eius & auxilio vtique. *Hier.* Vel valle lachrymarum, ideſt in hac deiectione ſeculi, in loco quem poſuit Deus homini, vt ibi peccata fleret, vel homo ſibi cum peccauit.

g *In loco quem poſuit. Etenim benedictionem da. Auguſt.* Qui non poteſt exponi quem oculus nõ vidit nec auris audiuit, ideſt futurum regnum quod diſpoſuit, & ordinauit Deus, vt ad id per gradus veniatur.

a Domine

a ¶Caſſi. In futuro miram potentiam Dei ſentit. Vel ſic virtutes Dei [illegible].

cta tabernacula tua domine † virtu- a

a ¶A ſtatu ſuo inde tendens in atria domi. ¶Ex [illegible] non habet quod deſiderat.

tũ concupiſcit & † deficit anima mea b

a ¶Sed nunquid ſine gradio? imo eſt & gaudium in ſpe: & ideo tolerat tormenta. b ¶Domita.

in atria domini. Cor meum & caro c

a ¶Et ſi grauentur. ¶Hinc in illud æternum. b ¶Qui dat viuere.

mea † exultauerunt in Deum viuum.

a ¶Quia ¶Vnde ex [illegible]? Duobus prædictis duo reddit. Cor eſt vt paſſer: modo [illegible] pennas in virtutibus huius temporis ſpe, fide, & charitate, vt volet in domum in qua permaneat. ¶Nam &. b ¶Sed [illegible] non manifeſtam.

a † Etenim paſſer inuenit ſibi domum d

a ¶Caſta caro. b ¶Ad tempus. c ¶Non abiicit eos vbicunque.

b & † turtur nidum ✠, vbi reponat pul-

a ¶Quem nidum? ¶Eccleſiaſtica ſacramenta. ¶Celeſtem patriam

c los ſuos. Altaria tua domine virtutũ, e

a ¶Qui regis. b ¶Qui creaſti. c ¶Sed nidus eſt in peregrinatione. in preſſura vbi pietas ſuſpirat in ſuperna promiſſa, dicens.

d rex meus & Deus meus. † Beati qui

a ¶Cęleſti vbi non eſt timor.

habitant in domo tua dñe, in ſecula g

a ¶Hoc agunt. b ¶Beati in futuro, qui habita. &c. ¶Etiam modo eſt. ¶Aug. Sed quomodo veniemus cum corpus grauet animam.

e ſeculorum laudabunt te ✠. Beatus vir h

a ¶Contra labores huius ſeculi. b ¶Quid enim ei prodeſt? Multum, quia. ¶Gradus, quibus aſcendit quia ſemper proficit:

cuius eſt † auxilium abs te. † aſcenſio- i k

a ¶Aug. Quanto plus amaueris, tanto plus aſcendes. b ¶Vbi diſpoſuit? ¶Hic enim ploratur vbi ſeminauit.

f nes in corde † ſuo diſpoſuit, in valle l

¶Ecce torcular. ¶Vt quo aſcendatur. a ¶Deus vel homo.

g lachrymarum, in † loco quem po- m

a ¶Poſt legem veniet gratia. b ¶Ecce Chriſtus dator vtriuſq, teſtis & autor.

ſuit. † Etenim benedictionem da- n

a ¶Quid præſtat benedictio gratiæ? Ecce per eam. b ¶Quia per gratiam multæ virtutes dantur quibus venitur in Chriſtũ Dei virtutem: vt videatur illis finitis in Sion, ideſt in plenitudine contemplationis.

bit legiſlator, ibunt de † virtute in o

a ¶Sicut eſt Deus apud Deum. verbum apud patrem qui eſt Deus deorum, ideſt Chriſtianorum.

virtutem: † videbitur Deus deorum p

*ſanctorum in regno cœlorum, propter quod illud feſtum dicitur celeberrimum, atque ſanctiſſimum ibidem. Igitur ſecundum hoc pſalmus iſte diuiditur in duas partes: quia primò oſtenditur, quòd felicitas ſuperna debet ſuper omnia concupiſci, ſecundò ſubditur qualiter homo valeat ipſam adipiſci, ibi: Beatus vir. Circa primum dicitur: Quàm dilecta. ideſt valde dilecta.* C

a Tabernacula tua domine virtutum. *id eſt angelorum. Et dicit tabernacula tua in plurali, propter diuerſos beatorum ſtatus ſecundum varia eorum merita: propter quod dicit ſaluator. In domo patris mei manſiones multæ ſunt.* Ioan.14.a

b Concupiſcit, & deficit anima mea in atria domini. *quia omnis intellectus & affectus hominis exiſtentis in via deficit à perfecta cognitione, & dilectione beatitudinis ſupernæ, ſecundum illud. Oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.* 1.Cor.2.b

c Cor meum &c. *Fortes enim motus animæ redundant ad corpus, ſicut ex magno timore homines infrigidantur, & palleſcunt, & ex maxima ira caleſcunt, & [illegible], & ideo cum anima fortiter exultat in Deo, fit quædam redundantia in [illegible]. Conſequenter oſtendit, quòd beatitudo ſuperna quietat hominis appetitum [illegible].*

d Etenim paſſer inuenit ſibi [illegible]. *id eſt locum ad quieſcendum, [illegible] multò magis rationalis creatura habet [illegible] in quo quietatur, & hæc eſt beatitudo cœleſtis, propter quod ſubditur,*

e Altaria tua domine virtutum rex meus & Deus meus. *ideſt [illegible] illa, in quibus quietatur appetitus humanus: Et vocat hic altaria electorum diuerſa conſortia, ſecundum varia eorum merita, quia in illis iugiter offeruntur ſacrificia diuinæ laudis: propter quod ſubditur,*

f Beati qui habitant. *ideſt in cœleſti beatitudine.*

g In ſecula ſeculorum. *In Hebræo habetur. Selah, vbi nos habemus in ſecula ſeculorum, & ſecundum doctores Hebræos illa dictio ſignat perpetuitatem à parte poſt, & propter hoc Hieronym. tranſtulit, ſemper. Talis autem laudatio perpetua non poteſt verificari ad literam de laude facta in templo poſt captiuitatem Babylonicam reædificato. Tum quia illud templum durauit tantum 420. annis ſecundum Hebræos. Tum quia tempore [illegible] fuit interrupta, ſcilicet tempore Antiochi illuſtris, qui poſuit ibi abominationem idolum, & fecit ibi immolari carnes ſuillas, & animalia immunda ſecundum cultum idolorum.* D

b Beatus vir. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter homo beatitudinẽ ſupernam valeat adipiſci, & primò oſtenditur, quòd hoc non poteſt fieri ſine ſpeciali Dei adiutorio. ſecundò ad hoc porrigitur deprecatio, ibi: domine Deus virtutum. Circa primum dicitur: Beatus vir, ſcilicet in ſpe quæ eſt certa expectatio futuræ beatitudinis.*

i Cuius eſt auxilium abs te. *ideſt à te. Hæ enim duæ prepoſitiones abs & a, idem ſignant quaſi dicat ad beatitudinem ſupernam nullus poteſt attingere niſi per tuum auxilium ſpeciale: quia excedit facultatem creaturæ, ſed ille qui ad hoc per te dirigitur, poteſt attingere. [illegible] ſubditur cum dicitur,*

K Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit &c. *ideſt gradus virtutum per quos aſcenditur ad cœlum, quos homo gratia Dei [illegible] in ſe diſpoſuit, quia vſus liberi arbitrij cum Dei gratia ad meritum concurrit.*

l In valle lachrymarum. *hoc eſt in ſtatu præſentis miſeriæ, in quo eſt meritum & demeritum.*

m In loco quem poſuit. *ideſt conſtituit ipſe Deus ad merendum vitam beatam & per lachrymationem, & fletum, ſecundum quod dicit ſaluator. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Matt.5.a

n Etenim benedictionem dabit legiſlator. *hic eſt Chriſtus legis latoꝛ euangelicæ, qui dat benedictionem gratiæ [illegible] pro remiſſione culpæ commiſſæ, & pro dilatione cœleſtis gloriæ, & de talibus ſubditur,*

o Ibunt de virtute, in virtutem, &c. *ſemper proficiendo in augmento gratiæ, donec perueniant ad terminum viſionis beatæ, [illegible] ſubditur,*

p Videbitur Deus deorum *ideſt ſanctorum & angelorum [illegible], qui dicuntur dij participatiuè.*

a In Sion

## NICOLAVS DE LYRA.

*factus ab vno eorum vel à pluribus. De materia verò huius pſalmi dicunt doctores Hebræi, quòd pſalmus iſte exprimit deſiderium filiorum Iſrael exiſtentium in captiuitate ad templi reædificationem. Sed ſaluo meliori iudicio videtur mihi, quòd magis exprimat deſideriũ ſanctorum adhuc in hac valle miſeriæ degentium deueniendi ad gaudium ſupernorum ciuium, de quorum numero erant filij Core, ſpiritum propheticum habentes. Et ſecundum hoc iſta dictio hagittith in duplici ſignificatione deſeruit: quia ſignat inſtrumentum muſicum cui appropriatur cantus huius pſalmi, & quia ſignat torcular, vt ſupra dictum eſt plenius pſal.80. eò quòd iſte pſalmus propriè cantabatur in menſe ſeptembri collectis vindemijs, & in torcularibus expreſſis, ſcilicet in feſto cœtus vel collectæ, quod fiebat 22. die huius menſis, vt habetur Leu. 23. & Numer.29. In memoriam, vel potius figuram collectionis*

*ſanctorum*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Domine Deus virtutum.* Caſ. Orat, & humiliat ſe pro impetratione huius auxilij.

Vbi ſupra. Vt ſup. ibi. 2.Cor.13.a b *De. Ia.* Aug. Quę feciſti Iſrael apparẽs ei, ſic fac & me Iſrael.

c *Reſpice in fa. Chriſti tui.* Aug. Ipſe enim loquitur in nobis. vnde Apoſtolus: An experimentum eius quæritis qui in me loquatur Chriſtus: Et in nobis recipitur,

Matt.10.d ſicut ait. Qui vos recipit, me recipit. Aug. Reſpice. Chriſtum pater ſemper reſpicit. Caſ. ſed fac preſentia incarnationis cum gentibus reſpici. Vel ita per faciem innoteſcimus aliis. Aug. Reſpice ergo in faciem, innoteſcere fac omni-

†precem bus Chriſtum, vt poſſimus ire de virtute in virtutem.

d *Dies vna.* Immutabilis. ſ. ſine ortu & occaſu, cui nõ cedit dies heſternus, quẽ non vrget craſtinus. Super millia ſuper infinitos dies præſentes, qui habent finem. Propter quod elegi, etſi poſſem regnare, abiectus opinione hominum, in domo in eccleſia. Ecce quàm dulce, faſce torcularis premi.

e *Quia mi.* Caſ. Ideo in domo Dei malo eſſe quàm alibi, quia in ea dat miſericordiam, qua iuſtificat, poſt veritatem promiſſi præmij. Sed quibus? his qui ambu-

† eſſe in limine lant in innocentia.

f *Domine virtutum &c.* Qui tanta facis quæ dici non poſſunt.

a ¶Cognitione horum gaudiorum redit ad ſuſpiria videns vbi adhuc ſit & dicit. ¶Videbitur Deus in Sion. Et vt videam. O domine Deus dator illarum virtutum quibus aſcenditur ad te. vel: Deus cęleſtium virtutum. i. angelorum quibus me ſociari cupio.

a in Sion. Domine Deus virtutum a b

a ¶Vt illis me ſocies.

exaudi †orationem meam, auri- c d

a ¶Vt in lucta me iuues ſicut iuuiſti Iacob. b ¶Vt ſub alarum tuarum.

b bus percipe Deus Iacob *. †Pro- e f

a ¶Genus humanum protege, & hoc per Chriſtum. b ¶Si non propter nos ſaltem: quia ſumus conformes imaginis filij tui.

c tector noſter, aſpice Deus, & re- g h

a ¶Ideo oro.

ſpice in faciẽ Chriſti tui. † Quia i

a ¶Sine ortu vel occaſu. b ¶Hæc ſunt ad quæ ſuſpirat.

d melior eſt dies vna in atrijs tuis k

a ¶Dierum quæ deſiderant homines. b ¶Humilis. ¶In valle lachrymarum inuenit humilitatem qua aſcendit.

ſuper milia. Elegi †abiectus eſſe l m

a ¶Non extra, vel mea. vel in infimo loco, vnde vocetur ſuperius. b ¶Quam eſſe potens inter peccatores.

in domo Dei mei, magis quã ha n

a ¶Gloria ſeculi.

bitare in tabernaculis †peccato-

a ¶Qua prius ſubuenit & indulget. b ¶Qua poſtea coronat.

e rum. Quia †miſericordiam & ve o

a ¶Vt credenti det quæ promiſit. b ¶Et. ¶Hic. ¶Vnde: Gratia Dei ſum id quod ſum. c ¶Ibi. ¶Vnde. Supereſt corona iuſtitiæ.

ritatẽ diligit Deus, gratiã & glo- p q r

a ¶Ideo. ¶Sed quibus dabit? his qui ambulant in innocentia. Et hoc eſt. b ¶Cur ergo pro bonis terrenis deſeritur innocentia? quid lucratur qui damnificatur? habet lucrum auri: perdit innocentiam.

riam dabit dominus. Non †pri- s

uabit bonis †eos qui ambulãt in t u

a ¶Ergo. ¶Quid ergo reſtat nobis in tempore preſſuræ vt illic perueniamus? Sperare in domino. Et hoc eſt.

f †innocentia, domine *virtutum

a ¶Qui ſpem ponit in ęternis non occiduis, paucis verba omnia concludit.

beatus homo qui ſperat in te. x

NIC. DE LY.

Heb.12.f ¶ *a* In Sion. *cęleſti. de qua dicitur, Acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cęleſtem. & multorum milium angelorum frequentiam.*

†ſol & ſcutum dñs

*b* Domi. Deus. *Hic conſequenter ponitur deprecatio pro auxilio diuino impetrando ad hãc beatitudinem conſequendam: & primò Pſalmiſta deprecationem iſtam proſequitur, ſecundò ad commendationem ſupernæ beatitudinis*

F *reuertitur, ibi: Quia melior eſt. Circa primum*

†ambulantes *dicit Pſalmiſta in perſona fidelium, Do. Deus. i. angelorum, vt frequenter dictum eſt.*

*c* Exaudi orationem meam. *Perducendo ad beatitudinem.*

†perfectione *d* Auribus per. *Oſtendendo per effectum.*

*e* Deus Iacob. *Quod dicitur eò quia fecit Deo ſpeciale votum, vt dictum eſt ſupra 8c.*

*f* Protector noſter. *Contra inſultus dæmonũ.*

*g* Aſpice. Deus. *Preces noſtras acceptando, ſi*

Gen.4.a *cut dicitur in Gen. Reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius.*

*b* Et reſpice &c. *Illi qui exponũt pſalmũ iſtum de deſiderio exiſtentiũ in ca-*

*in captiuitate Babylonica, ad templum reædificandum, exponunt hoc de Zorobabel, & aliqui alij de Nehemia ſacerdote: ſed vtrunque infringitur: Tum quia Zorobabel non fuit rex, nec per conſequens inunctus, vnde poſſet dici Chriſtus. Similiter & Nehemias non fuit ſacerdos ſummus, qui ſolus conſecrabatur per inunctionem propriè dictam, ſicut declaratum fuit in Leu. Tum quia ſecundum Hebræos Iudæi non habuerunt aliquam vnctionem regum vel pontificum poſt captiuitatẽ Babylonicam: propter quod etiam Ra. Sa. exponit hoc de Dauid, vt ſit ſenſus, ꝙ oratio populi reuerſi de captiuitate ſit exaudibilis per merita eius ſicut Moyſes in ſua oratione allegabat merita patrum Abrahæ, Iſaac, & Iacob. Sed quia ſicut dictum eſt pſal. iſte non poteſt conuenienter exponi ad literam de ſtatu populi Iſrael inter captiuitatem Babylonicam & aduentum Chriſti, ideo melius exponitur de Ieſu Nazareno qui eſt verè Chriſtus antonomaſticè dictus, quia per eius meritum omnes orationes eccleſiæ habent effectum: propter quod in omnibus orationibus eccleſiæ ponitur in fine: Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c. vel aliquid ſimile.* G

*i* Quia me. eſt. *Hic reuertitur Pſal. ad oſtendendum excellentiam ſupernæ beatitudinis, propter quod eſt ſummè deſiderabilis, dicens: Quia me. eſt dies vna in a. tuis. i. in cæleſtibus conſortijs, vt prædictum eſt ſuprà.*

*K* Super mi. *ſ. bonarum dierum. quæ poſſent haberi in præſenti vita, ideo.*

*l* Elegi ab. eſſe. *i. in humilitate viuere ſine qua ad illam beatitudinem non poteſt perueniri, ſecundum dictum ſaluatoris. Quicunq; non receperit regnum Dei vt puer, non introibit in illud. i. per humilitatem vt paruulus.*

*m* In do. dei mei. *i. in eccleſia militante, quæ eſt domus Dei inferior ſicut eccleſia triũphans eſt domus Dei ſuperiòr.*

*n* Magis quam habi. in taber. pec. *in excellentijs ſuperborum, quia ſuperbia includitur in omni peccato mortali, per quod homo ſubtrahit ſe à debita obedientia Dei.*

H *o* Quia mi. *Ideſt iuſtitiam.*

*p* Diligit Deus. *Propter quod ſe concomitatur in operibus diuinis.*

*q* Gratiam. *In præſenti.*

*r* Et glo. *In futuro.*

*s* Da. do. *Verè humilibus, propter qđ dicitur in Prou. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria, & Iac. dicit Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.*

*t* Non priua. bo. *ſ. gratiæ & glorię.*

*u* Eos qui am. in in. *Licet frequenter priuentur in præſenti bonis temporalibus, propter hoc concludit in fine.*

*x* Bea. ho. qui ſpe. *Per ſpẽ formatã charitate, & nõ in bonis tranſitorijs & caducis.*

*In pſal. 83. Quam dilecta, vbi dicitur in poſtil. Concupiſcit, & deficit anima mea.*

ADDITIO I.

¶ Quidam exponunt hæc verba. ſ. Concupiſcit & deficit anima mea, aliter ſic. ſ. vt anima ex vehementia concupiſcentiæ ſeu deſiderij tendendi in Deum perfectè (quod quidem deſiderium in hac vita non completur) Deficit. i. affligitur eo modo quo dicitur. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes: Quando conſolaberis

Prou.13.b me, cuius ratio eſt, quia ſpes quæ differtur, affligit animam. Et hæc ſententia videtur magis conſona literæ, in qua nulla fit mentio de cognitione, ſed ſolum de affectu & defectu, qui propriè intelligantur, cum dicitur. Concupiſcit & deficit modo prædicto: neq; contra hoc eſt quod ſequitur: Cor meum & caro mea exultauerũt &c.

Cant.2.b quia cum gaudio charitatis ſtat languor dilationis, iuxta illud Can. Amore langueo, &c.

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtil. Conſequenter oſtendit, ꝙ beatitudo ſuperna quietat hominis appetitum.*

ADDITIO II.

¶ Hæc ratio quam poſtil. aſſignat ad oſtendendum, ꝙ beatitudo ſuperna quietat hominis appetitum, ſumpta ex hoc ꝙ paſſer & bruta animalia inueniunt locum ad quieſcendum, non videtur habere efficaciam, quia multi etiam philoſophorum poſuerũt finem vltimũ in corporalibus delectationibus, ſecundum quos etiam rationalis creatura in talibus quietatur, vt in primo Ethicorum. Vnde propter planum intellectum huius verſus ſcilicet: Etenim paſſer &c. quidã exponunt totum illud quod legitur à principio pſal. ſcilicet: Quam dilecta tabernacula tua, vſque ibi: Beati qui habitant, excluſiuè de tabernaculis manufactis. ſ. materialibus, in quibus Deus colebatur, & vbi arca teſtamenti reſidebat, ad quæ tabernacula deuoti in remotis agentes maximè per deſiderium tendebant: vnde & Dauid cum ab arca domini, & eius tabernaculo habuiſſet ſeparari, dixit: Si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me, & oſtendet mihi eam & tabernaculum ſuum, vnde in perſona cuiuslibet talium Pſal. dicebat: Quam dilecta tabernacula tua &c. ſimiliter &: Concupiſcit, & deficit anima mea, &c. Maximè enim deſiderabant viri iuſti iuxta talia tabernacula collocari, vt ad Dei cultum manciparentur: Secundum quem ſenſum intelligendum eſt quod dicitur. Etenim paſſer inuenit ſibi domum, &c. eo modo quo ſaluator dicit. Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reponat, &c. q. d. Pſalmiſta. Paſſeres quandoq; nidificãt in templo Dei, & vbi ſunt eius altaria, vbi ego collocari ſeu habitare deſidero: Et ſecundum hanc expoſitionem congruentius continuatur litera quæ dicit: Et turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos, cũ hoc quod ſequitur immediatè. Altaria tua domine virtutum: quàm ſecundum expoſitionẽ poſtil. eſt. n. ſenſus talis: Etenim paſſer inuenit ſibi domũ: & turtur nidum iuxta altaria tua dñe virtutũ: vbi ego deſidero cohabitare. Et nota, ꝙ vbi translatio noſtra habet turtur, Hebraica veritas habet hirundo: qđ magis cõſonat huic expoſitioni cũ hirundo cõiter in magnis ædificijs conſueuit nidificare. Quod aũt ſequitur: Beati qui habitãt in domo tua, intelligit de domo cęleſti: prout poſt. exponit, vñ cõueniẽter Pſal. fecit mentionẽ primò de deſiderio



A deſiderio iuſtorũ ad tabernacula manufacta propter cultũ Dei ibidem exhibendum, vt ex hoc magis oſtenderetur vehementia deſiderij ipſorum ad habitandum in domo cœleſti, vbi beatificantur: de quo dicit: Beati qui habitant in domo tua, quaſi diceret: tabernacula tua, ſcilicet huius eccleſiæ militantis ſunt tam dilecta, quòd in eis cor, & caro exultant in Deum. Sed hęc exultatio eſt imperfecta: propter quod inducit exemplum, dicens: Sicut paſſer inuenit ſibi domum, &c. ad inſinuandum, quòd hæc exultatio quodãmodo eſt brutalis in comparatione cœleſtis exultationis, eo quòd non beatificat, nec participat æternitatem. Quæ tamen duo facit habitatio in domo cœleſti. Primum oſtendit, cum dicit: Beati qui habitant in domo tua. Secundum, cum dicit: In ſecula ſeculorum laudabunt te. Conſequenter dicit: Beatus vir, cuius eſt auxilium à te. vbi oſtendit quando habitatio domus cœleſtis, in qua homo æternaliter beatificatur, haberi poſſit, & exponatur totum ſicut in Poſtilla, excepto quòd in hoc loco translatio noſtra in quibuſdam deuiat ab Hebraica veritate: nam vbi nos habemus: Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in loco, quem poſuit. Hebraica veritas ſic habet: Semitæ in cordibus ſuis tranſeuntes in valle lachrymarum fontem poſuerunt eum. Et enim benedictiones &c. Cuius ſenſus ad propoſitum talis eſſe videtur: ſcilicet ꝙ vir ille, qui eſt beatus in ſpe: eo quòd habeat auxilium diuinum, ad hoc vt in beatitudinem tendat, habet ſemitas ſuas in corde ſuo, ſcilicet tendendi in beatitudinem ad quam non per latam viam, ſed per ſtrictam, quæ ſemita eſt, homo deducitur, vt Matth. ait. Et mutatur ſingulare in plurale prout frequenter in ſcripturis contingit. Conſequenter oſtendit, quæ ſunt iſtæ ſemitæ, in quibus homo habet auxilium diuinum, vt in veram beatitudinem tendat, & hoc cum dicit: Tranſeuntes in valle lachrymarum fontem poſuerunt eum. Pro quo ſciendum, quòd Chriſtus, qui veras ſemitas tendendi in beatitudinem hominibus oſtendit (de quibus ſemitis Iſa. Ambulauimus in ſemitis ſuis) præcipuè, & ſuccinctè hoc legitur oſtendiſſe, cum apoſtolis præcepit: Euntes in mundum vniuerſum &c. Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. Tranſeuntes igitur apoſtoli de mandato Chriſti. In valle lachrymarum, ſcilicet in vniuerſum mundum. Fontem, ſcilicet baptiſmum. Poſuerunt eum, ſcilicet auxilium diuinum: de quo prius dixerat, qui quidem fons, ſcilicet baptiſmus propriè præſtat auxilium diuinum tendendi in beatitudinem cum verbis Chriſti, quæ ſunt forma ſacramenti: de qua dicit: Etenim benedictionem dabit legiſlator. Et nota, quòd vbi nos habemus benedictionem in ſingulari, Hebraica veritas habet benedictiones in plurali. Quod poteſt intelligi de aliis ſacramentis, in quibus benedictio Chriſti, ſcilicet gratia à

B Chriſto deriuata augetur, ſeu confertur. Item, vt oſtenderet, quòd ille fons baptiſmalis habet efficaciam inſtrumentaliter ad tendendum in beatitudinem præſuppoſita tamen fide recta, prout in verbis Saluatoris prædictis oſtenditur: idcirco antequam dixiſſet Pſal. Fontem poſuerunt eum, præmiſit: Semitæ in cordibus ſuis. Fides enim formata propriæ ſunt ſemitæ tendendi in diuinam cognitionem, & amorem, &c.

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtil. In ſecula ſeculorum laudabunt te. In Hebræo habetur Sela.*

ADDITIO III.

¶ Hæc dictio Sela, licet ſecundum aliquos Hebræorum doctores minus bene ſentientes ſignificat perpetuitatem, ſecundum tamen doctores Hebraicos in eadem lingua magis eruditos, & ſecundum doctores noſtros hoc non ſignificatur. Primum patet: nam Rabbi Abenhazra ſuper pſalmo tertio, ſcilicet Domine quid multiplicati &c. dicit quòd hæc dictio Sela nihil ſignificat, ſed ponitur in quibuſdam locis ad ſupplendum modulamen cantus, ad qđ duas rationes inducit. Prima eſt, quòd hæc dictio, ſcilicet Sela non inuenitur in tota ſacra ſcriptura veteris Teſtamenti, niſi ſolum in Pſalterio, quod ordinatum fuit, vt cantaretur. Similiter in cantico Abacuch, quod eſt per modum pſalmi, & hoc eſt verum. Ex quo ſequitur, quòd ſi perpetuitatem ſignificaſſet, cum in quamplurimis locis ſacræ ſcripturæ intentio perpetuitatis habetur, quòd ibidem aliquando hæc dictio Sela interponeretur. Secunda ratio eſt: quia hæc dictio Sela ponitur ſæpe in pſalterio & in prædicto cantico Abacuch: vbi nullo modo ſignificat perpetuitatem, ſeu ſempiternitatem. vnde ſuprà in pſal. Exultate Deo, vbi translatio noſtra dicit. Probaui te apud aquam contradictionis, in Hebræo ſuperadditur Sela: ſimiliter in Abacuch. vbi dicitur: Deus ab auſtro veniet, & ſanctus à monte Pharan, ſuperadditur in Hebraico Sela: Sed conſtat, quòd probatio apud aquam contradictionis non fuit perpetua: Similiter nec aduentus Dei de monte Pharan, & ſic inuenitur in aliis locis, vbi nulla perpetuitas habet locum. Hiero. etiam videtur eſſe iſtius opinionis, quod patet ex hoc. Nam nunquam inuenitur, quòd ipſe tranſtuliſſet iſtam dictionem Sela, ſed ſemper dimiſit eam, ac ſi non eſſet ibi poſita, ſicut patet in hoc pſalmo. Nam vbi dicitur: Auribus percipe Deus Iacob: ſuper additur in Hebraico Sela: in cuius loco nihil poſuit, & ſic fecit per totam Pſalterium: vnde manifeſtum eſt, quòd qui appoſuit in hoc loco ſemper, hoc fecit præter mentem Hieronymi: cũ in nullo alio loco inueniatur hanc dictionem Sela tranſtuliſſe. Secundum vero gloſſam noſtram hæc dictio Sela, ſignificat diapſalma: vbicunque enim in Pſalterio Sela ponitur, licet Hieronymus nihil loco eius ponat, gloſſa noſtra ponit ibi diapſalma, quod ſignificat ſecundum Catholicon requiẽ C

Diapſalma diſtinctæ continuationis, ſcilicet pauſationem. Caſſiod. autem dicit, quòd diapſalma vbicunque repetitum fuerit, fit per quandam ſonorum mutationem. Patet igitur, quòd ſecundum hos doctores, Sela non dicit perpetuitatem: vnde quòd in translatione noſtra dicitur in hoc verſu. In ſecula ſeculorum laudabunt te: non habetur ex hac dictione Sela. ſed ex alia dictione quæ ponitur in Hebræo, ſcilicet Od. quod communiter ſignificat vltra, & quandoque perpetuitatem, & in pſalmo 95. Dominus regnauit in ſeculum & vltrà.

*In eo. pſal. Quàm dilecta. vbi dicitur in Poſtilla. Quia miſericordiam & veritatem.*

ADDITIO IIII.

¶ Vbi translatio noſtra habet: Quia miſericordiam, & veritatem diligit Deus: Hebraica veritas ſic dicit: Quia ſol, & ſcutum, ſeu protector eſt Deus. Et nulla verba ponuntur ibi æquiuoca, ex quibus iſta varietas poſſet oriri. Senſus autem horum verborum iuxta Hebraicam veritatem talis videtur eſſe, dicturus enim Pſal. Gratiam & gloriã dabit Dominus: præmiſit, quomodo Deus hoc dat. Pro quo ſciendum, quòd cum aliqua forma introducitur ab agente de nouo in aliquo, quandoque poſt introductionem formæ non eſt neceſſaria actio agentis ad illius formæ conſeruationem. Sicut cum ignis introducit formam ignis in aliquo ſubiecto. Quandoque tamen eſt neceſſarius continuus influxus agentis in ſubiecto, etiam poſt introductionem formæ ad ipſius formæ cõſeruationem, ſicut fit in illuminatione. Corpus enim luminoſum, non ſolum introducit in aere diſpoſito formam luminis de nouo, ſed etiam requiritur eius influxus continuus ad conſeruationem illius formæ introductæ, ſic quòd ceſſante tali influxu ſtatim ceſſat illa illuminatio. Et iſto modo Dominus dat gratiam, & gloriam, ſcilicet quòd non ſolum eam infundit, ſed etiam per influxum continuũ, quandiu durat, eam conſeruat. Cuius ratio eſt, quia gratia ſecundũ Au-

Aug. lib. de Nat. et Gra. guſt. in libro de natura, & gratia eſt quædam lux animæ. Similiter, & gloria, quæ eſt gratia conſummata ſecundum eundem, & quia nulla lux inter corporalia luce ſolis eſt lucidior, idcirco comparat Deum in conferendo gratiam, & gloriam ſoli, non habens aliquod lumen ſenſibile altius, cui iſta compararentur. Conſequenter quia D homo ſic in gratia conſtitutus ſecundum ſtatum præſentis vitę adhuc indiget, vt eum auxilium diuinum protegat contra tentationũ impulſus, vt in gratia perſeueret vſque ad finem vitæ, prout etiam

Aug. lib. de Perſeuer. Aug. dicit in lib. de perſeuerantia. idcirco Pſalmiſta vocat Deũ protectorem, ſeu ſcutum, reſpectu eorum, qui in gratia conſtituti per illuminationem diuinam, & per eius protectionem in eadem perſeuerant vſque ad gloriæ conſecutionem.

REPLICA.

IN Pſal. Quàm dilecta. Cũ Poſtill. ex lrã illa. Etenim paſſer inuenit ſibi domum, &c. oſtendit ꝙ beatitudo ſuperna quietat hoĩs deſiderũ faciens talem rõnem. Si aĩalia bruta Dei prouidentia inueniunt ſui appetitus quietationẽ: multo amplius rõnabilia. Quam deductionem Burg. dicit non habere efficaciam, quia multi philoſophi poſuerunt beatitudinem in corporalibus delectationibus. Ecce pro Deo, quã efficaciter Burg. efficacem rationem Poſtil. vult infirmare. Efficacia. n. rõnis Poſtil. fundatur ſuper regula, quæ à nullo docto negatur, videlicet, Si illud, qđ minus vř, ineſſe, ineſt, & id quod magis. Id autem quod infert ex cõſequenti ſola beatitudo ſuperna quietat appetitum rõnabilem. Hoc pro-

Auguſt. lib. confeſſ. bat beatus Aug. in li. Confeſ. di. Inquietum eſt cor meum Deus, donec quieſcat in te. Illud autem quod Burg. cõtra illam ſubſumptionem adducit de philoſophis, error eſt: non igitur valet factum Philoſophorum. Illi enim loquũtur de quietatione irrationabilis appetitus, quia beſtialis. Sũt, nulla rõ adeſſet, experiẽtia docuiſſet in nulla re caſata, & finita rationabilem appetitum quietari. Super fundamento igitur erroneo. Burg. fundat aliam illius deſiderii, de quo hic ſermo, quietationem, ſed erroneam. Secundum falſum quod dicit Burg. eſt, ꝙ videlicet totum principium pſal. exponatur de tabernaculis manufactis, ad quæ deuoti ſic afficiuntur, ſicut hic dicit. Et ſi ſcdm Iudæorum haberet hmõi expoſitio colorem: tñ ſecundum

Ioan.4.c euangelium ſapit errorem, quia dř in Ioh. Venit hora, qñ neq; in Ieroſolymis, neq; in monte hoc adorabitis pr̃em, ſed veri adoratores adorabunt pr̃em in ſpiritu, & veritate. Cuius. n. appetitus ex vehementia deficeret in re manufacta, niſi accipiendo ſignũ pro ſignato, vt ſi affecto Chriſti ſepulchrum, verius Chriſtum ſepultũ, prout

Ambr. in ſer mo. paſch. beatus Ambro. dicit in ſermone paſchali. Quid, inquit, quæſierunt mulieres in ſepulchro, niſi Ieſum? Quid uos quęritis in eccleſia, niſi Saluatorem? Manufacta enim omnia plus deficiunt appetitui rationali, quàm appetitus rationalis tabernaculis manufactis.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

## GLO. ORD. PSAL. LXXXIIII.

Super pſ.84 tom.b. Benedixiſti Do. Aug. Pſalmus de noua benedictione per Chriſtum. Monet per fidem ad Chriſtum accedere: vt habeatur benedictio. Pſal. tertius de primo ad uentu per quem fit benedictio omnium gentium quæ per peccatum de maledictioni ſubiacebant. Primo de auerſione iniquitatis

b Remiſiſti. Aug. Futura dicit, vt præterita.

Super pſ.84 c Mitigaſti. Caſſ. Diapſalma. de auerſione iræ. i. pœnæ.

d Conuerte nos. Petit quod adhuc futurum ſciebat. Quaſi, quod dixi, vt præteritum, oro vt fiat. Auguſt. Conuerte nos, Propheticè dixit futura, vt præterita: hic autem orat vt verè futura. dicens: Conuerte & auerte. q.d. dixi, quaſi facta. Et quia video futura: & quia non ſunt oro, vt fiant.

e Nunquid in æter. Præuidet iſte hanc pœnam tranſituram. Quia ſicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.

f Iraſceris. Aug. Ira Dei eſt omnis pœna quam patitur. Sicut dictũ eſt Adã quando peccauit: Maledicta terra in opere tuo, & in labore & ſu. vultus tui veſceris pane tuo. De ira ergo mortales ſumus & paſſibiles ſed innouati in Chriſto.

g A generatio ne. Aug. Prima generatio fuit mortalis de ira: erit altera immortalis de miſericordia. Sed nec hãc miſericordiam meremur conuerti per nos ad Deum, ipſe enim nos conuertit. Et inde ſubdit: Deus conuertens quaſi: ſicut viuificatio eſt à te, ita & conuerſio.

h Deus tu con. Caſſ. Non extẽdens, ſed Deus conuertens. Prius dat votum conuerſionis, poſt ad vitam ducit. Vel: Deus tu conuerſus ab ira in aduentu filij.

F i Viuificabis nos. tanto tempore antequam res habeatur. Et tunc: Plebs tua lætabitur in te, quæ prius in ſe malè lætabitur.

a Oſtende

*[Margin notes: † Beneplacitũ. … Domine terram tuam; † Abſtuliſti … communiũ; † Domine … noſtram … ceſſare … fa … † … tendas]*

a ¶Chriſtum per quem fit benedictio. b ¶Ideſt nobis cantatur. c ¶Dei … nos.

### In finem filijs Chore Pſalmus. LXXXIIII.

a ¶Olim maledixeras per Adam, ſed nunc. ¶Secundum Chriſtum per quem fit benedictio.

a † Benedixiſti Domine a terram tuam auer- b

a ¶Quæ … membrorum captiuabat homines. ¶Qua ſub diabolo erat. b ¶Noui populi. c ¶Ne regnet peccatum in hoc mortali corpore. ¶Caſſio. Sic auertiſ … dici … tam.

b tiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti c

a Quę tenebat captiuos. b ¶Per baptiſmum. ¶Ne videres … pœnitens.

iniquitatem plebis tuæ, operuiſti d

a ¶Benedixiſti … & ſic.

c omnia peccata eorũ. * † Mitigaſti e

a ¶Quæ hic. b ¶Pœnis in iudicio. ¶Id … auerte ¶No …

omnem iram tuam, auertiſti ab

a ¶Quę venit ex indignatione. b ¶Quod dixit fiat. ¶A vitijs.

d irã indignationis tuæ. † Conuer- f

a ¶Sic.

te nos † Deus ſalutaris noſter: et g

a ¶Penit.

e † auerte iram tuam à nobis. † Nun- h

f quid in æternum † iraſceris nobis,

a ¶Quę ab Adam … ad Chriſtum.

g † aut extendes iram tuam à gene- i

a ¶Quę ſub … in … tempore filij. ¶Sed.

h ratione in generationem? Deus tu k

a ¶Vel … b ¶Tunc.

i conuerſus viuificabis nos, & plebs l m

Tertio pronuntiatio o … prophetali circa Chriſti myſterium, ibi: Circa primum dicitur in perſona populi de Babylone reuerſi.

a Benedixi. Domine terram tuam. ideſt Iudeam … cuius metropolis, ſcilicet Ieruſalem fuit electa à Deo, vt poneret nomen ſuum ibi. Quam dicitur Deus benedixiſſe, quãdo reduxit populum de captiuitate, vt ibi Deo ſeruiret: ideo ſubditur.

b Auertiſti captiuita. Iacob. ideſt populi de ſemine … Iacob.

c Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ. propter quam fuerat captiuata in Babylone.

d Operuiſti omnia peccata eorum. id eſt non vis ea amplius videre ad puniendum. Et loquitur de peccatis præteritis, propter quę populus fuerat ductus in captiuitatem Babylonis.

e Mitigaſti omnem iram tuam, auertiſti. quia relaxatio pęnæ ſignum eſt mitigationis iræ.

f Cõuerte nos Deus ſalutaris noſter. Hic conſequenter ponitur deprecatio pro liberatione ſpirituali, quæ fienda erat per Chriſtum, cum dicitur, Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. ad te clarius cognoſcendũ, & perfectius amandum, quod factum eſt per doctrinam Chriſti, quæ figuras & obſcuritates vete. teſtamenti explanauit, & rigorem eius temperauit, propter quod dicitur lex amoris: uetus autem teſtamentum lex timoris.

g Et auerte iram tuam à nobis. quod factũ eſt per Chriſti ſatisfactionem. Vſque enim ad illam omnes quantumcunque iuſti deſcendebant ad infernum, & ſic ira Dei non fuit totaliter auerſa.

h Nunquid in æternum iraſceris nobis. quaſi diceret. non, cum parcere et miſereri ſit tibi proprium.

i Aut extendes. iram tuam à generatione in generationem. ſibi ſemper ſuccedẽtibus: quaſi diceret. non: quia aduentus Chriſti fuit promiſſus infra certum tempus: vt habetur Dan.9. per hebdomadas ab eo prędictas. Et Aggæi ſecundo dicitur: Adhuc vnum modicum &c. Et ſubditur: Et ueniet deſideratus cunctis gentibus: quod exponitur de Chriſto ab Hebræis doctoribus, & Latinis.

K Deus tu conuerſus. ad nos per benedictam incarnationem.

H l Viuificabis nos. per tuam gratiam. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

m Et plebs tua lætabitur in te. Per plebem intelligitur populus ſimplex & communis. In natiuitate vero Chriſti paſtores qui fuerunt ſimplices lætati ſunt. Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes & laudantes Deum &c. Similiter quando Chriſtus venit in Ieruſalem prope ſuam paſſionem receptus fuit à populo communi lætanter, & pueris clamantibus: Oſanna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine Domini.

¶ a Oſtende

## NICO. DE LY. PSAL. LXXXIIII.

Benedixiſti Domine terram. Huic pſal. præmittitur talis titu. in Heb. ad victoriam filiorum Chore Pſal. Et in tranſlatione Hiero. Victorum filiorum Chore canticum, & eſt eadem ſententia vtrobique, quę ſatis patet ex ſupradictis. De materia vero huius pſal. dicunt Hebręi communiter, quòd ſicut precedens loquitur ſecundum opinionem eorum de deſiderio redeundi de captiuitate Babylonica ad reædificandum templum, ſic iſte pſal. eſt gratiarum actio pro ſua reuerſione, & pro bono & pacifico ſtatu terrę eis collato, ſed ſicut non ſum ſecutus eorum dictum in præcedenti pſal. ſic non videtur mihi ſequendum in iſto ſaltem in toto, quia poſt reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur populus Iſrael tantam pacem & proſperitatem habuiſſe vſque ad aduentum Chriſti, quòd ad hoc poſſit conuenienter applicari illud quod infra dicitur: Conuerte nos Deus ſalutaris noſter &c. vſque ad finem Pſalmi, vt videbitur proſequendo, imo populus de captiuitate Babylonica reuerſus, fuit frequenter prohibitus ab ędificatione templi, & in reędificatione muri ciuitatis multipliciter afflictus & impeditus, propter quod vna manu faciebant opus, & altera tenebant gladiũ ad ſe defendendum ab hoſtibus irruentibus. Item populus reuerſus de captiuitate ſemper ſeruiuit ſub tributo. primo regibus Perſarum, poſtea Grecorum: ſicut patet ex libris Eſdrę, Nehemię, Machabęorum, & ex hiſtoria Ioſephi in libro antiquitatum, & hoc vſq; ad tempus Iudę Machabęi, & fratrum ſuorum, qui ad tempus liberauerunt populum de manu … illuſtris. Nec tunc etiam populus habuit magnam pacem, quia Iudas Machabeus, & fratres ſui in defenſione populi fuerunt ſucceſſiuè interfecti. propter quod videtur mihi ſaluo meliori iudicio: quòd Pſalmus iſte non tam eſt gratiarum actio pro reditu captiuitatis Babylonicę, quam prophetia de liberatione perfecta per Chriſtum fienda. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd liberatio à Babylonica captiuitate, fuit figura liberationis per Chriſtum fiendę: & ideo Pſalmiſta in hoc pſal. facit mentionem de vtraque, vt oſtenderet correſpondentiam figurati & figurę. Et ideo Pſal. iſte diuiditur in tres partes: quia primo ponitur gratiarum actio pro liberatione temporali per Cyrum. Secundo deprecatio pro liberatione ſpirituali fienda per Chriſtum, ibi: Conuerte nos Deus.

*[Margin: 1 Eſd. 3.d; Nehe. … per totum.]*

Tertio

## MORALITER.

* a Benedixiſti Domine terram tuam &c. Pſal. iſte literaliter loquitur de reuerſione Iudæorum de captiuitate Babylonica. Moraliter autem poteſt exponi de reuerſione peccatorum de ſeruitute diabolica, ſcilicet diabolorum. In qua detinentur per mortalem culpam, & inde liberantur per veram pœnitẽtiam & perfectam, per quam recuperatur benedictio gratiæ diuinæ, de quo regratiatur eccleſia Deo pro filiis dicens: Benedixiſti Domine terram tuam. id eſt hominem de terra formatum.

b Auertiſti captiuitatem Iacob. id eſt hominis per veram pęnitentiam dæmonem ſupplantantis.

c Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ. quantum ad culpam.

d Operuiſti omnia peccata eorum. dando eis charitatem. Prouer. Vniuerſa delicta operit charitas.

e Mitigaſti omnem iram tuam &c. commutando pęnam æternam in temporalem. Sed quoniam adhuc talis non eſt plenè liberatus, quia remanet reatus pœnæ, & ſequela culpæ, quæ eſt pronitas ad malum, & difficultas ad bonum, ſubditur:

f Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. à dicta ſequela.

g Et auerte iram tuam à nobis. remittendo pęnam.

Nunquid in æternum iraſceris nobis aut extendes iram tuam. q.d. non: quia parcere & miſereri eſt tibi proprium.

k Deus tu conuerſus viuificabis nos. gratiam in nobis augmentando.

m Et plebs tua lætabitur in te. ſentiens diminutionem dictæ ſequelę.

* Oſtende



a Oſten. no. Do. Aug. Hoc orando prędixit propheta, ſed iã factũ A eſt. Sunt tñ multi qui nolunt ſanari: vt videant miam oſtẽſam. Sed quo cęci videbũt eã oſtenſam? Bene ſi velint: quia ipſa lux eſt ſalutare: ſanat. n. oculos interiores, vt videri poſſit oſtẽſa miſericordia, vel lux quę eſt Chrs. Ipſe. n. dicit: Qui diligit me mandata mea cuſtodit, & ego diligã eũ, & oſtendã illi meipſum. Sed nõne illi videbant cũ quibus loquebatur: quõ dicit: Oſtẽdã meipsũ illi? Sed caro carnẽ Chri videbat, diuinitatẽ caro non videbat. Ad hoc aũt caro carnẽ vidit, vt per fidẽ cor mũdaret vñ Deus videretur. vñ dr: Fide mũdãs corda eorũ. Et illud: Beati mũdo corde, qm ipſi Deũ videbũt. Caſ. Oſtẽde. Vel petit ille ſibi ſpũaliter tñ Chriſtũ oſtendi: ſciebat eũ quidem futurũ, ſed petit vt puro corde intueamur, nõ corporeis oculis vt infideles: Iudæi. n. viderũt & crucifixerunt. Et in futuro. Salutare tuũ da nobis. i. Chriſtũ amplectendũ & poſſidendum, vt nõ tollatur à nobis, & ſic legitur partim de præſenti, & partim de futuro.

b Miſericordiam. Aug. Chriſtus dicitur miſericordia: quia oſtendit nobis miſericordiã docens quidquid boni habet homo ex Deo eſſe & ſic hõ nõ ſuperbit. Sed ſic hærẽs & fruens Deo lætatur in eo.

c Audiam quid loquatur in me Dominus. Caſ. vnde ſcit, & per quẽ fiat & quid præſtet ipſe veniens.

d Pacem. Auguſ. Chriſtum. Pacem ad Deum, & proximi, & per Chriſtum.

e Prope ti. eum. Aug. Vbique dæmonia colebantur, timebatur in gente Iudæorum Deus, licet pro terrenis. his ergo prope erat, non Gẽtibus quæ hęc petebant à diabolo. Licet ergo gñalis ſit miſericordia ſuper oẽs, tñ aliquid ſpãle & propriũ in gente Iudæorũ factũ eſt: vnde ſubdit: Vt in terra in qua natus ſum (dicit propheta) habitet gloria ibi primo fuit templũ, ſacrificia Dei, ibi patriarchæ, ibi Chriſtus de eis natus apparuit, ibi miſericordia. Vel his tñ ſaluatio: qui dum ſtant, videant ne cadant. Gloria in terra. i. immortalis in corpore noſtro morte mortali.

B

f Miſericordia. Au. Poſtquam dixit ex qua naſciturus gente addit, quæ ſit præſtiturus Miſericordia. quæ in nouo teſt. Et veritas impletio promiſſionũ veteri cõuenient in Chriſto. vnde Apoſt. Dico. n. Ieſum Chriſtum miniſtrũ fuiſſe circumciſionis ad implendas promiſſiones patrũ. Gentes aũt ſup. i. de miſericordia honorare Deũ. Iuſtitia & pax cũ Deo cõueniunt in hominibus, ſed quomodo? veritas de terra orta eſt.

g Veritas de terra orta eſt. Aug. Confeſſio de homine, vt ſe accuſet, & ſic iuſtitia proſpicit, vt publicanus confitens rediit iuſtificatus, proſpicit iuſtitia: quaſi Deus dicat: parcamus huic, quia ſibi non parcit, ignoſcamus quia agnoſcit peccatũ ſuum. de cęlo ergo iuſtitia proſpexit, ideſt à Deo data eſt iuſtificatio confitentis.

a Iuſtitia

a ¶Male lætatur qui in alia re; malo ergo ſuo lætabitur in ſe. bono ſuo lætabitur in te. b ¶Vt hoc fiat.

a tua lætabitur in te. Oſtende nobis a

b Domine miſericordiam tuã: & ſa- b

a ¶Aug. Auerſus à ſtrepitu mundi: qui inquietat foris. ¶Vnde hoc confidis quod precaris.

c lutare tuum da nobis. Audiã quid c d

a ¶Intus. b ¶Spiritus ſanctus.

loquatur ĩ me dominus Deus, quo e

a ¶Accetam. ¶Cui nil aduerſi eſt: quæ non his. Vnde: Qui poſuit fines tuos pacem. b ¶Iudaicam.

d niam loquetur pacem in plebem

a ¶Hæc eſt … plebs. b ¶De omni gente.

ſuam. Et ſuper ſanctos ſuos: et † in f g

a ¶Vel conuertent cordi ad ipſum: non ad alium, vel ad aliud. b ¶Qua ratione receſſerant. c ¶Pacẽ ſuper omnes loquitur, tamen ex Sion ſpecies decoris eius. Et hoc eſt.

eos qui cõuertũtur ad cor. Verun- h

a ¶Iudæos qui eũ timebant. b ¶Chriſtus corporalibus.

e tamen prope timentes eum ſalutare ipſius, vt inhabitet gloria in terra i

a ¶In Gentibus, quæ longe. ¶Vnde. Euangelizauit pacem his qui erant longe: & pacem his qui erant prope. b ¶In Iudęis: qui prope. ¶Augu. amant ſe hęc duo, vt qui facit iuſtitiam inueniat pacem, non aliter.

f noſtra. Miſericordia & veritas ob- k l

uiauerũt ſibi: iuſtitia & pax oſculatę m n

a ¶Augu. Hiero. ipſe de fœmina natus eſt, vt iuſtitia de cœlo proſpiceret, vt iuſtificarentur homines. ſic enim veritas habet quod pro iuſtificandis offerret.

g ſunt. † Veritas de terra orta eſt iuſti- o p q

a ¶Cęlorum. b ¶Præueniet. c ¶De celo iuſtitia.

tia de cęlo proſpexit. Etenim domi r

a ¶Id eſt affectum bonum vt delectet bene agere. b ¶Etiam ſic. c ¶Vel Maria Chriſtũ vel nos opera bona.

nus dabit † benignitatẽ: et terrã no- s

g Et in eos qui conuer. ad cor. ideſt veraciter, & ex corde conuertentur ad Chriſtum quod dicitur propter Gentiles qui relicta Gentilitate fidem catholicam ſuſceperunt deuotè. In Hebræo & in tranſlatione Hiero. habetur: Et non conuertentur ad ſtultitiam. i. idololatriam, quę eſt maxima ſtultitia. ſ. attribuere creaturæ deitatem: ad quam idololatriã non ſunt Gentiles conuerſi vel reuerſi poſt fidem Chriſti ſuſceptam: imo idololatria ceſſauit, ſecundum quòd prędixerat Dñs per Zach. In die illa dicit Dominus perdam nomina idolorum de terra. C

*[Margin: Zach.13.a]*

h Veruntamen prope timentes. quia Chriſtus non ſolum pręſtat ſalutem his qui ſunt perfectè contriti, ſed etiam his qui ſunt attriti, qui dimittunt peccare propter timorem Dei, qui timor licet ſit ſeruilis ſaltem quantum ad aliquid: tamen introducit charitatem: ſicut ſeta filum ſecundum Aug. prout allegat magiſter. 3. ſenten. diſt. 34. Et ideo dicitur hic quòd eſt prope timentes quantum talis timor de propinquo diſponit ad charitatem.

*[Margin: 3. ſen. di. 34.; † nõ conuertentur ad ſtultitiam]*

i Vt inha. glo. ideſt Chriſtus qui eſt gloria patris in quo verbum caro factum eſt & habitauit in nobis, ideo ſubditur: Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre.

*[Margin: Ioh.1.b]*

K Miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi. ideſt ſimul conuenerunt in perſona Chriſti: quia ex Dei miſericordia verbum aſſumpſit carnem ad complendum veritatem promiſſionis factę patribus veteris teſtamẽti de incarnatione filij Dei.

n Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. quia Chriſtus in ſua paſſione ſatisfecit pro nobis per viam iuſtitię: quam iuſtitiam ſtatim pax fuit oſculata, quia per ſuum ſanguinem pacificauit ea, quę ſunt in cęlis, & in terris.

*[Margin: Col.1.c]*

o Veritas. Hic conſequenter deſcribit modum natiuitatis Chriſti, quia natus eſt de virgine, & hoc eſt quod dicitur: Veritas, ideſt Chriſtus, qui dicit de ſeipſo. Ego ſum via, veritas, & vita.

*[Margin: Iohan.14.a]*

p De terra orta eſt. i. de virgine quę terra vocatur. Aperiatur terra & ger. ſalua. Illa. n. quę oriuntur de terra, nõ oriuntur ex commixtione maris & fœminæ: & ſic beata virgo concepit, & peperit ſine virili conſortio. Et propter hoc de iſto conceptu, & ortu prędixit Iſa. Aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti, ideſt de virgine non fœcundata ſemine virili. Et ſecundum doctores catholicos, & Hebræos antiquos ca. 53. Iſa. loquitur de Chriſto, vt magis declarabitur ibidem Domino concedente. D

*[Margin: Iſaie 53 a]*

q Et iuſtitia de cęlo proſpexit. i. pater iuſtus, vel tota trinitas diſpoſuit vt Dei filius acciperet de virgine carnem: vt ſic per viam iuſtitię homo verus ſatisfaceret ſicut primus homo Deum offendit. Conſequenter oſtenditur qua virtute beata virgo fuit fœcundata, cum dicitur,

r Etenim Dominus dabit benignitatem. ideſt gratiæ ſuæ plenitudinẽ non ſolum ad ſanctificationem mentis virginis, ſed etiam quantum ad fœcundationem ventris.

s Et terra noſtra &c. ideſt beata virgo intemerata.

¶ a Dabit fra-

## NICO. DE LYRA.

¶ a Oſtende no. Do. In aduentu enim Chriſti in mundum fuit viſibiliter oſtenſa Dei miſericordia. In punitione enim Adam, & diluuio, & ſimilibus fuerat oſtenſa Dei iuſtitia. Et ſalu. & pro ideſt.

b Salutare. t. da no. ideſt filium tuum. Propter quod Iſaias hoc pręuidens dixit. Filius datus eſt nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius Deus fortis &c. Et loquitur de futuro per modum præteriti: propter certitudinem prophetię, et ſic ſecunda pars huius verſus eſt expoſitiua primæ: per hoc enim, quòd Deus pater dedit nobis filium ſuum incarnatione: oſtendit nobis viſibiliter miſericordiam ſuam.

c Audiã. Hic cõſequẽter Pſalmiſta prænũtiat dictã deprecationẽ exaudiendã, & primo prænuntiat incarnationẽ filij Dei: ſecundo modũ incarnandi, ibi: Veritas de terra. Circa primum dicit: Audiam attentè.

d Quid loquatur in me Do. per internam reuelationem, & quid ſit illud ſubdit dicens:

e Qm loque. pa. in ple. quia ipſo nato angeli ſtatim cantauerunt: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. & dicit: In plebem ſuam. quantum ad populum Iſrael communem.

f Et ſuper ſan. ſuos. quantum ad maiores, ſ. doctores, & Dei miniſtros, de quibus multi crediderunt in Chriſtum.

## MORALITER.

* a Oſten. no. Do. mi. tu. dando nobis firmam fiduciã de vita beata.

c Audiam quid lo. in me Do. Deus. per internam conſolationem.

e Quoniam loquetur pacẽ in plebem ſuam. de qua dicitur Luc. In terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

*[Margin: Luc.6.b]*

f Et ſuper ſanctos ſuos. Hic accipitur &, pro ideſt.

g Qui con. &c. ibidem Deum quærentes tanquam in imagine ſua.

h Veruntamen prope &c. ſ. timore filiali qui charitatẽ hẽt annexã.

l Vt inhabitet gloria in ter. no. ſcilicet pura conſcientia de qua dicit Apoſt. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.

*[Margin: 2. Cor. 1.c]*

K Miſericordia. Dei præueniens.

i Et veritas. mentis humanæ conſentiens.

m Obuiauerunt ſibi. ideſt ſimul conuenerunt.

n Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. ſcilicet quia pax conſcientiæ ſerenatæ, & iuſtitia Dei mitigata.

o Veritas de terra orta eſt. id eſt adæquatio conſcientiæ voluntati diuinæ. Et ſubditur efficiens cauſa huius concordiæ.

q Et iuſtitia de cœlo proſpexit. id eſt Chriſtus qui non ſolum eſt iuſtus, ſed etiam iuſtitia in abſtracto. Et ex reſpectu ſuæ gratiæ facit dictam concordiam, ideo ſubditur.

r Etenim Dñs dabit benignitatem &c. in bonis enim operibus gratiæ beneficium ſemper præuenit liberum arbitrium, ſicut in terræ fructificatione influentia cęleſtis præuenit fructificandi actum.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Iuſtitia ante eum. Aug.* Prima hominis iuſtitia eſt, vt ſe puniat malum & hæc eſt via Deo, vt veniat ad Deum qui ſua peccata odit, iam incipit eſſe Deo ſimilis, qui ſimiliter ea odit. Vnde Ioh. Parate viam Domino: confitendo, pœnitendo. Et Iſa. Eijcite lapides de plateis, ideſt peccata de cordib. veſtris, & ipſe veniens & viſitans ponet in via greſſus.

Iohan. 1. c
Eſa. 62. d

b *Ambulabit.* Accreſcet, vel præcurret parans ei viam: & dominus in via parata ponet greſſus.

† eum præibit

a ſtitia dabit fructum ſuum. Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos.

a Virgo partu ſuo emaculatus. b Iuſt.

c Iterum inuiſſa nanque via eius.

non ſolū iuſtitiam pœnitentiæ prædicauit: ſed etiam primo eam tenuit in aſperitate veſtitus & parcitate victus: ſecundum quod dicitur in Mar. Iohannes habebat ueſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem eius locuſtæ, & mel ſilueſtre: ideo ſubditur: G

c Et ponet in via. ſ. pœnitentiæ.
e Greſſus ſuos. vt facto oſtēderet in ſeipſo, qd alijs prædicaret verbo ſicut de Chriſto dr: Cœpit Ieſus facere & docere: contra malitiā ſacerdotū & ſcribarū: de quib. dicit Saluator. Dicunt enim, & non faciunt. quibus ſimiles ſunt qui virtutum opera prædicant verbo & deſtruunt exemplo ſuo malo.

## NIC. DE LYRA.

a Dabit fructum ſuum. *quia in partu virgo permanſit, et poſt partum. Conſequenter agitur de Chriſti præcurſore, cum dicitur:*
b Iuſtitia ante eum ambu. *i. Iohannes Baptiſta qui dr iuſtitia eo quòd pœnitentiam prædicauit, per quam fit iuſtitia de offenſis commiſſis: propter quod dicit Saluator. Venit ad vos Iohannes in via iuſtitiæ. Et quia non ſo-*

Iohannes Baptiſta
Matt. 11. c

## MORALITER.

* a *Iuſtitia ante eum am.* id eſt Chriſtus viam oſtendens.
c *Et po.* ſcilicet homo deuotus.
d *In via* procedendi ad patriam.
e *Greſſus ſuos.* ambulando de virtute in virtutem.

*In pſal. 84. Benedixiſti: vbi dicitur in poſtil. Ad cuius intellectum, ſciendum quòd liberatio à Babylonica captiuitate.*

## ADDITIO.

Pſalmus iſte non pertinet in aliquo ad gratiarum actionem pro liberatione de captiuitate Babylonica: quinimmo prout habetur in glo. iſte eſt vnus de principalibus pſal. qui de aduentu primo Chriſti tractat. Quod ſic patet. Nam prima eius pars quæ continetur in tribus primis verſibus, quam Poſtillator appropriat redemptioni Babylonicæ: nullo modo videtur rationabiliter poſſe ei adaptari. Tum quia hoc quod dicitur: Auertiſti captiuitatem Iacob. non poteſt de illa liberatione intelligi, ſed in qua non fuit auerſa captiuitas Iacob: eo quod decem tribus quæ erant maxima pars deſcendentiū de Iacob: & quæ communiter vocantur Iſrael fuerunt tranſmigrati vltra fluuium Gozan. & non fuerunt participes huius liberationis: vnde non eſt verum dicere quòd in illa liberatione Babylonica fuerit auerſa captiuitas Iacob. ſed ſola captiuitas Iudæ, ſeu Ieruſalem. Tum quia etiam illi de Iuda, & alijs tribubus, qui fuerunt tranſmigrati in Babylonia: licet eis fuiſſet data licentia reædificandi templum & ciuitatem Ieruſalē, non tamen fuerunt liberati ſeu redempti à ſeruitute: quia ſemper remanſerunt ſub ſeruitute & tributo regis Perſarum & aliorum ſuccedentium: prout Poſtilla deducit in principio expoſitionis huius pſal. Vnde melius videtur dicendum quòd totus iſte pſal. loquitur notabiliter de aduentu primo Chriſti in perſona fidelium iuſtorum, qui concurrunt tempore ſui aduentus. Et hoc triplici modo ſecundum triplicem eorum conſiderationem. Erant enim aliqui eorum qui ſcrutantes ſcripturas cognoſcebant quòd iam plenitudo temporis ſui aduentus imminebat: & iſti loquebantur per modum gratiarum actionum: & quia ex certitudine ſcripturarum hoc reputabant iam tanquam præteritum, & in perſona talium loquitur vſque ibi: Conuerte nos Deus &c. excluſiuè. Sed quia tales iuſti adhuc non cognoſcebant viſibiliter myſterium impletum: idcirco orabant, vt impleretur, non tanquā dubij de impletione: ſed tanquam ad eum deuoti, prout frequenter in ſacris ſcripturis ſimile habetur, & in perſona talium loquitur vſque ibi: Veruntamen prope excluſiuè: quando vero tales iam viſibiliter cognouerant aduentum Chriſti huiuſmodi impletū, tunc de eo aliqua notabilia myſteria per modum laudis narrauerant. Et in perſona talium loquitur vſque in finem pſalmi. Circa primum dicit: Benedixiſti Domine terram tuam. In quo verbo valde notandum eſt ſecundum glo. quòd quia in condemnatione Adæ, prima maledictio quam Deus contra eum ſentētialiter diffiniuit, fuit maledictio terræ. Maledicta terra in opere tuo. Conuenienter igitur in aduentu Chriſti præmiſit pſal. Benedixiſti Domine terram tuā. quaſi dicat. O Domine in aduentu filij tui reuocaſti illam ſententiam latam contra Adam, quia per aduentum Chriſti benedixiſti terram, quam propter Adam iam maledixeras, & declarans, quæ ſit iſta benedictio dicit: Auertiſti captiuitatem Iacob. Iacob enim ibi intelligi debet eo modo quo. Et regnabit in domo Iacob in æternum, prout ſcilicet comprehendit omnes iuſtos. Hæc igitur domus Iacob quæ ſub diabolo & lege membrorum captiuabatur: fuit liberata per Chriſtum. Et notandum, quòd plenitudo huiuſmodi temporis benedictionis, & redemptionis iuſti ſcrutantes ſcripturas conſiderabant iam imminere, præcipue ex Danielis prophetia: cui angelus declarans determinatum tempus aduentus Chriſti per certas hebdomadas ei expreſſit quoſdam effectus huiuſmodi aduentus, di. Septuaginta hebdomadæ, vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas. Vnde verba pſ. in hoc loco in perſona talium ſcrutantium ſcripturas prædicta propriè conſonant ſententialiter huiuſmodi dictis Dan. & hoc cū dicit. Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ &c. Mitigaſti iram tuam &c. quaſi dicat ex quo tempus aſſignatum per Dan. in hebdomadibus iam imminet: iam certi ſumus ex certitudine prophetiæ, quòd remiſiſti iniquitatem &c. & operuiſti peccata, & mitigaſti omnem iram tuā &c. Vnde patet quòd, hæc prima pars huius pſal. propriiſſimè adaptatur huic propo. &c. Conſequenter in ſecunda parte dicit: Conuerte nos Deus &c. vbi gl. qđ dixi vt præteritum: oro vt fiat, propheticè ergo dixi, vt præterita. ſ. ea quæ continent in prima parte: hæc aūt. ſ. in ſcđa orat vt vere futura. hæc in glo. Et ſic patet rō diſtinctiua inter primā partem iam expoſitam, & hanc ſecundam in qua pſal. in perſona eorum qui ex teſtimonio ſcripturarū nouerant tp̄s aduentus Chriſti imminere, quia tñ nondū hoc impletū viſibiliter viderant, vt impleatur orant, & exponantur iſti verſus vſq; ibi: Veruntñ prope timentes eū excluſiuè, ſicut in Poſtilla: excepto illo verſu vbi dr: Audiā quid loquatur in me Deus &c. Qui ſm hāc expoſitionē vr eſſe exponendus. ſ. q iuſti orantes pro aduentu Chri, non ſolū petebant eū videre dicētes: Oſtēde nobis do. miſe. tuā &c. ſed et doctrinā ſuam ſaluberrimā audire iuxta illud, & hoc eſt qđ dicit: Audiā quid loquatur in me Deus: hoc eſt non ſolū peto ſuam viſionem, ſed ēt ſuam audire doctrinam. Quæ quidem doctrina. ſ. Chriſti principaliter & finaliter cōſiſtit in pace. ſ. ſpūali hñda, per quam filiatio Dei adoptiua propriè attingitur, iuxta illud. Beati pa. qm̄ filij Dei vocabuntur, & hoc eſt quod dr: Qm̄ loquetur pacem in plebē ſuam. In ſermone. n. Dñi in monte, qñ Chriſtus primo locutus fuit ad turbas, os ſuū aperiens locutus fuit pacē in plebē ſuam non ſolū prædictos: & ſuper ſanctos ſuos. ſ. apoſtolos qui ibi pręſentialiter aſſiſtebant, Similiter & in eos qui cōuertuntur ad cor. ſ. in futuris per ſuam doctrinā Chriſti recipientes. Circa tertium dicit: Veruntñ prope timentes eū &c. qđ propriè pōt intelligi eſſe dictū in pſona eorū qui iam natiuitatē Chriſti imminere percipiebant. & ſpecialiter beatæ virginis, quæ tp̄s conceptionis cæteris creaturis cognouerat, ex quo poterat præcognoſcere tp̄s natiuitatis, qđ quidē tp̄s fuit proportionatum tp̄i conceptionis. vnde Luc. Impleti ſunt dies, vt pareret. Et ſic in perſona eius, & ēt Ioſeph, qui iā cōſcius erat huius myſterij: appropinquante tp̄e benedicti partus, pſal. dicebat verba pdicta. ſ. Verūtñ ppe timētes eū, hoc eſt dicere: Hoc pro quo oratur in parte pcedenti iā adeſt: quia, Prope timentes eū ſalutare ipſius. Vbi cum dicit timentes: intelligendū eſt de timore filiali & ſancto, qui permanet in ſeculum ſeculi. Qualiter aūt erat prope timētes eum: declarat cum ſequitur. Vt inhabitet gloria in terra noſtra. exponatur prout in Poſtil. Conſequenter in perſona taliū narrat, quædā notabilia circa hoc myſterium, & hoc cū dicit: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi &c. Ad quod ſciendum, q iſte verſus & ſequētes multiplicite exponuntur in glo. & ab aliis doctoribus: quorū ſniæ bene poſſunt adaptari: ſed ſequendo tamen prædictā expoſitionē, vr rōnabiliter poſſe dici, quòd hoc qđ dr: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, cōtinua ut cū duabus partibus pcedentibus, ſic. Nā iuſti pdicti qui pro aduētu Chri. orabāt, innitebantur diuinæ miſericordiæ: cui oro ſemp innititur, ſed cum tales per ſcrutiniū ſcripturarum aduētum Chriſti imminere reperiebāt, innitebantur veritati diuinæ, & iō cum tales aduentū eius viſibiliter perceperūt tunc miſericordia q petebatur in orone, & veritas quæ in ſcripturis reperiebatur, ppriè obuiauerunt ſibi. Conſequēter oſtendit quid geſtū ſit, quando miſericordia & veritas obuiauerūt ſibi, & de hoc ſubdit: Iuſtitia & pax ſunt oſculatæ. In quib. verbis incarnationē Chriſti innuit ſm quā natura humana in iuſtitia originali potiſſime cōſtituta. Et pax. ſ. ſpūalis, quæ vnionē appetitiuarū uirtutū in ſummē bono ſecundum Dion. ſignificat. Oſculatæ ſunt. ſ. vnitæ Deo per verā fruitionem, ſine qua vnione fruitiua, perfecta pax haberi non pōt. Conſequenter innuit hanc unionem huiuſmodi naturæ aſſumptæ ad Deum eſſe perſonalem. ſ. factam in perſona filij Dei, & hoc cum dicit: Veritas de terra orta eſt. In quo loco ueritas intelligenda eſt pro filio Dei, de quo Iohan. Ego ſum uia, veritas & vita. Sed cum ipſa veritas, quæ eſt verus Deus non poſſit naſci nec oriri temporaliter, niſi tantum ſecundum aſſumptionem naturæ cui hoc competere poſſet, & ſic per communicationem idiomatum de ipſo filio Dei verificari poſſet temporaliter oriri. idcirco cum dicit: Veritas de terra orta eſt, propriè innuitur quòd illa veritas eſſet vnita naturæ naſcibili temporaliter. Innuitur ēt cum dicitur, De terra, modus natiuitatis Chriſti, quia. ſ. natus fuit de virgine. prout dicitur in Poſtil. Conſequenter dicit, Et iuſtitia de cœlo proſpexit, quod intelligitur ſecun-

4. Reg. 18. a
F
Luc. 1. a
Dan. 9. f
H
Luc. 2



A gitur ſecundum glo. ſic: Veritas. i. Chriſtus de terra. i. de virgine natus eſt: vt iuſtitia de cęlo proſpiceret. hoc eſt dicere, vt iuſtificarentur hoīes à Deo. pōt ēt intelligi hoc qđ dr. Et iuſtitia de cęlo proſpexit pro eo qđ naſcente dño facta eſt multitudo militiæ celeſtis laudantium &c. qđ ad iuſtitiā pertinet. ſ. vt creaturæ honorē debitū tribuāt creatori ſuo. Similiter dicendū eſt de ſtella, quæ apparuit in oriēte nato dño. quæ Magos direxit ad adorationē Chriſti, qđ ēt pertinet ad iuſtitiā mō pdicto. Et ſic cū veritas orta eſt de terra, iuſtitia de cęlo pſpexit. Qđ aūt ſequit: Etenim dñs dabit benignitatē &c. vſq; ad finē pſ. exponat vt in Poſtil. excepto verbo vltimo in quo dr: Et ponet in via greſſus ſuos. Qđ melius vr referri ad Chrm: de quo principalius loquit Pſal. Et ſenſus talis eſt: Iuſtitia. ſ. Iohan. Ante ipſum. i. Chriſtū. Ambulabit. Qui quidē Chriſtus. ponet ī via greſſus ſuos, ſcilicet in decurſu præſentis vitæ: eò modo quo de ipſo Chriſto legitur ſuprà in pſal. Exultauit vt gigas ad currendam uiam &c.

## REPLICA.

In pſal. Benedixiſti. Cum Poſtil. rōnabiliter reprobauit expoſitionem Iudæorū exponentium hunc pſ. de gratiarū actione pro reductione à captiuitate Babylonica: morē tñ gerere volens Hebræis concedit, q prima pars huius ſine abſurditate pōt illi materiæ applicari. Burg. cōtra id inuehit. q. ſit impoſſibile ſic applicare primā partē pſ. Ad id motus primo q a dicit p illā redēptionē captiuitatē Iacob auerſā: cū tñ maior pars Iacob ſteterit in decē tribubus nō redēptis vſq; in hodiernū diē: per reductionē igitur à captiuitate Babylonica nō eſt auerſa captiuitas Iacob, ſed ſolū Iudæ, & Ieruſalē. Nec ēt ſic fuit illa captiuitas redēpta quin ſemp māſerunt ſub tributis & tribulationibus. Hæc ſunt motiua Burg. Ad q dicendū vr primo quod noīat hic Iudā, & Ieruſalem noīe Iacob, tanquā partem digniorē de Iacob, apud quem ex Dei ordinatione reſidebant regalia, & ſacerdotiū. A principaliori aūt conſueuit fieri denoīatio. De illa igitur principaliori portione Iacob liberata conuenienter & ſine abſurditate dici potuit captiuitas Iacob auerſa. Secundò pōt dici quòd recedentib. decem tribubus à regno Roboā: non ſic receſſerunt quinimo de ſingulis tribubus in Ieruſalē & alijs ciuitatib. Iudæ remāſerunt ex deuotione: nolentes à ſolatio tēpli, arcæ, & cultu vnius Dei ſecludi, ut innuit Burgen. ſuprà pſal. præced. & idem videri poteſt. vbi poſtquam dicitur: Nec ſecutus eſt quiſquam domum Dauid præter tribum Iuda ſoli, ſtatim poſt ſubditur de tribu Beniamin, quæ ēt ſequebatur domū Dauid. Et de reliquis additur cito poſt cum dr: Miſſus ppheta Semeias, vt loqueretur regi Roboā, & ad oēm domum Iuda, & Beniamin, & reliquos populos. Et ad idē facit qđ in eo. ca. ſequit. Et abiit Iſrael in tabernacula ſua. Sup filios aūt Iſrael quicunq; habitabāt in ciuitatib. Iuda regnauit Roboā. Et idē factū planius de reliquis Iſrael tpe Ioſiæ 2. Paral. Nec Leuitæ conſenſerunt in factură vitulorū Ieroboā, prout pbatur autoritate Burg. ſup Deus venerunt gētes. iō ēt dr in eo. ca. 3. Reg. 12. quo Ieroboā fecit ſacerdotes de extremis populi qui non erāt de tribu Leui: vñ & tribus Iudę & Leui ſemper dñr fuiſſe coniunctæ, quibus ſic ſtantibus ſi intelligat Burgē. auerſionē captiuitatis Iacob vniuerſaliter ſic vt vr prætendere, dico q illa diſtributio debeat intelligi accōmoda non pro ſingulis generū, ſed pro generibus ſingulorū prout ſæpe cōtingit in ſacra ſcriptura. Sed ad illud quod Bur. addit, quòd ēt redeuntes de tranſmigratione Babylonica māſerunt ſemper ſub tributis, & tribulationibus, dico, quòd non pōt ex hoc inferre quòd captiuitas Iacob nō ſit auerſa, quia multæ gētes, ſeruiunt ſub tributis tñ liberæ à ſeruitute captiuitatis. Nec Poſtil. voluit abſolutè principium huius pſal. intelligere de liberatione Babylonicæ captiuitatis, ſed ſolum pro quanto eſt figura redemptionis humani generis, quæ per Chriſtum facta eſt: de qua redemptione etiam ad literam principaliter pſal. iſte loquitur prout Poſtillator clarius exponit.

C
3. Reg. 12.
2. Par. 34. b
3. Reg. 12.

## GLO. ORDIN.

a *Oratio Dauid. Aug.* Pſal. iſte ſecundus eorū eſt qui orationis noīe intitulant. In quo Chriſtus Dei filius & hominis: vnus Deus cū pre, vnus hō cum hoībus orat in forma ſerui: qui orat à nobis in forma Dei. Orat pro nobis vt ſacerdos noſter. Orat in nobis vt caput noſtrū. Orat à nobis vt Deus noſter. *Caſ.* Chriſti oro fideliū eſt inſtructio: cuius oīs actio Chriſtiani eſt lectio. Noſtra aūt oro peccatorum eſt ablutio. Sic orauit Chriſtus, ſicut & crucē tulit pro noſtra. ſ. (non pro ſua) neceſſitate: ſicut & fleuit Lazarū, vt doceret nos habere charitatem proximi. Sicut ēt fugit, vt cōprimeret audaciam ſtultæ & inconſultæ temeritatis. *Aug.* Hæc dicit Chriſtus in nobis & nos in illo. *Caſ.* Orat aſcendendo: vnde concludit omnes gentes adoraturas.

B

## GLOSSA ORDINARIA.

## PSAL. LXXXV.

b Inclina Do. &c. *Qm̄ ſanctus ſū. Aug.* Chriſtus propriè ſāctus ſanctificans. Sui ſancti ſanctificati in baptiſmo iuxta illud. Sācti eſtote: quia & ego ſanctus ſum. Totus itaq; Chriſtus ſanctus, & vnus ſanctus. Sed aliter caput: aliter membra. Totus ergo Chriſtus non incongruè dicit: Quoniam ego ſanctus ſum. Non eſt hoc dicere ſupbia elati: ſed confeſſio non ingrati. Vide aſcenſum, pauper ſanctus, ſperans clamans, leuatus ad Deum. Congrua eſt etiam verborum collatio. Inclina pauperi, cuſtodi ſanctum, ſalua ſperantem: miſerere clamantis, lætifica leuatum.

c *Mitis. Aug.* Portans hoīem, donec perficiat eū, quia auolaret à ſe, niſi à dño portaret. Multa n agūt ī corde humano, qbus male mouet: quēadmodū implorationes īpediunt vanis cogi-

a Oratio Dauid LXXXV.

a Aug. altus infirmo. Aug. Fures ſi appropinqua.

b Inclinā Domine aurē a tuā & exaudi me: qm̄ b inops & paup ſū ego. Cuſtodi animam meam quoniā ſanctus ſum: d ſaluum fac ſeruum tuū Deus meus e ſperantem in te. Miſerere † mei f Domine quoniam ad te clamaui g tota die: lætificā animam ſerui h tui: quoniam ad te Domine ani- i mam meam leuaui. Quoniam k tu Domine † ſuauis & mitis † & mul

a Compeſce deſideria mea.
a Diuini non inclinat. Ab alio non habens opem.
b Per me. c In hoc audi. Ab omnibus ſcandalis. d Contra inſidiatores.
a Quia non eſt ex homine ſalus. b Non liberum ſicut fuit Adam.
a Non eſt in verbis ſanctus.
a Non vna tantum ſed. Id eſt omni tempore. b In paſſione triſtem.
a Vbi lætitia in terra amaritudo.
a Ij tam quam affectus bonus leuat. b Leuaui & ita potui.
a Totus. Ideo iocunda me affectum tedio mundanæ amaritudinis. b Hic tuos expectas.

*formam, ibi: Deduc me Domine. Prima in duas: quia primo Dauid allegando ductam decentiam: primo inducit ad hoc rationes ſumptas ex parte ſui: ſecundo ex parte Dei, ibi: Quoniam tu Domine ſuauis. Circa primum allegat tres rationes, quarū prima accipitur ex ſua indigētia: quia cum Deus ſit ditiſſimus, ſecundum quod dicitur. 21. propoſitione de cauſis: Primum ens cum ſit diues per ſeipſum, & non eſt diues maius eo: docet eum inopē ſubleuare: qualis erat Dauid & alij qui erāt fugitiui cum eo, ſecundum quod dicitur primo Regum. Conuenerunt ad eum omnes, qui erant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi are alieno, & factus eſt princeps eorum, & hoc allegat Dauid dicens:*

Lib. de cauſ. 21. prop.
D
1. Reg. 22. a

a In. do. a. &c. *& loquitur de Deo more hominis qui inclinat aurem ſuam ad illud quod vult exaudire.*
b Qm̄ in. *Secunda ratio accipitur ex ſua innocentia: quia cum Deus ſit iuſtiſſimus decet eum innocentes liberare, & hoc allegat Dauid dicens:*
c Cuſtodi ani. meam. *ideſt vitam meam.*
d Qm̄ ſanctus ſum. *ideſt innocēs erga Saulem: Quod patet ex hoc, quòd cum Saul eum perſequeretur, Dauid actu ſaluauit eum bis à morte.*
e Saluum fac ſeruū tuum. *ideſt meipſum: in innocentia tibi ſeruientem.*
f Sperantē in te. *quaſi dicat non poſſem ſaluari de manu Saul, niſi per te. Tertia ratio accipitur ex orationis inſtantia quam decet Deum exaudire, quando eſt pia & perſeuerans qualis erat oratio Dauid, et hoc allegat.*
g Miſe. mei &c. *i. pſeueranter & inſtāter.*
h Lætifica a. ſer. tui. *liberando me de perſecutione Saulis.*
i Quoniam ad te Do. &c. *i. coram te non ſolum ore, ſed etiam corde, quia ſecundum Damaſ. Oratio eſt eleuatio mentis in Deum.*
K Quoniam tu Do. *Hic conſequēter allegat rationes ſumptas ex parte Dei: & ſunt quatuor. Prima accipitur ex Dei clementia quā decet exaudire de-*

† mihi
1. Reg. 24. a & 26. b
† multum miſericors

## NIC. DE LY. PSAL. LXXXVI.

Inclina Do. &c. *Huic pſal. præmittitur talis tit. in Heb. Oro Dauid. Ex quo patet autor pſalmi. De materia verò eius dñt cōiter doctores Hebraici & Latini, quòd Dauid fecit hunc pſ. in perſecutione Saulis exiſtens pro ſua liberatione Deū orans. Oratio aūt ſecundum Damaſ. eſt petitio decentium à Deo: hō. n. in oratione nō debet à Deo petere, niſi qđ decet Deū dare: & iō Dauid in hac oratione primo allegat exauditionis diuinæ decentiam: ſecundo explicat petitionis ſuæ formam, ibi:*

## MORALITER.

* a *Inclina Do.* Iſtū pſ. fecit Dauid orans à Deo liberari de Saulis perſecutione. Moraliter autē poteſt exponi, vt ſit oratio cuiuſlibet fidelis in afflictione ſpiritus per dæmonem excitata, vel corporis p hominem malum qui eſt dæmonis inſtrumentum. Et primo allegat exauditionis decentiam ex parte ſui. ſ. indulgentiam.
b *Quoniam inno.* & ſuam innocentiam di.
c *Cuſto.* & etiam ſuam in Deo confidentiam di.
e *Sal. fac ſer. tuum &c.* & idē repetit per alia verba cum dicitur:
g *Miſerere mei &c. Quoniam tu Do. &c.* Hic allegat exauditionis decentiam ex parte Dei, ſcilicet propter ſuam clementiam.
k *Qm̄ tu Do. ſuauis & mitis &c.* & ſuam magnificētiā, cū ſubditur,



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

E nis cogitationibus:ita vt vix ſtet cor ad Deum ſuū,vt loquatur ei orando,Qū enim oras Deo loqueris:qñ legis,Deus loquitur tibi.Surrepentibus aūt phantaſmatibus malarū cogitationum,quodammodo cor hōis fugit à ſe:nec inuenit cancellos quibus ſe includat:aut obices quibus retineat auolationes ſuas & vagos motus: contra quod Dauid dicit:Inueni cor meum, vt orarē ad te,quod ſolū audit Deus. Inueniſſe ſe dicit cor ſuum:quaſi ſolet ab eo fugere:& ille ſequi,quaſi fugitiuum. Quod inuenit hō quando morientibus muſcis eiectis, quæ pdūt ſuauitatē vnguēti totius affectus cordis ad adorandum Deum colligitur. Portat autem Deus hominem & expectat: dum vagatur cum nondum ſit perfectus.

1. Reg. 7. d Oratis inueniat cor ſuū

Eccl. 10. a

† infige

a *Auribus per.Caſ.* Vide ordinem orationis. Prius fuit, vt vox ſupplicationis aſcenderet,cum dixit: Inclina aurem tuam:& deinde rogatus audiret cum dixit:Exaudi me.Nunc vero addit:Auribus percipe.Non tranſitoriè ſuſcipi petit, ſed quaſi in ſinu Dei recōdi: ſicut per aures aliquid inſigitur cordi,vnde ſubdit: Et intende, vt intentus animus tuus aperiat auditum deprecationi meæ.

Vbi ſupra.

Ibidem. b *Tribulationis.Auguſt.Caſ.* Cum enixius clamatur. Supra clamauit tota die:hic facit augmētum: quia magis in tribulatione clamatur. Ideo dicit ſe clamaſſe:quia exauditus eſt,cū clamor ſoleat præcedere exauditionē. Et eſt peruerſio in ſanctis congrua,q & ante clamorem,& poſt exaudiuntur. Et quia exaudiſti: Omnes gen. quaſ.ſe.venient: quia non eſt ſimilis tui in dijs Domine.

† Doce me Domine viam tuā Prou. 14. d

c *Quia cunque fe. illi venient & adora.&c. Auguſt.* Si eſt gens quā nō fecit Deus, illa non adorabit. Annunciat eccleſiam vbiq; diffuſam quod modo impletū eſt.Et nota, quia vt ait ſcriptura: In lata gente gloria regis:in diminutione populi principis contritio. Sequitur.Et glo.&c. F

d *Tu es Deus ſo. Aug.* Vel tu ſolus magnus contra futuros,qui ſe dicūt magnos & deos.

a ¶Contra abundantem iniquitatem. b ¶ Nullus excipitur.

tæ miſericordiæ omnibus inuocan

a ¶Non aliud à te. b ¶Ideo. ¶ Aug magnus orantis affectus. ¶Ideſt non exeat de auribus tuis: ſige illam ibi.

a tibus te.Auribus † percipe Domine a orationem meam, & intende voci

a ¶Cauſa audiendi. ¶ Quando aduerſitas imminet.

b deprecationis meæ. In die tribula- b

¶Qui ſemper eſt in peregrinatione donec ſeipſum det videndum.

tionis meę clamaui ad te:quia exau c

a ¶Gentes non inuenient in dijs ſuis ſimilem in eſſentia vel operatione tibi.

diſti me. Nōn eſt ſimilis † tui in dijs d

¶Quęcunque modo accipiantur.

Domine:& non eſt ſecundum ope- e

a ¶Et ideo. ¶De omnibus Gentibus.

c ra tua. Omnēs Gentes † quaſcunque f

a ¶A ſuo cultu ad cultum tuum.

feciſti venient & adorabunt coram g

a ¶Prędicabunt quam nominabilis es. ¶ Vel honorabuntur ex tuo nomine.

te Domine : & glorificabūt nomen h

a ¶Non eſt ſimilis tibi. b ¶ Quod non alius.

tuum. Quoniam magnus es tu, & i

a ¶Secundum opera tua. b ¶Nullus alius.

d faciens mirabilia : tu es Deus † ſo- k

a ¶Gentes venient quod vt poſſint. ¶Deductio conuenit proficienti. b ¶Viros. a ¶Quam ingreſſus ſum.

e lus. † Deduc me Domine in via l

a ¶Proficiam vlterius te ducente. ¶ Alias ambulabo. b ¶Hæc eſt via.

f tua & ingrediar in veritate tua: † læ- m n

¶Ita tamen.

tetur cor meum, vt timeat nomen o

¶Deductus.

tuū. Confitebor tibi Domine Deus p

a ¶Ille in toto corde confitetur qui totam ſpem ponit in Domino. b ¶ Cum ſanctis.

meus in toto corde meo:& glorifi- q

a ¶In ęterna beatitudine.

cabo nomē tuum in æternū. Quia r

a ¶Iuxta illud Omne datum optimum: omne donum perfectum deſurſum.

miſericordia tua magna eſt ſuper

dij falſi,iſte ſolus eſt Deus verus.Similiter ſi intelligat de dijs participatione:cuiuſmodi ſunt angeli, et hoīes ſancti, quia ſunt virtutis finitæ. G

e Et non eſt ſecundum op.t.quia ex infinita tua potentia potes facere opera omnem virtutem creaturæ tranſcendentia. q.d.tu potes me ſtatim liberare pro voluntate tua.

f Oēs gen.quaſcun.fe. Hic ponitur quarta ratio quę accipitur ex Dei honorificentia. Proponebat enim Dauid, ſi à Saule liberaretur,& ad regnū promoueretur, ſicut Dñs dixerat per Samuelem, q ędificaret Dño templum famoſum & augmētaret diuinum cultum: ad quod templum venirēt cauſa orōnis non ſolū Iudæi,ſed ēt Gentiles longinqui, pp qd templo ędificato dixit Salomon. 3. Reg. 8. Inſuper & alienigena, qui non eſt de populo tuo Iſrael, cū venerit de terra longinqua pp nomen tuū: audietur.n.nomen tuum magnū, & manus tua fortis,& brachiū tuum extentum vbiq; cū venerit & orauerit in loco iſto tu exa.in cę.&c.Et ex hac Dei honorificentia oratio Dauid erat exaudibilis : & hoc eſt quod allegat Dauid dicens:Oēs gen.quaſcun. fe.i.aliqui ex oībus Gentibus:ſicut dr: Omne animal fuit in arca Noe, in qua fuerunt aliqua indiuidua de omnibus ſpeciebus animaliū.vel pōt dici, q eſt hyperbole:ad ſignificādum q multi de Gētilibus venirent:ſicut dicit totus populus ciuitatis currit ad tale ſpectaculum ad deſignandū multitudinem euntium : licet maior pars non vadat.

g Venient & ado.co.in templo à me ędificando. ſic enim voluit facere. Hęc tamen ędificatio fuit dilata vſque ad tempus filij ſui de præcepto Domini ibidē:tū Dauid ppauit impenſas pro magna parte,& tradidit exemplar templi, & ædificiorum in circuitu Salomoni filio ſuo, & ſic quodammodo ædificauit.

h Et gl.no.t. Ad honorem enim Dei pertinebat quòd Gentiles veniebant adorare in loco ſuo nomini deputato.

i Qm̄ ma.es tu & fa.m.ex mirabilib.enim eius auditis in partibus longinquis deueniebant adorare in Ieruſalem, vt dictum eſt in oratione Salomonis. H

K Tu es Deus. Ex mirabilibus.n.virtutem totius creaturę tranſcendētibus cognoſcebat ēt à Gentibus, q erat Deus,& nullus alius.

l Deduc me. Poſtquam allegauit decētiam diuinę exauditionis, hic conſequenter ponit formam ſuę petitionis, & primo reſpectu boni operandi : ſecundo reſpectu mali euadēdi,

e *Deduc me Domine in via tua. Caſ.* Orat pro omnibus iam adorantibus,& loquitur in membris.Caſ. Domine deduc. Aliud eſt duci ad viam, & aliud eſt duci in via,ne in ea cadatur:vbiq; egent homines adiuuari,ſiue ſint in via,ſiue extra viam.Via autem Chriſtus eſt,qui dicit:Ego ſum via,veritas,& vita:

Ioh. 14. a

Spes & timor

f *Lætetur cor meum. Aug.* In timore mundano præcedit cauſa periculi,vel anguſtiæ,ſed in timore Dei lætitia.Vtraque miſcenda ſunt,vt ſub ſpe timeamus,& ſub timore lætemur. timor eſt in iucunditate nunc : in futuro iucūditas ſine timore: vbi plena ſecuritas quæ non modo. Iucunditas modo trahit,& timor à via recedere non ſinit : vtraque ergo ſunt habenda. Hæ ſunt duæ molæ inter quas molitur Chriſtianus,vt fiat panis Chriſti,ſcilicet ſpes & timor. vnde in Deu. dictum eſt Non accipias loco pignoris ſuperiorem, vel inferiorem molam.Superior mola ſpes eſt,inferior timor. Non eſt igitur hæc ſine illa accipienda.Qui enim ſperat & non timet negligens eſt.Qui autē timet & non ſperat,deſpſus eſt. a Ex in-

Deut. 24. b

ibi:Quia miſericordia.tertio reſpectu regni conſequendi,ibi:Et tu Dñe. Circa primū dicit: Deduc me Dñe in via tua,ideſt in via iuſtitię:per quā non poſſum abſque deuio incedere ſine tua directione.

m Et ing.in ve.tua.i.in veritate vitę à te tradita in lege.

n Lætetur cor meum.ex tua conſolatione.

o Vt time.no.tuum. Hoc addit ad excludendum letitiam ineptam.

p Confit.ti.&c.quod bonum opus non habeo à me,ſed à te.

q Et glorifi.&c. In omnibus operibus meis tuam gloriam principaliter quęrendo.ſecundum illud Apoſt.Omnia in gloriam Dei facite.

r Quia miſ.&c.Hic cōſequēter format petitionē reſpū mali amouēdi, vt petitio ſit magis exaudibilis de futuro cōfitet ſe liberatū de pterito di. Quia m.t.etc.liberando me de piculo pręterito. Quod explicat dicens: a Et.

## NICO. DE LYRA.

exaudire deprecantes,& hoc allegat Dauid dicens:Quoniam tu Domine ſu.& mi.

a Auribus p.o.m.dando mihi effectū orationis & deprecationis meæ. Scda ratio accipitur ex Dei magnificentia:quā decet exaudire recognoſcentes præterita beneficia:qualis erat Dauid,& hoc eſt,quod dicit:

b In die t.m.id eſt tempore huius tribulationis in qua ſum confidenter. Clamaui ad te.

c Quia ex.me.temporibus præteritis:dando mihi victoriam contra vrſum & leonem,& contra Goliath gigantem. Tertia ratio accipitur ex diuina potentia,quæ cum ſit infinita poteſt ſtatim adiuuare: & hoc allegat Dauid,di.

1. Reg. 17. d

d Non eſt ſi.tui.quod verum eſt ſi accipiatur de dijs Gentium qui ſunt dij falſi,

## MORALITER.

* a In die tri.proprium eſt.n.magnifici exaudire illum qui recognoſcit præteritum beneficium & ſuam potentiam cum dicitur,

d Non eſt ſi.&c.ſcilicet in potentia,quæ eſt finita. Et eius honorificentia cum dicitur,

f Omnes gen. nā ex liberatione vnius innocētis multi laudāt et glorificāt Deū,et multo plus ex ſaluatione pluriū.Et hoc eſt hyperbole cum dicitur,oēs,ad denotandum multitudinem laudantium.

l Deduc me. Poſitis allegationibus pro petitionis exauditione, hic cōſequenter formatur petitio,& primo reſpū boni conſequendi cum dicitur:Deduc me Domine in via tua.ſ.fidei & morum.

m Et ing.in ver.tua.quaſi dicat,aliter ingredi non poſſem, niſi per te ductorem.

n Lętetur cor.in te ductore.

o Vt ti.no.filiali timore.

p Confit.laudis confeſſione.Secundo formatur petitio reſpectu mali amouendi,cum dicitur,

r Quia miſericor.&c. quaſi dicat, quia miſericorditer eruiſti me * de malo



A a Ex infer.infe. Aug. Per hoc intelligimus tāquam duo inferna eſſe,inferius & ſuperius. Nā vnde inferius diceretur,niſi quia eſſet infernum ſuperius? Cęleſtis ergo habitatio angelorum,vbi eſt vita ineffabiliū gaudiorum: vbi immortalitas & incorruptio ſuperna eſt. Terrena,vbi caro,& ſanguis:deceſſio,& ſucceſſio : mutabilitas, & mortalitas inferius eſt. Ab hac terrena itur in infernū inferius vnde eruit Deus animas miſſo filio. Etenim propter iſta duo inferna miſſus eſt Dei filius vndique liberans: ad hoc naſcendo, ad illud moriendo:vel in ipſo inferno inferiori eſt pars impiorum inferior. vnde: Diues leuat oculos ad Abraham : qui cum aliis iuſtis erat quaſi in ora, & in limbo inferni tanquam in ſuperiori à qua liberatur qui à peccatis liberatus illuc non mittitur. Hæc ſunt opiniones,non aſſertiones.

b *Deus ini. &c.* Item pro ſe orat facta mentione paſſionis ſuæ & gloriæ: vnde habent hi pro quibus orauit multam miſericordiam & eruuntur de inferno.

c *Da imperium. Aug.* Q.Tranſeat tēpus patientiæ, veniat tempus iudicij:vnde non tantum Chriſtus, ſed & ſancti ſedebunt iudices qui ſunt filij ancillæ.i.eccleſiæ.

d *Fac mecum.* Remi.Quaſi: Et ego Deus tecum facio. Nam Chriſtus ſecundum quod Deus reſuſcitauit ſe hominem.

e *Signum in bonū.* Remi. Fac inſignē reſurrectionē capitis membrorū, vt alijs proſit, vt Iudæi videāt hoc, quod audiuiſti in his, quæ feci. Et cōſolatus es in his quæ paſſus ſum. Rem. Reſurrectio eſt ſignum in bonum per quam & virtus Dei declaratur & ſpes credentium firmatur.

a ¶In hoc magna miſericordia eſt.

a me : & eruiſti animam meam ex in- a b c

a ¶Magna miſericordia eruiſti de inferno tamen. b ¶Perſequentes legem Iudæi.

b ferno inferiori. Deus † iniqui inſur- d e

a ¶Vt reum me dicerent. b ¶Totum Chriſtum. c ¶Congregatio ſuperborum.

rexerunt ſuper me : & ſynagoga po- f g

a ¶Ouil. ſis conſilijs.

tentium † qui quæſierunt animam meā: h

a ¶Addit quod ſceleratis mentibus ſemper prouenit. b ¶Non intellexerunt Deum vt homini parcerent.

et non propoſuerunt te in conſpectu i

a ¶Iuſtitia.

ſuo. Et tu Domine Deus miſera- k

a ¶Actu. b ¶Natura. c ¶Malos expectans.

tor & miſericors † patiens & mul-

a ¶Conuerſis. b ¶In promiſſis vel meritis reſpondens.

tæ miſericordiæ, & verax. Reſpice l m

a ¶Hominem. b ¶Mortalis. c ¶Poteſtatem iudicij.

c in me & miſerere mei,da † imperium n

a ¶Innocenti. ¶Mihi Chriſto. c ¶Sęcula. ¶ A morte. ¶Domini.

tuum puero tuo:& ſaluum fac filium o p

a ¶Maria quæ dixit : Ecce ancilla. b ¶ Quaſi : Quod dabit permanent. c ¶ Reſurrectionis, ſignum Ionę: Quod iam in capite:fiet & in membris.

d e ancillæ tuæ. Fac mecum ſignum q

in bonum : vt videant qui oderunt r

a ¶Illud eo pernitioſè: quia modo nolunt ſalubriter confundi.

me & confundantur:quoniā tu Domi s

a ¶In certamine. b ¶ In triſtitia quę hic eſt in his ſubiecit quæ paſſus ſum.

ne adiuuiſti me:& conſolatus es me.

cens ad Abiathar:Ego ſum reus oīum animarum patris tui, & reuelatū fuit Dauid q illud pctm̄ erat ſibi relaxatum à Deo, & ſic dixit: Eruiſti aīam meā &c. Conſequenter poſtulat liberari à malo de futuro dicens: C

d Deus iniqui.ſcilicet Saul, Doeh, & eorum ſatellites.

e Inſurrexerunt ſuper me.quęrentes me occidere iniuſtè.

f Et ſynagoga.id eſt congregatio.

g Potentium.quia potentes de regno adhęrebant Sauli regi.

h Quæſierunt animam meam, auferre eam de corpore.

i Et non propoſuerunt te &c. id eſt non faciunt hoc amore iuſtitiæ, ſed liuore inuidiæ:& ſic contra legem tuam quærunt innocentem interficere. q. d. ex hoc decet te me liberare. † alieni, vel inſurgentes ſe gem

K Et tu do. Hic conſequenter formatur petitionē de adeptione regni, & primo allegat diuinam miſericordiā qua elegit eū pre fratribus ſuis dicens : Et tu Dñe miſerator &c. Scdò eius veritatem:ad quam pertinet implere illud qd dixerat Samueli de regno Dauid futuro cum dicit :

l Et verax.implendo pmiſſa. iō ſubditur,

m Reſpice in me.oculo miſericordiæ.

n Da imper.id eſt regnum Iſrael.

o Puero tuo.i.mihi tibi obedienti.

p Et ſaluum fac fi.an.tuæ. matrem autē ſuam vocat Dei ancillam, ideſt fidelem & deuotam. † fortitudinē tuā ſeruo tuo

q Fac mecum ſignum in b.de regno pacificè obtinendo,quod factum fuit ſibi : qñ Philiſthei aſcenderunt contra eum,ad deſtruendum eius regnum, eò quòd audierant eum de nouo inunctum ſuper totū Iſrael. Et Dñs dedit ei ſignum, q iniret bellū contra Philiſthæos, qñ audiret ſonitum gradienti in cacumine pirorum, per quod ſignum deſignabatur ſibi aſſiſtens auxiliū angelorum,ſicut dictum fuit ibidem. 2. Reg. 5. d

r Vt videant qui oderunt. quia tunc Philiſthæi fuerunt debellati confuſibiliter, & in fugam conuerſi. Quod prǽuidit Dauid futurum,ideo ſubdit:

s Quoniam tu Domine adiuuiſti me. Et loquitur de futuro per modū præteriti propter certitudinem prophetiæ. Moraliter poteſt exponi pſ. iſte de quolibet fideli poſito in afflictione corporali ab hominibus exitata:vel ſpirituali à dæmonibus qui pro ſua liberatione orat Deum deuotè: allegans primo decentiam exauditionis diuinæ: ex parte ſua allegans indigentiam,innocentiam,orationis inſtantiam, & ex parte Dei clementiam,magnificentiam,potentiam,honorificentiam, & vlterius format petitionem ſuam,ibi : Deduc me, vt in bono opere conſeruetur & à malo culpæ & pœnæ præſeruetur:& ſic tandem in regno gloriæ coronetur. & ſic conſideratis prædictis poteſt ad hoc litera iſta de facili applicari & partes diſtingui. Moraliter D

B

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et.pro ideſt.

b Eruiſti animam meam.ideſt vitam meam.

c Ex inferno inferiori. In Hebręo habetur ſeol,quod aliquando accipitur pro inferno,& aliqñ accipitur pro foſſa: & ſic accipitur ſecundum Hebręos aliquos : quia Dauid fuerat in periculo mortis propinquę qñ Saul fecit cuſtodiri domum eius nocte, vt occideretur mane: & ſic poneretur in foſſa terræ,ſed euaſit ex Dei adiutorio. & hoc eſt,quod dicit Dauid. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori,hoc eſt à foſſa ſepulturæ quæ fit infra terrā. Ra. Sa. exponit de inferno propriè dicto vbi meruerat Dauid deſcendere propter adulterium Bethſabee & homicidium Vriæ: ſed Nathan propheta dixit ei : Tranſtulit Dominus peccatum tuum,& ſecundum hoc dixit Dauid: Eruiſti animam meā &c. Sed iſtud non videtur conuenienter dictum quia Dauid fecit pſalmum iſtū in perſecutione Saulis exiſtens.peccata autem illa commiſit Dauid poſt mortem eius per magnum tempus. Nec poteſt conueniēter dici quòd Dauid hoc dixerit prophetando de futuro:quia non habuit præcognitionem ſui caſus,quæ requiritur ad prophetiam. Intelligentia eſt opus in viſione. Et ideo accipiēdo ſeol,pro inferno,poteſt aliter dici, ſcilicet quòd Dauid illic demeruerat deſcendere pro occiſione ſacerdotum Nobe, cuius Dauid fuit in culpa: vt declaratum fuit. 1. Reg. 22. Quod & recognouit dicens ad

## MORALITER.

* de malo præterito:ideo confidentius peto,vt eruas me de malo futuro.& ſubditur cauſa cum dicitur,

d *Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me.* i.dæmones & mali homines.

i *Et non propoſuerunt te in co.* quia ſunt in malum obſtinati.

k *Et tu Domine Deus mi.* ex proprietate tua.

n *Da impe.t.puc.tuo.* i.da mihi poteſtatem deuincēdi paſſiones animi mei & tentationes inimici.

q *Fac mecum ſignum in bo.* interius conſolando & exterius adiuuando.

r *Vt videant,qui ode.me.& confundantur.* Videntes ſe victos per auxilium gratiæ tuæ.

*In pſal.lxxxv. Inclina Domine vbi dicitur in poſtil. De materia vero eius dicunt communiter doctores Hebraici & Latini.*

## ADDITIO PRIMA.

Doctores Latini non oēs hunc pſal. exponunt de Dauid in perſecutione Saulis poſito,vt Poſtil.videtur aſſerere. Nam glo. cōmunis tenet hunc pſal.quæ eſt quædam oratio,prout in eius titulo pręmittitur,intelligi de Chriſto,prout in eadem latius continetur. Quæ quidem expoſitio gloſ.in hoc loco non videtur eſſe myſtica ſed literalis. Tum quia hoc quod dicitur:Cuſtodi.a.m.&c.nō poteſt propriè dici de Dauid in hac vita exiſtente in qua quandoque fuit peccator,quandoque iuſtus: nunquam tamen ſanctus dum viueret ab aliquo legitur vocari,præſertim à ſeipſo quod elationem ſapit. Tū quia illud quod dicitur : Omnes gentes quaſcunque fe. non rectè applicatur ad ædificationem templi quam Dauid proponebat facere,vt Poſtil.aſſerit,tale enim propoſitum nec ædificium non continetur in litera huius pſal.neque cōgrue homo petit gratiam pro eo quod ponit ſeu proponit ſe facturum,quia ſecundum Philoſophū non fortes,ſed agonizantes coronantur. Tum quia illud quod dicitur:Saluum fac filiū ancillæ tuæ, valde inconſonum eſt vt attribuatur Dauid de cuius matre nulla mentio penitus legitur in ſcriptura fieri. De patre .n. Dauid ſæpe fit mentio tam tempore ſuo vt patet 1. Reg. 16. quam etiā poſt. Iſa. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, & in multis alijs locis,nuſquam tamen de matre, vnde potius debuiſſet dicere:Saluum fac fi.ſeru.tu.Rectius igitur iſte pſal. ſeu oratio ſecundum glo.intelligenda eſt à Dauid facta in perſona Chriſti qui in forma ſerui legitur oraſſe. Orat etiam pro nobis, vt ſacerdos noſter. Orat etiam in nobis tanquam caput noſtrum & inſtructio noſtra, vnde primo orando declarat fragilitatem ſuam in forma ſerui dicens : Inclina Domine &c. quoniam inops & pauper &c. Conſequenter ſanctitatem ſuam. Quoniam ſanctus ſum ego, quæ non ad ſuperbiam elati reputanda eſt. ſed potius confeſſione non ingrati, vt in glo. Quæ verba propriè ad Chriſtum pertinent, Alij vero quantumcunque ſancti de ſeipſis nunquam leguntur talia verba protuliſſe. Abraham enim in Gen. dicit : Ego ſum puluis,& cinis.Similiter & Baptiſta de ſe dicit:Qui de terra eſt,de terra Gen. 18. d



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E loquitur Iohan. Vnde fatetur ſe eſſe de terra terrenum: Et talis fuit modus communis ſanctorum: qui licet de ſeipſis quandoque dicant ſe eſſe iuſtos, non tamē ſanctos licet alios à ſe quandoque ſanctos vocent: vt in pſal. Sanctis, qui in terra ſunt eius. Conſequenter proclamat diuinam miſericordiam ex aſſiduitate orationis, & eleuatione mentis. d. Miſerere mei Domine &c. Conſequenter dicit. Quoniam tu Domine ſuauis: allegans rationes ſuæ exauditionis: & exponantur iſti verſus ſicut in Poſtilla: referendo eos ſuo modo ad Chriſtum vſque ibi cum dicitur: Omnes gentes &c. Qui quidem verſus rectè intelligendus eſt prophetice dictum: prout in gloſ. Prænuntiat enim eccleſiam Dei eſſe vbique dilatandam cum dicit: Omnes gentes quaſcunque fe. &c. Similiter & nomen Dei vbique prædicandi, cum dicit: Et glorificabunt nomen tuum. Conſequenter prænuntiat quòd per hanc glorificationem, ſeu prædicationem nominis Dei, & per miracula hoc confirmantia excluderentur dij falſi à terra: & hoc cum dicit: Quoniam magnus es tu, & fa. mi. &c. hoc eſt dicere: Sic glorificabitur nomen tuum per prædicationem in omnibus Gentibus quaſcunque feciſti, & etiam demonſtraberis magnus, quia facies mirabilia: ex quo manifeſtabitur, ꝙ tu es Deus ſolus, & non alius. Conſequenter dicit: Deduc me Domine in via tua. vbi Pſal. orat in perſona Chriſti pro membris ſuis, de quibus dixerat: Omnes gentes quaſcunque feciſti venient & adorabunt te &c. pro quibus non orat, vt veniant ad viam, quia in eadem iam ſunt: ſed vt in via Domini iam exiſtentes deducantur ne labantur in ea. Aliud eſt enim ſecundum glo. duci ad viā: aliud deduci in via quod eſt adiuuari ne in ea cadatur. Et ingrediar in veritate tua, ideſt vlterius te ducente proficiam in veritate tua, & ſic proficiendo. Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. Timor enim Dei cum lætitia ſpirituali admiſcendus eſt in hac vita: quia lętitia ſeu iucunditas animum trahit, timor verò à via recedere non ſinit. Et ſequitur: Confitebor tibi Domine &c. exponatur vt in Poſtill. vſque ibi: Eruiſti animam meam ab inferno inferiori. In quibus verbis confitetur in perſona eccleſiæ, quòd fuerit liberata à damnatione inferni per miſſionem filii. Dicit autem infernus inferior: quia præſens vita vbi eſt corruptio, & mortalitas infernus eſt reſpectu habitationis cœleſtis, vbi eſt vita ineffabilium gaudiorum ſed habitatio damnatorum adhuc eſt inferior reſpectu iſtius vitæ. Conſequenter dicit: Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me quod poteſt exponi tam pro Chriſto in ſua paſſione, quàm pro membris in aſſidua perſecutione tyrannorum & hæreticorum. Et tu Domine Deus miſerator, quia proprium eſt ei miſereri. Et patiens: quia expectat malos: & inde eſt: Multæ miſericordiæ, & verax in promiſſis. Reſpice in me, miſerere mei: da imperium tuum & iudicii poteſtatem, iuxta illud: Poteſtatem dedit ei iudicium facere. Puero

F tuo, ideſt ſeruo, ſcilicet Chriſto in forma ſerui. Et ſaluum fac, ſcilicet reſuſcitando. Filium ancillæ tuæ, ideſt beatæ Virginis, iuxta illud: Ecce ancilla Domini. Si autem pro membris intelligatur: intelligendum eſt: Da imperium tuum puero tuo, ſcilicet ſanctis qui ſedebunt ad iudicandum. & accipitur ſingulare pro plurali: prout ſcriptura ſæpe conſueuit: qui quidem ſunt filii ancillæ, ideſt eccleſiæ. Et ſequitur: Fac mecū ſignum in bonū, quod in perſona Chriſti intelligendum eſt de ſigno reſurrectionis: iuxta illud. Signum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. & ſequitur: Vt videant qui oderunt me, & confundantur, ſcilicet Iudæi & alii perſequentes: qui confunduntur in reſurrectione Chriſti. Poteſt etiam hoc intelligi de membris per redundantiam capitis. Et quia per reſurrectionem virtus Dei declaratur, & ſpes credentium confirmatur: ex quibus dicit: Quoniam tu Deus adiuuiſti me, & conſolatus es me.

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtil. Poteſt aliter dici, ſcilicet quòd Dauid ibi demeruerat deſcendere pro occiſione ſacerdotum Nobe.*

ADDITIO II.

¶ Hæc opi. Poſtill. fuit improbata ſuprà in additione 2. Reg. 15. vbi rationabiliter oſtenſum, quòd Dauid non fuit in culpa circa occi- G ſionem ſacerdotū Nobe, licet fuiſſet in cā. Nec ex hoc qđ dixit ad Abiathar: Ego ſum reus omnium animarum patris tui &c. ſequitur quòd Poſtillator intendit. Piarum enim mentium eſt ibi apponere culpam, vbi nulla eſt. Quòd autem dicit quòd reuelatum fuiſſet Dauid illud peccatum eſſe relaxatum à Deo, nullum habet fundamentum in ſcriptura.

REPLICA.

IN pſal. Inclina Domine aurem tuam &c. cum Poſtillator exponit materiam huius pſalmi de Dauid, prout communiter exponunt doctores, Burgen. ſe opponit dicēs, quòd non omnes doctores ſic exponunt, nec Poſtillator dixit omnes, ſed communiter. Opponit ſecundo Burgen. per hoc quod dicitur in pſalmo: Cuſtodi animam meam quia ſanctus ſum, quòd ſine iactantia Dauid de ſe propriè dicere non potuit. Ad quod reſpondet Poſtillator, quòd ſanctus tranſſumitur pro innocente: & ſic Dauid ſe potuit in hac parte bene dicere innocentem. Tertio opponit Burgen. contra applicationem illius paſſus: Omnes gētes quaſcunque feciſti, volens quòd quia de ædificatione templi in litera non fit mentio: ideo ad illam non debeat fieri applicatio. Etiam vt dicit: nemo congruè petit gratiam ad id quod ponit, vel proponit ſe facturum. Et allegat ad idem Ariſtotelem dicentem: Non fortes ſed agonizantes coronari. Ad illud dicendum, quòd illud argumētum ſi valet, habet locum in multis pſalmis: in quibus de materia non fit mentio: ſed per debitas applicationes inquiritur ſępe materia pſalmorum. Nunc autem poſt primam inunctionem factam per Samuelem: Dauid propoſuit cultum domini Dei augeri, & ad id templum conſtruere ad quod omnes gentes, ſecundum diſtributionem accommodam, vel hyperbole, venturæ erant ad Deum honorandum. Accipit igitur Dauid ex hoc materiam orationis: petens vt det ei gratiam id perficiendi quod propoſuit: non poteſt coronari nec pręmiari, ſed in opere pertinente ad meritum adiuuari. Brocardica igitur allegatio Ariſtotelis, quæ non eſt ad propoſitum. Nec verum videtur aſſumptum Burgen. quòd videlicet nemo congruè petit gratiam ad id quod ſe facturum proponit: quia magis congruè petit quis per gratiam iuuari in faciēdis, quàm in his, quæ iam facta ſunt. Nam primum reſpicit meritum in quo totum eſt gratioſum. Secundum autem petit pręmium quod Apoſtolus declarat iuſtum ſcribens. 2. ad Timot. 4. vbi poſt enumerata per gratiam merita exigit coronam de iuſtitia: quam inquit reddet iuſtus iudex. Quarto Burgen. opponit quòd Dauid non potuit ſibi attribuere illud huius pſalmi: Saluum fac filiū an- H cillæ tuæ &c. Et ratio ſua ad hoc videtur valde pueriliter ſonare: qa vt inquit, nuſquam in ſcripturis fit mentio de matre Dauid, ſed bene de patre: ideo non debuit hic allegare matrem ſuam, ſed potius dixiſſe: Saluum fac filium ſerui tui, non ancillæ. Quamuis enim illa conſequentia nullum habeat colorem: errat tamen in antecedente, imo contradicit ſibiipſi, quia ſecūdum ipſius correctorium ſuper pſalmum: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea quem timebo. fit mentio de matre Dauid ad literam: Quoniā pater meus, & mater mea dereliquerunt me &c. Et pſ. 50. ad literam, fit mentio de matre Dauid &c. Et mirum quare Dauid in orationis ſuæ humilitate nō poſſit, vel debeat matris ſuæ carnalis, vel ēt ſpiritualis ſynagogæ, vel eius eccleſiæ memoriā facere dicendo: Saluū fac filiū ancillæ tuæ &c. In hoc loco. n. & infra pſalmo: Credidi propter quod locutus ſum &c. Burg. dicit, quòd fideles poſſunt ſe dicere filios ancillæ Dei. i. eccleſiæ, ſed excludit vtrobique Dauid ſine ratione, quaſi Dauid ad eccleſiam tanquam matrem nō pertinuerit, vel quaſi fidelis non fuerit. In quo oſtendit ſe Burgenſis Iudæum fidelem nō eſſe, vel fuiſſe, ſic ſuum optimum regem Dauid de eccleſia eiiciendo, & inter fideles non computando. Sed quod ſpecialiter tangit de occiſione ſacerdotum Nobe, vide correcto. 2. Reg. 15.

GLO. ORDIN.

a *Pſ. Caſ.* Quia agit de eccleſia ſecundum præſentem vbi agit opera.

b *Canti. Caſ.* vt de ſeculari Ieruſalem, ad intelligentiam ſupernę eleueris ſi de actione ad theoricam.

*Caſ.* Propheta prædicat cęleſtem Ieruſalem filiis Chore quam commendat per fundamenta & portas & famam, vt eis augeatur affectus.

GLO. ORD. PSAL. LXXXVI.

F*undamenta eius. Caſ.* Pſal. de cęleſti Ieruſalem: plenus ſpiritu propheta multa voluens apud ſe de hac ciuitate, de qua nihil adhuc dixerat, in hoc erumpit.

c *Fundamenta eius &c.* prior laus à fundamentis: ſoliditas totius ciuitatis notetur. Eius non refertur ad aliquod prēmiſſum: ſed ad cordis prophetæ meditationem: qui nunquam de illa corde tacuerat, & ſi ore.

a *Dicta.*

NIC. DE LY. PSAL. LXXXVI.

FVndamenta eius &c. *Huic pſalmo præmittitur talis titu. in Hebræo & in translatione Hieron. Filiorum Chore pſal. cantici. Et patet expoſitio ex ſupradictis pſalm. lxxxij. & lxxxiiij. De materia verò huius pſal. dicunt aliqui Hebręi, quòd loquitur de ciuitate Ieruſalem quam ædificauit Salomō eam claudendo triplici muro: & de templo quod ibi ædificauit valde notabiliter & ſumptuoſè: vt patet. tertio Regum. & ſecundo Paral. Sed hoc*

¶ *non vide-*

a b F*iliis Chore Pſalm⁹ cantici LXXXVI. Vndamenta eius*

¶Proponitur ¶ Vt habitantin Sion hic per fidem. in futuro per ſpem pars cuius in cęlo, pars cuius in terra militat.

MORALITER.

✻ a *Fundamenta eius.* Sicut in expoſitione literali dictum eſt, pſal. iſte loquitur de myſterio Chriſti, & eccleſiæ nomine Sion, & Ieruſalem ſignificatæ, propter quod pertranſeo de alio ſenſu myſtico requirendo.



a *Dicta ſunt de te, ciuitas Dei. Auguſt.* Hæc ſunt illa quæ domi-

A nus per prophetas de ea prædixit.

b *Memor ero. Caſſiod.* Diapſalma: dominus de eadem Ieruſalem. *Auguſt.* Memor ero Raab. Oſtendit quæ ſunt illa glorioſa. Q. Hæc ſunt illa: in illa ciuitate inquit propheta ex pſona Dei: Memor ero Raab & Ba. quæ non pertinent ad populum Iudæorum. Glorioſa de te, vbi non ſolus eſt Iudæus, ſed omnes Gentes.

c *Raab & Babylonis. ſcientium me. Aug.* Per feneſtram emiſit coccinum. i. in frōte habet ſignum ſanguinis Chriſti eccleſia Gentium. Vnde: Publicani, & meretrices præcedēt uos in regnum cęlorum. Raab, latitudo uel impetus: Gentes, quæ latè & impetuoſè uagantur per vitia. *Auguſt.* Ad Babyloniam pertinent omnes mali, ut ad Ieruſalem omnes ſancti.

d *Ecce alienigenæ. Auguſt.* Memor ero. Quare hoc dixiſti? Ecce alienigenæ. i. Gentes, & Tyrus, anguſtia uitiorum uel pœnitentiæ.

a *Nunquid*

in montibus ſanctis, diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei. ✻ Memor ero Raab & Babylonis, † ſciētium me. Ecce † alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum: hi

a ¶Prophetis. Apoſtolis. ¶ Summo angulari lapide Chriſto. ¶ Et.

a ¶Idem ſunt portæ qui & fundamenta. b ¶Ciuitas eius Sion.

¶Diligit ſpiritualem ciuitatem ſuper omnia illa quibus præſignabitur. c ¶Imaginaria.

a ¶Aug. quod non de ea quæ credit.

¶ Hac.

a ¶Apoſtolis, quibus de illis recipiendis præcipiam.

a ¶Ecce quid per Raab & Babylon ſignauit. b ¶Allophili potione cadentes.

¶ Gentes.

a ¶Id eſt illi qui ſunt in anguſtia vitiorum vel pœnitentiæ.

b ¶ Aug. Gentes quæ ſunt vſque ad finem terræ: etiam nigri.

NICO. DE LYRA.

¶ *non videtur poſſe ſtare: quia cum dicitur. infra Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. In Hebræo dicitur: Sela, quod perpetuitatem ſignat à parte poſt: vt dictum eſt. ſup. pſal. lxxxiij. propter quod Hie. addit hic ſemper: quod eſt omiſſum in translatione communi. Ciuitas autem & templum quod ædificauit Salomon, non durauit in perpetuum: ſed ſolum. cccccxx. annis ſecundum Hebræos: & tunc Nabuchodonoſor ciuitatem & templum deſtruxit & ſuccendit. 4. Regum vltimo. propter quod aliqui alij Hebræi doctores dixerunt quòd pſal. iſte loquitur de ciuitate Ieruſalem & templo reædificandis per regem Meſſiam: quem adhuc expectant, nobilius & altius quàm fuerint tempore Salomonis: vnde dixerunt aliqui ipſorum quòd in aduentu Meſſiæ mons Sion eleuabitur in altum: quia dominus transferet ibi montem Sinai, & mon-*

B *tem Thabor & montem Carmeli, & ſuper iſtos eleuabitur mons Sion. Inducentes ad hoc illud Eſa. Erit in nouiſſimis diebus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & ſic ſecundum eos dicitur in principio huius pſal. Fundamenta eius in montibus ſanctis, diligit dominus portas &c. Et tres dicuntur montes ſancti prædicti: quia in vno data fuit lex. in alio oſtenſa victoria Barach: in tertio deſcendit ignis de cælo ſuper ſacrificium Eliæ. Sed dictum iſtorum prima facie videtur ridiculum & fictitium: propter quod Ra. Sa. reprobat ipſum ſuper Iſa. dicens, quòd eleuatio domus domini eſt intelligenda ſecundum magnitudinem ſignorum, & mirabilium quæ fient ibi in aduentu Meſſię, qui rędificabit templum, & ciuitatem Ieruſalem in monte Sion, & ibi adducentur Iudæi, qui ſunt diſperſi per orbem, quia Gentes apud quas ſunt diſperſi, audientes mirabilia Dei quæ tunc fient ibi, filios Iſrael quos inuenient in terris ſuis, mittent honorificè, offerentes eos donum domino. Et inducit ad hoc autoritatem in Iſa. Annunciabunt gloriam meam Gentibus, & adducent omnes fratres veſtros de cunctis Gentibus donum domino in equis, & quadrigis & lecticis: & in mulis & carrucis ad montem ſanctum meum Ieruſalem dicit dominus. Et ad hoc applicat literam ſequentem. Memor ero Raab &c. conſequenter prout poteſt. Sed proſecutionem huius adaptationis dimitto ad vitandum prolixitatem. Et quia fundatur ſuper erroneum fundamentum, ſcilicet Chriſtum venturum ad ſalutem hominum, quod iam tranſijt in præteritum: ſecundum quod tenet tota eccleſia tanquam diuinis miraculis confirmata: ſecundum quòd dicitur in Mar. Illi autem profecti prædicauerunt vbique &c. Ad quod ſequitur veram eſſe fidem eccleſiæ: vel, Deum eſſe teſtem & confirmatorem falſitatis: quod eſt manifeſtè impoſſibile. Et hanc veritatem declaraui diffusè per ſcripturas ve. Te. in quadam quæſtione de quolibet, quæ à multis habetur: propter quod hic ſolum repeto vnā autoritatem quæ habetur Aggei. ij. quæ talis eſt: Adhuc vnum modicum eſt: & ego mouebo cælum & terram & mare & aridam, & mouebo omnes Gentes: & veniet deſideratus cunctis Gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit dominus exercituum. Aggeus autem propheta tunc loquebatur de domo domini, quæ à Zorobabel & alijs patribus deuotis ædificabatur poſt reditum captiuitatis Babylonicæ: exhortās populum ad illius ædificationis opus: dicens in perſona domini, quòd eſſet glorificanda mirabiliter in aduentu deſiderati cunctis Gentibus: per quem intelligitur Chriſtus ſecundum expoſitores catholicos & Hebręos: quod non eſſet verum niſi Chriſtus veniſſet ſtante adhuc illa domo quæ iam diu deſtructa eſt per Romanos, ſcilicet xlij. poſt paſſionem Chriſti anno. Item in autoritate prędicta ſubdit Propheta: Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimę plusquam primę: dicit dominus exercituum. Ex quo duo manifeſtè oſtenduntur: videlicet quòd illa domus, quę tunc ædificabatur erat nouiſſima & ſic non erat tertia expectanda futuris temporibus ędificanda vt Iudæi expectant: propter quod dicit Hier. Nolite confidere in verbis mendacibus, dicentes: templum domini, templum domini: quia non*

C *rędificabitur tertio. Aliud eſt quòd propheta aſſeruit domum ſecundam per Zorobabel, & alios patres ædificatam, fore magis glorificandam quàm prima fuerit: quod nullo modo poteſt intelligi niſi per hoc quòd fuit honorificata glorioſè de Chriſti præſentia: qui fuit ibi oblatus à matre ſua. Ibi etiam pluries perſonaliter prædicauit, vt concorditer dicunt quatuor Euangeliſtę. ibi etiam multa miracula fecit vtpote cęcos & claudos curando. & alia mirabilia operando. In monte etiam Sion in quo erat templum miſit ſpiritum ſanctum ſuper Apoſtolos: vt dicit Hierony. in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacrę ſcripturę libris: quod fuit mirabile maximum, ſcilicet quòd homines illiterati & ſimplices ſtatim omnes ſcripturas ſacras intelligerent & omnibus linguis loquerentur & qui prius erant timidi: nulla aduerſa pro Chriſto formidarent pati: ſed magis gauderent: ſecundum quòd dicitur: Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt &c. Et iſta & conſimilia facta per Chriſtum ſunt illa ſigna maiora, quæ Ra. Sa. dicit fienda in Ieruſalem & in monte Sion in aduentu Meſſiæ. Sed in hoc errat, quòd expectat fienda illa quę iam ſunt facta. Autoritas vero Iſa. quam allegat pro ſe, loquitur de prędicatione Apoſtolorum aliorūq; Chriſti diſcipulorum: per quam adducti ſunt de omnibus mundi partibus aliqui ad fidem Chriſti: quę adductio non fit per motum localem, ſed per motum animæ ad fidem. Et ſecundum hoc dicit Saluator in Ioan. de vocatione Gentium ad fidem: Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili &c. Propter prędicta, & plura alia quę cauſa breuitatis omitto: ſancti doctores noſtri Hierony. Auguſtinus Caſſiod. dicunt, quòd iſte pſal. ad literam loquitur de myſterio Chriſti & eccleſię. Quod quidem myſterium cognouerunt filij Chore per ſpiritum prophetiæ in hoc pſal. deſignantes eccleſiam nomine Sion & Ieruſalem: quia ſecundum veritatem: eccleſia prout reſtringitur ad ſtatum no. Te. fuit ibi fundata & inchoata per Chriſti oblationem, prędicationem, mortem & reſurrectionem, & ſpiritusſancti miſſionem, & hoc eſt quod dicitur: Acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cæleſtem &c. Igitur ſecundum hoc pſal. iſte diuiditur in duas partes, ſecundum duos eccleſię ſtatus, ſcilicet militantis & triumphantis. De ſecundo agitur ibi: Sicut lętantium.* D *Circa primum deſcribitur huius ciuitatis, ſcilicet eccleſię militantis faſtigium, ſecundo multiplicatio ciuium, ibi: Memor ero. tertio vtriuſque effectiuum principium, ibi: Nunquid Sion. Circa primum dicitur: Fundamenta eius. i. eccleſiæ:*

a In montibus ſanctis. *id eſt in monte Sion: vbi Chriſtus prędicauit, & in alio monte vbi legem euangelicam promulgauit: in Mat. Et in monte Thabor, vbi coram tribus diſcipulis Petro, Iacobo & Ioanne futuram gloriam ſuę reſurrectionis in transfiguratione prœoſtendit. Vel aliter: In montibus ſanctis, id eſt in Chriſto & Apoſtolis, & hoc modo loquitur Ioannes in Apoc. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis. xij. nomina Apoſtolorum & agni.*

b Diligit dominus portas Sion. *id eſt approbat. Et dicuntur hic portæ Sion illa per quę fit ingreſſus ad eccleſiam militantem, ſcilicet exorciſmus, & catechiſmus, & baptiſmus.*

c Super omnia tabernacula Iacob. *id eſt ſuper cultum veteris legis, qui fuit in pluribus tabernaculis: primo in tabernaculo à Moyſe facto, ſecundo in tabernaculo facto à Dauid, & tertio in templo Salomonis.*

d Glorioſa dicta ſunt de te. *in veteri & nouo Teſtamento. vt patet in hoc Pſalmorum libro: & in alijs libris propheticis patebit domino concedente. In nouo vero Teſtamento patet vbique.*

e Ciuitas Dei. *Ciuitas enim eſt ciuium vnitas: in eccleſia vero in omnibus nationibus vniuntur homines per fidem & charitatem Chriſti: per quod efficiuntur ciues cæleſtes ſecundū quod dicitur: Iam non eſtis hoſpites, & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei &c.*

f Memor ero Raab & Babylonis, ſcientium me, &c. *Hic conſequenter deſcribitur ciuium multiplicatio. Circa quod ſciendum, quòd lex Moſaica non fuit publicata omnibus nationibus: ſed tantum Iudæis: ſecundum quod dicitur. infra. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis: quia alię Gentes ad eam non tenebantur: ſed ad legem Euangelicam omnes obligabantur: propter quod Chriſtus præcepit eam per Apoſtolos alioſq; Chriſti diſcipulos vbique publicari. Mar. Euntes in mundum vniuerſum prędicate Euangelium omni creaturę. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Et per talem publicationem multiplicatus eſt numerus fidelium per orbem, & hoc eſt quod dr: Memor ero Raab &c. hic nominantur aliqui populi circa terram Iudeæ habitantes qui per prędicationem Apoſtolorū conuerſi fuerunt ad fidem in magna parte: & per iſtos intelliguntur alij populi per orbem diſperſi: ex quibus aliqui à tempore Apoſtolorum fuerunt ad fidem conuerſi: ſicut dictum fuit. ſuprà. Sciendum tamen quòd ſecundum Hebręos, & etiam beatum Hiero. in translatione iuxta Hebręum hoc nomen Raab, quod hic ponitur non*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a Nunquid Sion. Secundum aliam literam: Mater Sion dicet homo. *Auguſt. Caſſio.* Q. vnde alieni peruenient ad Ieruſalem? Audi vnde. Eſt quidam homo, id eſt Chriſtus qui dicet mater Sion, id eſt ſynagoga, mater mea ſecundum carnem, & per hunc veniunt. Quis eſt homo ille? Ipſe eſt qui in ea natus eſt: & eam fundauit: ipſe dicit mater ciuitati illi. *Caſſio.* Vel commendat à Sion ſpirituali, id eſt eccleſia, increpat carnalem Sion, id eſt ſynagogam. Q. Chriſtus eſt fundamentum illius ciuitatis: ſed Sion, id eſt ſynagoga mater eccleſiæ dicet: quod Chriſtus tantum homo eſt, non Deus. Ita dicet: Sed Chriſtus, & homo eſt in ea natus. Et ipſe idem eſt altiſſimus. i. Deus qui fundauit eam.

b *Et principum horum qui fuerunt in ea.* Quorum principum? Aug. horum (ſecundum aliam literam) qui facti ſunt. ſ. principes in ea. i. qui facti ſunt principes, antequam eſſent in ea: non erãt principes, ſed abiecta mundi. Elegit enim Deus infirma mũdi, vt confunderet fortia.

c *Sicut lętantium. Caſſiod.* Diapſalma. Concludit paucis verbis tangens futuram beatitudinem. *Auguſt.* Sicut lætantium. Collatis omnibus concludit: Sicut lætantium. Sicut: quia talis erit lætitia qualem hic non nouimus: & ideo cum non potuit exprimi: dicit, ut potuit: Sicut lętantium.

† in ea · † Ille & illi, l. Gẽtes · † numerabit, ſcribet populos, ille autem eſt illi · 1. Cor. 1. d · ¶ Sela · † Et cantores ſicut tibicines, omnes fontes mei. i. modulationes è pectore tãquam fonte ſcaturientes.

a ¶In Ieruſalem. b ¶ Id eſt nunquid poterit homo perſuadere Sion. i. ſynagogæ hoc quod dicebã? Q. non hoc recipit incredula ſynagoga. ¶ Vel Sion. i. eccleſiæ dicet homo? Q. homo non dicit ex ſe, ſed Deus in homine, quod & homo na. & fundauit.

fuerũt † illic. Nũquid Sion dicet:

a ¶Hoc miraculum etiam accidit in ea.

† Homo & homo † natus eſt ĩ ea: & 

a ¶ Non vt homo: ſed vt Deus. b ¶ Vnde hoc ſcis? ¶ Quod miraculum ne ſit incredibile. quia.

ipſe fundauit eã altiſſimus. Dominus † narrabit in ſcripturis populo-

a ¶ Vel eam. b ¶ Quæ ſunt dictæ populis fidelibus & edita à principibus Moyſe & prophetis & Apoſtolis.

¶ Dico.

rum: & principum horum qui fuerunt in eã. * † Sicut lætantium

¶ Alias facti ſunt. a ¶ Ciuitate. b Quod non in peregrinatione.

a ¶ Nostrum. b ¶ Erit. c ¶ O Sion.

omnium habitatio eſt in te.

citur: Nunquid Sion di. homo? q. d. ſic. In Hebræo & in transla. Hiero. habetur: Ad Sion dicetur &c. Et ſic patet quòd in tranſlatione iſta ly Sion eſt datiui caſus: vt ſit ſenſus homo dicet ipſi Sion. Iſte homo poteſt intelligi Ioannes Baptiſta prænuncians Chriſti aduentum: ſecundum quod dicitur in Ioan. Fuit homo miſſus à Deo cui nomen erat Ioannes: hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine &c. Aliter exponitur vt iſte homo ſit ipſe Chriſtus qui aduentum ſuum dixit in monte Sion: vbi frequenter prædicauit ipſum eſſe completum. Et etiam eccleſia per Sion ſignificatæ, aduentum ſuum primum eſſe completum dixit. ſ. Apoſtolis alijſq; diſcipulis: in quibus eccleſia ſecundum ſtatum noui Teſtamenti incępit, ideo ſubditur:

c Et homo natus eſt in ea. *id eſt in eccleſia per Sion ſignificata, vt prędictum eſt: quia Chriſtus natus eſt de virgine: quę eſt nobiliſſimum membrum eccleſię. Et dicit, in ea, quia Chriſtus ab inſtanti conceptionis fuit in vtero matris homo perfectus virtutibus, & ſcientijs: licet non ſecundum quantitatem corporis.*

d Et ipſe fundauit eam altiſſi. *i. ipſe homo Chriſtus qui eſt altiſſimus ſecundum naturam diuinam: fundauit virginem eam confirmando ſua gratia: ita quòd nec moraliter nec venialiter peccauit. Vel eam, id eſt eccleſiam quam fundauit modo ſupradicto.*

e Dominus narrabit. *id eſt narrari faciet.*

f In ſcripturis populorum. *id eſt in Euangelijs ad omnes populos deriuatis: modo ſupradicto. Et dicit narrabit, quia ipſe Chriſtus nihil ſcripſit, ſed ſcribere Euangelia Euangeliſtis inſpirauit.*

g Et principum horum qui fuerunt in ea. *i. in ſcripturis Apoſtolorum qui ſunt Principes eccleſię poſt Chriſtum, & ipſi ſcripſerunt Chriſti, & eccleſiæ myſterium: vt patet in epiſtolis Pauli Apoſtoli, & aliorum. In Hebręo, & in tranſlatione. Hiero. habetur: Dominus narrabit in ſcripturis populorum: iſte natus eſt in eą ſemper, & vt dicit Ra. Sa. Et bene in hoc ly ſemper refertur ad primam partem huius verſus ſic: Dominus narrabit, id eſt narrare faciet modo prędicto. Semper in ſcripturis populorum: quia iſta ſcripturę vſque ad finem mundi narrabuntur inter populos credentes, in quibus continetur quod ſubditur: Iſte natus eſt in ea, id eſt ipſe Chriſtus natus eſt de virgine, & eccleſia modo prædicto.*

h Sicut lætantium. *Hic conſequenter deſcribitur ſecundus ſtatus eccleſiæ, ſcilicet triumphantis: in quo eſt laus ingis & perpetua ſicut ſupra dictum eſt. Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te &c. & hoc eſt quod dicitur hic. Sicut lętantium omnium habitatio eſt in te. Non enim poteſt dici ita generaliter quantum ad ſtatum vitæ pręſentis: nec quantum ad lętitiam ſpiritualem: quia ſemper ſunt aliqui mali mixti cum bonis, quibus non competit lętitia ſpiritualis, nec quantum ad lętitiam corporalem: quia in eccleſia ſemper ſunt aliqui afflicti męſtitia temporali.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *tur non eſt nomen proprium illius mulieris, quæ recepit nuncios Ioſue, & abſcondit, ſed eſt nomen appellatiuum, & ſignat ſuperbiam, vel ſuperbam: per quod deſignatur gens Aegypti: quæ tempore Moyſi per ſuperbiam fuit valde rebellis Deo: vt habetur in Exo. ſed poſt mortem Chriſti humiliter ſuſcepit fidem Chriſti catholicam per prædicationem beati Marci, ſicut Aethiopes per prædicationem beati Matthæi. Item vbi tranſlatio noſtra habet: Ecce alienigenę, in Hebræo & in tranſlatione Hiero. habetur: Ecce Palęſtina, & in illa terra aliquando multum viguit fides Chriſtiana.* (Ioſue. 2.)

a Hi fuerunt illic. *id eſt aliqui de iſtis populis prædictis recepti ſunt in eccleſia quæ dicitur ciuitas Dei vt dictum eſt. In Hebræo & in tranſlatione Hiero. habetur ſic: Iſte natus eſt ibi: & eſt eadẽ ſententia: quia ly iſte refertur ad quemlibet populum prædictum, vt ſit ſenſus: iſte. i. quilibet de populis prædictis ad eccleſiam receptus, natus eſt ibi, id eſt renatus per baptiſmum: ſecundum quod dicit Saluator. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto: non poteſt introire in regnum Dei.* (Ioan. 3. a)

b Nunquid Sion. *Hic conſequenter ponitur duorum prædictorũ principum effectiuum quod eſt Chriſtus verus homo, & Deus verus, cum dicitur:*

*In Pſal. lxxxvj. Fundamenta eius: vbi dicitur in Poſtil. in Hebręo additur Sela.*

### ADDITIO PRIMA.

Oſtenſum fuit in additione. ſupra pſal. lxxxiij. Additione iij. quod Sela in Hebræo non ſignificat perpetuitatem. Nec eſt neceſſaria iſta allegatio: quia ex alijs quæ continentur in pſal. hoc ſatis manifeſtat eius materia &c.

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtil. Autoritas vero Iſa. quam allegat pro ſe, loquitur de prędicatione Apoſtolorum.*

### ADDITIO II.

Autoritas Eſa. Et adducent omnes fra. ve. &c. Non propriè exponitur de his qui adducũtur ad fidem Chriſti per prædicationem Apoſtolorum ſeu diſcipulorum: nam de talibus impropriè diceretur quod adducuntur in equis & quadrigis & huiuſmodi: quia ad talem adductionem. ſ. ad fidem Chriſti non pertinet adductio per talia, & multo minus ad huiuſmodi reductionem pertinet illud quod ibidem immediatè ſequitur: vbi ſic: Quomodo ſi inferant filij Iſrael munus in vaſe mundo in domum domini: non enim portantur hi, qui ad fidem Chriſti nouiter veniunt in vaſe mundo, ſicut munus &c. Sed in hac autoritate Iſaias prænunciat quoddam valde nouum in eccleſia Dei, quod in ſynagoga antiqua ſacrilegium reputabatur. ſ. quòd oſſa ſanctorum martyrum ſeu confeſſorum & huiuſmodi portantur cum magna veneratione ad eccleſiã tanquam ſacræ reliquiæ in capſis ſeu reliquiarijs precioſis, & mundis, & ſic propriè adducuntur fratres, id eſt ſancti in eorum reliquijs in quadrigis & huiuſmodi, & tanquàm munus conſecratum Deo offeruntur in vaſis mundis. Apud antiquos autem, ſcilicet veteris Teſtamenti nulla oſſa nec aliquid de corpore mortuorum, quantumcunque ſanctorum intrabat templum: immo tangentes talia erant prohibiti ab ingreſſu templi donec purgarentur: & hæc videtur eſſe vna de autoritatibus validis contra Iudæorum perfidiam, vt ibidem domino concedente plenius videbitur. (Eſa. 66. f)

*In eo. pſal. vbi dicitur in Poſtil. Circa primum dicitur: Fundamenta eius, id eſt eccleſię.*

### ADDITIO III.

Non habetur in litera cui referatur illud relatiuum. ſ. eius: nec in hoc pſal. præceſſit aliqua mentio de eccleſia: quia primum verbũ huius pſal. eſt quod dicitur: Fundamenta eius: non exprimendo cuius. Ad quod bene reſpondetur in glo. vbi ſic. Non refertur eius ad aliquod præmiſſum, ſed ad cordis prophetæ meditationem: qui nunquàm de illa, ſcilicet eccleſia corde tacuerat: etſi ore aliquando omiſiſſet: hæc in glo.

*In eodem pſal. vbi dicitur in Poſtilla: Diligit dominus portas Sion.*

### ADDITIO IIII.

Per portas Sion fortè melius intelligerentur gratiæ & virtutes quibus perſeueranter habitis infallibiliter fit ingreſſus ad eccleſiã: non ſolum militantem, ſed etiam triumphantem. Per baptiſmum autem fit huiuſmodi ingreſſus, inquantum per eum gratia confertur: quia ſecundum Phi. Vnumquodque propter aliud, & illud magis. Inde eſt quòd ingreſſus ad eccleſiam magis eſt attribuendus gratiæ quàm vt baptiſmo, præſertim cum Deus non alligauit potentiam ſuam ſacramentis vt in 4. diſt. 4. & ſic ſine baptiſmo põt fieri huiuſmodi ingreſſus nunquàm tamẽ ſine gratia & virtutibus theologicis. Has igitur portas propriè ſuper omnia diligit Deus tabernacula Iacob: in quibus gratia non conferebatur: gratia enim, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, Ioan. 1.

*In eodem*



*In eo. pſal. vbi dicitur in Poſtil. Nunquid Sion.*

### ADDITIO V.

Ad maiorem declarationem huius verſus, & ſequentium ſciendum eſt quòd dicere quod quis fundauit aliquã ciuitatem antequàm fundator in ea naſceretur: implicat quòd talis fundator fuit ante talem fundationem: & tamẽ fuit natus in eadem iam fundata, quod non poteſt intelligi niſi de Chriſto ſecundũ duas naturas in pſona ſua vnitas: quę fuit ab ęterno añ fundationẽ eccleſiæ, & tamen temporaliter in ea natus, & quia hoc myſterium excedit omnem cognitionem naturalem humanam: idcirco nullo modo eſſet credibile niſi Deo reuelante: vnde circa hoc pſ. dicit: Nunquid Sion dicet homo: & homo natus eſt in ea &c. quaſi diceret: cui homini puro credendũ eſſet tantum myſterium. ſ. quòd aliquis natus in ciuitate fundaſſet eam ante ſuam natiuitatem: cui reſpondet: Dominus narrabit in ſcripturis populorum: quaſi diceret: licet non eſſet credendum alicui puro homini annuncianti tantum myſterium: ſed tamen hoc credendum eſt Deo reuelanti: & hoc eſt quod ſubdit: Dominus narrabit in ſcripturis populorum, hoc eſt dicere: de hoc non crederetur alicui puro homini niſi quia dominus narrabit in ſcripturis: & exponatur hic verſus prout in Poſtilla. Si autem vbi dicitur in tranſlatione noſtra: Nunquid Sion: legatur, Ad Sion dicetur: tunc intelligẽdum eſt admiratiuè: vt ſi dicatur: Quomodo ad Sion dicetur quòd homo natus in ea eſt fundator eius: Ad quod reſpondet: Dominus narrabit &c. & eſt eadem ſententia cum prima.

*In eo. Pſal. vbi dicitur in Poſtil. Sicut lætantium &c.*

### ADDITIO VI.

Attendendum eſt quare dicit Pſal. Sicut lętantium & non dicit ſimpliciter: lætantes erimus: ſed ſicut lętantiũ. Cuius ratio eſt: quia ſecundum glo. talis erit lętitia futuræ beatitudinis qualẽ hic nõ nouimus exprimere: vñ cũ nõ poſſet exprimi, dicit, vt potuit. Quia in Eſa. Qd oculus non vidit: nec auris audiuit &c. Et notãdũ quod ſm gl. iſte pſal. breuis eſt numero verborũ, magnus autẽ pondere ſententiarũ. Qd ſic patet. nã in hoc pſ. innuuntur ſeptẽ excellentiæ notabiles eccleſiæ ſpiritual. Quarum tres ſumuntur ex parte ſui ædificij. Prima. ſ. ex fundamẽtis, quę ſunt prima pars ędificij: & de hoc dicit: Fundamenta eius in montibus ſanctis. Scda eſt ex portis ipſius: quę ſunt vltima pars ędificij: & hoc eſt cũ dicit. Diligit dñs portas Sion. Tertia vero excellentia ſumitur ex parte aliarũ partiũ quę continẽtur ĩter pdicta duo extrema: vtputa cõſtructio parietũ & tecti, & hmõi. De quibus dicit: Glorioſa dicta ſunt de te: quaſi diceret: inenarrabilia ſunt, quę dicta ſunt de te. ſ. de fabrica & conſtructione tua ſpũal: per prophetas in ſcripturis, & iõ hr ſub gñe ea cõcludit, dicens: Glorioſa dicta. Quarta excellentia ſumitur ex multiplicatione ciuium: quia non ex vna natione tantum, ſed ex oĩbus: & de hoc dicit: Memor ero Raab, & Babylonis &c. vſq; ibi: Hi fuerũt illic. Quinta ſumitur ex parte ædificatoris, qui fuit verus Deus & verus homo. prout traditur in ſcripturis: & hoc dicit: Nũquid Sion dicet homo, & dñs narrabit in ſcripturis &c. Sexta ſumitur ex parte lætitiæ habitantiũ in ea: quæ talis eſt qualis non poſſet exprimi: & de hoc dicit: Sicut lętantium omnium: prout ſupra exponitur. Septima eſt ex capacitate illius ciuitatis, quæ tanta eſt vt omnes electos (quorũ numerus ſoli Deo eſt cognitus) in ſe lętanter recipiat: & de hoc dicit: Omnium noſtrum habitatio eſt in te. Qualiter autem iſta literæ applicentur: ex dictis in Poſtilla cum additionibus faciliter poteſt haberi. (Eſa. 64. b)

## GLOS. ORDIN.

a *Auguſt.* Mahalath, chorus, vt canenti chorus conſonando reſpondeat ſicut hic & in aliorum cãtu pſal. factum eſt. Sed tituli variantur pro leuando faſtidio: vel forſan alia nõ ſatis nota cauſa. Hic autem paſſio Chriſti prophetatur cui debemus imitando reſpondere: ſed non prodeſt niſi fiat in choro, i. in cõcordia charitatis. Heman, frater eius interpretatur: hi ſunt qui in cruce gloriantur: qui ſunt veri Iſraelitæ. Hemã Ezraita, id eſt aduena: dicitur. n. fuiſſe quidam orientalis.

## GLOS. ORDINARIA.

## PSAL. LXXXVII.

b Omine De. *Caſ.* Monet Chriſti paſſionem imitari. *Caſ.* primo præcatur auxiliũ referens contemptum ab inimicis: vnde in forma ſerui orans ad patrem, ait: O domine.

c *Intret in con. Caſ.* Virtus puræ orationis, quæ quaſi quædam perſona ad Deum intrat & mandatum peragit, quo caro peruenire nequit.

d *Quia repleta. Aug.* Hos humanæ infirmitatis affectus, ſicut ipſam carnẽ ac mortem, non conditionis neceſſitate,

a ¶Quia lætus finis paſſionis hic oſtenditur. b ¶Quia & hic agitur de bona operatione. c ¶Canitur. d ¶Conſti.

Canticũ Pſalmi filij's Chore in finem † pro Mahalath ad reſpondendum, intellectus Heman Iſraelitæ.

a ¶Cęleſtium coronarum. b ¶Id eſt in choro. i. concordia charitatis. c ¶Imitatione vel gratiarum actione.

a ¶Et hic eſt. b ¶Qui in choro reſpondente canentibus myſterium intellexerit. ¶Alias Ezraitæ.

### LXXXVII.

a ¶Autor. ¶Quia totum ab eo.

Omine Deus ſalutis meæ: in die clamaui & nocte coram te. Intret in conſpectu tuo oratio mea: inclinã aurem tuã ad † precem meam. † Quia repleta eſt mãlis

a ¶Ex forma ſerui & in lętis rebus orauit Chriſtus & in aduerſis.

a ¶Ideo. ¶Ingreſſio orationis acceptio eius eſt

a ¶Idem repetit. ¶Inclinatio auris, miſericors exauditio.

a ¶Aug. non vitijs ſed doloribus quibus anima carni compatitur: vel malis pereunt populi compatiendo. ¶Hoc eſt: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. Matt. 26.

dum Latinos vero loquitur de paſſione Chriſti, quæ ſecundum infirmitatem humanæ naturæ aſſumpta conueniebat ſibi. Quia autem in titu. ponitur, ad victoriam, deſignat conatũ Leuitarum in modo cantandi hunc pſal. Quòd autem ponitur ibi, filijs Chore ad reſpondendum: deſignat quod illi de choro Heman incipiebant cantum huius pſal. & filij Chore reſpondebant: ſicut dr in Mach. Ionatha incboante, cęteris autem reſpondentibus &c. Et ſic in titu. illo tangitur autor pſal. & modus cãtandi ad cantores, & inſtrumenta & conatus in cantu & materia pſal. in generali. Ad eundem intellectum de facili reducitur titulus, qui communiter ponitur in biblijs. Sed aduertendũ, quòd habet Melech pro Mahalath, quod proceſſit ex ignorantia idiomatis Hebræi, & ſic fuit male ſcriptum per literas Latinas. Similiter pro, ad victoriam: habet, in finem, & eſt eadem ſentẽtia: quia finis hic accipitur pro vltimo de potentia, quod faciebant Leuitæ in cantando hunc pſal. ſicut plenius fuit expoſitum ſupra titulo pſal. 4. Similiter ad dictum intellectum reducitur titulus poſitus in tranſlatione Hiero. niſi quòd pro hac dictione Mahalath ponit Chorum, & ſic accipit vnam eius ſignificationem tantum: & alias duas omittit ſicut prędictum eſt. Ra. Sa. dicit quod materia huius pſal. ſunt afflictiones, quas populus Iudaicus ſuſtinuit, & maximè in Babylonica captiuitate: quas prænidit Heman Ezraita, Et ſic fecit hunc pſalmum Deum deprecando pro populi liberatione. In cuius perſona loquitur in hoc pſ. qui ſecundum hoc diuiditur in duas partes. (1. Mach. 1. e) (Materia pſal.) († clamorẽ meum) (Diuiſio)

## NIC. DE LY. PSAL. LXXXVII.

Omine Deus. *Huic Pſal. pręmittitur talis tit. in Hebr. Canticum pſal. filijs Chore ad victoriam ſuper Mahalath ad reſpondendum eruditioni Heman Ezraitę. Ad cuius intellectũ ſciendum quòd de iſto Heman & Ethan Ezraita, à quo intitulatur pſal. ſequens, duo ſunt modi dicendi apud He. Vnus eſt, quòd fuerunt Leuitę cantores: ſicut videtur pretendere littera. 1. Par. 15. qui habuerũt ſpiritum prophetiæ, & ſic pſal. fecerint, & ſecundum hoc dicũtur Ezraitę à loco Ezrai vnde fuerũt oriundi, & hunc modum dicendi ſecutus ſum. vbi de ipſis fit mentio. Alius modus dicendi eſt quòd fuerunt de tribu Iudæ deſcendentes ab eo per Zaram filium eius, quia genuit Phares & Zaram de Thamar. & hoc videtur littera prętendere. 1. Par. 2. Et ſecundum hunc modum dicendi dicuntur Ezraitæ. i. de tribu Zarę, ſed quicquid ſit de tribu eorum non multum refert ad propoſitum: quia tenetur ab omnibus Hebręis & Hiero. quòd habuerunt ſpiritum prophetię, per quem fecerunt pſal. ab eis intitulatos, & ſecundum hoc in titulo iſto patet autor pſal. huius. ſ. Heman Ezraita. Item ſciendum quòd hæc dictio Hebraica Mahalath, eſt ęquiuoca: quia ſignificat quoddam inſtrumentum muſicum, & chorum, & infirmitatem. Et in hac triplici ſignificatione hic accipitur: quia cantus huius pſal. magis propriè cantabatur in inſtrumento muſico nomine Mahalath, quàm in alijs. Itẽ quia cantabatur à choro Leuitarum, non ſolum inſtrumentis muſicis, ſed etiã vocibus humanis. Item quia ſecundum Hebręos pſal. iſte loquitur de afflictionibus populi Iſrael ipſum debilitantibus & infirmantibus, ſecundum*

*In prima enim diuinum auxilium imploratur. In ſecunda ad hoc ratio multiplex allegatur, ibi: Quia repleta eſt malis. Circa primum dicit.*

a Domine. *Ratione generalis gubernationis.*

b Deus. *Ratione creationis.*

c Salutis meæ. *Ratione meæ liberationis de Aegypto: quæ ex gratitudine hic recolitur, vt liberatio de captiuitate Babylonica citius impetret.*

d In die cla. & no. *Et ſic oſtenditur orationis perſeuerantia & intentio pura, cum ſubditur:*

e Coram te: int. in con. &c. *Ex quo oſtẽditur feruens & deuota: quaſi ſe ingerens, & iſta tria faciunt orationem exaudibilem, ideo ſubditur:*

f Inclina au. ad pre. &c. *exaudiendo eam per affectum.*

g Quia repleta eſt malis. *Hic conſequenter ad propoſitum allegatur ratio*

## MORALITER.

* a *Domine Deus ſa. meæ.* Pſal. iſtum literaliter expoſui de liberatione populi Iudaici de captiuitate Babylonica. Moraliter autem poteſt exponi vt ſit oratio peccatoris: pro ſua liberatione de ſeruitute diabolica: dicentis: Domine Deus ſalutis meæ, i. autor ſalutis meæ, per quem ſpero ſaluari.

d *In die clama. & no. co. te.* Nam oratio debet eſſe perſeuerans.

e *Intret in con. tuo ora. meæ.* Eſt enim oratio quaſi nuncius ad Deũ: cui primo datur acceſſus, & ſecundo audientia: propter quod ſequitur.

f *Inclina au. tuam &c. Quia repleta eſt ma. ani. mea.* id eſt peccatis.

* *Et vita*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

A tate. ſed miſerationis voluntate ſuſcepit, vt transfiguraret in ſe corpus ſuum quod eſt eccleſia vt ſi cui ſuorum triſtari vel dolere contingeret, non ideo ſe à gratia Dei alienũ putaret: & non eſſe hæc pctã ſed humanæ infirmitatis indicia.

a *Addonatus*. Quia non ſolum gratia, ſed & contumelioſa pertuli.

b *Sicut vulnerati dormientes*. *Caſ.* Quia & ipſe ſicca vulneratus, & ſepulchro clauſus, ſed differt per hoc quod ſequitur quorũ non memini: iſti adhuc.

c *In ſepulchro*. i. in carnali voluptate ſopiti, vnde Deus non excitat eos.

d *Et ipſi de manu tua repulſi ſunt*. *Auguſt.* Non enim ad dormientes hoc refertur in quibus ſunt iuſti quorum licet non meminerit Deus adhuc vt reſurgant: de his tamen dictum eſt: Iuſtorũ animæ in manu Dei ſunt. Vel poſuerunt me rei veritate. In lacu inferiori, id eſt in aquis inferni, ſcilicet in tenebris & in vmbra mortis.

e *In lacu infe.* *Caſ.* Vel inferni: quia tã abiecta morte ablatus eſt in tenebris obliuionis quem nemo requiret. Et vmbra mortis locus malorũ in quo puniuntur.

f *Super me confirmatus eſt*. *Caſſiod.* Putabant quòd ira Dei perſiſtet & quòd Deus omnes indignationes ſuper eũ induxiſſet, quando pertulit eum crucifigi.

g *Notos*. Non quos nouit, quia tunc omnes nouerat vt Deus, ſed quibus notus eſt.

h *Longe feciſti*. *Caſſiod.* Quid amici eius in paſſione fecerunt.

i *Tota die*. *Auguſt.* Per extenſas manus continuatio bonorum operũ à quibus nũquam ceſſauit intelligitur. In cruce enim nec vna tota die fuit illa extenſio, nec totum pro parte poteſt accipi cum addit tota. Sed quia hæc opera non oĩbus profuerunt, addit.

k *Nunquid mortuis*. Mortuos corde dicit, quibus fiunt quidem miracula Chriſti, ſed non proſunt eis: mortuis enim corpore facta ſunt mirabilia cũ quidam reuixerũt. Et cum dominus infernum penetrauit, atque inde victor mortis aſcendit, magnum factũ eſt mortuis miraculum. Nunquid mortuis Caſſiod. quibus non proſunt opera ſua oſtendit.

l *Aut medici ſuſcitabunt, &c.* *Aug.* In Hebræo non medici, ſed gigantes pene eodem modo vtrunque ſonat in Hebræo. Si ergo ſuperbi gigantes dicuntur. i. ſapientes ſeculi, bene dicuntur medici qui per artes ſuas promittũt ſalutem animarum: cõtra quos dicitur: Domini eſt ſalus. Si boni gigantes, i. magni & fortes, & ipſi medici qui viuentes curare miniſterio poſſunt ſed non mortuos excitare. Sola enim gratia reuiuiſcunt ad fidem, vnde: Nemo poteſt venire ad me niſi pater traxerit eum.

Margin notes: Vbi ſupra. — Vbi ſupra. — Sap. 3. a — † vſque nemo curat. — † memini ſti — † abſciſſi — † infimo — † profundis — Sela — B — † clauſos — † infirmati ſunt. — † De pe. di. 2. c. porro.

*a* ¶ Hoc eſt quod in Euangelio dicit: vſque ad mortem.

anima mea: & vita mea in infernõ

*a* ¶ Dum tradet ad mortem. *b* ¶ A neſcientibus quid facerent: qui ſic putabant eum mori neceſſitate vt [illegible] moriuntur.

approꝑinquabit. † Æſtimatus ſum

*a* ¶ [illegible] vel inferni. *b* ¶ Id eſt eſtimatus ſum.

cum deſcẽdẽtibus in lacum, factus

*a* ¶ Simpliciter.

ſum ſicut homo ſine † adiutorio inter mortuos † liber. † Sicut vulnerati

*a* ¶ Cum tamen eſſ [illegible] *b* ¶ Aug. Inter peccatores ſolus ſine peccato: qui poteſt ponere animam ſuam & reſumere. *c* ¶ I. æſtimatus ſum. *d* ¶ Flagitioſi.

*a* ¶ Qui euigilabunt in reſurrectione. *b* ¶ Aug. [illegible] quorum nõ memini [illegible] quorum tempus reſurgendi [illegible] Chriſtus de cæteris mortuis diſc[illegible] & vulneratus & mortuus in ſepulchro poſitus eſt.

dormientes in ſepulchris: quorum non † es memor amplius: et ipſi de

*a* ¶ Quibus ita factus ſum.

*a* ¶ Id eſt adiutorio tuo priuati ſunt: qui me ſine adiutorio [illegible] putauerunt. *b* ¶ Sua opinione.

manu tua † repulſi ſunt. Poſuerunt me in lacu † inferiori, in tenebroſis

*a* ¶ Profundiſſima miſeria ſeculi. ¶ Viuorum.

¶ Aug. morte impietatis. *a* ¶ Aug. vt illi irati ſunt cum mori viderent turpi morte.

& in † vmbra mortis. Super me cõfirmatus eſt furor tuus, & omnes

*a* ¶ Omnia quæ de paſſione prophetata [illegible]

*a* ¶ Alias ſuſpenſiones. id eſt penſiones. *b* ¶ In alio pſalmo tranſierunt.

fluctus tuos induxiſti ſuper me.*

*a* ¶ Et tunc. *b* ¶ Loco vel mente. *b* ¶ Quibus & ego notus: vel bonos [illegible] probat. *c* ¶ Aug. vel non: qui hoc genus mortis horrebant vel magis perſecutores.

Lõge feciſti notos meos à me, † poſuerunt me abominationem † ſibi.

¶ Ad [illegible] *a* ¶ Non oſtend. quid eſſem ab intra.

† Traditus ſum, & non egrediebar:

*a* ¶ Auguſt. vnde & Apoſtoli cum non viderent eum in virtute ſed quaſi [illegible] infirmati ſunt ſubtracto cibo id eſt lumine ſuo.

oculi mei † languerunt præ † inopia. Clamaui ad te domine, tota die expandi ad te manus meas.

Tui ſunt cœli, & tua eſt terra: orbem † terræ & plenitudinem eius tu fundaſti, aquilonem & † mare tu creaſti. Thabor & Hermon in nomine tuo † exultabunt: tuum brachium cum potentia. † Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: iuſtitia & iudicium † præparatio ſedis tuæ. Miſericordia & veritas † præcedent faciem tuam: beatus populus qui ſcit iubilationem. Domine in lumine vultus tui ambulabũt, & in nomine tuo exultabunt tota die, et in iuſtitia tua † exaltabuntur. Quoniam gloria † virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo † exaltabitur cornu noſtrum. Quia † domini eſt † aſſumptio

[Interlinear glosses:] a ¶ Et vel eos qui [illegible] quotidie impletur. — a ¶ Firmaſti. b ¶ Diabolum. c ¶ Amaros quibus turbatur eccleſia. — a ¶ Hæc omnia feciſti & inde. ¶ quod in illis feciſti plus valet ad dominationem tuam, quam illorum voluntas ad malitiam ſuam. ¶ Illi ad quos à te lumen ſummo venit lumine. b ¶ Qui anathema dant diabolo. — a ¶ Non in ſuis meritis. — a ¶ Quaſi dicat a te facti, a te defenſi ſumus: quia. b ¶ Quo humiliaſti ſuperbum. ¶ Semper eſt. c ¶ Et ſemper. — a ¶ Aug. Operatio in ſuperbos vt humilientur. b ¶ Numerus prædeſtinatorum qui eſt ad dexteram collocandus clarificetur & augeatur. — a ¶ Aug. In fine erit manifeſtatio iuſtitiæ tuæ & iudicij tui, cum ſeparabuntur oues ab hædis, quæ nunc occulta ſunt. b ¶ Et tunc erit. — a ¶ Vaque in die iudicij. Nunc ergo quid? præit Miſericordia delens peccata, & veritas, implens promiſſa, vt nõ timeantur iudicia futura, cuius gaudia cum non ſufficiat exponi, ait: Beatus populus qui ſcit iub. — a ¶ Poſt iudicaturi. ¶ Vnde iubilandum. — a ¶ Ideſt ſcit de illo eſſe gaudendum, quod dici non poſſe nouit. — a ¶ Vnde autem iubilatio? de gratia, de Deo, omnino non de te homine. b ¶ Illuminatione ſpiritus vel filij. — a ¶ Thabor & Hermon. ¶ Homines b ¶ Quod benedicitur in terris: ideſt Chriſtiano c ¶ Non in ſe. — a ¶ Qui in ſe exultat, non tota die exultat, quia cadit. b ¶ Quis illuminat & iuſtificat? — a ¶ Non ſua in quo deprimerentur. b ¶ Hic & in futuro. c ¶ Vere tua. — a ¶ Exaltatio ¶ Non ſolum illuminat ſed poſſe dat. — a ¶ Ideſt quia tibi placuit, non quia digni fuerunt. b ¶ Poteſtas noſtra. — a ¶ Caſ. Alter[illegible] multi cadent mus, [illegible] infirmi.

de eius exercitu, quæ victoria fuit facta virtute diuina, vt ſequitur ibidem 5. c. De cælo dimicatum eſt contra eos. Et pro gratiarum actione Delbora & Barach cantauerunt canticum. De monte verò Hermon non recolo aliquod notabile factum ibi, niſi dicatur illud, quod ſupra poſui, ſcilicet quod Hermon eſt mons propinquus loco Iordanis, vbi tranſierunt filij Iſrael ſicco pede, de quo beneficio Deum laudauerunt. propter quod dicitur: Thabor & Hermon in nomine tuo exult. ideſt erunt occaſio exultationis pro effectibus tuæ virtutis ibi oſtenſis. C

Iudic. 4. c / Iud. 5. c / Pſal. 41.

b Firmetur manus tua. *Contra inimicos noſtros.*

i Exaltetur dextera tua. *Eos debellando. Quod fuit impletum, quando Ioſue debellauit reges Chananæorum.*

† dextera † vel, mem dicum

K Iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ. *Sedes autem Dei dicebatur propitiatorium, vt dictum fuit, Exo. 25. Iſta ſedes fuit præparata quando arca teſtamenti ſupra quã erat propitiatorium, habuit ſtabilem manſionem, quod primò fuit in Silo. Secundò in tẽplo Salomonis. Ad præparationem autem huius præceſſit iuſtitia Dei, & iudicium, quibus Chananæi fuerunt debellati, & etiam propter nequitias ſuas electi. Et ſimiliter tempore Salomonis quando data eſt pax populo Iſrael ne turbaretur ab omnibus aduerſarijs in circuitu.*

Exo. 25. b / Ioſue. 18. a / 3. Reg. 8. a / † Cõfirmetur / 4. Reg. 4. c

l Miſericordia. *Erga nos.*

m Et veritas. *Erga patres noſtros, quibus promiſiſti dare terram Chanaan in eorum filijs.*

† habitaculum

n Præcedent faciem tuam. *expellendo aduerſarios de terra illa, vt arca tua & propitiatorium habeant quietam manſionem. & quia diuinę laudes ibi cantabantur, ideo ſubditur,*

o Beatus populus qui ſcit iubilationem. *Iſti erant ſacerdotes, & Leuitę ad diuinum obſequium deputati, de quibus adhuc ſubditur,*

p Domine in lumine vultus tui ambulabunt. *ideſt in lumine naturalis rationis, quod eſt, quędam impreſſio diuini luminis, vt dictũ fuit ſupra, & in lumine diuinæ legis: in quo lumine ſacerdotes & Leuitę alios præcedebãt tanquam magis edocti.* D

Pſal. 4.

q Et in nomine tuo exultabunt. *te deuotè laudando.*

r Tota die. *ideſt ſingulis diebus, horis tamen ad hoc competentibus: quia oportebat eos aliquando refici, & quieſcere.*

s Et in iuſtitia tua exaltabuntur. *Quia ad ſacerdotes Leuitici generis caſus dubij referebantur, vt viderent quid eſſet iuſtum vel iniuſtum, & eorum ſententia inuiolabiliter obſeruabatur, vt habetur Deut. 17.*

t Quoniam gloria virtutis eorum tu es. *Hoc eſt virtus eorum & ſapientia ad tuam gloriam ordinatur.*

t Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum. *ideſt poteſtas noſtra, quę per cornu deſignatur in ſcriptura. Cuius cauſa ſubditur.*

x Quia domini eſt aſſumptio noſtra. *Sua virtute educendo eos de Aegypto, & in terram promiſſionis inducendo.*

† dominus eſt clypeus noſter, & ſanctus Iſrael rex noſter † ſuſceptio

¶ a E

## NIC. DE LYRA.

¶ a Tui ſunt cœ. *q. d. non eſt mirandum, ſi feciſti talia, quia tu feciſti omnem creaturam, cæleſtem, & terreſtrem, & ideo eſt in obedientia tua.*

f Aquilonem & mare tu crea. *In Hebræo, & in tranſlatione Hier. habetur: Aquilonem, & dextrum tu creaſti. Per dextrum, ſecundum quod dicit Ra. Sa. intelligitur pars auſtralis oppoſita aquiloni: quia ſi homo vertat faciem ſuam de occidente, verſus quem Iudæi adorant, ad orientem. habet auſtrum ad partem dexteram.*

g Thabor. *Hic conſequenter deſcribuntur beneficia poſt ingreſſum terræ promiſſionis: cum dicitur: Thabor, & Hermon. Thabor eſt mons in terra promiſſionis, in quo fuit denuntiata victoria Barach de Siſara & de*

## MORALITER.

* a *Tui ſunt cęli.* ideſt contemplatiui in cœleſtibus eleuati.

b *Et tua eſt terra.* ideſt actiui bene diſpenſantes bona terrena.

c *Orbem terræ.* ideſt hominem, qui dicitur minor mundus.

d *Et ple. eius.* ſcilicet bonorum operum.

f *Aquilonem & mare tu creaſti.* ideſt terrorem gehennæ, & amaritudinem pœnitentiæ tu pœnitentibus immittis.

g *Thabor, & Hermon & in nomine tuo exultabunt: tuum brachi. &c.* Per Thabor, qui interpretatur lux veniens, infuſio gratiæ ſignificatur, & per Hermon excluſio culpæ, quoniam anathema mœroris interpretatur: & hæc duo exultari faciunt in Deo & in brachio virtutis eius. Et quia depreſſio malorum & exaltatio bonorum eſt appetenda, ſubditur,

h *Firmetur manus tua.* in malorum depreſſione.

i *Et exaltetur dextera tua.* in bonorum ſublimatione. Et quoniam hoc perfectè fiet in finali iudicio, ſequitur,

K *Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ.*

l *Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam.* Quia tunc veritas iuſtitiæ manifeſtè relucebit in damnatis, & miſericordia in electis. ideo ſubditur,

o *Beatus populus qui ſcit iu.* Cum angelis ſanctis.

p *Domine in lumine vultus tui ambulabunt.* Nam in lumine gloriæ quicquid pertinet ad eorum gloriam videbunt.

q *Et in nomine tuo exultabunt tota die.* ideſt ſemper. pſal. 83. a. Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Pſal. 83. a

s *Et in iuſtitia tua exal.* ideſt ſecundum merita præmiabuntur.

t *Quoniam gloria virtutis eorum tu es.* obiectiue. Eſt enim beatitudinis obiectum.

u *Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.* Ducendo nos ad gloriam ipſorum. Et quia per beneficium incarnationis eſt aſſecutio beatitudinis, ſequitur,

x *Quia do. eſt aſſumptio no.* in vnitate ſuppoſiti.



* a Et

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Tunc locutus es in viſione. Caſ.* Diapſalma. Tertiò promiſſiones patris de Chriſto. Superior laus non eſt dubia, quam paterna confirmat autoritas. *Caſ. Aug.* Tunc. Quando diſpoſuiſti teſtamentum, vel cum hæc diceres mihi, tunc locutus es ſanctis, reliquis prophetis in viſione, non enim ignoranter locuti ſunt, ſicut Montanus, & quidam alij hæretici dixerunt.

b *Dauid ſeruum meum. Aug.* manu fortem, ſeruum obedientem, ideo in eo poſui adiutorium.

c *Inimicus in eo. Aug.* diabolus. vnde: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

d *Filius iniquitatis non apponet nocere.* Iudas non apponet, non addet effectum voluntati.

e *A facie ipſius inimicos. Aug.* Cum facies eius peccatores reſpicit à criminibus ſeparantur, quibus non eſt locus ſub præſentia eius.

f *Et veritas mea & miſericordia mea cum ipſo, &c. Aug.* Sepe miſericordia, & veritas commendatur nobis, vt ea reddamus Deo, ſicut miſericordiam dedit delens peccata, veritatē implens promiſſa: Si reddamus miſericordiam, vt miſerorum miſereamur veritatem, ne iniquè iudicemus, ne altera alteram impediat: aliter non ſumus in via, vbi hæc ſibi occurrunt. a Si

¶ Noſtræ carnis. a ¶ Qui ſanctificat Iſrael vel regit.

ſumptio noſtra, & ſancti Iſrael regis

a ¶ Vnde ſcis hæc prædicta? b ¶ Aug. In occulto in reuelatione quam feciſtis vere prophetæ dicti ſunt, ideſt videntes.

noſtri. Tunc locutus es in † viſione ſan-

a ¶ Palam per eos. b ¶ Hominum.

ctis tuis, & dixiſti: Poſui adiutorium ſuper

¶ Chriſto. ¶ Quis potens eſt ille electus? vnde ſubdit. a ¶ Super omne nomen. ¶ Immunem a peccato. b ¶ Iudaica, vnde natus.

potente, & exaltaui electum de † plebe

a ¶ Ideſt Chriſtum, qui eſt de ſemine Dauid. ¶ Qui electus. b ¶ Vnde.

mea. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo

a ¶ Secundum quod homo eſt. Vnxit te Deus oleo exultationis præ conſortibus tuis. Pſal. 44. b. b ¶ Verbum cooperabitur.

ſancto meo vnxi eum. Manus enim mea

a ¶ In operibus in paſſionibus. b ¶ Secundum quod homo. c ¶ Fortitudo.

† auxiliabitur ei, & brachium meum

a ¶ Contra aduerſa vt peragat incepta. ¶ Caſ. Eo vſq; confirmabit quod. ¶ Aug. ſeuit quidem, exercet ſed prodeſt non nocet.

† confirmabit eum. † Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non

a ¶ Caſſi. Faciet quod ſuum eſt, ſed non nocebit. ¶ Poſt reſurrectionem. b ¶ Aug. Paulatim enim cedent, quaſi comminuto capite veniant in potum populi.

† apponet nocere ei. Et concidam à

a ¶ Ideſt conſenſatione tua.

facie ipſius † inimicos eius, & odien-

a ¶ Vt fugiant ab iſto irato ad ipſum placatum. b ¶ Ab ipſo ad Chriſtum. c ¶ Caſ. Nihil diuerſum eſt inter patrem & filium, ſi itaque quas habet pater habet & filius.

tes eum, † in fugam conuertam. Et veritas mea, & miſericordia mea cum

a ¶ Quod eſt Deus.

ipſo, & in nomine meo exaltabitur

a ¶ Opera oſtendam in mundo. b ¶ Ideſt dominabitur in gentibus, quæ ſignificantur per mare.

cornu eius. Et ponam in mari manum

a ¶ Flumina enim currunt in mare, cupidi in amaritudinem ſeculi, & tamen hi ſubditi Chriſto. ¶ Cupidis etiam ſubdam. b ¶ Operationem.

eius, & in fluminibus dexteram eius.

a ¶ Dicens. ¶ Secundum quod Deus.

Ipſe † inuocauit me, pater meus es tu,

¶ Secundum quod homo. ¶ Mei infirmi ad ſalutem.

Deus meus & † ſuſceptor ſalutis meæ.

a ¶ Præ alijs honorabo illum, à ſimilitudine, ſicut primogeniti honorari ſolent præ alijs. b ¶ Conſtituam.

† Et ego primogenitum ponam illum, ex-

a ¶ Alias apud reges, quod iam impletum eſt. b ¶ Et quia hæc poteſtas non eſt temporalis, ſubdit.

celſum præ regibus terræ. In æternum

a ¶ Caſ. cui perpetua data eſt poteſtas in cælo & in terra.

ſeruabo illi miſericordiam meam, & te-

d *Locu. es in viſi. ſanctis tu.* *ideſt Samueli de inunctione Dauid, & ipſi Nathan de ſucceſſione regni Dauid.*

e *Et dixiſti. ſcilicet meum.*

f *In potente. ideſt in ipſo Dauid, qui à iuuentute leonem & vrſum, & gigantem interfecit.*

g Et exaltaui electum. *ideſt Dauid.*

h De plebe mea. *ideſt de humili ſtatu, quia quia tunc paſcebat oues actu 1. Regum 16 ideo ſubditur,*

i Inueni Dauid ſeruum meum. *ideſt ſeruum fidelem & bonum.*

K Oleo ſancto meo vnxi eum. *primò per Samuelem. Secundò ſuper Iudam tantum. Tertiò ſuper totum Iſrael.*

l Manus enim mea. *ideſt fortitudo mea.*

m Auxiliabitur ei. *contra hoſtes.*

n Et brachium meum. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem expreſſionem.*

o Nihil proficiet inimicus in eo. *i. Saul cum ſatellitibus.*

p Et filius iniquita. *i. Abſalom cum ſibi adhærentibus, qui valde iniquè rebellauit contra Dauid patrem ſuum, quærens eius mortem.*

q Et concid. ini. *i. Philiſthæos quærentes deſtruere regnum eius.*

r Et o. e. in fu. com. *i. Ammonitas & Syros, qui fugerunt à facie exercitus Dauid.*

s Et ve. mea. *implendo ſibi promiſſum.*

t Et miſericordia mea. *remittendo ei multiplex peccatum. ſ. adulterium cum Bethſabee, homicidium Vriæ, & ſuperbiam in populi numeratione, licet enim pro iſtis peccatis Dauid fuerit punitus temporaliter, non tamen æternaliter.*

u Et in nomine &c. cor. eius. *Ideſt poteſtas regia, propter quod ſubditur,*

y Et ponam in ma. *quia Dauid ſubiecit ſibi terram Philiſthinorum ſituatam ſuper mare mediterraneum.*

z Et in flu. *ideſt Syria, vbi ſunt plura flumina: Vnde & Meſopotamia Syriæ, dicitur à μέσος quod eſt medium, & ποταμὸς fluuius, quia eſt in medio fluuiorum hinc, & inde currentiū, ſicut dictum fuit plenius in Gene. Et hoc fuit impletum, quando Dauid debellauit Syros & tributo ſubiecit.*

a Ipſe inuocauit me. *Dauid enim fuit valde deuotus, & frequenter inuocauit Deum & ſaluatorem, vt patet in hoc libro pſalmorum in pluribus locis.*

c Et ego primogenitum ponam illum. *ideſt honorabilem, ſicut filius primogenitus eſt honorabilior alijs.*

d Excel. præ re. ter. *ſ. illius temporis vel præ regibus terræ, qui erant in circuitu Iudææ, quos Dauid ſubiecit ſibi.*

e In æter. ſer. illi miſe. meam. *quia ſaluatus eſt ſalute æterna.*

f Et teſta. me. fi. ip. *ideſt fideliter adimplebo, quod ſibi promiſi de ſucceſſione regni, & alijs bonis, per Nathan prophetam.*

a Et

## NIC. DE LY.

a Et ſancti Iſrael. *& pro ideſt Dei Iſrael, qui eſt ſpiritusſanctorum: ita quòd Iſrael eſt hic genitiui caſus, ſicut Eſaias. Blaſphemauerūt ſanctum Iſrael, ideſt, ſanctum Deum Iſrael.*

b Regis noſtri. *Ab eductione enim Iſrael de Aegypto vſque ad tempus Saulis nullus habuit propriè poteſtatem regiam ſuper illos niſi Deus, ſicut declaratū fuit ſupra libro Ioſue & Iudicum: propter quod cum populus petiuit regem, dominus dixit ad Samuelem 1. Reg. 8. Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.*

c Tunc locutus es. *Hic conſequenter deſcribitur in ſpeciali principale beneficium, ſcilicet de perpetuitate regni Dauid. Circa quod Pſal. primò recitat diuinam promiſſionem. ſecundò regni Dauid deiectionem, ibi: Tu verò repuliſti. tertiò implorat eius reſtitutionem, ibi: Vſque quò dñe. Prima adhuc in tres partes, quia primò recitatur promiſſio de regni Dauid promotione. Secundò de ſucceſſorum eius correctione, ibi: Si autem. Tertiò de Dauid regni perpetuatione, ibi. Miſericordiam. Circa primum dicitur: Tunc. ſcilicet illo tempore, quo Saul tanquam rex fuit populo prælatus.*

d Locu.

## MORALITER.

a *Et ſancti Iſ.* accipitur hic &, pro ideſt, ſcilicet Ieſu Chriſti, qui propriè dicitur Iſrael, eò quod eius anima Deum clarè vidit ab inſtanti creationis.

c *Tunc locutus es.* homine nanque Chriſto ad dexteram Dei patris exaltato miſſus fuit ſuper apoſtolos ſpiritusſanctus reuelans myſteria, propter quod beatus Petrus tunc allegauit prophetiam Ioelis eſſe completam; Dicit dominus: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & iuuenes veſtri viſiones videbunt.

e *Et dixiſti.* Hic reuertitur ad deſcribendum hominem virtuoſum, cum dicitur: Et dixiſti. cuius dicere eſt facere.

f *Poſuiſti adiutorium in potente.* ideſt ſuper virtuoſum ſtabilem. nam ſine diuino adiutorio non poſſet operari virtuoſè. Ioh. Sine me nihil poteſtis facere.

h *Et exaltaui electum de plebe mea.* ſcilicet meritis.

i *Inueni Dauid ſeruum meum.* ideſt conſtantem virum, quia Dauid manu fortis interpretatur.

K *Oleo ſancto meo vnxi eum.* ſcilicet gratiæ, tanquam pugilem contra diabolum: ſed quia cum habituali gratia requiritur motio diuina ſicut inſtrumentum, perfectam formam artis agere non poteſt ſine motione artificis, ideo ſequitur,

l *Ma. enim mea auxiliabitur ei, & brach. &c. Nihil profic. &c.* ſ. quandiu adhærebit mihi.

q *Et con. à fa. ip. ini. eius.* ſ. dæmonem, mundum & carnem.

s *Et ve. me. &c. cum.* i. ſupra merita ſibi dando.

u *Et in nomine meo.* non in ſuo.

x *Exaltabitur cornu eius.* ideſt poteſtas ad regendum virtuoſè. propter quod ſequitur,

y *Et ponam in mari manum.* ad exprimendum peſtiferos per mare turbulentum deſignatos.

z *Et in flu. de. e.* ad promouēdū bonos per aquas dulces intellectos.

a *Ipſe inuo. me. pa.* recognoſcendo ſuum eſſe naturæ & gratiæ ſibi datum à me.

b *Et ſuſce. ſa.* dando eſſe gloriæ.

c *Et ego primoge. po. il.* dando ſibi partem in hæreditate cœleſti ante ſubditos ſibi.

d *Excelſum præ regibus ter.* Mat. 11. b. Qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo, &c.

e *In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam teſta.* dando ſibi æterna bona. Et quoniam filij degeneres nō ſaluātur bonitate patris, ſequitur,

b Si



a *Si autem dere.* Non ſolum de perſiſtentibus, ſed & de cadentibus hæc promitto,

b Quis enim eſt filius, cui non dat pater eius diſciplinam? Dat diſciplinam pater, vt non auferat miſericordiā. Cedit contumacem, vt reddat hæreditatem. Quem enim Deus diligit, corripit, &c. Non ergo tantum miſericordia vocantis, ſed & flagellantis & verberantis. vnde ſequitur: Et in verbe. &c.

c *Miſericordiam. Aug.* ipſe non tollit miſericordiam ei, qui Chriſtianus quidē eſt. Quòd ſi homo ita iniquus eſt, vt fugiat accedente patre, ipſe ſe alienat, non pater abijcit eum.

d *Neque nocebo.* Prophana eſſet promiſſio, ſi eſſet inexpleta. Nunquid propter malos piſces nihil ex illa ſagena mittitur in vaſcula? Mittētur vtiq; boni piſces, ideſt quos prædeſtinauit.

e *Semel iu. Caſ.* Homo frequēter, Deus ſemel. qui non variatur.

f *In ſancto.* In homine Chriſto, in quo complendum erat quod iuraui, vel, Dauid, ideſt Chriſto, per ſanctitatem. Semen Chriſtiani.

g *Sicut ſ. Aug.* ſecundum animā. ſicut luna ſecundū carnem, quæ mutabilis, quia in vtroq; tūc perfecti erunt, gemina ſtola cādidati, & glorificati, quam ſignificat tabula vnius cubiti per mediū ſecta in ve. te. quę duos parietes tabernaculi in angulis occidentalis partis poſita continebat: quia fideles tā noui q̃ ve. te. poſt mortis occaſum gemina beatitudine glorificabuntur, & inde teſtis, fidelis eſt in celo, ideſt Chriſtus.

h *Tu ve. re. Ca.* Diapſalma. Quartò aduerſa prædictis promiſſionibus ponit, ne putētur in alio impleri q̃ in futuro tunc Chriſto. Caſ. Tu verò re. Quaſi, Chriſtianis hæc bona, ſed non Iudæis, qui ſe priuauerūt promiſſione, & hoc eſt: Tu vero Chriſtum tuum. i. vnctum Dauid à regno repuliſti pro peccato quod commiſit contra Vriam de Bethſabee. Et deſpexiſti, vel ſpreuiſti: quia multa indigna paſſus diſtuliſti, diu in tribulatione, teſtamentum promiſſa Iudæis, ad gentes lata ſunt. *Aug.* Tu verò. Vel hæc omnia de Chriſto & eccleſia, repuliſti, ad patibulū Chriſtum tuum, & in deſpectum dediſti. vel diſtuliſti à gloria ad tempus, vel ſecundum membra. Teſtamentū, promiſſio vr̃ euerſa, & ſancti prophani reputantur. Sepes, prælatos deſtruxiſti, dum occiduntur. Et poſuiſti fir. eius for. i. qui firmabant alios docendo, iā ſunt timori dum affliguntur, & quidam iā ſunt direptiā tranſeuntibus viā quæ eſt Chriſtus. Auertiſti ad. gla. i. prædicationem. Non es aux. ei in bel. ſed dediſti ad paſſiones. Deſtruxiſti. n. ab emun. &c. i. quidā mundi ac fecerunt, & in terram redacti ſunt. Minoraſti, vt putaſ, cito de vita auferuntur. *Aug.* Quare ille promiſit Deus, & Dauid hęc fecit, vt promiſſa firmaret. Dauid erat cui promittebantur omnia in ſemine qui eſt Chriſtus implēda. Ne ergo quia ei dicta ſunt, viderētur impleta, deſtruxit ea Deus in Dauid, vt quæ neceſſe erāt fieri, quia Deus iurauerat, quærantur in alio; vnde & Salomon cecidit, ne putaretur ſemen Dauid in quo impleretur promiſſio. Sic & cum dictum fuit Rebeccæ, maior ſeruiet minori, Iacob adorauit maiorem vt hæc promiſſio in alijs expectaretur.

a De ſtru-

a ¶ Caſ. quia quæcunque de illo prædicta ſunt, integrè impleta ſunt. b ¶ Aug. Qui eſt mediator, & teſtis, & hæreditas.

ſtamentum meum fidele ipſi. Et ponam in

a ¶ In æternum. b ¶ Chriſtianum. c ¶ Aug. Thronus regum terræ eſt, vt dies terræ qui tranſeunt, ſed dies cęli ſemper præſentes ſunt, vbi erit thronus eius in æternum.

ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronum eius

¶ Chriſti.

ſicut dies cęli. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambu-

¶ Male operando offenderint.

lauerint. Si † iuſtitias meas prophanauerint, & mandata mea non cuſtodierint. Viſita-

a ¶ Non ideo perdam eos. ſed. ¶ Vt medicus. b ¶ Aug. Etiam in virga eſt miſericordia, cedit quidem, ſed reddit hæreditatem. ¶ Ideſt in leni correctione. c ¶ Viſitabo. d ¶ Grauiori tribulatione.

bo in virga iniquitates eorum, et in † verberibus peccata eorum. Miſericordiam autem

a ¶ Dauid ſcilicet Chriſto, ideſt à corpore eius, quod eſt vnum cum capite.

meam non diſpergam ab eo, † neq; nocebo

a ¶ Aug. Ad hoc non tollitur a nobis miſericordia liberantis, ne noceat veritas iudicantis. b ¶ Violabo. ¶ Aug. non quia filij eius peccant ideo mendax ero ego, etſi paleæ recedunt, non tamen ideo Chriſtus ſine hæreditate, manet immobile teſtamentum noui domini: qui ſunt eius.

ei in veritate mea. Neq; prophanabo teſta-

a ¶ Patrum. b ¶ Repetit ad confirmationem. ¶ Propheris.

mentum meum: et quæ procedunt de la-

a ¶ Verè non faciam irrita. ¶ Æternaliter vel immutabiliter. b ¶ Homini Dauid filio Iſai.

bijs meis, non † faciam irrita. Semel iuraui † in

a ¶ In ſecreto vnde prophetæ biberunt. b ¶ Nulli verus ero. ¶ Apoſiopeſis. b ¶ Chriſtus.

ſancto meo, ſi Dauid mentiar: ſemen eius

a ¶ In regno Dei. b ¶ Ideſt illi quibus inſidet & dominatur, id eſt membra quæ portant caput.

in æternum manebit. Et thronus eius ſicut

a ¶ Erit. b ¶ Quod non eſt in conſpectu hominum. ¶ Quæ non iterum minuitur.

ſol in conſpectu meo, & ſicut luna † perfecta

a ¶ Inde. b ¶ Aug. quia in nullo ſit contradicitur fidei Chriſtianæ, ſicut in reſurrectione corporum. ipſe Chriſtus carnem ſuam ſuſcitauit, vt obuiam iret omni contradicenti, & in cœlum ſubit, vt teſtis eſſet, contra quod philoſophi impoſſibile iudicabant. Et qui poſſet membra ſua ſic ſanare, vt ea vulnerata ſi iſſe non apparerent cicatrices tamen ſeruauit in corpore, vt vulneris dubitationi ſanaret in corde. b ¶ Aug. Illa omnia promiſiſti hæc autem contraria feciſti tu ipſe, quæ tamen ad ſalutem.

in æternum, et teſtis in cęlo † fidelis ✱. Tu verò

a ¶ Dauid & eius regnum. b ¶ Non abſtuliſti. ¶ Ne in illo Dauid, ſed in alio promiſſa firmius ſperata compleantur.

repuliſti † & deſpexiſti, † diſtuliſti Chriſtum

a ¶ Vetus ſcilicet Iudæorum, non eſt regnum eius, non ſacrificium, vel ara deorum. b ¶ Quod ſero factum erit.

tuum. † Auertiſti teſtamentum ſerui tui, propha-

d *Si in. &c.* *quod fecerunt eorum aliqui idololatriam inducendo, etiam intra templum domini.*

e Viſitabo in vir. *Quaſi dicat non exterminabo eos totaliter vtens auſteritate iudicis, ſed caſtigabo eos afflictionibus temporalibus zelo paternæ correctionis, & hoc maximè factum fuit, quando rex Sedechias captus fuit, & in Babylonem ductus, & ſic regnum Dauid interruptum fuit.*

f Miſe. *Hic conſequenter Pſal. recitat promiſſionē Dei de regni Dauid perpetuitate, quæ habetur 2. Reg. 7. & hic recitatur in perſona Dei dicentis. Miſericordiam autem meam non diſp. i. totaliter auferam.*

g Ab eo. *ideſt eius ſucceſſione.*

h Neque no. *i. nocumentum irreparabile inferam.*

i In ve. mea. *modus eſt aſſerendi. q. d. ſicut ſum verus Deus, ita tale nocumentum non inferam.*

K Neque proph. *ideſt promiſſum ipſi Dauid factum.*

l Et quæ pro. de la. *ideſt de labijs Nathan prophetæ in perſona mea loquentis ipſi Dauid.*

m Non faciam irri. *ſed ſequetur effectus tempore debito à me diſpoſito. vnde ſubditur,*

n Semel iura. in ſan. *ſ. in me ipſo, ſicut in Gen. dicitur. Per memetipſum iuraui, di. &c.*

o Si Dauid men. *Hic accipitur ſi, pro non, ideſt non mentiar ipſi Dauid.*

p Semen eius in æter. *quia generationes à Dauid vſq; ad Chriſtum peruenerunt, vt prædictum eſt, in quo perpetuatum eſt eius regnum, ideo ſubditur,*

q Et thro. *quia ſicut ſol & luna durabunt in perpetuum ita Chriſti regnum.*

s Et teſtis in cęlo fi. *quia nō ſolum eſt iudex, ſed etiā teſtis coram patre de his quæ ſiunt in terris, & maximè de hoc quod ſuſtinuit pro ſalute humani generis: propter quod in corpore eius reſeruatæ ſunt cicatrices ad teſtimonium veritatis.*

t Tu ve. re. & de. *Hic conſequenter pſal. declarat deiectionem regni Dauid quod maximè contigit per captiuitatem Babylonicam, quam pſal. prædicit dicit: Tu verò repuliſti & deſpexiſti regnum Dauid tempore Sedechiæ.*

u Diſtu. Chriſtum. *in quo promiſiſti perpetuare regnum Dauid, à tempore enim Sedechiæ vſque ad natiuitatem Chriſti fluxit magnum tempus, ſancti patres illius temporis pro tali dilatione ſuſpirabant & affligebantur, ſecundum quod dicitur in Prouer. Spes quæ differtur, affligit &c.*

x Auertiſti teſt. ſerui tui. *ideſt promiſſum factum Dauid ſeruo tuo retardaſti. ideo dicitur hic: Auertiſti & non abſtuliſti.*

y Prophanaſti in terra ſan. eius. *ideſt prophanari permiſiſti.*

a In

## NICO. DE LYRA.

a Et po. in ſe. *i. in ſuccedentibus generationibus ſeruabo ſemen ipſius vſque ad Chriſtum, in quo perpetuabitur regnum eius. ideo ſubditur, & thronum ei ſicut dies cæli.*

b Si au. *Hic conſequenter pſal. recitat promiſſionem factam ipſi Dauid de ſucceſſorum eius benigna correctione, & hic recitatur in perſona Dei, dicentis: Si au. dere. f. e. i. reges ab eo deſcendentes.*

c Le. me. *Quod factum fuit tempore Achaz, Manaſſes, & Sedechiæ.*

d Si

## MORALITER.

✱ b *Si autem de. f.* ſ. naturales vel ſpirituales.

e *Viſitabo in.* iuſtè puniendo.

f *Mi. au.* quia boni patres non ſunt puniendi pro filiorum peccatis.

K *Neq; pro.* quia dicit hoc Eze. Pater non portabit ini. &c.

n *Se. iu. in.* i. in meipſo qui ſum ſanctusſanctorum, Gen. 22. Per memetipſum iuraui &c.

o *Si Da. men.* ideſt virtuoſo non mentiar.

p *Semen &c.* i. fructus operum ſuorum æternaliter durabit.

q *Et thro.* quantum ad gloriam animæ.

r *Et ſicut lu.* quantum ad gloriam corporis.

s *Et te. in c.* quia ſancti ex perpetua laude ſunt teſtes bonitatis diuinę.

t *Tu ve. re.* licet autem homo ſit perfectus in virtute, cadere tamen poteſt Deo permittente, & diabolo procurāte, ſicut patet de Dauid in facto Vriæ, & de Petro in Chriſti negatione. ideo de tali dr̃: Tu vero repuliſti & deſpe. poſt eius caſum. tamen homo de ſe cadit in peccatum, Oſeæ. Perditio tua ex te Iſrael, tantūmodo ex me auxilium tuū.

u *Diſtu. Chriſtum.* à conſecutione bonorum promiſſorum.

x *Auer. teſta.* repetitio eſt eiuſdem ſententiæ.

y *Prophanaſti in terram.* ideſt prophanari permiſiſti in terrenis deſiderijs cor eius, quod erat prius templum ſpiritusſancti.

 ✱ b Deſtru-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Deſtruxiſti eum.* Hæc omnia venerunt Iudæis, non tamẽ ablato eis Chriſto & æterno regno, ſed dilato.
E
b *Sedem eius in ter. col.* Ideſt regnum eorum vbiq; terrarum deletum eſt, quia iam non eſt de eis princeps.

*Vbi ſupra.* c *Minoraſti.* Quia diu ſtaret regnum eorum ſi ſub Deo.

d *Perfudiſti eum con.* quia geſtat opprobrium infidelitatis. Minoraſti. *Aug.* Putabant ſe regnaturos in ęternum, ſed minuiſti dies regni eorum, vt non ſtaret iuxta opinionem eorum.

† diadema (nazareū) † macerias *Vt ſup. ibi.*

e *Vſquequo do. Caſſi.* Diapſalma. Quintò. Ecce in quo impletæ promiſſiones, ſcilicet in ſubſtantia Dauid, quę viuit & eruit animam, ideſt in Chriſto. *Aug.* Sed, vſquequo non reſuſcitas Chriſtum? Quæ ſubſtantia? quæ nihil niſi per ipſum. Quis eſt homo qui vi. & non vi. mor. nullus. In his iam poſtulat ſubuenire homini, vel ſpecialiter Iudæis.

f *Memora. Auguſt.* Dicit hoc Dauid carne poſitus in Iudæis, ſpe in Chriſto. Quæ ſit mea ſubſtan. etſi Iudęi deficiunt, non deficit mea ſubſtantia non omnino interit radix, vnde veniet Maria, & de ea veniet ſemen, cui promiſſum eſt. Nam de populo illo virgo Maria, de virgine Maria caro Chriſto, & caro illa non eſt peccatrix, ſed peccatorum mundatrix.

† inclinaſti * Etiam † aciem (robur) † euexiſti eum † Ceſſare feciſti mūditiē eius (vel Ceſſauiſti ab ornando eū) † adoleſcētiæ

g *Nunquid enim va. Aug.* Omnes filii hominum ierunt in vanitatem, non tamen vanè conſtituiſti eos: vnde ergo mundas eos à vanitate? per ſemen in quo eſt mea ſubſtantia de quo ſubdit: Quis eſt homo.

h *Quis eſt homo.. Aug.* Nulli hoc conuenit niſi Chriſti: Et ſi enim reſurgentes inuenit, & non vltra videbunt mortem, non tamen ipſi eruēt animas ſuas de ma. infe. ſed ille qui poteſt animam ponere & iterum ſumere, cui nemo eam tollet. *Caſ.* Vel ſic, nullus viuet vel eruet animam. Et cum hoc ſit, vbi ſunt miſericordiæ. Iam rogat promiſſiones impleri, quas Dauid fecit.

† abſcōdes te in ſeculū
B

i *Vbi ſunt miſericordiæ tuæ &c. Caſ.* Diapſalma. Sextò in membris etiam implentur promiſſiones, non temporaliter, ſed ſpiritualiter. Et loquitur in perſona eccleſiæ.

† manibus

a *Memor*

a ¶Vbique terrarum. b ¶Sancta quæ habebant terreni oſtendit.

naſti in terra † ſanctuariū eius. Deſtru- a b

a ¶Vbi defenſionem Dei perdiderunt. ¶Aug. munimenta quibus eos munieras vt diriperentur.

xiſti oēs † ſepes eius, poſuiſti † firma- c

a ¶Quod erat eis firmamento, eſt timori pro culpa, ideſt Deus. b ¶Aug. Vt iam dicatur, ſi Deus naturalibus ramis non pepercit, nec tibi parcet.

mentum eius formidinem. Diripue- d e

a ¶Dauid, ideſt Iſrael vbione diſperſum. b ¶Gentes quæ tranſeunt viam illam. Nihil in ſinu op. ponderentes.

runt eum omnes tranſeuntes viam,

a ¶Iſdrus eſt opprobrio gentibus.

factus eſt opprobrium vicinis ſuis, f

¶Hæc omnia in Iudæis impleta.

Exaltaſti dexteram † deprimentium g eum, † lætificaſti omnes inimicos

a ¶Populus armatus, ſine Deo inermis eſt. ¶Aug. Solebant pauci multos vincere, modo victi & captiuati.

eius *. Auertiſti † adiutorium gladij h i eius, & non es † auxiliatus ei in bello. k

a ¶Hoc grauius omnibus. b ¶Flagella non emundant eos. ¶Quia fide caret Iudæus qua mundatur corda.

a † Deſtruxiſti eum ab emundatione, l
b c & ſedem eius in terra colliſiſti. † Mi- m n

a ¶Vt putatur dum cito auferuntur. b ¶Ideſt regnaſti.

d noraſti dies † temporis eius, perfudi- o

a ¶Hæc dura intuliſti Iudæis. ¶Sed.

e ſti eum confuſione *. Vſquequo do- p

a ¶Iſrael a fide & a ſalute. b ¶Non domine, ſed Iſrael ſaluus fiet. Cæcitas enim contigit in Iſrael, vt plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. ¶Ideſt ſemper. c ¶Interea tamen. ¶Vel ſub interrogatione, Ira tua exardeſcet ſicut ignis? q. d. Non domine ſed potius.

mine † auertis in finem, exardeſcet ſi- q r
f cut ignis ira tua? † Memorare † quæ s

a ¶In Chriſto. ¶Alias non.

g mea ſubſtantia, nunquid enim vanè t conſtituiſti omnes filios hominum?

a ¶Quantus. b ¶Surgens à morte non videbit mortem, quia iā non morietur, fuit tamen in morte, ſed emit animam ſuam.

h Quis eſt homo qui viuet, & non u

¶Alias it.

videbit mortem? eruet animam ſuā x

a ¶Ecce iam habemus in quo promiſſa ſunt, ſed credentes adhuc laboramus: propter hos ergo dicit: Vbi ſunt mi. tuæ an. do. &c. Quaſi tu eruis, & non propter te mortifi.

i de † manu inferi *. Vbi ſunt mi- y

¶Olim patribus factæ.

ſericordiæ tuæ antiquæ domine, ſicut iuraſti Dauid in veritate tua? z

*Num.* 19. *Sed ducto populo in captiuitatem ceſſauit talis emundatio.* C

m Et ſedem. *Ideſt maieſtatem regni abſtuliſti.*

n Minoraſti dies. *Quia tunc multi viuentes vtriuſq; ſexus fuerunt occiſi & mortui, & ſic dies vitę eorum fuerunt minorati.*

o Perfudiſti. *Quia ad terram longinquam fuerunt filij Iſrael ducti captiui confuſibiliter valde.*

p Vſquequo. *Hic conſequenter Pſal. implorat regni Dauid reſtitutionem. q. d. Vſquequo domine auertis. ideſt oculos miſericordiæ tuæ à nobis.*

q In finem. *ideſt ita diu.*

r Exardeſcet ſi. *q. d. ita exardeſcet ira tua, quòd nunquam extinguetur ſicut nec ignis habens combuſtibile appoſitum, cum tamen parcere & miſerere ſit tibi proprium. ideo ſubditur,*

s Memorare quæ mea ſub. *ideſt quam fragilis eſt humana natura ad casum, ſecundum quod dicitur in Gen. Senſus enim & cogitatio cordis humani prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua, & ideo ſemper indiget tua miſericordia: & hoc conſequenter oſtendit ex vltimo fine hominis di.*

t Nunquid enim vanè co. *q. d. non, quia Deus, & natura nihil faciunt fruſtra. Dicitur enim aliquid vanè factum vel conſtitutum, quando non attingit finem intentum, ſicut medicina dicitur fruſtra confecta vel propinata, quando non inducit ſanitatem. Nullus autem homo poteſt pertingere ad vltimum finem vitæ humanæ, quæ eſt felicitas ſuperna, niſi ex Dei miſericordia, & ideo ſi humano generi non adeſſet, vanè videretur conſtitutum genus humanum. Sciendum tamen quòd non fruſtra ſunt conſtituti, qui non pertingunt ad hunc finem, quia hoc etiam cedit ad gloriam Dei, propter quam principaliter omnia ſunt condita. Omnia enim propter ſemetipſum operatus eſt dominus. Hoc etiam cedit ad gloriam electorum, qui ex Dei miſericordia attingūt finem vltimum. & hanc ſententiam deducit Apoſtolus ſatis diffuſè Rom. 9. & 2. Tim. 2. c. In magna domo non ſolum ſunt vaſa in honorem, ſed etiam in contumeliam, &c.*

u Quis eſt ho. qui vi. *q. d. nullus, quia ſtatutum eſt hominibus ſemel mori.*

x Eruet ani. ſuam. *q. d. nullus. pro tempore iſto in quo omnes deſcendunt ad inferni quantumcunq; iuſti: & hoc durauit vſque ad redemptionem factam per Chriſtum ipſi Dauid promiſſam, vt patet per prædicta, & ideo implorat eius aduentum, dicens,*

y Vbi ſunt miſe. *quia ab antiquo fuit promiſſio facta de Chriſto ipſi Abrahæ. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ, & poſtea ipſi Dauid per ipſum Nathan, vt ſupra expoſitum eſt, ideo ſubditur,*

z Sicut iu. Dauid in ve. *ideſt in teipſo qui es ipſa veritas*

a Memor

## NICOL. DE LY.

a In terra ſan. eius. *ideſt templū, quod dicitur ſanctuarium Dauid, eò quòd præcepit illud ædificari per Salomonem filium ſuum, & præparauit impenſas, & tradidit exemplar ædificiorum, & vaſorum, quod fuit prophanatum, quando per Chaldæos fuit combuſtum, & bene dicitur, prophanaſti in terra ſanctuarium, quia ſanctuarium quod eſt in cælo, prophanari non poteſt.*

1. Paral. 8. g
4. Reg. 25. c

b Deſtruxiſti omnes ſepes eius. *ideſt muros Ieruſalem & aliarum ciuitatum, quos deſtruxerunt Chaldæi.*

c Poſui. firmamentum eius. *ideſt Ieruſalem, quæ erat fortior ciuitas tanquam metropolis.*

Neh. 1. a

d Formidinem. *quia etiam poſt reditum captiuitatis Babylonicę illi qui habitabant ibi, erant in magna formidine.*

e Diripuerunt eum omnes. *quia Samaritani & alij qui erant ipſis propinqui, irruentes in populum Iudæorum homicidia faciebant, & prędas rapiebant: & ideo ſubditur,*

f Factus eſt oppro. *quia gloriabantur de prędis & occiſionibus in populo Iſrael factis: & ex hoc patet ſententia ſequentis verſus: Exaltaſti dexteram &c.*

h Auertiſti. *ideſt fugere feciſti.*

i Adiutorium gladij eius. *ideſt viros debellatores qui per gladium debebant defendere populum, & ipſi fugerunt nocte de Ieruſalem, vt habetur 4. Reg. 25. ideo ſubditur,*

4. Reg. 25. c

K Et non es auxiliatus ei in bello. *contra Chaldęos.*

l Deſtruxiſti eum ab emun. *Dum enim populus erat in terra promiſſionis, vtebatur aquis luſtrationis ad purificandum homines inquinatos ex tactu alicuius morticini ſeu alterius rei immūdę, ſecundū quod dicitur Num.*

## MORALITER.

* b *Deſtru. om. ſe. eius.* i. permiſiſti deſtrui in eo clauſuras virtutū.

c *Poſuiſti firma.* quia tu qui eras eius firmamentum, factus es eius formido propter culpæ demeritum.

e *Diripuerunt.* i. dæmones ad nocendum hominibus diſcurrentes. Iob 1. b. Circuiui terram & perambulaui eam.

f *Factus eſt op. vi.* ideſt fidelibus alijs.

g *Exaltaſti dex.* laxando ſuper eum potentiam dæmonum.

h *Auertiſti.* ſ. verbi diuini in ore ipſius. Greg. Cuius vita deſpicitur reſtat, vt eius prædicatio contemnatur.

l *Deſtru. eum ab emun.* i. a ſacramentorum quibus peccata mundantur debita miniſtratione.

m *Et ſe. eius.* i. dignitatem eius deſpici permiſiſti.

n *Minoraſti di.* i. minorari permiſiſti in bono, ſicut de homine vago dicitur. ꝙ perdit tempus ſuum. Sed quoniam talis aliquando pœnitet & petit miſericordiam, ideo dicitur in perſona eius.

p *Vſquequo auertis in fi.* q. d. non decet tuam clementiam.

r *Exardeſcet ſicut ignis,* qui dicit, nunquam ſufficit, Prou. 30.

s *Memorare quæ mea ſub.* i. quàm fragilis eſt ad peccatum.

t *Nunquid enim va. con.* q. d. non, quod tamen eſſet ſi non miſereris peccatorum, cum omnes ſint peccatores.

z *Vbi ſunt mi. t.* quibus homicidā, & adulterū ad miſericordiā recepiſti, & ſic iuſm tuū pp enormitaté peccatorū ſuorū nō retractaſti.

* a Memor



a *Memor eſto.. Aug.* Vt remuneres, videtur oblitus dum differt.
A b *Opprobrij. Caſ.* Illati ſeruis à multis gentibus. *Aug.* Quòd ego eccleſia. Continui. i. portaui. In ſinu, in ſecreto mentis, quia palam non audebat loqui.

c *Benedictus. Caſ.* Contra maledictiones gentium. *Aug.* Benedictus Exclamatio ex viſa claritate Chriſti.

a ¶Aug. Iam Chriſtus ſedet in cęlo, & crimen obiicitur Chriſtianis de Chriſto.

a b † Memor eſto domine † opprobrij ſeruo- a

a ¶Aug. Diu continuerunt Chriſtiani opprobria in corde, nec audebant aperte reſiſtere, ſed iam nunc eſt mirabile nomē Chriſti apud reges terræ.

rum tuorum, quòd continui in ſinu meo b

a ¶Opprobrium. b ¶Dicentes periſſe Chriſtum.

multarum gentium. Quòd exprobraue- c

a ¶Iudæi & pagani.

c runt inimici tui domine, † quòd exprobra d

a ¶Caſ. Exaggerat ſcelus. b ¶Scilicet. ¶Quid exprobrauerunt? Aug. quod mortuus eſt Chriſtus, quod crucifixus, quod eſt mutatus a temporali vita ad æternam, a terra ad cœlum, a Iudæis ad gentes. Quid ergo iam obiiciunt? Nunquid opprobrium vnum & ipſi ſic commutentur.

uerunt commutationem Chriſti tui. † Be e f

a ¶Quaſi maledictio eorum temporalis eſſet, ſed do. &c.
b ¶Ecce quaſi ſubſcriptio poſt diffinitionem principis quam omnes faciunt. Et eſt confirmatio.

nedictus dominus in æternum, † fiat, fiat.

## NIC. DE LY.

a Memor eſto op. ſer. tuo. *ideſt opprobrij illati ſeruis tuis.*

b Multarum gentium. *i. à multis gentibus à tempore captiuitatis Babylonicæ vſq; ad Chriſtū: quia toto illo tēpore quaſi continuè populus expectās Chriſtū fuit in opprobrio, licet tempore Machab. eorū fuerit ſublęuatus auxilio paruulo. Et ideo concepto Chriſto beata virgo dixit in cantico ſuo. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Fuit enim natura humana mirabiliter exaltata, per hoc ꝙ fuit in vnitate ſuppoſiti à verbo aſſumpta, & maximè populus, de quo ſecundum carnem fuit natus, quantum ad credentes.*

b Quod continui in ſinu meo. *ideſt diſſimulaui & patienter ſuſtinui opprobrium mihi illatum ab infidelibus. Et loquitur propheta in perſona populi expectantis Chriſti aduentum. Vel poteſt iſtud referri, & melius, ad populum catholicum, qui in primitiua eccleſia ſuſtinuit multa opprobria patienter propter Chriſtum, ſecundum quod dicitur in Act. Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. ideo ſubditur,*

d Quod exprobrauerunt com. *Quod ſecundum Heb. intelligitur de Meſſia. Ex hoc enim Chriſtus, & etiam catholici ſuſtinuerunt multa opprobria, quia per doctrinam Chriſti & apoſtolorum reprobabatur vita, & doctrina ſcribarum, & Phariſæorum, in quo erat quædam commutatio. In Heb. & in tranſlatione Hier. habetur: Quod exprobrauerūt veſtigia Chriſti tui: & tunc eſt plana litera: quia facta & verba Chriſti quę ſunt eius veſtigia, fuerūt à ſacerdotibus, & legiſperitis reprobata, & propter eorum ſequelam catholici à ſacerdotibus & ſcribis, & poſtea à tyrannis multa opprobria ſuſtinuerunt & tormenta. Et quia talia ſuſtinebant non ſolum patienter, ſed etiam gaudenter, vt dictum eſt, ideo ſubditur in perſona eorum.* C

e Benedictus dominus in æter. *De omnibus quæ fecit nobis in proſperis & aduerſis, ſecundum illud. Benedicam dominum in omni tempore, ſcilicet proſperitatis, & aduerſitatis.*

f Fiat fi. *i. ita ſtabiliamur per eius gratiam, ſecundū illud ad Hebr. Bonum eſt gratia ſtabilire cor, quòd in aduerſis, & proſperis in ipſo ſtabiliter maneamus.*

† i. opprobrij, quo vnum tā populorū multitudo ſeruos tuos aſſt, ſed ego in ſinu meo. † quòd probris aſſiciebant veſtigia. Heb. 13. b † Benedictione autem domini. † amē, amē

## MORALITER.

* a *Memor eſto op. ſer. tuo.* quaſi dicat etſi non pro me mihi miſerearis, miſerere pro ſeruis tui quibus improperatur peccatum meum. nam peccatum vnius perſonæ notabilis improperatur alijs de ſtatu ſuo.

b *Quod continui in ſi.* i. de quo ſum mihi conſcius.

c *Quod exprobra. ini. t.* i. homines mali qui bonis hominibus exprobrant peccatum meum. ideo ſubditur,

e *Com. Chri. tui.* i. commutationem meam de bono in malum, qui tamen fueram chriſmate confirmatus, ideſt conſecratus tibi. Et quoniam talia opprobria patienter ſunt toleranda maximè ab eo, qui eſt in culpa, ſubditur: Benedictus dominus.

*In pſal. 88. Miſericordias domini. vbi dicitur in poſtil. Tui ſunt cœli, &c.*

ADDITIO I.

¶ Quidā expoſitores Hebræorum dicunt, & fortè bene, ꝙ Pſal. hic numerat ſex differentias poſitionis mundi. ſ. ſurſum, & deorſum, & hoc cum dicit: Tui ſunt cęli, & tua eſt terra. conſequenter ſiniſtrū & dextrum, & hoc cū dicit: Aquilonem & dextrū tu creaſti: conſequēter ante & retrò, & hoc cum dicit: Thabor & Hermon. Thabor. n. eſt in parte occidentali reſpectu terræ promiſſionis, & ſic eſt retrò: Hermon in orientali, & ſic eſt ante. q. d. Pſal. Omnes differentiæ poſitionis in quibus mundus conſiſtit, in tua ſunt potentia. ſecundum quam expoſitionem non requiritur quod in Thabor vel in Hermon aliquod notabile eſſet factum.
B

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtil. ideo ſubditur: Beatus populus, qui ſcit iubilationem.*

ADDITIO II.

¶ Expoſitio verſus. ſ. Beatus populus, qui ſcit iubilationem. in poſtilla tradita, non videtur conſona rationi. Tum quia non videtur aliqua ratio, quòd hæc beatitudo. ſ. ſciendi iubilationem, approprietur ſacerdotibus, & Leuitis tantum, cum iubilatio in laudem Dei, de qua agitur hic, toti populo præcipitur. vnde legitur in pſal. Iubilate Deo omnis terra, & in alijs quàm plurimis locis. Tum quia ex hoc quod ſacerdotes ad diuinum cultum deputantur, non ſequitur, ꝙ in lumine Dei ambulent, ſed quia in eo ambulare debent. Melius ergo videtur dicendum cum gloſ. dicente, ꝙ iubilus eſt gaudium, quod verbis explicari non poteſt, nec tamen penitus reticeri. vnde & vociferationes iubiloſæ conſueuerunt fieri, quando tanta lætitia adeſt, quod exprimi non poteſt, prout de Eliſabeth legitur, ꝙ cum cognouiſſet aduentū matris Dei ad ſe, tantū fuit lætitia plena ſpirituſancti, ꝙ exclamauit voce magna quaſi iubiloſè vociferās. Populus ergo ille, qui ſcit de illo gaudendū eſſe qđ dici non poteſt, nouit de gratia adepta iubilare, & de Deo, non de homine. vnde ſequitur, Dñe in lumine vultus tui. ſ. in illuminatione ſpirituſancti. Cui ſentētiæ propiè adaptantur ſequētia vſq; ibi. Et ſancti Iſrael regis noſtri.
D

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſt. Miſericordiam autem meam non diſpergā.*

ADDITIO III.

¶ Melius videtur dicendum, ꝙ hoc quod dicitur: Neq; nocebo. refertur ad hoc quod prædixit: Miſericordiam autem meā. & ad hoc quod ſequitur immediatè: In veritate mea, & eſt ſenſus ſic: Miſericordiam meam ab eo totaliter non auferam, vt veritas mea quā illi promiſi remaneat illæſa. Si. n. miſericordiam ab eo abſtuliſſet, ſequeretur nocumentum. i. defectus in veritate diuina. Quæ quidem ſententia replicatur ſub alijs verbis, cum ſequitur: Teſtamentū meum.

## GLO. ORDIN.

a *Oratio Moyſi.. Aug.* Cum vetus vita, & noua, mortalis, & vitalis, & anni q pro nihilo, & dies qbus implebimur, miſericordia, & lætitia, pœna primi hominis, & regnum ſecundi, hic apertè diſtinguantur: congruè nomine Moyſi intitulatur pſalmus, vt eis, qui rectè ſcrutantur ſcripturas, intimetur, legem quæ per Moyſen data eſt, vbi terrena præmia videntur promitti, habere aliquid tale ſub velamento, quale iſte pſalmus oſtēdit. Cū autem quiſq; trāſit ad Chriſtum, tollitur velamen & reuelantur oculi eius, & videt mirabilia de lege Dei.

b *Homini Dei.* Remi. Homo quidem paſſibilis erat, ſed tamen Dei auxilio liberandus, quaſi ſæpe Dauid quod, & Moyſes orauit. *Ca.* Remi Agit iſte pſalmus de defectu generis humani qui per Chriſtum auferetur.

*Sup. pſa. 89.*

a ¶Qui fuit miniſter veteris teſtamenti & propheta noui teſtamenti: ſecundum quam di penſationem iſte pſal. inſcribitur, non quod Moyſes eum cōſcripſerit: ſed quia in hoc pſalmo tractantur quę in veteri teſtamento per Moyſen dato continētur.

a b Oratio Moyſi hominis Dei

LXXXIX.

a ¶Tu homo. b ¶In hoc ſolo ſeruiti. c ¶Quia nobis certum eſſe quod non erit ideſt refugium.

c D Omine, † refugium fa… 

## GLO. ORDINAR. PSAL. LXXXIX.

D Omine ref. gium. *Caſ.* Primo æternum proponit refugium tēporali homini. *Ibidem.*

a Priuſ-

## NIC. DE LYRA. PSAL. LXXXIX.

a D Omine re. fa. es no. *Huic pſal. prēmittitur talis titulus in Hebr. & in tranſlatione Hier. Oratio Moyſi viri Dei, & eiuſdem ſententiæ eſt titulus, qui communiter ponitur in Biblijs, qui talis eſt: Oratio Moyſi hominis Dei. Dicit autem glo. ſuper pſal. iſtū. quod intitulatur à Moyſe, non ſicut ab autore, ſed quia fuit legiſlator veteris teſtamenti, & propheta noui, & in hoc pſal. aliqua tanguntur pertinentia ad vetus teſtamentum, & aliqua ad nouum. ideo intitulatur à Moyſe, quamuis Dauid hunc pſal. fecerit. Glo. verò iſta procedit ſecundum opinionem Aug. qui dicit ꝙ Dauid fecit omnes pſal. Sed beatus Hier. qui plus ſtuduit in talibus, & omnes doctores Hebræi dicunt, quod plures alij fecerunt pſal. inter quos autores al. ipſis ponitur Moyſes: ſicut plenius dixi in principio huius libri. Et iſtud dictum tanquam veriſimilius ſecutus ſum. nec ratio data in glo. valet. quia eadē ratione multi alij pſal. in quibus ponuntur aliqua pertinentia ad vetus*

## MORALITER

* a *Do. re. fa.* iſte pſal. ē orō Moyſi orātis pro ſe, & ꝓ populo quē eduxerat de Aegypto. Moraliter aūt eſt oratio viri fidelis orātis pro ſua, & aliorum ſalute. Et primò captat Dei beneuolentiam eius conſiderando clementiam dicens: Domine refugium factus es nobis, protegēdo nos à malis, & promouēdo in bonis, & eius ęternitatē, dicēs,



* a Priuſ-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Priuſquam montes.* Ne autem videretur non fuiſſe, antequã E eſſet nobis refugium, adiungit priuſquam.

*Vbi ſupra.* b *Montes terra. Aug.* Ecce omnis rationalis creatura hac differentia diſtincta eſt, vt montium nomine celſitudo angelorum, & terræ nomine humilitas hominum. ideoq; non incongruè verba ſic diſtinxit, vt diceret montes, ideſt angelos fieri, & terram, ideſt homines formari.

c *Fierent aut formaretur. Aug.* Formari vel fingi, ſolet dici ſecundum corpora, fieri de nihilo.

d *A ſeculo. Aug.* Aptius diceretur, ab æterno in æternum. Non enim à ſeculo Deus eſt qui ante ſecula: aut non eſt vſque in ſeculum, cum ſit ſine fine. Sed ex ambiguo verbo Græco fit plerunq; in ſcripturis, vt vel ſeculum pro æterno, vel æternum pro ſeculo ponat Latinus interpres: hic autem ponitur ſeculum pro æterno. *Aug.* A ſeculo. Ecce quæ æternitas nobis refugium, vt in ea manſuri de tempore ad eam fugiamus. Sed quia hic ſumus in tentationibus, ne ab ea auertamur orat homo Dei: Ne auertas, cum ſis refugium: Ne auertas, quoniam mille anni.

† Reducis hominem donec ſit contritus.

e *Tu es. Aug.* Optimè ait, quia immutabilis. Non dicit eris vel fuiſti, cum immutabilis eſſentia Dei nõ nouerit præteritum, vel futurum: vnde dictum eſt: Ego ſum qui ſum. Et: Qui eſt, miſit me ad vos. Et: Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

† inundaſti eos (vel, facies illos inſtar nimbi d fluere ſomnus ſunt.

f *Ne auertas. Caſ.* Secundò exponit infirmitatem hominis, cui petit ſubueniri.

*Vbi ſupra.* g *In humilita. Caſ.* ideſt terrenam concupiſcentiam in contemptum. Vel hominem poſitum in humilitate, ideſt deiectione, ideſt hominem deiectum. Vel modò humilem qui antè fuit ſuperbus, oro ne auertas, & ideſt, quia dixiſti, Conuertimini ad me ab amore mundi, ipſe poteſt à mundo liberare, qui docuit cæleſtia quærere.

F h *Dies heſterna. Aug.* Non dicit, ſaltem ſicut craſtina quæ veniet: omnia quæ fine clauduntur pro tranſactis habenda ſunt. Sed nec longitudini vnius diei comparantur mille anni, potius ſunt vt cuſtodia, ideſt vigilia noctis, quæ non habet niſi tres horas. Addit, & de ærumna mortalis vitæ, quæ pro nihilo habetur. q. d. in tenebris agitur in ſolicitudine, & trepidatione, & quaſi nihil eſt.

i *Cuſtodia in nocte quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.* bene cuſtodiæ noctis comparatur vita præſens pro ſolicitudine & trepidatione.

a Mane

a ¶ Aug. Ideſt in omni generatione, vel veteri cuius ille miniſter: & noua, cuius ille propheta.

es nobis à generatione in genera- a

a ¶ Factus eſt refugium, ſed tamen tu ipſe. b ¶ Aug. Angeli. Quid enim magnum: eſt dicere de montibus qui pars terræ: quia terra & cœlo & omnibus corporalibus prior eſt Deus.

a b tionem. Priuſquã montes fierent, b

c a ¶ Homines: ecce omnis rationalis creatura. b ¶ Vt dicatur breuiter vniuerſa creatura ſubiungit.

d aut formaretur terra, & orbis à ſe- c

a ¶ Aptius ab æterno. b ¶ Immutabilis, non eris, vel fuiſti quia Deus.

e culo & vſq; in ſeculum tu es Deus.

a ¶ A tuis æternis. b ¶ Temporalium, vt temporalia concupiſcat, ſapiatq; terrena.

f g †Ne auertas hominẽ in humilita d e

¶ Aug. Quaſi hoc a te peto quod dixiſti.

tem: & dixiſti: Conuertimini filij f

a ¶ Ideo a ſibi bus iſtis opus e ad te conuerti. ¶ Ideo ne auertas. ¶ Quantumlibet longa vita.

hominum. Quoniam mille anni g

a ¶ Aug. In tua conſideratione quæ æterna & ſapiens, quaſi nihil eſt homo, niſi des ei alteram vitam.

h ante oculos tuos, tanquam dies he h

a ¶ Pro cuſtodia in nocte huius ſeculi.

i ſterna quæ præterijt. Et †cuſtodia i

a ¶ Quaſi dicat. & vt minus dicam. Si tu auertis hominem à tuis æternis, anni hoïs erunt eorũ, quæ pro nihilo. b ¶ Quia antequam veniant nihil ſunt, cum venerint, iam non erunt. ¶ Vt ſomnia.

in nocte, †quę pro nihilo habẽtur k

ſum, & erroneum, & ideo hoc remouet oſtendens Dei æternitatem quæ G includit immutabilitatem, & hoc eſt quod dicitur: Priuſquam mon. fierent. i. antequam mundus crearetur.

c A ſeculo. *ideſt æternaliter. & ideo quòd Deus dicitur factus refugium nobis, non eſt per aliquam mutabilitatem in Deo vel nouitatem, ſed tãtum in creatura facta, ad quam ſequitur realis ratio in ipſa, & rationis tantum in Deo qua ſic nominatur de nouo, ſiue ex tempore, ſicut & dicitur homo factus, vel creatus, & ſic de alijs.*

d Ne auertas. *Hic conſequenter ponitur Dei beneficium erga humanam naturam poſt lapſum, quod eſt reuocatio de culpa ad gratiam: quod quidem beneficium Deus nõ deſiſtit præſtare naturæ lapſæ eam reuocando: aliquando monitis, aliquando beneficijs, aliquando flagellis, & alijs modis, ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ infinitæ. Primò ergo hoc beneficium proponit. Secundò errorem humanum circa hoc excludit, ibi: Quoniam mille. Circa primum dicit: Ne auertas. i. ne dimittas.*

e Hominem in hu. *ideſt hominem per peccatum deiectum à ſtatu ſublimi, in quo dominabatur creaturis ad ſtatum præſentis miſeriæ in quo patitur etiam à muſcis.*

f Et dixiſti con. *quaſi dicat Pſal. ita feciſti: quia dixiſti peccatoribus: Conuertimini filij hominum, per pœnitentiam, reſurgendo de culpa ad gratiam. Quod autem hoc fecerit Deus à principio patet, quia Adam, & Euam ſtatim poſt tranſgreſſionem reprehendit: & ſimiliter Cain poſt obitum fratris di. Cur concidit facies tua? & poſt eius occiſionem dixit: Vbi eſt Abel frater tuus? quaſi inducens eum ad pœnitentiam. Et iſtam reuocationem peccatorum ſemper continuauit, aliquando per ſeipſum, aliquando per angelos, aliquando per homines ſanctos, vt patet in decurſu ve. & no. teſta.*

g Quoniam mil. *Hic remouet circa hoc errorem humanum: & primò pro tempore ante diluuium, ſecundò pòſt ibi: Quæ pro nihilo habentur. Circa primum ſciendum, quòd homines differunt à peccatis conuerti, ſperantes longam vitam: & hoc maximè contigit ante diluuium, in quo homines diu viuebant, ſcilicet nongentis annis, & octingentis, & aliquando plus, ſed hoc remouet, dicens: Quoniam mille anni ante oculos tuos. ideſt reſpectu æternitatis, qua diuina cognitio menſuratur.*

h Tanquam dies heſterna. *Hoc addidit, quia tempus præteritum iam nihil eſt, & tempus quantuncunque longum æternitati comparatum quaſi nihil eſt.*

i Et cuſtodia in nocte. *Iſtud eſt de eodem verſu: & accipitur hic cuſtodia pro vigilia, quia nox diſtinguitur in quatuor vigilijs, in quibus ſolent mutari milites de nocte pro cuſtodia exercitus, & ſic vna vigilia in æquinoctio vernali, quando primò ſolent reges ad bella procedere, non habet niſi tres horas, & ſemper diminuitur procedente tempore vſq; ad ſolſtitium æſtiuale, & per hoc deſignatur diminutio temporis humanæ vitæ per mortem accidentalem. q. d. etſi curſus naturalis vitæ hominis duraret mille annis ante diluuium: tamen aliquando breuiabatur quantum tres horæ vel pauciores diſtant à die integra 24. horarum per mortem accidentalem ex infirmitate ſuperueniente, vel occiſione, ſicut vita Abel fuit abbreuiata, & multorum aliorum.*

K Quæ pro nihilo ha. *Hic conſequenter remouet fiduciam vitæ longioris poſt diluuium: ex qua erroneè homines differunt reuerti à peccatis, quia extunc vita hominis fuit magis breuis. Circa quod ſciendum, quòd hic incipit verſus ſequens ſecundum Hier. & ſecundum Heb. veritatem. Litera tamen Hebraica ſic habet: Fluctuaſti eos, ſomnus erunt: quia in diluuio erant fluctibus aquarum ſubmerſi, exceptis octo perſonis: ſ. Noe, & filijs eius, & eorum vxoribus, & poſtea vita hominis fuit abbreuiata, intantum quòd non videbatur niſi ſomnus breuis. & eadem eſt ſententia literæ Hier. quæ ſic habet: percutiente te eos. ſ. aquis diluuij, ſomnium erunt, ideſt quaſi nullius reputationis ſicut ſomnium: & ad hoc reducitur litera communis, quæ ſic habet: Quæ pro nihilo habentur, eorum anni e. i. anni vitæ hominis de cætero erunt de numero eorum, quæ pro nihilo habentur. ideo ſubditur,*

a Mane

## NICOL. DE LYRA.

*tus teſtamentum, & aliqua ad nouum intitularentur à Moyſe, quod eſt manifeſtè falſum ex præcedentibus, & ſequentibus. Ideo conſequenter dico prout videtur mihi, quòd pſal. iſte ſit oratio Moyſi ad impetrandum beneficia Dei populo Iſrael, qui eduxit de Aegypto. Ad impetrandum autem beneficia de futuro, modus optimus eſt oſtendere gratitudinem de beneficijs receptis in præterito: ideo pſal. iſte in duas partes diuiditur, quia primò Moyſes tanquam gratus recolit præterita beneficia: & ſecundò preces porrigit ad alia impetranda, ibi: Quis nouit: Circa primum recolit beneficia collata humanæ naturæ generaliter. Secundò naturæ lapſæ ſpecialiter, ibi: Ne auertas. Prima in duas, quia primò recolit beneficia. Secundò errorem circa hoc excludit, ibi: Priuſquam montes. Circa primum ſciendum, quod duplex beneficium fuit collatum homini etiam ante lapſum ſcilicet beneficium creationis, quò ad imaginem Dei creatus eſt: & ſecundum animam capax ipſius per cognitionem & amorem. Secundum beneficium eſt gubernationis, quia homo vltrà creaturas alias corporales ordinatur ad beatitudinem ſupernaturalem, ad quam conſequendam indiget ſpeciali gubernatione & prouidentia Dei, de qua dicit Apoſtolus. Non eſt cura Deo de bobus: & hoc duplex beneficium recolit Moyſes. d. Domine refugium factus es nobis. ideſt humanæ naturæ à te ex nihilo productæ, quæ per tuam ſpecialem directionem & protectionem dirigitur in finem vitæ beatæ.*

*Diuiſio.* *1. Cor. 9. b*

a A generatione in generationem. *quia & in ſtatu naturæ conditæ & naturæ lapſæ indiget homo prædicta directione ad conſecutionem vitæ beatæ.*

b Priuſquam montes fierent. *Hic conſequenter remouet occaſionem errandi, quia dixerat: Domine refugium factus es nobis &c. poſſet aliquis credere, quòd aliqua factio, vel nouitas eſſe in Deo: quod eſt falſum,*

## MORALITER.

b *Priuſquam mon.* Secundò format ſuam petitionem dicens,

d *Ne auer. ho. in hu.* i. auerti permittas in peccati vilitatem.

f *Et dixiſti, Con.* Zach. Conuertimini ad me, dicit dominus exercituum, & ego conuertar ad vos. Ideo nõ eſt voluntas tua, quod homines à te auertãtur, & ad hoc allegatur humanæ vitæ breuitas, cũ dicitur,

g *Quoniam mille anni.* i. ſi homo viueret mille annis, tamen in comparatione ad æternitatem tuam non ſunt quaſi dies heſterna, quæ præterijt. Et ſicut vna cuſtodia in nocte, quæ eſt quarta pars noctis tantum, & ſic hominis anni ſunt quaſi nihil. Ad hoc etiam addit aliud exemplum, dicens,

a Mane



a *Mane ſicut herba. Aug. Caſ.* Mutetur à qualitate noctis.

A b *Veſpere decidat.* In extremis ſecta vel fracta. *Caſ.* Mane ſicut herba. Dixi quòd anni habentur pro nihilo, ſed non accuſans te quaſi factorem mutabilium, hoc dixi: immo diuinæ iuſtitiæ conſentiens dico: Mane, tempus vitæ, veſpere extrema, tempus quo homo occidit. Et quia bis ponit mane, duas notat ætates. Primum mane, pueritia quæ cito tranſit. Secundum mane, iuuentus quæ floret, & trãſit. Veſpere, ſenectus quãdo refrigeſcit vigor hominis. Vel mane ſicut herba. Apta cõparatio, quaſi ſicut herba mutatur à qualitate, quam habet in nocte in deteriorem mane orto ſole, ita mutatur homo in deterius.

c *Defecimus in ira tua, & in furore tuo tur. ſu. Aug.* Mortales, & paſſibiles facti, quod tamen morte finire timemus. vnde ſequitur: Et in furore tuo turbati ſumus.

d *Seculum noſtrum. Aug.* Vitam noſtrã prauam. Vel ſeculum, poſteros.

e *In illuminatione vultus tui. Caſſ.* Illa teguntur quæ veniam habent: illuminantur quæ puniuntur.

f *Quoniam omnes dies noſtri defece. Aug.* Cognitio noſtra defecit obtenebrata ratione per peccatum, vel tempus vitæ abbreuiatum eſt, & penè defecit, quia ad paucitatem redacti ſunt dies vitæ noſtræ.

g *Anni noſtri. Caſſ. Aug.* Miſeria, & breuitas huius vitæ exprimitur hic per ſimilitudinem araneæ, quæ texit inanes telas, vt dolo capiat muſcas: vnde ſicut aranea. i. in rebus corruptibilib. laborabamus, inania texebamus. *Caſ.* Vita per iram Dei breuiata eſt, quia præſumptione longioris vitæ peccabant. Et noſipſi in ira tua defec. *Aug.* i. eſſentia noſtra defecit per ærumnas.

B h *Meditabuntur. Aug.* Anni, non operabuntur, quia ſine vtilitate trãſeunt. Vel, meditabũtur paſſiuè, id eſt reputabuntur anni noſtri ſicut aranea. i. ſicut inanes & inutiles.

i *Septuaginta anni. Aug.* Terrenorum appetitus, quæ ſeptem diebus aguntur, ſi in virtutibus octoginta. i. æternitas petitur.

K *Annis. Aug.* Vel anni, alia litera. Quo temporis ſpatio dicuntur lõgæui, qui etiam vſque ad octoginta annos aliquas vires habere videntur.

l *Octoginta anni. Aug.* Quia & citra octoginta annos ſunt quidam infirmi, & ſenes, & vltrà aliqui vigentes virtutibus, melius eſt hæc myſticè accipi. Septuaginta & octoginta ſunt centumq; inquaginta. In centum quinquaginta eadem ſignificatio eſt quæ in quindecim, qui numerus conſtat de ſeptem & octo. Septem, ſignat vetus teſtamentum propter ſabbathum, quod obſeruari mandabat. Obſeruabant enim patres veteris teſtamenti, ſeptimum diem. ſeptimam ſeptimanam, ſeptimum menſem, ſeptimum annum ſeptimæ decadis, qui iubileus dicitur: Octo, nouum propter reſurrectionem domini octaua die factam. Inde ſunt. xv. gradus in templo in pſalmis. xv. cantica graduum. Inde etiam. xv. cubitis aqua diluuij ſuper montes ſummos excreuit. Nota ergo in ipſis, & in potẽtatibus. In ipſis annis. i. in temporalibus. ideo ſeptuaginta, quia temporalia in veteri teſtamento promitti videbãtur. Si autem non in ipſis annis, ſed in potentatibus, ideſt, ſi non in temporalibus, ſed æternis, octoginta, quia nouum teſtamentum eſt in ſpe reſurrectionis octaua ætate futuræ. Et amplius eorum eſt labor & dolor. i. quiſquis hanc fidem tranſit, & aliquid amplius quærit, labores, & dolores inuenit. Vel, licet ſimus in nouo teſtamento, tamen adhuc amplius habet hæc vita noſtra laborem & dolorem, dũ in bonis gemimus, redemptionem corporis expectantes.

m *Manſuetudo, & corripiemur. Aug.* Clementia eſt ſi Dei: domitatio, ſi noſtra. Ipſe enim per clementiam manſuetus domando nos efficit manſuetos, & ſic corripi.

n *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, &c. Auguſtinus.* Poteſtas iræ hominis, eſt corpus occidere, poſt nihil facere. Deus & hic punit, & poſt in gehennam mittit, & à paucis maior eius ira intelligitur.

a Dexteram

a ¶ Si auertas. b ¶ Prius. ¶ Id eſt homo dũ viuit trãſeat.

a eorum anni erunt. Mane ſicut her- a

a ¶ Id eſt cito. b ¶ Læta quod meruit. ¶ Cito peragat florem. c ¶ In aetatem vel vilitatem deteriorem.

ba tranſeat, mane †floreat & † trãn-

a ¶ Poſtea. b ¶ In mortem. c ¶ In cadauer.

b ſeat: veſpere decidat, † induret, &

a ¶ In puluerem. b ¶ Hoc autem pœna de peccato venit. quaſi tranſeat, & tranſit. c ¶ Infirmitate. d ¶ Vindicta nobis inflicta.

c areſcat. Quia defecimus in ira tua, b

a ¶ Timore mortis, infirmitatem finire trepidamus. vnde Dominus ait Petro: Ducet quo tu non vis. & Dominus in ſe nos transfigurans de ſeipſo dicit: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. b ¶ Defecimus: iuſte quidem, quia peccauimus. & tu poſuiſti. ¶ Aug. Non abſcondiſti, diſſimulaſti.

& in †furore tuo turbati ſumus. Po- c

ſuiſti iniquitates noſtras in conſpe-

a ¶ Exponit quod iam dixit. ¶ Poſuiſti. ¶ Id eſt iniquitates.

d e ctu tuo, † ſeculum noſtrum in illu- d e

a ¶ Idem quod ſupra in conſpectu. b ¶ Id eſt coram te. ¶ Hoc inde probatur.

f minatione vultus tui. Quoniam f

a ¶ Cognitio vel tempus. b ¶ Quia ad paucitatẽ redacti.

omnes dies noſtri defecerunt, † &

a ¶ Noſipſi, amando quæ tranſeunt. b ¶ Id eſt nos in annis ſtudemus doloſis & inanib. occupationibus.

g in ira tua defecimus. † Anni noſtri g

¶ Vel bantur.

h ſicut aranea meditabuntur, dies an- h i

¶ Complentur.

i norum noſtrorum in ipſis ſeptua-

¶ Alias anni. a ¶ Amplius vixerint homines. b ¶ Poterũt eſſe. ¶ Id eſt aliquas vires & potentias poterũt habere.

k ginta annis. † Si autem in potenta- k

a ¶ Vt multum viuant, quod rarum eſt. b ¶ Vitæ. c ¶ Si vltra viuitur, labor & dolor multiplicantur.

l tibus octoginta anni, & † amplius l m

¶ Hiero. Senectus enim ipſa morbus eſt. a ¶ Adhuc eſt labor & dolor: ſed & hoc ad miſericordiam Dei pertinet.

eorum, labor & dolor. † Quoniam n o

a ¶ Quia quem diligit Deus, corripit.

m ſuperuenit manſuetudo, & corri- p

a ¶ Et cum hoc ſit, beatus eſt qui nouit. ¶ Aug. Paucorũ hoc eſt: quia dũ parcis magis iraſceris: dum punis, manſuetudo eſt. vnde: Cum iraſceris, miſericordiæ recordaberis.

n piemur. Quis nouit † poteſtatem q

## NICO. DE LYRA.

C

a Mane ſicut her. tran. *Per mane intelligitur principium humanæ vitæ, per veſpere finis. Et ſicut aliquando herba floret mane & veſpere deſiccatur, ſic etiam finis vitæ humanæ eius principio citò ſuccedit. cuius cauſa ſubditur cum dicitur:*

b Quia defecimus in ira tua. *Id eſt in vindicta quam feciſti per diluuium vita humana ſic proceſſit ad defectũ. Et quia vindicta illa proceſſit ex multiplicatione peccatorũ, ſecundum quod dicitur, Gene. Repleta eſt terra iniquitate à facie eorũ, & ego diſperdam eos cum terra. ideo ſubditur:* *Gen. 6. b*

c Poſuiſti ini. in con. *ſcilicet ad puniẽdum, ſicut iudex ponit coram ſe reum quem vult punire.*

† germinet † pertranſeat † indureſcat induret,

d Seculum noſtrum. *i. decurſum temporum noſtrorum.*

e Et illu. *i. palam coram te, ſicut illud quod eſt in lumine, ſecundum illud Eccle. Oculi domini multò lucidiores ſuper ſolem vias hominum circun.* *Eccleſ. 23. c*

f Quoniam omnes dies. n. de. *Repetitio eſt ſentẽtiæ prædictæ ad maiorẽ expreſſionẽ.*

g Anni no. ſi. a. *In Hebræo & in tranſlatione Hiero. habetur: Conſumpſimus annos noſtros ſicut ſermonem. i. ſicut ſermo citò tranſit & deſinit eſſe, ſic anni noſtri: & pertinet ad ſententiam prædictam de breuitate vitæ humanæ. Litera autem cõmunis refertur ad inutilitatem laboris, quæ frequenter contingit in vita hominis, quia ſicut aranea multũ occupatur ad texendum telam, quæ modico vento diſſipatur, ſic homines multũm ſtudẽt & meditantur ad conſequẽdum honores vel diuitias, quæ velociter amittuntur. & ſic dicitur: Anni noſtri, ideſt homines in annis noſtris viuentes.*

† propter iram tuam † Conſumpſimus annos noſtros ſicut ſermoné, vel dicto citiꝰ.

h Medita. *inutilia, ſicut aranea multum intendit pro tela facienda. Conſequitur magis in particulari, & determinatæ vitæ humanæ breuitatem. d.*

D

i Dies an. n. &c. ſe. *de communi curſu.*

K Si autẽ in po. *i. in bene complexionatis.*

l Octoginta anni. *in ſtatu conuenienti.*

m Et amplius eorũ. *i. tẽpus vltrà procedens.*

n Labor & dolor. *quia ſenectus non eſt niſi quidam languor.*

o Quoniam ſuper. manſue. *In Hebræo, & in tranſlatione Hier. habetur: Quoniam tranſiuimus citò. q. d. vita præſens nõ eſt, niſi quidam tranſitus breuis. Et auolauimus de præſenti ſeculo ſicut auis de nido, & ſic cõtinuatur ſententiæ præcedenti de breuitate vitæ noſtræ. Litera autem cõis poteſt reduci ad diuinam ſententiam qua immiſit diluuium: quia peccata hominũ demeruerunt deletionem humani generis ſimpliciter, ſed per manſuetudinem, diuinam ſaluatus eſt Noe cum filijs ſuis, & eorũ vxoribus ad continuationem generis humani, & quantum ad hoc dicitur: Quoniã ſuperuenit manſuetudo, ſ. diuini iudicij ipſum contemperans à rigore.*

† faſtus eorum, vel ipſorum excellentia, ærumna ſunt & moleſtia. † Quoniã recedit citò, & auolauimus: vel, citò excellimur aut recidimur, & auolamus. † vel fortitudinem

p Et cor. *quia homines ſapientes dictam punitionem attendentes à ſuis inſolentijs emendantur.*

q Quis no. po. *Poſtquam Pſal. recolit beneficia Dei præterita, hic conſequenter procedit ad alia beneficia impetranda. ſ. de legis datione, & tabernaculi conſtructione. Secundum ibi petitur: Reſpice dñe. Circa primũ primò continuat ſe ad præcedentia di. Quis nouit poteſtatem. quaſi dicat, ex*

## MORALITER.

a *Mane floreat & tranſeat.* Id eſt ſicut herba quæ floret in mane, & ſiccatur in veſpere, ſic eſt homo breuis vitæ, propter quod citò debet conuerti per pœnitentiam, ne præueniatur morte.

b *Quia defecimus &c.* Hic conſequenter oſtenditur, quòd accelerãda eſt pœnitentia propter acerbitatem pœnæ non pœnitentium dicens: *Quia defecimus.* i. punitione tua, quæ eſt nimis dura.

c *Poſuiſti ini. no. in conſpectu tuo.* Ad puniendum tempore debito.

d *Seculum noſtrum in illuminatione &c.* Id eſt ſic patenter ſunt facta noſtra coram te, quòd non poſſunt abſcondi.

f *Quoniam omnes dies noſtri.* Repetitio eſt ſententiæ ſupradictæ de vitæ hominis breuitate. ideo ſubditur:

g *Anni noſtri ſi.* i. ſicut araneæ tela quæ citò diſſoluitur: quia bene cõplexionati ſi trãſeant annos octoginta, reſiduum non eſt niſi labor, & dolor, in tempore verò tam breui non poſſet homo de peccatis ſatisfacere, niſi Deus ſuppleret ſua benignitate, ideo ſubditur:

o *Quoniam ſuperuenit manſuetudo &c. & quis nouit poteſtatem.* q. d. nullus. ideo:

a Dexteram

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Dexteram tuam ſic notam fac.Caſſ.* Tertiò orat & affirmat liberationem. *Aug.* Dexteram tuam Chriſtum ſic notum fecit, vt in eius paſſionibus oſtenderet, non præſentia ſecundum vetus teſtamentum, ſed çterna petenda. Vel dextera, ex qua oues ab hœdis ſeparabit:in qua quis ſeſſurus ſit bene, ſic innoteſcit,cum flagellat,quem recipit,nec ſinit in malis proſperari,ſed emendat,vt ad dexteram ponat.

*Vbi ſupra. Ibidem.*

b *Et eruditos corde in ſapientia.* Vel compeditos corde, quod idẽ eſt, quia qui erudiuntur in ſapientia, pedem mentis iniiciunt in compedes Dei,vt à via eius non exorbitent: Quos ſic fecit Deus notos in nouo teſtamento, vt pro fide omnia ſpernerent, quæ magna habẽtur,in veteri,& çterna morte quærerent: hoc attendens ait pro eis qui multa patiuntur à ſeculo pro çternis.

c *Conuertere Domine,&c.* Quaſi auerſa ſit facies eius à tribulatis.

d *Vſquequo.* Alias aliquantulum.*Caſſ.* non ex toto,quia magis prodeſt ſi aliqua tribulatio ſemper monet nos.

e *Mane miſericordia tua, exultauimus, & de.&c.Aug.Caſ.* Modò nox in qua eſurimus, tunc autem ſatiabimur vultu. vnde: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et alibi: Mane aſtabo tibi,& videbo. Nunc autem pro eo lætati ſumus, & in malignis diebus in quibus dicimus: Reſpice in ſeruos

f *Reſpice in ſeruos tuos.* Quod facit Deus in ſe,orat propheta fieri ſuo populo: Orat.ſ.vt parcat Iudæis peccantibus: ſi non pro meritis eorum, ſaltẽ propter opera quæ in eis fecit.

g *Et dirige filios eorum.* Quaſi, & ſi ipſi per iniquitates diſperſi ſunt, vel filij in fine fide corrigãtur, qui per ſe praui,& inconuertibiles.

B h *Splendor Do.Dei noſtri ſuper nos,& opera man.&c. Hieron.Caſſ.* Imago Dei recreans menti,imprimatur. Vel ſplendor Dei ſuper nos eſt,dum crucis impreſſione decoramur, & vexillum triumphi in fronte portamus. *Caſſiod.*

*Triplex imago* Triplex quippe eſt imago.ſ.imago creationis, in qua.ſ.creati ſumus.ſ.ratio, Imago recreationis.ſ.gratia, per quam reformatur imago creata. ſ ratio. Imago ſimilitudinis ad quam facti ſumus. ſ. Deus Trinitas. Per memoriam ſimiles patri, per intellectum,filio,per dilectionem,ſpirituiſancto. Vnde: Meminerim te,intelligam te,diligam te.

† ſicut timor tuus ira tua (ſ. quantum timeris,tã tum iraſcetur vel videtur ſæuire ira tua

†cõſolare, exorabilis eſto,placare,

† ſatura nos

†vel laudabimus, & lætabimur

† iucũdati ſuprà 16.d ſuprà 5.a

† Lætifica nos ſicut dies, quibus nos afflixiſti, aut quib⁹ vidimus mala,

†conſpiciatur à ſeruis tuis opus tuum, & gloria tua à filiis eorum

† decor, ſuauitas, iucunditas

a Ad hoc vt te timeat.

irę tuę,& † prę timore tuo irã tuá

a Diſtinguere. Quia his paruit ad penam,hos punit ad ſaluem b Chriſtum vel çternã felicitatem.

a dinumerare? † Dexteram tuam a

a Vt tu diſcant per eum magis petere quæ non videntur quam præſentia. Vt homines dinumerẽt iram pro timore. b Alias compeditos.

b ſic notam fac: & eruditos corde in b c d

a Fac notos. b Et. Eluſinam flagellorum tẽpera. c Aug. Oratio [illegible] non indignatio impatientis.

c d ſapiẽntia.Conuertere Domine,†uſ- e f

a Quaſi talẽ exhibe vt poſſis exorari à peccatoribus.

quequo:& † deprecabilis eſto ſuper g

a Sed iam futura bona, ſpe anticipans, quaſi de facto ait: Repleti b Id eſt in çternitate.

e ſeruos tuos. † Repleti ſumus mane h

a In laude tua.

miſericordia tua, † exultauimus, & i

a In re iucunda. b Aug. vbi omnes dies ſimul ſunt, non ſuccedunt ſibi quia [illegible] ſunt.i.çternita.

†delectati ſumus in omnibus dieb⁹

Etiam. Vel in.

noſtris. † Lætati ſumus pro diebus, k

Scilicet.

quibus nos humiliaſti, annis quib⁹ l

a Anguſtia corporum. b Quaſi: Nos humiliaſti. Sed.

f vidimus mala. † Reſpice in ſeruos m

a Et pro id eſt. Aug. Quia ipſi ſerui ſunt opera tua. b Vt ſint recti corde,quibus bonus eſt Deus. c Imitatores [illegible] tuorum.

g tuos et in opera tua, & dirige filios n o

a Lumen vultus tui. Gratia ſpiritusſancti reformans.

h eorum. Et ſit † ſplendor Domini p

Dei noſtri ſuper nos, & opera ma- q

a Vt non pro mercede terrenorum ea faciamus, ſed pro çternis.

nuum noſtrarum dirige ſuper nos,

a Singulari numero. Sed omnia bona opera noſtra vnum opus charitatis ſunt, id eſt ad vnum finem diriguntur.

& opus manuum noſtrarũ † dirige. r

## NICOL. DE LYRA.

¶ *cat, ex quo vita hominis eſt ita breuiata, & ſcientia acquiritur per experientiam longi temporis. Quis nouit poteſtatem iræ tuę,id eſt quis in tam breui tempore poſſet ſcire excellentiam tuæ poteſtatis & vindictæ? q.d. nullus, niſi ex tua ſpeciali inſtructione: ideo conſequenter petit hanc inſtructionem,dicens:*

a Dexteram tuam. *Id eſt poteſtatem tuam, quæ per dexteram in ſcriptura deſignatur.*

b Sic notam fac. *Nos illuſtrando.*

c Et eruditos corde. *Id eſt fac eruditos corde.*

d In ſapientia. *A te nobis infuſa & data. Et hoc fuit impletum, quando dedit illi populo legis diuinæ beneficium: & propter hoc de illa lege dicit Moyſes. Hæc eſt ſapientia noſtra, & intellectus coram populis.*

*Deuter. 4.a*

e Conuertere Domine. *Reſpiciendo nos oculis tuæ miſericordiæ.*

f Vſquequo.*i. vſque ad aliquid. vnde alia tranſlatio habet,aliquantulum, quaſi diceret: Illud quod tibi placuerit, quantumcunque apud te ſit modicum, ſufficiet mihi, & erit mihi magnum.*

g Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. *Preces eorum exaudiendo, & vt ſint magis exaudibiles, recolit beneficium in tranſitu maris rubri exhibitum, dicens:*

h Repleti ſumus mane miſericordia tua. *Quia ſubmerſit Dominus exercitum Aegyptiorum in mari rubro, prębens filijs Iſrael tranſitum ſuper ſiccum. Hoc fuit factum in vigilia matutina.*

*Exo.14.f*

i Exultauimus & delectati ſumus in omnibus diebus noſtris.*Quia ſtatim mari tranſito cantauerunt canticum exultationis,dicentes: Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt,&c.*

k Lætati ſumus pro diebus quib.nos humiliaſti.*i.humiliari nos permiſiſti in dura & vili ſeruitute Aegypti. Oppoſita enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: & ideo quia dura ſeruitus pręcedens adhuc habebatur in recenti memoria, ex hoc augebatur populi lętitia.* C

m Reſpice in ſeruos tuos. *Hic conſequenter ponitur beneficium de conſtructione tabernaculi ad cultum diuinum. Ad cuius conſtructionem ſeniores populi obtulerunt donaria: & minores operati ſunt faciendo opus tabernaculi, & vaſa ad miniſterium neceſſaria, ſcilicet Beſeleel filius Huri, & plures alij. & hoc eſt quod petit Moyſes dicens:* Reſpice in ſeruos tuos. *Id eſt ſeniores inſpirando eis voluntatem offerendi donaria ad opus tabernaculi.*

n Et in opera tua. *Id eſt in opere tabernaculi, & vaſorum ad cultum tuum.*

o Et dirige filios eorum. *Dans eis ad hoc ſapientiam, & intellectum. Et hoc fecit Dominus,dicens: Ecce vocaui Beſeleel ex nomine filium Huri, & impleui ipſum ſpiritu Dei ſapientia, & intelligentia, &c. Et infrà. Fecit ergo Beſeleel,& Ooliab,& omnes viri ſapientes, quibus dedit Dominus ſapientiam &c.*

p Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos. *Id eſt deitas dans in tabernaculo reſponſa, ſicut factum eſt conſtructo tabernaculo, vbi dabantur diuina reſponſa de propitiatorio, ſecundum quod dicitur: Inde præcipiam, & loquar ad te ſuper propitiatorium.*

q Et opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos, & opus manuum noſtrarum dirige. *Iſtud bis repetitur ſemel pro conſtructione tabernaculi, & ſemel pro ſacrificijs ibidem per manus ſacerdotum offerendis. Expoſitores noſtri communiter exponunt hunc pſalmum de Chriſto ab illo loco: Dexteram tuam ſic notam fac, &c. qui in ſacra ſcriptura dicitur patris dextera. Sed hanc expoſitionem non proſequor. Tum quia expoſitio iſta valde ſufficienter ponitur in glo.* Moraliter *autem poteſt exponi pſalmus iſte, vt ſit oratio cuiuslibet fidelis, qui vt oratio ſua ſit exaudibilis, primò recolit diuina beneficia humano generi præſtita, & ſic vlterius petit diuina ſapientia illuſtrari interius in mente, & in operibus ſuis exterius dirigi diuina virtute.* H

## MORALITER.

✱ a *Dexteram tuam ſic notam fac &c.* i. miſericordiam ſubleuantem oſtende remittendo culpam,vt erudiamur ſapientia tua per internam conſolationem.

e *Conuertere Domine.* Repetitio eſt dictæ ſententiæ de peccatorum remiſſione, & interna conſolatione. ideo ſubditur.

h *Repleti ſumus mane miſericordia tua.* Id eſt in ortu lucis gratiæ habemus cauſam lætitiæ.

k *Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti.* Dando nobis ſpiritum veræ contritionis.

l *Annis quibus vidimus mala.* Id eſt cognouimus peccata noſtra. Et quoniam non poteſt homo in bono perſeuerare ſine Dei adiutorio, ſubditur:

m *Reſpice in ſeruos tuos, & in opera tua.* In bono conſeruando,& etiam dirigendo.

p *Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos:* Per gratiæ continuationem.

q *Et opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos, &c.* Ordinando ad tuam gloriam.

r *Et opus ma.noſtrarum dirige.* Ne declinent à rectitudine iuſtitiæ.

*In pſal.89.Domine refugium.*

## ADDITIO.

¶ Vt dictum eſt pluries in præcedentibus. Non omnes doctores Hebræi tenent opinionem beati Hieronymi. Sed multi eorum tenent,ſicut Aug. ſcilicet quòd ſolus Dauid fuit autor omnium pſalmorum in pſalterio contentorum, & per conſequens iſtius pſalmi. Intitulatur autem à Moyſe ratione tacta in glo. Quæ quidem ratio valida eſt, non obſtante eo quod contra eam obiicitur à poſtillatore. Non enim quia in hoc ponuntur aliqua pertinentia ad vetus teſtamentum, & aliqua ad nouum, ex hoc ſolo intitulatur iſte pſalmus à Moyſe, quia ſic ſequeretur,ꝙ alij quàmplures pſalmi eidem intitularentur, prout poſtill.allegat. Sed ideo pſalmus iſte intitulari videtur



A videtur Moyſi,quia in eo tanguntur breuiter ea, quibus lex Moſaica eſt imperfecta,licet bona & à Deo data. Quæ quidem lex debeat perfici per Chriſtum. Ad cuius declarationem ſciendum,ꝙ ſecundum Apoſtolum: Nihil ad perfectum adduxit lex: de cuius legis imperfectione eſt, quòd in ea terrena promittebantur. Similiter & comminabantur tranſgreſſoribus pœnas temporales, non perpetuas, vt patet ex communi decurſu veteris teſtamenti. Cuius ratio eſt,quia ſecundum Aug.contra Fauſtum.4.lib. Populus ille carnalis rebus vitæ præſentis totaliter inhærebat. Sed conſtat, quòd talia momentanea ſunt, & quaſi nullius durationis reſpectu çternitatis. Sed lex Chriſti tanquam perfecta,bona ſempiterna & ſpiritualia promittit. Similiter & de pœnis perpetuis comminatur. Vnde in præſenti pſalmo Moyſi intitulato, primò oſtenditur imperfectio veteris legis ex breuitate humanæ vitæ præſentis, cui temporalia in eadem lege promiſſa ordinantur,ſeu comminantur. Secundò petitur lex Chriſti perfecta, quæ ordinatur ad çternitatem conſequendam. Secunda ibi: Dexteram tuam ſic notam fac. Circa primum nouem facit.Nam primò præmittit,quòd Deus eſt factus refugium à generatione in generationem, ſcilicet à generatione antiqui teſtamenti (quæ generatio dicitur, vt in Marc. Generatio iſta ſignum quærit: in qua generatione fœlicitas çterna non attingebatur) ad generationem ſcilicet noui teſtamenti. Quæ etiam generatio dicitur. Matth. Non tranſibit generatio hęc, donec omnia fiant: in qua talis fœlicitas ſcilicet çterna adipiſcitur: circa quod notanter dicit: Domine refugium factus eſt nobis. Quia Deus çternus,factus homo temporaliter, eſt proprium, & ſingulare refugium à prima generatione imperfecta ad ſecundam generationem perfectam. Conſequenter ſecundò oſtendit immenſitatem çternitatis diuinæ: & hoc cùm dicit:Priuſquam montes fierent,&c.ſ.ante mundi conſtitutionem. Et à ſeculo in ſeculum tu es Deus:ad deſignandam interminabilitatem çternitatis à parte poſt, ſicut à parte ante. Licet enim duratio çterna nõ ſit ſucceſſiua ſecundum prius & poſterius, tamen in cognitione humana, quæ temporalis eſt,non poteſt intelligi niſi cum quadam ſucceſſione infinita. Cognita enim ſunt in cognoſcente per modum cognoſcentis. Conſequenter tertiò oſtendit breuitatem humanæ durationis, & eius cauſam, ſecundum ſtatum præſentis vitæ,& hoc cum dicit: Ne auertas hominem. Circa quod ſciendum, quod Hebraica veritas in hoc loco nihil, quod ſonat negationem, ponit, ſed ſic dicit: Auertiſti hominem in humiliatione, & dixiſti: Conuertimini, ſeu reuertimini filii hominum. Quod exponit Abenhazra Hebræus de neceſſitate moriendi,quam incurrit primus homo per peccatum,& eſt ſenſus: Auertiſti hominem.ſ.Adam. In humiliatione ſeu abiectione: & hoc poſt lapſum.

B Cui homini dixiſti, Reuertimini filij hominum.ſ.in terram. Legitur enim in hac materia: donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et notanter dicit: Auertiſti hominem in humiliatione in ſingulari, & poſtea in plurali: Reuertimini filij hominum, quia licet Adam primò fuit abiectus,& humiliatus in peccato,& ſibi ſoli videbatur Deus loqui in prædicta autoritate, tamen peccatum & eius pœna tranſiuit in poſteros, quia omnes ex hoc incurrerunt neceſſitatem moriendi: & ideo pluraliter dicit: Reuertimini filij hominum, ſcilicet ad terram moriendo. Conſequenter quartò oſtendit ex hoc, quòd vita humana ſecundum ſtatum præſentis vitæ ratione prædicta terminabilis eſt, quòd ipſa eſt momentanea, & in nihilum reputanda: Et hoc ex conſideratione partium temporis huius vitæ.ſcilicet præteritæ,præſentis,& futuræ. Nam pars præterita durationis temporalis quantumcunque longa eſt in ſe nihil, cùm iam tranſiit tota eius duratio & de hoc dicit: Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanquam dies heſterna quæ præteriit. Et hæc verba poſſunt dirigi ad Deum, vel etiam ad hominem. Pars verò præſens huius durationis eſt breuiſſima, quia ſolùm conſiſtit in aliqua particula propinqua præſenti nunc indiuiſibili. & de hoc dicit: Et cuſtodia in nocte, ideſt quædam vigilia noctis, quæ eſt ipſius noctis tertia, vel quarta pars vt plurimum: & ſic in nihilum reputanda pro ſua breuitate. Quia ſecundum Philoſophum ſecundo Phyſicorum: Quod modicum eſt, quaſi nihil reputatur: vnde de vtraque parte durationis humanæ, ſcilicet præterita & præſenti concludit, dicẽs: Quæ pro nihilo habentur. Pars verò futura durationis humanæ, quia nondum eſt in actu,ſed ſolùm in potentia,idcirco non eſt duratio exiſtens, ſed quaſi phantaſtica ſeu imaginaria. Et de hoc dicit ſecundum veram literam Hebraicam,& tranſlationem Hieron. Flactuaſti eos, ſomnus erunt, quaſi dicat,quòd fluctuatio durationis humanæ quę procedit à præſenti tempore in futurum, eſt ſicut ſomnus, id eſt ſicut ea quæ videntur in ſomnis, quæ in phantaſia conſiſtunt, & non in re. Conſequenter quintò oſtendit defectum humanæ vitæ præſentis ex duobus, ſcilicet: Ex ſui mobilitate, ſeu inſtabilitate. Et quia tendit in deterius: Primum oſtendit, cùm dicit: Mane ſicut herba tranſeat, quaſi diceret: Hæc duratio humana non ſolùm eſt in nihilum reputanda rationibus prædictis,ſed etiam quia mobilis eſt, & ſemper in tranſitu, & hoc eſt quod dicit: Mane ſicut herba tranſeat. Secundum oſtendit, cùm dicit: Mane floreat, & tranſeat &c. Ad quòd ſciendum, quòd licet duratio humana diſtinguatur per multas ętates, tamen poteſt diſtingui principaliter in tres partes, ſcilicet: In tempore augmenti, de quo dicit: Mane floreat. & in tempore medij: in quo non videtur augmentum, nec diminutio in viribus ſenſibiliter, ſed ſolùm tranſitus temporis: de quo dicit: Et tranſeat. & in tempore diminutionis, de quo dicit: Veſpere decidat, induret, & areſcat. In quo veſpere contingunt tria communiter,ſcilicet diminutio virium corporis, & de hoc dicit: Decidat. Secundò, frigidatio ſenilis, ex qua membra quaſi terreſtria indurantur: de quo dicit: Et areſcat. Conſequenter ſextò reddens rationem prædictorum dicit: Quia defecimus in ira tua,&c. hoc eſt dicere, quòd totum hoc contingit ex ira & furore diuino contra humanum genus. Qui quidem furor, & ira in Deo metaphoricè intelligenda ſunt, ſcilicet quòd ſic ſe habet vt iratus & furore plenus. Et ne quis çſtimaret hanc vindictam diuinam eſſe iniuſtam, ſubdit: Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ideſt ira tua prouenit ex hoc, quia iniquitates noſtras non diſſimulaſti, ſed poſuiſti eas in conſpectu tuo, vt nos punires pro eis. Vbi autem tranſlatio noſtra dicit: Seculum noſtrum. in Hebræo habetur: Abſcondita noſtra, & eſt ſenſus: Peccata noſtra, etiamſi eſſent occulta, fuerunt detecta. In illuminatione vultus tui, vt punirentur. Ex quibus infert, quòd breuitas, & defectus humanæ vitæ,de qua prius conquerebatur, eſt attribuenda iræ diuinæ prædicto modo intellectæ: vnde dicit: Quoniam omnes dies noſtri defecerunt, & in ira tua defecimus. Septimò declarat amplius defectum huius vitæ humanæ ex duobus: Quorum primum eſt ex inani labore, quia vt plurimum hæc vita breuis conſumitur in occupationibus inutilibus, & de hoc dicit: Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur, eò quòd ſine vtilitate, & fructu boni operis tranſeunt. Secundum eſt ex menſura huius durationis, cuius ſpatium includitur in numero ſeptuaginta annorum, vt plurimum in longæuis, & rariſſimè attingunt ſeptuaginta annos, & de hoc dicit: Dies annorum noſtrorum ſeptuaginta anni &c. & ſi fortè in pauciſſimis hoc ſpatium excedatur, ſcilicet vltrà ſeptuaginta annos, neceſſe eſt vt multiplicetur labor & dolor: eo quod ipſa ſenectus grauis morbus eſt vt plurimum. Et ex hoc ſatis apparet,quod hic pſalmus non fuit à Moyſe compoſitus, in cuius tempore homines frequenter excedebant iſtam menſuram annorum. Ipſe enim Moyſes cum octogenarius fuiſſet, incepit eſſe coram Pharaone, vt in Exo. & poſtea ſuperuixit per quadraginta annos. Aaron etiam fuit tantæ ętatis ferè, ſimiliter & Caleb cùm eſſet centum viginti annorum, dicebat. Hodie octogintaquinque annorum ſum, ſic valens: Ioſue 14. & ſic præſumendum eſt de alijs illius temporis.ſcriptura enim non recitat iſta tanquam inſueta. Conſequenter octauò vt oſtenderet,quòd ira diuina,cui hæc breuitas vitæ attribuitur, non fuit rigoroſa, ſed potius manſueta, ſubdit: Quoniam ſuperuenit manſuetudo, & corripiemur: hoc eſt dicere, quòd diuina manſuetudo ſuperuenit in hac punitione dãdo locum hominibus, vt corriperentur, cùm potuiſſet eos totaliter, delere propter peccatum. Conſequenter nonò oſtendit, quod comminationes veteris legis, quæ ex temporalibus malis fiunt, ſunt imperfectæ, & hoc cùm dicit: Quis nouit poteſtatem iræ tuæ. Ad quod ſciendum, quòd poteſtas iræ diuinæ magis cognoſcitur in futura pœna, quæ eſt çterna, quàm in præſenti quæ eſt temporalis. Poteſtas enim irę hominis, eſt corpus occidere, & poſt nihil facere: Deus autem hic punit: & poſt in gehennam mittit. Vnde Matth. Nolite timere eos qui occidunt corpus. vnde potius eſt timendus Deus propter pœnas futuras quæ ſunt perpetuæ,quàm propter pœnas huius vitæ terminabilis, per quas ad obſeruantiam legis Moſaicæ populus ille inducebatur. idcirco dicit: Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, ſcilicet futuræ, vbi magis poteſtas iræ diuinę dinoſcitur. Et vt oſtenderet, quòd çſtimatio huiuſmodi magnæ iræ diuinæ eſt vtilis ad inducendum diuinum timorem, ſaltem initialem ſeu ſeruilem, ſubdit: Et præ timore tuo iram tuam dinumerare. & eſt ſenſus: Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, ſcilicet futuræ? & quis nouit dinumerare huiuſmodi iram præ timore tuo? quaſi dicat, nullus vel pauci. Ex quo apparet, quòd comminationes veteris legis modicæ vtilitatis ſunt, ſicut & eius promiſſiones, vt dictum eſt. Ex quibus oſtenditur imperfectio veteris legis. Sequitur autem in litera: Dexteram tuã &c. Vbi incipit ſecunda pars huius pſalmi,in qua Pſalmiſta petit perfectionem nouæ legis, per quam homines bona çterna conſequuntur. Circa quod quinque facit, quoniam primò petit principium præcipuum & ſummum huius perfectionis quod eſt Chriſtus. nam ſicut lex per Moyſen data eſt, ſic gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Chriſtus autem dextera in ſcripturis, quandoque nominatur, vt ibi: Dextera Domini fecit virtutem: vnde dicit: Dexteram tuam ſic notam fac,vt ſcilicet homines per notitiam huiuſmodi dexteræ diſcant magis adhærere ſpiritualibus, & çternis, quàm temporalibus & tranſitoriis. & ſic erunt corde eruditi in ſapientia non duri, & carnales ſicut antiqui. Sapientia enim eſt de ſummis & çternis rebus. vnde ſententia huius verſus talis eſt: Dexteram tuam Domine ſic notam fac,& fac eruditos corde in ſapientia,vt li &,repetere faciet immediatè præcedẽs verbum,ſcilicet fac. Conſequenter ſecundò ad inclinandum diuinam miſerationem,allegat diuturnitatem præteritæ aduerſitatis. Vnde dicit: Conuertere Domine vſquequo, id eſt iam ad magnum tempus durauit prędictus ſtatus imperfectus, & ideo tempus eſt, vt te talem exhibeas, vt poſſis à peccatoribus exorari. Vnde ſubdit: Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. Conſequenter tertiò oſtendit quæ ſunt illa bona quæ conſecuturi ſunt illi, qui per notitiam dexteræ Dei eruditi fuerint

*Exo.7.b* *Ioſue 14.a* *Matth.10.d* *Iohann.1.b*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES